
Ex libris
Simonis Ballerini

M. TULLII CICERONIS
FAMILIARIUM EPISTOLARUM
LIBRI XVI.

CUM HUBERTINI CRESCENTINATIS, MARTINI Philetici, Iod. Badij Ascensij, Io. Baptae Egnatij, & Pauli Manutij ab ipso proxime recognitis, emendatis, atq; auctis Comentarijs, & aliorum doctissimorum virorum, quorum nomina subscripsimus, annotationibus sparsim appositis, quibus difficillima quaeque Ciceronis loca explicantur, & mendosa corriguntur.

Aulus Gellius,
Alexander de Alexandro,
Philippus Beroaldus,
Georgius Merula
Angelus Politianus
Petrus Crinitus
Caelius Rodiginus,
Gulielmus Budaeus,
Luc. Ioan. Scopa Partenopaeus
Marinus Bechichemus,
Franciscus Robortelius Utinensis

Adiectis praeterea argumentis & lemmatibus Giberti Longolij in fronte singularum Epistolarum



VENETIIS

APUD IOANNEM MARIAM BONELLUM

M. D. LVII.

MARCI TVLLII CICERONIS VITA.

QVIA ad epistolarum primi libri cognitionem non parum conduxerit, vitæ, & casum auctoris cognitio, eam complectar paucissimis. M. Tullius Cicero Arpini natus, Romæ, quò puer perductus fuerat, tantum in discendo profecit, vt in causis dicendis primum locum consecutus sit, tantumque veritatis, & reip. studio potuit, vt omnes honores suo ordine obtinuerit. In consulatu autem sic sese gessit, vt non minus veræ gloriæ in toga meruerit, quàm alius quispiam in armis: liberauit enim vrbem ab incendio, & ciuitatem à cæde coniuratorum Catilina duce: in quos cum animaduertisset, & Catilina iam in prœlio cecidisset, primus in Toga triumphauit, primusque parens patriæ appellatus est, erectis eius gloriæ perpetuis monimentis. Quæ res illi inuidiæ non parum peperit: præsertim apud Cesarem: & paulopost apud Clodium virum apprime nobilem: qui captus amore Pompeiæ vxoris Cæsaris in domo eius, in veste muliebri, deprehensus est temerasse festa Bonæ (maribus non adeunda) deę. ob quam rem in ius vocatus, negauit se tunc in vrbe fuisse. Citatus autem Cicero in eum testis asseruit Clodium eo die secum Romæ fuisse: quod idem & alij præclari viri testati sunt. Clodius tamen iudicibus corruptis [illegible] absolutus est. Cæsar autem vxorem repudiauit: quod diceret: Domum Cæsaris non solum crimine sed etia[m su]spicione criminis vacare debere. in Clodium, vt Ciceroni incommodet, nihil grauius egit. At Clodius vltionis [cupid]itate à patribus ad plebem per adoptionem transiuit, factusque tribunus plebis Ciceroni diem dixit: quòd nobilissimos ciues necasset indicta causa. Erant autem tunc consules, L. Piso Cæsaris socer, & P. Gabinius, qui prouinciarum spe Clodij conatibus fauebant. Quod intelligens Cicero: cum neque à Pompeio, neque ab alijs amicis satis tutaretur, aufugit: absensque damnatus est à Clodio: vt bonis eius publicatis, quadringentis millibus passuum ab Italia igni & aqua illi interdiceretur: qui vero hospitio suscepisset, exul esset, & sua amitteret omnia: additumque rogationi est: nequis de eo reducendo referret, disputaretue, aut pedibus in sententiam iret. Quæ omnia populus sciuit, atque approbauit, maxima (vt semper fuit) animorum mutabilitate. Clodius ita exulis villas diripuit, & incendit, domum in palatio à fundamentis demolitus est, & in area templum libertatis constituit. Fortunas omnes hastæ subiecit: nec tamen in tota illa auctione sector quispiam repertus est. Cicero in Macedoniam aufugit vbi à Planco benigne exceptus est. Clodius autem ob victoriam insolentior factus, etiam Pompeium in publica concione contumelijs proscidit, quærens vt populus, quòd Pompeius is esset, responderet. Quis vno digito caput scaberet: quis vir virum quæreret? & similia. Qua contumelia irritatus Pompeius, fretusque Lentuli auctoritate, ad quem proximæ sunt epistolæ, & qui Ciceroni amicissimus fuit, auctor fuit Tito Annio tribuno pleb. vt rogationem ad populum ferret de Cicerone reuocando. Quæ res ingentes turbas concitauit. Clodius enim cum factione sua tribunitiæ obstitit rogationi, coqu: obtinente aliquandiu nihil agi potuit, certatumque est interim in publico armis, tribunitiaque potestas violata est, multi quoque interfecti, adeo vt Quintus Cicero Marci frater, inter cadauera latitans, sit seruatus. Postremo Pompeius ingenti bonorum manu ad hoc ipsum ex tota Italia collecta, Clodium foro expulit, auxilioque fuit, vt populus sine aliquo maiore motu rogaretur. Nunquam maior populi Romani de aliqua re consensus fuisse dicitur. neque tam magnum alias totius Italię studium, quæ ad hoc ipsum Romam confluxerat: vt non magis eleganter, quàm vere Cicero postea gloriatus sit, Italiæ se humeris ab exilio reportatum. Senatus charitate, & beneuolentia cum populo certauit, decreuitque vt publice laudarentur ciuitates, quæ Ciceronem humaniter accepissent, vt domus, & villę eius publico instaurarentur sumptu. Redijt sextodecimo mense postquam vrbe eiectus fuerat, in senatuque aliquantulum floruit: quo tempore ad Lentulum primi libri epistolas scripsit: deinde Ciliciam post Lentulum, & Appium Claudium Pulchrum, prouinciam obtinuit: vnde reuersus bella ciuilia inter Cæsarem, & Pompeium offendit orta: quæ [illegible] effecit: vt triumphare non potuerit: Diu autem ad concordiam vtrunque frustra hortatus, Pompeium tandem secutus est. Quo victo, & occiso per Dolabellam generum suum Cæsari reconciliatus, cum in foro locus non esset, ad philosophiam se contulit. Tandem Cæsare occiso, cum libertatis publicę gratia eius percussores tutaretur, & in Marcum Antonium Cesaris vindicem Philippicas habuisset, postquam Antonius, Lepidus, & Augustus triumuiratum inissent, ab Antonio alijs conniuentibus proscriptus est: & in fuga deprehensus, capite, & manu, qua Philippicas scripserat, truncatus est. Nunc paucis argumentum repetam.

INDEX EPISTOLARUM FAMILIARIUM M. TULLII CICERONIS: QUO EPISTOLARUM OMNIUM GENERA FACILE COGNOSCUNTUR.

LECTORI.

Quanquam erunt fortasis humanissime lector, qui vitio mihi adscribendum censeant, quòd indicem hunc familiarium M. Tullij Ciceronis epistolarum ipsis cum eiusdem Ciceronis epistolis imprimendum curauerim: attamen, cum sciam me rem non ingratam facturum ijs, qui Ciceronem ipsum sibi imitandum proponunt, in eoque studio laborant, vt eidem quam simillimi esse videantur, non ab re mihi visum fuit, eum ipsum indicem typis excusum mittere in manus studiosorum, vt vnusquisque inuenire possit ea omnia epistolarum genera, quæ desiderat, scilicet commendaticias, gratulatorias, consolatorias, hortatorias, facetas, expostulatorias, & alia, vt videre est in ipso indice. Ne autem multis morer, quid vtilitatis ex ea re lectores sint percepturi, silentio prætereibo: nam hoc ipsum à doctis testatum velim. In imprimendo autem huiusmodi elencho, hunc ordinem seruandum censui, vt numerus librorum ponatur in prima linea per columnas, mox deinde numerus epistolarum sequatur, idque vt facilius inueniri possint ea, quæ desiderantur. eamque ob rem omnes, epistolæ quæ singulis quisque libris habentur, notatæ sunt arithmeticis numeris: qua tamen in re admonitum lectorem velim, eam primi libri epistolam, quæ incipit: Periucundæ mihi fuerunt literæ tuæ, vnam esse cum ea, cuius principium est in nonnullis codicibus: Quod rogas, vt tibi mea scripta mittam, & cętera: ita vt primo ipso libro decem tantum epistolæ habeantur. Vale.

EX EPISTOLAE FAMILIARIBUS M. TULLII CICERONIS.

COMMENDATICIAE,

Libri primi, epistola tertia.
Secundi, epistola quinta, tertiadecima.
Quinti, epistola nona.
Sexti, epistola nona, decimaseptima.
Septimi, epistola quinta.
Noni, epistola tertiadecima.
Vndecimi, epistola quarta, sextadecima, decimaseptima, decimanona, vigesima.
Duodecimi, epistola vigesimaprima, vigesimaquinta, vigesimasexta, vigesimaseptima.
Tertijdecimi, epistola vniuersæ.
Quintidecimi, epistola tertiadecima, quartadecima.

GRATULATORIAE,

Libri secundi, epistola sexta, octaua, nona.
Tertij, epistola vndecima, duodecima.
Sexti, epistola duodecima.
Noni, epistola duodecima, quartadecima.
Decimi, epistola duodecima.
Duodecimi, epistola tertiadecima.
Quintidecimi, epistola septima, octaua, nona, decima, quartadecima.

CONSOLATORIAE,

Libri quarti, epistola tertia, quinta, tertiadecima.
Quinti, epistola tertiadecima, quartadecima, sextadecima, decimaseptima, decimaoctaua.
Sexti, epistola prima, secunda, tertia, quarta, tertiadecima, vigesimatertia.

ACTIONES GRATIARUM,

Libri decimi, epistola vndecima, vigesima.
Vndecimi, epistola secunda.
Quintidecimi, epistola vndecima.

HORTATORIAE,

Libri primi, epistola septima partim in calce.
Secundi, epistola prima, nona, quartadecima.
Decimi, epistola tertia, quinta, sextadecima, duodecima, quartadecima, sextadecima, decimanona.
Vndecimi, epistola quinta, septima, octaua, vndecima, duodecima, quintadecima, vigesima.
Duodecimi, epistola sexta, octaua, nona, decima, vigesimaquarta.

FACETAE,

Libri primi, epistola decima.
Secundi, epistola decima.
Septimi, epistola prima, decima, vndecima, duodecima, decimatertia, decimaquarta, decimasexta, decimaoctaua, vigesimaprima, vigesimasexta, trigesima, trigesimatertia.
Octaui, epistola octaua, decima, sextadecima.
Noni, epistola quarta, decima, sextadecima, decimaseptima, decimaoctaua, decimanona, vigesimasecunda, vigesimaquarta, vigesimaquinta, vigesimasexta.

EXPOSTULATORIAE, VEL EXCUSATORIAE,

Libri secundi, epistola prima.
Tertij, epistola sexta, septima, octaua.
Quinti, epistola prima, secunda, quinta.
Septimi, epistola vigesimaoctaua.
Octaui, epistola decimaquarta.
Vndecimi, epistola secunda, tertia, vigesimaseptima, vigesimaoctaua.

LACRYMABILES EPISTOLAE.

Libri quartidecimi, epistola prima, secunda, tertia, quarta.

Multos

L. IOANNIS SCOPAE ASSERTIO
DE GENERE M. TVLLII CICERONIS.

MVLTOS & audiuimus, & legimus, Leonardum Aretinum, Plutarchi celeberrimum interpretem, & uirum magna doctrina, sectantes, Ciceronem à Tullo Volscorum rege traxisse genus indubitanter affirmare: &, hoc ita esse & illos, & nonnullos, uel omnibus inuitis contendere. Nos uero, quamuis iandiu in illorum uestigijs immorati fuissemus, tamen semper ambigebamus. Proinde hoc accuratius indagare cœpimus, quid uerbis est opus? id ipsum apud Ciceronem nunquam, cui maxima esset adbibenda fides, comperimus. Ideo Ciceronem nostrum eloquentiæ parentem non à rrge duxisse genus, sed à quodam Arpinate ducimus: & hoc ita esse, ratione primum, deinde priscorum auctoritatibus suffulti comprobabimus. Quis unquam (ut ex ipsius Ciceronis monumentis apertissime colligitur) Ciceronem non solum antequam exularet, sed ne regressum quidem demissum, abiectumq; conspexit? Vt enim ad Lentulum scribens, ait: In quo ego ipsum tenem non modo inuidorum, sed etiam inimicorum meorum, qui de Q. Metello L. filio quondam falsam opinionem acceperunt, quem post reditum dictitant fracto animo, & demisso fuisse. sed quod de illo acceperant, aut etiam suspicabantur, de me idem cogitabant, abiectiore animo me futurum, cum res publica maiorem etiam mihi animum, quàm unquam habuissem, daret, quæ declarasset sese non potuisse me uno ciue carere. nónne omnes seipsum, quàm creberrime de rebus pro re publica gestis iactasse legimus? Quis eum nescius est, Ciceronem, cum Catilinæ, ceterorumq; coniuratorum arma, & consilia suæ concesserint togæ, sic gloriatum fuisse? Cedant arma togæ, concedat, laurea linguæ. Nonne se ipsum, quòd primus artis oratoriæ campos, & delitescentem apud Latinos philosophiam apetuit, atque indicauerit, uulgo ad sydera tollit? Vnum suo culmini, & celsitudini triumpbum intelligens, quem ex fugatis, superatisq; hostibus Parthis contra quos mortuo Marco Crasso accesserat, merebat, deesse prædicabat. Idcirco si de prædictis intrepide gloriabatur, quanto magis suum à regia stirpe defluxisse genus asseruisset? Qua de re non à rege oriundum fuisse dijudicamus, sed nouum fuisse hominem auctoribus grauissimis indicabimus. Salust. Inuectiua contra Ciceronem hæc scribit. Verum (ut opinor) homo nouus Arpinas ex Marci Crassi familia illius uirtutem imitatur. & inferius: Oro te Romule Arpinas, qui egregia uirtute omnes Paulos. Quibus Salustij uerbis Arpinatem, & nouum fuisse hominem, & non à rrge deductum esse constat. & Cicero ipse in Salustium his fatetur uerbis: Si hoc fuit illius initium nominis, & dignitatis, cur non æque de nobis existimetur? cuius ut res gestæ illustres sunt, & uita integerrime acta quasi uero sis ab illis uiris Salusti ortus, quòd si esses, nonnullos iam tuæ turpitudinis pigeret. Ego meis maioribus uirtute mea præluxi, ut si prius non fuerint, à me accipiant initium memoriæ suæ. Idem inferius, Satius est me meis rebus gestis florere quàm maiorum opinione niti, & ita uiuere, ut sim posteris meis nobilitatis initium, & uirtutis exemplum. Quis ingenio crassus, & obtusus à rege Ciceronem descendisse audebit asserere? Nam si in acerrimum inimicum Salustium non se suis maioribus nobilem, (ut illi aliquanto præstantior in progenie præponeretur) nominauit: nónne ineptum, & timidum fuisse dubio procul crnseremus? Sed quoniam torrentem eius imitabatur lingua: hoc ipsi non ascribitur: & Iuuenalis in VIII. Satyra refert: Hic nouus Arpinas ignobilis, & modo Romæ municipalis eques galeatum ponit ubique. & Basilius: Hic iacet Arpinas manibus tumulatus amici, Qui fuit orator summus, & eximius: Quem nece crudeli mactauit ciuis, & hostis: Nil agis Antoni, scripta diserta manent. Vulnere nempe tuo Ciceronem conficis, at te Tullius æternis uulneribus lacerat, & Pompelianus: Doctrinæ Antistes, rerum mirabilis auctor Tullius existens nobilis ex humili: Cui dedit excellens ars oratoria nomen: Virtute ingenij uenit ad astra sui. Licet non me prætereat fore non nullos, qui quidem hæc ex oratione Catilinæ citabunt. Nam prædicare aliquando solitus originem se generis habuisse ex Tulli Hostilij familia Volscorum regis quidem populo R. inimicissima, & inferius: Hic hic nouus Cicero Arpinas ex Tullorum familia: sed illos quæso, nostra ne lancinent prius, quàm cuncta perpenderint. Verum omissis urtbis, Catilinæ mentem aperiamus: si Catilinæ, & non alterius, quod magis comprobarem, illa sit Inuectiua. Catilina, cum se iam accusatum, & iam damnatum animaduerteret, orationem (cunctis nanque licebat temporibus illis) habuit in Senatu: & quo se uehementius excusaret, Ciceronem impensius criminaretur, & in odiū, atque inuidiam populi duceret atrocius Romani, retulit à regia Ciceronem oriundum stirpe populo inimicissima Romano. Quoniam Romani regibus exactis, non reges modo, sed nomen quoque regium odio uel maximo habebant: ardebatq; uastum Ciceronis animum esse extinguendi nobilitatem: quod non ita esse hoc ducor argumento: quòd Cicero in actionibus contra Catilinam criminantem: id est, falsus nunquam, neque meminit. & in Actione V. in Verrem ita respondet: Ne ista præclara nobilitas desinat queri populum Romanum hominibus nouis, atque industrijs libentrr honores mandare, semperq; mandasse. Non est quærendum in ea ciuitate, quæ propter uirtutem omnibus nationibus imperat uirtutem plurimum posse. Sit apud alios imago Publij Africani: ornentur filij mortui uirtute, ac nomine. Talis ille uir fuit. ita de populo R. meritus est, ut non uni familiæ, sed uniuersæ ciuitati commendatus esse debeat. Est aliqua mea pars uirili, quod eius ciuitatis sum, quam ille amplam, illustrem, claramq; reddidit: præcipue quòd in his artibus pro mea parte uerior, quarum ille princeps fuit æquitate, industria, temperantia, defensione miserorum, odio improborum: quæ cognatio studiorum, & artium propemodum non minus est coniuncta, quàm ista, qua uos delectamini, generis, & nominis, & in A[illegible] VI. Videmus quanta sit inuidia, quantoq; in odio apud quosdam homines nobiles nouorum hominum uirtus, & industria. & inferius: Hominum nobilium non ferè quisquam nostræ industriæ fauet. Cicero se præterea in epistolis nouum ubique hominem appellat. Nouus dicitur homo, cuius maiores oullam habuerunt dignitatem. Leonardus ne tantam fortasse Ciceronis maiestatem dehonestaret, illum regia decorauit stirpe. Quod autem dixit habere genus à rege, non ipse commentus est. Accepit enim ab Eusebio, Eutropio, & Silio Italico sic in VIII. Punicorum scribente: Tullius æratas raptabat in agmina turmas, Regia progenies, & Tullo sanguis ab alto. Sed hunc errorem ex illo Ciceronis in prima Tusc. manasse loco credimus. Inquit enim Cicero: Regnante meo gentili: ubi, gentili, de mea gente quidam exponunt, cum de meo nomine intelligendum sit. Gentilis nanque non modo, qui est de eadem gente, sed etiam nomine dicitur, Festo, Cinthio, & Cicerone in Topicis auctoribus, qui ab alio uocabulo Cognominis appellatur. Plautus in Bacchid. Illa mea cognominis est. Cicero quoque dicitur, non quòd habebat faciem quadratam instar ciceris, ut Priscianus, nunquam enim quadratum uidi cicer, sed rotundum. Idem Leonardus ait, quod habebat carunculam in nare instar ciceris: hæc priori est præstantior sententia. Nos autem in hoc Varronem Romanorum omnium facile doctissimum sequimur, inquit enim Cicerones dictos, quorum maiores fuerunt inuentores ciceris serendi, ut Fabij à faba, Lentuli à lente, sic Cicerones à cicere. Varronem Plinius sequitur, quod Euphorbius quoque hisce confirmat uerbis: Quicunque in libris nomen Ciceronis adoras: Aspice quo lateat conditus ille loco, Ille uel orator, uel ciuis maximus, idem Clarus erat facie, clarior eloquio. At nequid Fortuna uiro nocuisse putetur, Viuit, & æternum docta per ora uolat. Vocabatur Tullius à patre, uel quòd eius maiores fuerunt tullorum: id est, aquæ ductuum inuentores. Tullij nanque (ut Frontinus de aquæ ductibus) uocantur ductus aquarum.

EX BECHICHEMI
COLLECTANEIS
IN PRIMVM PLINII.

SCribit M. Varro, quod extremum dicebatur, eo tempore ceptum dici nouissimum, quod sua memoria seniores sæpe tanquam nimis nouum verbum vitabant, inde Ciceronem eo abstinuisse vocabulo Gellius affirmat, sed fallitur, sæpe enim Cicero vsus est. In Oratore inquit: Nec in hac modo re, quæ ad vulgi sensum spectet, & ad aurium voluptatem, quæ duo sunt ad iudicandum nouissima. Et in epistola ad Octauium: Nam vt ordiar ab initio, & perducam ad extremum, & nouissima conferam primis. Et in Oratione pro Roscio Comœdo: Itaque perbreui tempore, qui in nouissimis quidem erat histrionibus, ad primos peruenit.

Ex *eodem*.

Apelles tantummodo tribus operibus inscriptionem apposuit, qua significaret illa absoluta, & nihil deesse, quæ in suis locis enarrabo. his auctor significauit se conscium esse suæ artis, quam ex omni parte, per omnes & numeros, & gradus in his expleuerit, nec aliquorum morsus liuidos timuerit, & idcirco multi inuidi insurrexerunt, & conati sunt deterrere aliquid ex illis. Apelles Cous in pictura (vt scribit Plinius) omnes prius genitos, futurosque postea superauit, pluraque prope contulit picturæ solus, quam ceteri omnes. Is opera perfecta proponebat in pergula transeuntibus, & post tabulam latebat, vt vulgi iudicium auscultaret, vitiaque emendanda subnotaret, tantæ modestiæ fuit, ingenuique pudoris. Multa de eius laudibus idem Plinius libro xxxv. narrat, quantique Alexand. Macedoni fieret, multis argumentis comprobat, vtque inueterato edicto, ab alio se pingi vetuerit, quòd ob comitatem illi gratior esset. Sed M. Cicero in quadam epistola ad Luceium, non gratia id factum his verbis testatur. Neque enim Alexander ille gratiæ causa ab Apelle potissimum pingi, & à Lysippo fingi volebat, sed quòd illorum artem cum ipsis, tum etiam sibi gloriæ fore putabat. Huiusce rei Flaccus meminit in vltimo epistolarum.

Edictum fecit, ne quis se, præter Apellem
Pingeret, aut alius Lysippo duceret ære.

Verum, vt historico maior fides habenda: quàm Ciceroni, vt oratori: huius quæ sint nobilissimæ picturę, dixit Plinius non esset facile enumerare; memorat tamen tria illa, quæ absolute, & perfecte inscripta traduntur, imaginem Veneris è mari exeuntis, Castorem, & Pollucem cum victoria. & Alexandro Magno, Imaginem belli restrictis post terga manibus, Alexandro in curru triumphante. Inchoauerat & aliam Venerem, eodem Plinio referente, cui superaturo priorem inuidit mors peracta parte, nec qui succederet operi ad præscripta lineamenta inuentus est. De qua puto locutus est Cicero ad Lentulum ita scribens: Nunc vt Apelles Veneris caput, & summa pectoris politissima arte perfecit, reliquam partem corporis inchoatam reliquit. Fabius Quintilianus & Plinius multa: Qui ex ære, & ebore signa fecit nobilissima, diligentia, ac decore præstabilia, cui multi palmam dederunt. Iuuenalis.

Phidiacum viuebat ebur, necnon Polycleti.

Error est in primo Tusculanarum, vbi de pectoribus agens Cicero scriptum reliquit: An censemus, si Fabio nobilissimo homini laudi datum esset, quòd pingeret, non multos etiam apud nos futuros Polygnotos, & Parrhasios? vbi pro dictione, Polygnotos, facile librariorum lapsu scriptum est Polycletos. Neque enim nota Ciceroni inurenda est, vt cum de prioribus loquitur, statuarium Polycletum adducat. Fuit autem Polygnotus pictor antiquissimus, Fabio Quintiliano auctore, vtque Plinius testatur picturæ inuentum illi Theophrastus ascripsit. falsum id esse in quinto, & trigesimo libro ostendit Plinius, sed omnium primum picturæ plurimum contulisse. Verum sicuti commendat Plinius modestiam, & verecundiam Apellis, & Polycleti: ita quodam in loco de Parrhasio contra refert, neminem insolentius, arrogantius esse vsum artis gloria, & cognomina vsurpasse. Scribunt alij illum se principem artis dixisse, & ea perfecisse gloriari solitum.

Ex eiusdem variarum obseruationum Collectaneis.

Præter notam significationis non modo, siue modo non, duobus modis elegantissime vsurpatur, pro nedum, vt Trebonius ad Ciceronem: Non enim nescis quanti te faciam, & quàm pro veterrimo amore omnibus tuis etiam minimis commodis, non modo tanto bono gaudeam. Et pro ferè, siue (vt vulgo dicunt) quasi. Et in hac significatione posuit Tibullus.

Iam modo non possum contentus viuere paruo.

Et quoniam amicus inauditum hoc esse literis Latinis clamitat, audiat Valerium q de jis, quæ nulla arte effici posse videntur, inquit: Artis pictor, equum ab exercitatione venientem, modo non viuum labore, industria sua comprehendere, modo non: id est, ferè viuum. Et Comicus: Modo non montes auri pollicens, ait per prouerbialem hyperbolen. Est Atticismo Græcorum similis μόνον οὐ siue secundum Atticos μονονουχί.

EPISTOLARVM M. TVL. CICERONIS AD LENTVLVM ARGVMENTVM PER GEORGIVM MERVLAM ALEXANDRINVM.

AEGYPTIORVM *Reges à Ptolemæo Lagi filio, qui primus Alexandro successit, Ptolemæi appellati sunt, quorum nomina, atque ex moribus indita cognomina, cum apud scriptores Græcos leguntur, tum ex ordine successionis in vltimo Geographiæ libro à Strabone commemorantur. Auletes vero vltimus Ptolemæorum flagitiosus traditur, vtpote qui choraulam exercuerit, atque in regia certamina celebrarit: ad quæ & ipse cum alijs concertaturus prodibat. Huius frater fuit Ptolemæus alter, cui Cyprus in ditionem concesserat: vt idem Strabo refert. Hic cum aduersus Romanos bene de se meritos ingratum se præberet, sublatus & ipse est: insula vero à Romanis occupata fuit. Sed Auletes ad stabiliendum regnum pecunias quibusdam Romanorum proprias, & mutuo acceptas, vt amicus & socius Romanorum appellaretur impendit: quas postea cum ab Aegyptijs per vim exigeret, molestus ciuibus erat tum propter hoc, tum etiam quod à Romanis Cyprum repetere nolebat, quam rem Alexandrini iubebant, vel repudiata Romanorum amicitia, & societate. Ergo cum nec eos, vt quiescerent, persuasisset, nec posset per vim cogere (peregrinum enim exercitum non habebat) Romam ex Aegypto profugit, accusauitq́ Aegyptios, quòd eum regno expulissent. Contigit autem, vt de eo reducendo ageretur, Lentulo Spinthere consule, cui Cilicia mandata fuerat. Interea Alexandrini dum ignorarent regem in Italiam venisse quem mortuum existimabant, Berenicem illius filiam in regno constituerunt, quæ primum Cybiosactem maritum cepit: hunc diebus paucis eiecit, cum eius ignobilitatem, illiberalitatemq́ pati non posset. Pro illo alius venit, qui & ipse se Archelaum Mithridatis filium simulabat: qui Archelai quidem filius erat, eius qui contra Syllam bellum gessit. Rex autem Ptolemæus Romam profectus, à Pompeio suscipitur, & senatui commendatur. Hoc cum Alexandrini resciuissent, centum oratores Romam miserunt, qui responderent criminibus, quibus à rege accusarentur, recriminarenturq́ illum de vi, & iniuria, quibus eos affecisset. Quo præcognito, quamuis Romæ esset, legatis rex insidiatus est subsessoribusq́ aliò, atque aliò dimissis in itinere multos eorum priusquam Romam venirent, interfecit: quosdam in vrbe ipsa tolli curauit: alios perterrefaciens, vel pecunijs corrumpens persuasit, vt neque conuenirent, & colloquerentur magistratus de ijs, pro quibus missi fuerant, neque in totum vllam memoriam de cæde aliorum facerent. quod negocium occultum fuit. Senatus autem grauiter rem tulit, causam eorum acerrime Marco Fauonio alio agente modo. Nam multi legati sociorum Romam missi, per vim perditi fuerant, præterea non pauci Romanorum dona acceperant, qui non permitterent Dionem (qui vnus erat legatorum) in senatum ingredi, neque mentionem vllam de cæde legatorum quousque is adesset, facere. Cæso vero per dolum Dione, neque de eo pœnam Rex dedit. At cum Pompeius (vt supra diximus) regem domi suscepisset, illum hoc facto admodum subleuauit. cum plurimi autem inde accusarentur, pauci admodum conuicti fuere: tantum acceptio munerum poterat, vt se inuicem ob proprium quisque periculum iuuarent. & hæc quidem pecuniarum gratia mortales faciebant. Sed principio insequentis anni Iouis simulacro, quod in Albano erectum erat, fulmine icto, per aliquod tempus reductio Ptolemæi repressa est, simul etiam, quòd Sibyllinos versus adeuntes, hoc ascriptum inuenere: Si Aegypti rex auxilio quodam indigens venerit, eius amicitiam ne abnueritis, sed illum quidem cum multitudine ne iuueritis: quòd si aliter factum fuerit, labores & pericula habebitis. Ex hoc conuenientiam versuum ad ea quæ tunc gererentur admirantes, quæcunque prius decreuissent, rescidere, C. Catoni trib. pl. in primis obtemperantes, per quem Sibyllinorum versuum sententia in publicum venerat. Nam cum non liceret quidquam Sibyllinorum versuum, nisi prius Senatus decreuisset, in vulgus enunciare, Cato veritus ne Sibyllæ sors occultaretur, sacerdotes coegit, priusquam responsum à senatu acciperent, oraculum Sibyllæ aperire. Post hæc vero cum sententiæ in senatu dicerentur, censerentq́ quidam reditum regis Lentulo Spintheri, sed sine exercitu: alij vero rem deferrent Pompeio, vt eum cum duobus lictoribus reduceret: Ptolemæus cognita Sibyllæ sententia, rogauit vt per Pompeium reduceretur. Plutarchus vero Canidium tradit rogationem ad tribunos plebis tulisse, vt Pompeius sine exercitu cum gemino lictore ad Ptolemæum cum Alexandrinis conciliandum destinaretur: cui res non grauiter hæsisse visus est Pompeius: sed senatus id omisit, causa honeste reddita, quòd viro timeret, simul etiam, quòd eo ad rem frumentariam vti vellet. quanquam (vt ijdem historici. hoc est Dion, & Plutarch. tradunt) Lent. Spinther etiam consul maxime laborasset, vt præfectura annonæ Pompeio mandaretur, tradita illi omni potestate terrarum, & maris, quæ Rom. populo paterent. Hoc autem fecit Spinther, vt ad maiorem magistratum Pompeio promoto, ipse ad regem Ptolemæum auxilio mitteretur. A. Plancus in collegio Tribunorum recitauit literas, quibus notabatur, Ptolemæum orare, vt pro Spinthere Pompeius mitteretur. Cum varias autem, & dissidentes senatorum sententias Ptolemæus cognouisset, desperato reditu, Ephesum concessit, apud deam victurus. Postea vero quanquam Romani auxilium abnegassent, & grauiter eius largitiones ferrent, reductus est, & regnum recuperauit. Hoc autem fecerunt Pompeius, atque Gabinius.*

Tantum enim potentia, & pecunia tunc valuerunt, vt prater populi voluntatem, & senatus decreta, Pompeius Gabinio scripserit, quem Syria cum exercitu prafecerat, vt Regem reduceret. nihil enim curarunt, alter muneribus, alter vero gratia, de Sibyllinis versibus. Reus deinde Gabinius factus est, sed conuinci non potuit, tum Pompeij, tum pecuniarum gratia. Sed cum legamus, Catonem Rhodij cum esset atque responsum Ptolemai Cyprij expectaret, altero Ptolemao à ciuibus tunc pulso, & relicta Alexandria Romam nauiganti, ea spe vt Pompeij, & Casaris armis in regnum reduceretur, consilium optimum dedisse, vt domum rediret, & cum suis ciuibus pacaretur: dubitabit aliquis, cur Dion tradidit Alexandrinos agre tulisse, Ptolemaeum pati Cyprum occupari à Romanis, cum Rex ipse viueret, & insulam in potestate haberet. Illud addimus, quantum tempora supputare potuimus, cum Alexandrini de rege eijciendo consilia inirent, tunc P. Claudium Pulchrum, qui auctor fuit tollendi Ptolemai, in piratas incidisse, regemque rogasse, vt se redimeret. Sed precium perexiguum Rex misit, adeo vt pirata id excipere erubescerent. Remissa igitur Regi pecunia, & dimisso Claudio sine pretio: trib. deinde plebis creatus Claudius euicit, vt M. Cato in Cyprum mitteretur, eam ab Rege ablaturus. Sed Ptolemaus re intellecta, priusquam ille aduentasset, seipsum interemit. Cato insulam accepit, & regis opes venundedit, pecunia omni in publicum aerarium relata. quod Lucanus significat, cum dicit:

Quod Cato longinqua vexit super æquora Cypro,

Ergo cum iussu populi mitteretur Cato ad pecuniam accipiendam, satis Cyprus Romanorum imperio parebat, cum indignitate regni Aegyptiorum: iureque Alexandrini iniquo animo ferebant, iam insulam, cui per multos annos Ptolemai imperauerant, in Romanorum iura cedere. Suetonius quoque significat, post initam cum pop. R. societatem, Ptolemaeum Alexandria pulsum. nam Casar laborabat, vt sibi Aegyptus prouincia plebiscito daretur: nactus extraordinarij imperij occasionem, quod Alexandrini regem suum socium, atque amicum à senatu appellatum expulerant. Igitur vt socius, atque amicus Rom. populi Ptolemaus, à senatu reduci postulabat. Nec sine causa, atque iniuste senatus de eo reducendo tractauit. Quae autem foret versuum Sibyllinorum sententia, satis supra demonstrauimus. Restat vt exponamus, atque comprobemus, Creditores legendum esse non competitores. Sed hoc subiecta Ciceronis verba ad Q. fratrem confirmabunt. Creditores vero Regis aperte pecunias suppeditant contra Lentulum, sine dubio res à Lentulo remota videtur esse cum magno meo dolore: quanquam multa feci. Sed valde miror, cur Domitius exponens illud Iuuenalis:

Ipsi magna sonant, sed tunc cum creditor audit.

Pracipue, inquit enim, Creditor, qui pecuniam credit debitori: Creditor item, cuius pecunia aliquid aliud agit, vt hoc loci, & apud Ciceronem: Res agitur per eosdem creditores. Nugatoris planè hominis verba, quae nec coarguenda sunt. Nam quid aliud aliquid creditorum pecunia aduersus Lentulum ageret, non intelligo. Sed qui pecuniam Regi crediderint. nihil equidem quod ex historia habeatur inueni, prater quam ea qua de Rabirio Posthumo Cicero scribit. Is enim grandem pecuniam regibus Alexandrinis crediderat: pulsus interea regno Ptolemaeus, dolosis consilijs, vt dixit Sibylla. Postquam sensit Posthumus, Romam venit. Huic egenti, & roganti, hic infelix pecuniam credidit: nec tamen primum, nam regnanti crediderat absens. Nec temere se credere putabat, quòd erat nemini dubium, quin is in regnum restitueretur à senatu, populoque Romano. In dando autem, & credendo processit longius: nec suam solum pecuniam credidit, sed etiam amicorum, Stulte, quis negat? aut quis non admonet, quòd male credidit, bene consultum putaret? id est difficile, quòd cum spe magna sis ingressus, id non exequi vsque ad extremum. Supplex erat Rex, multa rogabat, omnia pollicebatur, vt iam metuere Posthumus cogeretur, ne quod crediderat, perderet si credere constituisset modum. Nihil autem erat Rege illo blandius, nihil hoc benignius. vt magis pœniteret cœpisse, quàm desistere liceret. Per haec Ciceronis verba constat, Rabirium suam, & amicorum pecuniam regi, & in Aegypto, & postquam pulsus regno fuit, credidisse. quod conuenit cum eo quod Dion scribit Regem dum regnaret: Romanis quibusdam pecunias stabiliendi regni gratia mutuo acceptas impendisse. Quòd autē largitione regia multi corrupti fuissent, & supra ex Dione demonstrauimus, & Cicero idem significat, haec subiungens: Hinc primum exoritur crimen illud Senatum corruptum esse dicunt. doceteque Cicero, ad sumptum itineris, ad magnificentiam apparatus, comitatumque regium, suppeditatam pecuniam à Posthumo fuisse. Ergo ausim ego affirmare, creditores regios qui Lentulum pecunia oppugnarent, non alios fuisse, quàm Rabirium, & eius amicos, qui pecunias regi crediderāt, Hic suboritur alia dubitatio: Si rex Romam venerat, cur scribit Cicero, Ammonium regis legatum aperte Lentuli partes pecunia oppugnare? Respondemus, regem (vt supra demonstratum est) in consulatu Lentuli Spintheris, & Quinti Metelli nepotis Romam venisse, illique non inimico pop. Rom. senatum datum: post vero, cum varia decernerentur, Ephesum concessisse, & aut Romae legatum Ammonium reliquisse, aut ex Asia misisse, ad procurandam in regnum restitutionem. Scribit in eadem oratione idem Cicero, Rabirium, posteaquam rex à Gabinio reductus fuit, in Aegypto mansisse, vt pecuniam exigeret, etiam infra dignitatem Romani nominis. Lentulus vero consulatu functus, in prouinciam Ciliciam, quae ei mandata fuerat, concessit, ex qua facilis erat in Aegyptum transitus. Et commode potuisset, siue cum exercitu, siue sine exercitu Regem deducere. quare in rege per se reducendo multum per amicos laborabat. Et de creditoribus quidem regijs abunde (vt arbitror) dictum est.

HVBERTINI CLERICI CRESCENTINATIS IN EPISTOLIS CICERONIS COMMENTVM.

HVivs Voluminis epistolas, etsi omnes communi appellatione Ciceronis dicuntur, cõstat tamen ex earum inscriptionibus à multis varijsque eius seculi doctissimis viris diuersis etiam temporibus scriptas, tanta dicendi elegantia & gratia, vt si non ex eadem officina, ab optimo tamen artifice exisse quæque videantur, tanta fuit illius sæculi non modo in rei militaris laudibus, verumetiam in omnium bonarum disciplinarum, præcipueque rhetoricæ facultatis cognitione, & exercitatione felicitas & gloria: quæ tamen ne nostro quidem seculo cessit, si nosipsi, nobis deesse nolimus, & nostrę negligentię culpam in ipsa tempora, in quibus tamen sine dubio plurimum momenti esse non negauerim, totam transferre designamus: & ingeniorum nostrorum bonitate vtamur. Quamobrem pueros adolescentesque omnes, non solum exhortor: verumetiam obsecro, vt eloquentiæ studijs, quæ maximam gloriam hominibus affert, totis viribus incumbant, atque adeo ex his familiaribus epistolis initia sumant: has die noctuque legant, has ediscant, has imitentur, in his se exerceant, his se oblectent. deinde alios Cic. non minus eruditos quàm elegantes libros euoluant: & tamen alios quoque Romanæ linguæ probatos auctores, ita tamen & legant, vt hunc vnum sibi vel vexilliferum, vel potius ducem constituant, quem sequantur, neque enim sine causa Quintiliano dictum est eum posse scire se plurimum profecisse cui Cicero placebit. Ego ita hoc opus declarare studebo, vt mea ope & interpretatione fretus, nemo iam aggrediendum dubitet. Vt igitur clarius harum ad Lentulum epistolarum argumentum appareat: ex Strabonis auctoritate Ptolemæorum series breuiter plurimum narranda videtur. Deinde Appiani & Plutarchi & reliquorum: qui de his rebus scripserunt auctoritate Cic. mentem ita declarare studebimus, vt industria nostra multis prosit. Sic igitur inquit Strabo lib. 17. in descriptione Aegypti. Ptolemęus Lagi filius Alexandro successit, Ptolemæo autem Philadelpho Euergetes. Postea Philopater Agotochis: postea Philomater filio imperium à patre accipiente: huic vero frater successit secundus Euergetes nominatus. hunc Phisconem dicunt, qui Ptolemæus cognomento Lathurus successit Lathuro autem ætate nostra Auleates Cleopatræ, sed omnes post tertium Ptolemæum male vixerunt delicijs corrupti. Pessime vero omnium. 4. 7. & vltimis Auleates, qui præter cætera flagitia etiam chorauliam exercuit: & adeo in ea gloriabatur, vt non cunctaretur certamina in regia celebrare, ad quæ & ipse cum alijs concertaturus prodibat, atque hic est, quem Alexandrini exegerunt, & cum ei tres filiæ essent, vnam natu grandiorem, quæ legitima erat, reginam fecerunt, & qua eius filiæ infantes adhuc atque inutiles regno exciderunt. Reginæ viri ex Syria accersiti presertim Gibiosactes quidam, qui se ex Syriacorum stirpe simulabat, quem diebus paucis Regina eiecit, eius ignobilitatem & illiberalitatem non passa: pro quo Archesilaus qui Mithridatis filium simulabat, venit, qui Archelai quidẽ filius erat, eius, qui contra Syllam bellum gessit: & postea à Romanis in maximo honore habitus est. Interea Auleatem Romam profectum Pomp. suscepit, & senatui commendat, de reductione eius agit, & de nece legatorum, qui supra centum contra regem venerant, in quibus fuit Dion Academicus princeps legationis. Ptolemæus itaque ab A. Gabinio reductus Archelaum & filiam interemit. hæc Strabo, cum quo & Appianus & Plutarch. consentiunt: & T. Liu. lib. 101. & hic fuit pater eius: per quem Pompeius est interemptus. Verum ait Plutarch. in vita Catonis: Ptolemæus quem Aulætem appellauit Strabo: priusquam Romam veniret accersitus à Catone Rhodum venit: quo cum posteaquam locutus est consulente Catone: ne tanta felicitate relicta, se laboribus, & dispendijs, & obseruationibus eorum, qui Romæ potentes essent, se subijceret, quorum cupiditatem si vniuersa Aegyptus in pecuniam redigatur vix explere posset, & ornare, vt domum rediret, & cum suis ciuibus pacaretur, & seipso Catone vnà nauigaturum & intercessurum pollicente. Rex tanquam ex insania quadam resipiscens, veritatemque agnoscens, & virtutem Catonis admirans, decreuit primum ita facere, vt Cat. suadebat, sed postea ab amicis in priorem spem reductus cum Rom. eorum hortatu venisset, statim errorem suum cognouit. damnauitque, quòd non diuino Catonis consilio paruisset. Alia etiam dicit Plutarchus, quæ quia nihil ad rem faciunt: omittuntur. Illud certissimum habeatur, & Strab. loco supradicto T. Liuij, & Plutarchi in vita Catonis auctoritate, hunc Ptolemæum à suis ciuibus fuisse exactum, & ob iniurias, quas patiebatur, Romam venisse. Nam quem Val. Maximis dicit à fratre minore expulsum, ex lib. 3. commentariorum belli Alexandrini Iulij Cæsaris colligitur, fuisse huius Ptol. filius. Dicit enim in testamento patris scriptos fuisse heredes ex duabus filijs maiorem, & ex duabus eam, quæ ætatem antecedebat. Cumque his Ptol. se restitui curaret, idque maxime Lentulus, qui in Ciliciam proconsulatum gerebat, facere cuperet, negocium suum cum ipse abesset, Ciceroni mandauerat, cui pauloante ab exilio reuocando plurimum operæ & studij præstiterat, & instantissime affuerat. Dabat igitur operam Cic. vt per Lent. reduceretur, sicut Lentulus ante discessum suum etiam in senatu egerat. Verum rex vt erat ambitiosus, per Pompeium quàm per Lentulum reduci mallebat, idque corruptis nonnullis senatoribus assequi contendebant. erant tamen qui aduersarentur, tanta erat varietas sententiarum in senatu. Quamobrem cum hęc in senatu ageretur. Cicero admonet Lentulum de rebus omnibus, & præcipue de sua erga Lentulum voluntate, & animo, & officio, & quàm sint variæ senatorum de hoc negocio Alexandrino sententiæ, latenter tamen innuit Lentulo non posse fieri, vt obtineatur, cum ostendit rem corruptam esse, & non esse in ijs fidem, in quibus summa esse debebat: quæ omnia ostendunt difficultatem, & quasi impossibilitatem rei. Huic autem reductioni regiæ difficultatem afferebant Sibyllina carmina: quibus monebatur populus Rom. exercitum non esse mittendum in Aegyptum, vt & Appian. scribat, & Luc. lib. 4. Pharsaliæ, aperte declarat his versibus.

-Noxia ciuili tellus Aegyptia fato.
Haud equidem immerito Cumana carmine vatis
Cautum ne Nili Pelusia tangeret ora
Hesperius miles, ripasq; æstate tumentes.

Quid igitur de horum carminum religione sentiatur in senatu, Cicero declarat hac epistola.

AMPLISSIMO VIRO,

VINCENTIO RICCIO, ILLVSTRISS.

DECEMVIRALIS CONSILII

VENETAE REIP. SECRETA-

RIO DIGNISSIMO,

HIERONYMVS RAGAZONIVS S. D.

SI, QVANTVM ingenij M. Cicero VINCENTI CLARISSIME, ad epistolas eas, quæ familiares vocantur, scribendas adhibuit, tantum, qui ab initio sexdecim earum volumina collegerunt, ad eas illustrandas industriæ attulissent, profecto ijdem multo melius nobis, quàm fecerunt, in hac tota literarum ratione consuluissent. Cum autem res ita, nescio quo fato, ceciderit, vt quo magis Cicero in his epistolis excelluerit, eo minorem illi nostræ in ijs componendis intelligentiæ rationem habuerint: propterea factum est, vt qui postea in ijs, aut emendandis, aut explanandis, aut quoquo modo illuminandis elaborarint, (quod multi hac ætate, ijque eruditi viri fecerunt) ij merito magnam laudem incredibili omnium hominum consensione adepti sint. Etenim summam illam, quæ plerosque ab huiusmodi studio deterrebat, obscuritatem si non penitus, at certe magna ex parte sustulerunt. Ego autem illud in hac re præcipue dolere soleo, quod maximas semper his epistolis tenebras offudit, id neminem hucusque, qui aliqua ratione disseruerit, extitisse: id est, vt, quoniam nullo seruato temporum ordine compositæ quondam fuerunt, ipsæ per tempora sua digererentur, atque describerentur. Quo ex labore cum alia multa commoda consequuntur, tum illa in primis, vt propter negociorum, temporumque coniunctionem & facilius alteram ex altera intelligamus, & ipsius Ciceronis, eorumque annorum contextam historiam habeamus. Quorum non, perinde atque in epistolis ad Atticum colligendis factum est, rationem habitam esse demiror. Hoc autem ita esse, cum ipse antea semper, vbi me ad hæc studia contuli, intellexi, tum meam hanc opinionem proximis hisce annis, multo etiam vehementius Caroli Sigonij auctoritas confirmauit, quem à me sæpe hac de re interrogatum ita disserentem audiui, vt non multis solum laudibus consilium, fructumque laboris huius efferret, sed etiam, qua id potissimum ratione perduci ad exitum posset, sigillatim ostenderet. Quamobrem cum in quotidianæ vitæ consuetudine multa ab eo in hanc rem subtiliter, & erudite dicta attente collegissem, iamque iustum quasi eorum commentarium ad meum vsum confecissem, tum me rem facturum esse omnibus harum epistolarum studiosis non ingratam putaui, si quæ ipse vel per me, vel ab eo plurima in hoc genere didicissem, ea summo studio, atque multorum dierum lucubratione conscripta ad eorum, qui illum non audiuerunt, vtilitatem literis, memoriæque mandarem. Id autem totum in tuo potissimum nomine apparere, Vincenti amplissime, volui, vt ipse intelligeres, quàm tuis fidelissimis, rectissimisque consilijs diligentissime paruissem: quo presertim auctore Sigonio ipsi, postquam ille Venetijs publice profiteri cœpit, assiduum me in hac literarum ratione auditorem addixi. Accedit, quòd quanquam tu grauioribus in studijs perpetuo ita versatus es, vt nullum honestioris disciplinæ genus sit, quod non plane perceperis, nulla insignia ad laudem ornamenta, quæ non abunde retuleris: tamen cum te publicis negocijs, quibus maxime distineris, aliquantulum relaxaris, his nostris etiam studijs summopere delectaris: presertim vero cum has ipsas epistolas ita ames, vt eas quotidie in manibus habeas, ita, si res ferat, in isto tuo amplissimo apud Decemuirale consilium munere gerendo, imiteris, vt plane exprimas: literatos autem homines ita omni studio, atque officio complectaris, vt cuncti propterea magnum suorum studiorum præsidium in tua potissimum opera collocarint. Neque mehercule iniuria. Nam cum tu virtute, integritate, ac quotidiana officij assiduitate, preterea prudentia, ac fide, quibus rebus excellis, effeceris, vt apud principes in hac rep. viros auctoritate plurimum possis; idem etiam humanitate, atque officio assecutus es, vt te non minus posse, quàm velle sibi prodesse homines intelligerent. Epistolas igitur familiares in suum quanque annum, vt à me fieri potuit, relatas, ac breui, cur ita faciendum sit, commentario illustratas, in tuo, vt dixi, nomine edo: vt eas, si probaueris, aduersus obtrectatores tua auctoritate defendas: sin minus, eas tamen perpetuum meæ erga te singularis obseruantiæ testimonium habeas. Vale.

Venetijs, prid. Idus Quintil.

HIERONYMI RAGAZONII IN EPISTOLAS CICERONIS FAMILIARES COMMENTARIVS; IN QVO

breuissime, quo quæque earum ordine scripta sit, ex ipsa potissimum historia demonstratur.

M. TVLLIO CICERONE.
C. ANTONIO COS. An. ab Vrbe cond. DCXC.

Nulla neque hoc anno, neque ante hunc annum à Cicerone scripta extant epistolæ, de quibus affirmari pro certo possit.

D. IVNIO SILANO.
M. LICINIO MVRENA COS.
An. ab vrbe cond. DCXCI.

M. TVLLIVS M. F. CICERO S. D.
CN. POMPEIO CN. F. MAGNO IMP.

Ex V. lib. Epist. 2

SI TV exercitusq; valetis, bene est. Ex literis tuis) Hæc epistola scripta est Silano, & Murena Cos. anno postquam Cicero cōsul fuit. erat autem in Asia Pompeius, Mithridatico bello confecto. Itaque voluptatem se accepisse ait Cicero ex illa victoria, grauiter autem tulisse, quòd Pompeius de rebus à se in consulatu, pulso ex vrbe Catilina, gestis sibi non fuerit gratulatus. Res hæ à Cicerone consule extremo consulatus sui mense gestæ erant. Pompeius autem Pisone, & Messalla cos. id est sequenti anno, ex Asia Romam rediit, & triumphauit, Plinio, ceterisq; auctoribus. Cicero quidem etiam libro primo ad Att. in epistola, quam K. Ian. scripsit Pisone, & Messalla cos. 6. b. prodromos Pompeianos de aduentu Pompeij nunciare scribit. quæ de re nihil in hac epistola ait, vt omnino ante K. Ian. quibus consulatum Piso, & Messalla inierunt, scripta esse videatur.

Q. METELLVS Q. F. CELER PROCOS.
S. D. M. T. CICERONI.

Epist. 1

SI vales, bene est. Existimaram) Hic Metellus prætor priore anno, consule Cicerone, fuit: hoc autem anno Galliam proconsule administrauit, quam Cicero consul in concione deposuerat. auctores Salustius, Dio. & alij. Queritur Q. Metellum nepotem fratrem à Cicerone in Senatu, se absente, fuisse oppugnatum. Hanc epistolam hoc anno scriptam esse sequens Ciceronis responsio demonstrabit, eandem autem ex prouincia missam esse hæc verba indicant. Qui prouincia, exercituiq; præsum.

M. TVLLIVS CICERO Q. METELLO Q. F.
CELERI PROCOS. S. D.

Epist. 7

SI tu exercitusq; valetis, bene est. Scribis ad me) respondet Cicero superiori Q. Metelli Celeris proconsulis epistolæ. hanc hoc anno scriptam esse, hinc intelligi potest, quòd in hac agitur de rebus recens actis à Q. Metello Celeris fratre tribuno plebis, qui fuit Plutarcho, Appiano, Dione, & ipso etiam Cicerone auctoribus, Silano, & Murena cos. id est de ijs rebus, quas ille tribunus contra se egit prid. K. Ian. K. Ian. III. Non. Ian quo tempore Celer ipse Roma abfuisse videtur. Quibus de rebus agit etiam Dio in consulatu Silani, & Murenæ.

M. TVL. CICERO S. D. C. ANTONIO M. F. IMP.

Epist. 5

ETsi statueram) Hic est C. Antonius, qui priore anno collega Ciceronis in consulatu fuit, & hoc anno prouinciam Macedoniam, quam in consulatu obtinuerat, proconsule regebat, Dione, & alijs auctoribus. Hanc epistolam hoc anno scriptam esse, apparet ex eo, quòd in hac commendat ei T. Pomponium Atticum in Græciam proficiscentem, qui ante K. Ian. Pisone, & Messalla cos. profectus Roma fuisse videtur, cum ad eundem lib. primo ad Att. scribat epistolam K. Ian. his consulibus. Itaque in vtraque epistola eadem ferè continentur, nam quòd in hac ait Ne id dicam, quod aiunt falsò in me solere conferri abs te Ad Att. est. 6. b. Antonium in cogendis pecunijs dictitare, partem mihi quæri, & à me custodem communis quæstus libertum esse missum. Item quod in hac ait: Sed reliqua multo maius meum studium desiderant. Id est, quod ad Att. scribit Prodromi Pompeiani nunciant aperte Pompeium acturum Antonio succedi oportere Idem confirmant verba epistolæ ad Att. cuius initium est. Accepi tuas: data VI. K. Feb. Messalla, & Pisone cos. quæ sunt hæc Neque id ipsum certum habeo, quando ad Antonium proficiscare.

M. VALERIO MESSALLA.
M. PVPIO PISONE COS.
An. ab vrbe cond. DCXCII.

M. CICERO S. D. P. SEXTIO
L. F. PROCOS.

Epist. 6

CVM ad me Decius) Hic P. Sextius quæstor C. Antonio consuli, ac deinde proconsuli in Macedonia fuit: hoc autem tempore cum eodem in prouincia erat. Itaque cum C. Antonio proconsuli succedendum esset, P. etiam Sextio quæstori eius succedendum erat. de successore autem ipsi Antonio mittendo egit in epistola superiore, agit etiam in hac, cum ait Antonium in senatu grauissime defendi Intelligit enim, ne ei succederetur. post autem Cæsare, & Bibulo cos. in iudicio eum defendit de repetundis iam ex Macedonia reuersum, Dione auctore lib. XXXVIII. & Cicerone in oratione pro Cælio: quo iudicio damnatus est, quòd suspicio erat, eum cum Catilina olim coniurasset. Hæc autem epistola scripta est Messalla, & Pisone cos. quia Q. Fufius, de quo hic mentio fit, tribunus pl. his consulibus fuit Dione auctore lib. XXXVIII. Item quòd de domo à se empta scribit, de qua scribit etiam ad Att. in epistola VI. K. Feb. data Messalla, & Pisone cos. Quæ cum ita sint, puto in titulo epistolæ P. Sextium P. F. quæstorem, aut proquæstorem esse scribendum, quod oratio ipsa Ciceronis pro P. Sextio ostendit, in qua eum Romæ, & in Macedonia C. Antonio consuli, et proconsuli quæstorem ait fuisse, de proconsulatu autem nihil.

L. AFRANIO.
Q. METELLO CELERE COS.
Anno ab vrbe condita. DCXCIII.

His consulibus nullæ extant scriptæ epistolæ.

C. IVLIO CAESARE.
M. CALPVRNIO BIBVLO COS.
Anno ab vrbe cond. DCXCIIII.

His consulibus ne vllæ quidem scriptæ extant epistolæ.

L. CALPVRNIO PISONE.
A. GABINIO COS. Anno ab vrb. cond. DCXCV.

M. CICERO TERENTIAE, ET TVLLIOLAE, ET CICERONI SVIS S. P. D.

Ex XIIII lib. Epist. 4

EGO minus sæpe) Hoc anno Cicero pulsus est à P. Clodio Trib. pl. mense Martio (vt puto) extremo, nam ipse, quemadmodum scriptum est lib. III. ad Att cum hoc tempore in Macedoniā tenderet, Naryce Locridis scripsit Id. Aprilis: post Vibonem venit: inde III. Id. Aprilis. Scripsit Thurij, & XIIII. K. Maij Tarenti: inde Brundusium venit XIII K Maij, Brundusij vero fuit XIII. dies, vt in hac epistola scriptum est, prid. autem K. Maij hanc epistolam Tertia scripsit Brundusij, quemadmodum in extrema epistola adscriptum est. Quæ cum ita sint, sanè apparet, cum ait in hac eadem epistola Brundusio profecti sumus a.d. V. K. Maias Legendū esse a d. II. K. Maias. alioquin nec XIII. dies

Brundusij

Brundusiū fuerit, & dict epistola data repugnabit. Est autem intelligē dum hanc ab eo epistolam scriptam esse tum, cum a Brundusio proficisce batur, quod significat, cum subiungit Per Macedoniam Cyzicum pe tebamus.

M. CICERO TERENTIAE, ET TVLLIOLAE, ET CICERONI SVIS S. P. D.

Epist. 2 NOLI putare) Hanc epistolam scripsit iisdem consulibus, cum ad hue exularet. III. Non. Oct. Thessalonica. Thessalonicam autem venerat a.d.X.K.Iun. vt scribit ad Att.lib.III.42.

M. CICERO TERENTIAE, ET TVLLIOLAE, ET CICERONI SVIS S. P. D.

Epist. 1 ET literis multorum) Scripta est iisdem consulibus a. d. VI.K. Dec. Dyrrhachij. Dyrrhachium autem se a Thessalonica paulo ante rece pisse videtur, tum ex hac epistola, tum ex epistola ad Att.lib. III. 50. hoc eodem die Dyrrhachij data.

M. CICERO TERENTIAE, ET TVLLIOLAE, ET CICERONI SVIS S. P. D.

Epist. 3 ACCEPI ab Aristocrito) Iisdem consulibus prid.K. Decemb.Dyr rhachij data: eodemq; die scripsit epistolam ad Att.lib.III.51.

P. LENTVLO SPINTHERE
Q. METELLO NEPOTE COS.
An. ab vrbe cond. DCXCVI.

M. TVLLIVS CICERO S. D.
Q. METELLO NEPOTI COS.

Ex V. Epist. 4 LITERAE Q. fratris) Hic est Q. Metellus Nepos, de quo trib. pleb.ante diximus, qui hoc anno consul cum P.Lentulo Spinthere fuit. petit ab eo Cicero, vt se in patriam restituat, quod impetrauit, nam lib. IIII. epist.ad Att. se prid.Non.Sept.hoc anno in vrbem rediisse scribit Itaque ante illud tempus hæc epistola scripta est.

CN. LENTVLO MARCELLINO
L. MARCIO PHILIPPO COS.
An.ab vrb.cond. DCXCVII.

M. CICERO P. LENTVLO PROCOS.

Ex I. lib. Epist. 1 EGO omni officio) P. Lentulus, qui priore anno consul Ciceronem de exilio restituerat, hoc anno, id est Marcellino, & Philippo consulibus, procō sul in Cilicia erat, cupiebatq; Ptolemæum regem a suis pulsum in regnum reducere. hac de re quid actum sit. Cicero scribit Id.Ian. quemadmodum ex epistola elicitur. ex quo intelligi potest, Lentulum extremo suo cōsulatu esse Roma profectū, quod ex Fenestella etiam colligitur, auctore Nonio, qui sic scribit: Vt magistratum tribuni inierunt, C.Cato turbulē tus adolescens, nec imparatus ad dicendum concionibus assiduis inuidiam & Ptolemæo simul, qui iam profectus ex vrbe erat, & P.Lentulo consuli paranti iam iter concitare secando quidem populi rumore cœpit: C. autem Catonem hoc anno tribunatum plebis gessisse apparebit ex sequentibus etiam ad Lentulum epistolis: tribunos vero plebis IIII. Id. Decemb. inire solitos esse, satis ex Liuio, Dionysioq; perspicuum est.

M. CICERO P. LENTVLO S. D.

Epist. 2 ID. Ian.) eidem Lentulo proconsuli narrat, quid de Ptolemæo reducendo sit actum ab Id.Ian. vsque ad XVI. K. Feb. quo die hæc epistola data est, in qua meminit Lentuli Marcellini consulis, & Lucilij tribuni pl. qui fuerunt hoc anno.

M. CICERO P. LENTVLO S. D.

Epist. 3 A. Trebonio) eidem Lentulo proconsuli commendat negocia Trebonij, quæ multa in prouincia Cilicia habebat. hanc epistolam subsequi superiorem ex eo intelligi potest, quòd in quibusdam libris manuscriptis coniuncta reperiuntur.

M. CICERO P. LENTVLO S. D.

Epist. 4 A. d. XVI K. Feb.) eidem Lentulo narrat quæ acta sint post diē XVI. K. Feb de re Ptolemæi. scripta tamē est ante K. Feb. qđ inde intelligi potest, cum ait Senatum haberi ante K. Feb per legem Pupiam non potest. Et quoniam iisdem de rebus scripsit ad Q. Fratrem lib II. 310. a. XIIII. K. Feb. suspicari quis posset, eodem die hanc etiam scriptam esse, aut non ita multo post.

M. CICERO P. LENTVLO S. D.

Epist. 5 TAmetsi nihil) eundem Lentulum de eadem re quid actum sit certiorem facit. haud ita multo post VIII. Id. Feb. scripta est, cuius diei in hac epistola meminit, & rerum, quæ illo die acta sunt. cum si post eum diem multis diebus scripta fuisset, pluribus aliqs de rebus actis eum certiorem facere potuerit, de quibus agit in epist. ad Q. Fratrem XV. K. scripta 312. a

M. CICERO P. LENTVLO S. D.

Epist. 6 QVAE geruntur) cum eodem agit de eadem re Alexandrina. procul dubio hoc anno scripta est, præsertim cum eadem impedimenta, de quibus paulo ante scripsit, commemoret.

Q. METELLVS NEPOS S. D.
M. CICERONI.

Ex V. Epist. 3 HOmini importunissimi) Q. Metellus, qui priore anno consul Ciceronem restituit, hoc anno proconsule cum imperio in Hispania erat, Plutarcho in Cæsare, & Dione auctoribus. Itaque idem in hac epistola ait. (Ad Lollium perscripsi de rationibus prouinciæ quid vellem fieri, vt is vos doceret, & commonefaceret) Agit cum Cicerone de rebus à Clodio fratre hoc anno contra semetipsum, & Ciceronem actis. has res fuisse puto, de quibus agitur in oratione de Aruspicum responsis, quæ hoc anno dicta est, teste ipso Cicerone, qui in oratione ipsa Philippi, & Lentuli consulum meminit.

M. CICERO S. D.
L. LVCEIO Q. F.

Epist. 12 COram me tecum) Lucceius Romanam historiam scribebat, petit igitur ab eo Cicero, vt de consulatu, deq; restitutione sua in patriam separatim scribat. Hanc epistolam Marcellino, & Philippo consulibus esse scriptam epistola quædam ad Att. 58 indicat his consulibus data, in qua hæc verba sunt Epistolam Lucceio, quam misi, qua res meas vt scribat, rogo, fac vt ab eo sumas, valde bella est, eumq;, vt approperet adhorteris, & quòd mihi se ita facturum rescripsit, gratias agas.

CN. POMPEIO MAGNO II.
M. LICINIO CRASSO II. COS.
An.ab vrbe cond. DCXCVIII.

M. CICERO P. LENTVLO PROCOS. S. D.

Ex I. Epist. 7 LEgi tuas literas) Initio secundi consulatus Pompeij, & Crassi, qui hoc anno ex interregno consules facti sunt App. & Dione auctoribus scripta est hæc epistola: quod inde intelligi potest, cū inquit Stipendium Cæsari datum, & ne succederetur Hoc enim initio consulatus sui secundi Pompeium egisse scribit App & Dio. scripta autem videtur ante mensem Aprilis quia lib.IIII. ad Att 60 a. scribit Aprili mense rumorem fuisse Puteolis, Ptolemæum esse in regno, in hac autem epistola reductionem eius Lentulum habere posse ait. reductum autem esse Pompeio, & Crasso cos. tradit Dio.lib XXXIX. Præterea quod ait in hac epistola Quod mihi de filia, & de Crassipede gratularis Ad Q. Fr.lib.II.315. scrib.prid. Non.Apr.Marcellino, & Philippo cos. Tulliam Crassipedi desponsatam.

M. CICERO P. LENTVLO
PROCOS. S. D.

Epist. 8 DE omnibus rebus) Hæc etiam scripta est Crasso, & Pompeio cos. hoc enim notat, cum ait Res omnes sunt in amicorum nostrorum potestate Item Ocium nobis exoptandum est, quod ij, qui potiuntur rebus præstaturi videntur Item Pompeium tibi amicum esse cognoui, & eo tu consule quantum ego perspicio, quæ voles obtinebis Adhuc non reductum regem significat, quem tamen hoc eodem anno reductum esse à Gabinio procos. Syria scribit, vt dixi, Dio.

M. CICERO M. MARIO S. D.

Ex VII. lib. Epist. 1

SITE dolor) Marius in agris erat, Cicero Romæ, minuit et voluptatem ludorum, quos Pompeius consul II. id est, hoc anno edidit, quibus Marius non affuit, de quibus ludis latius scribit Dio lib. 38. in secundo consulatu Pompeij.

M. CICERO C. SEXTILIO RVFO PROQVAESTORI S. D.

Ex XIII libro Epist. 48

OMNES tibi commendo Cyprios) Hic C. Sextilius primus Cyprum proquæstore rexit, vt in hac epistola scribit Cicero: cum autem M. Cato, Dione auctore superiore anno Philippo, & Marcellino cos. ex Cypro redierit, in quam Gabinio, & Pisone cos. profectus erat, eamq; interim in prouinciæ formam redegerat, profecto apparet, hũc Sextilium hoc anno in Cypro fuisse: presertim vero, cum mentionem faciat legis P. Lentuli, qui biennio ante consul fuit. hac ergo commendat Cicero oẽs Cyprios, sed maxime Paphios. Neque vero pro certo rem affirmamus.

L. DOMITIO AHENOBARBO.
AP. CLAVDIO PVLCHRO COS.
An. ab vrbe cond. DCXCIX.

M. TVLLIVS CICERO M. LICINIO P. F. CRASSO S. D.

Ex V. Epist, 8

QVantum meum studium) M. Crassus priore anno cõsul Syriam prouinciam adeptus in eam eodem anno inuitis & obnunciantibus tribunis pl. profectus erat auctore Dione, & Plutarcho. Cicero autem huius anni initio pro eo egit in Senatu cum consulibus Ap. Claudio, & L. Domitio: quid autem egerit ad Crassum hac epistola in prouinciam scribit. de eadem etiam contentione, & defensione Crassi loquitur in epistola longa ad Lentulum, quæ extremo hoc anno, vt ostendam, scripta est. ita. Crassi magna: illum commendatione susceptam defendi in Senatu.

M. TVLLIVS CICERO C. CAESARI IMP. S. D.

Ex VII. Epist. 5

VIDE quàm mihi persuaseris) C. Cæsar iam quintum annum pro consule bellum gerebat in Gallia, cum ad eum cum his literis C. Trebatium misit Cicero, missum autem esse Domitio, & Claudio cos. hinc intelligi potest, quòd cum hanc epistolam scripsit, Balbus erat Romæ, quod significat, cum ait Sustulimus manus & ego, & Balbus Idem autem Balbus erat Romæ his consulibus Id. Ianuarijs, quemadmodum ex epistola ad Q. fratrem lib. II. 316. intelligi potest, cuius initium est. Gaudeo tibi iucundas esse. At Trebatius ijsdẽ consulibus eiat in Gallia mense Maio. vt elicitur ex epist. ad Q. Fratrem 318. quæ incipit. A. d III. Non. Iun. vbi hæc verba sunt Trebatium Cæsare quòd ad se miserim persalse, & humaniter etiam gratias mihi egit. profectus est autem ijsdem consulibus Q. Frater ad Cæsarem post Trebatium ante mensem Iunium, quod indicat epistola ad eum proficiscentem scripta 317. cuius initium est, Duas adhuc. In qua extrema hæc verba sunt Trebatium vt valde ames, te valde rogo.

M. CICERO TREBATIO S. D.

Epist. 6

IN omnibus mea epistola) cum hæc epistula scripta est, Trebatius erat in Gallia cum Cæsare, itemq; Balbus, quia ait In omnibus meis epistolis, quas ad Cæsarem, aut ad Balbum mitto Hortatur eum, vt desiderium vrbis deponat, monetq; ne in Britannia se decipi patiatur. bis autem in Britanniam traiecit Cæsar, primum priore anno Pompeio, & Crasso cos. Dione auctore lib. xxxix. Iterũ hoc anno, Domitio, & Claudio cos. Dione auctore lib. XL. Itaque cum suspicaretur Trebatium cum Cæsare in Britanniam traiecturum, hæc scribit, siquidem in epistola quadam ad Att. lib. IIII. 63. a. his cos. data, ait Ex Q. Fratris literis iam suspicor Cæsarem esse in Britannia.

M. CICERO TREBATIO S. D.

Epist. 7

EGO te commendare non desisto) Trebatium item de Britannia monet, vt si visio sit in eam traijcere, traijciat, sin minus, in Gallia maneat. meminit item literarum, quas à Q. fratre multas accipit, de quibus ante diximus.

CICERO TRERATIO S. D.

Epist. 8

SCripsit ad me Cæsar) scribit se accepisse literas à Cæsare, quibus eum sibi familiarem futurum affirmat. has autem epistolas se accepisse ait a. d. III. Non. Ian. ad Q. fratrem scribens 318. his verbis. Cæsar Trebatium, quòd ad se miserim persalse, & humaniter etiã mihi gratias egit. Videtur suspicari, cum ait profectum iam, aut profecturum in Britanniam, quia ait. Ego vestras Britannicas literas expecto.

CICERO TREBATIO S. D.

Epist. 17

EX tuis literis) Hæc epistola superiorem sequitur, quia in illa suspicari videbatur eum profecturum esse in Britanniam, in hac vero profectum eum non esse videtur scire, cum ait, In Britanniam te non esse profectum gaudeo, vbi sis hiematurus scribas ad me velim, Cæsarem porrò a. d. VI. K. Oct. exercitũ Britannia reportasse scribit Cicero ad Attic. lib. IIII. 65. b.

CICERO TREBATIO S. D.

Epist. 9

IAndiu ignoro quid agas) quærit item ab eo, vbi sit hyematurus.

CICERO TREBATIO S. D.

Epist. 10

LEgi tuas literas) Extremo hoc eodem anno videtur scripta hæc epistola, quia ait, Metuo ne frigeas in hibernis, quamobrem camino luculento vtendum censeo. In Britanniam item eum non esse profectum, se scire significat, cum ait, Quòd si in Britanniam quoque profectus esses, nemo te in illa tanta insula peritior fuisset.

CICERO TREBATIO S. D.

Epist. 16

IN equo Troiano) Hæc item prope anni finem scripta videtur, quid ait, Nunc vero in hibernis intectus mihi videris. Item Ecquid in Italiam venturi sitis hac hieme, fac plane sciam. Item non transisse eum in Britanniam se scire significat, cum inquit, In Britannia non nimis φιλοθέωρον te præbuisti.

M. TVLLIVS CICERO P. LENTVLO PROCOS. S. D.

Ex I. Epist. 9

PErincunda) P. Lentulus proconsule adhuc Ciliciam regebat: App. Claudio consule scripta est ex his verbis, Appius dixit, sese, si licitum esset, legem Curiatam ferre, sortiturum esse cum collega prouinciam, si curiata lex non esset, comparaturum cum collega, tibique successurum: legem curiatam consuli ferre opus esse necesse non esse, Hæc eadem de re scribit etiam ad Q. fratrem V. id. Oct. his cos. 325. vt omnino extremo hoc anno hæc epistola scripta esse videatur: exponit quærenti Lentulo, cur Vatinium, Crassumque inimicos ante suos defenderit.

M. TVLLIVS CICERO S. D. L. VALERIO IVRISCONSVLTO.

Epist. 10

CVR enim tibi hoc non gratificer nescio) commendat Lentulo pro consuli Ciliciæ Valerium, qui in Cilicia erat, credo autem commendasse eum in extremo consulatu eius: nam eundem commendat etiam App. Claudio proconsulis successori Lentuli in prima ad eum epistola.

INTERREGNVM SEX MENSIVM
ANTE CN. DOMITIVM CALVINVM
M. VALERIVM MESSALLAM COS.
An. ab vrbe cond. DCC.

CICERO TREBATIO S. D.

Ex VII. Epist. 11

NISI ante Roma) Trebatius item in Gallia erat. hoc autem anno per sex menses interregnum fuit sine consulibus, vt ait Dio lib. XL. Inde in reliquum anni creati sunt consules CN. DOMITIVS CALVINVS, & M. VALERIVS MESSALLA. hanc autem epistolam per interregnum illud scriptam esse, ex his verbis intelligi potest, Quis enim tot interregnis iurisconsultum desiderat?

M. TVLLIVS CICERO C. CVRIONI S. P. D.

Ex II. li. Epist. 1

QVANQVAM me nomine) C. Curio in Asia erat, vt ex ea epistola apparet, cuius initium est. Nondum erat auditum. cum ait, Et te iam ex Asia Romam versus profectum esse constaret. Fuisse autem in Asia cum potestate, declarant verba illius epistolæ, quæ incipit. Hæc negocia, quæ sunt, Vel quod excelso, & illustri loco sita sit laus tua in plurimorum & sociorum, & ciuium conspectu. Verisimile autem est quæstorem fuisse, quia paucis post annis fuit Tribunus plebis, ante tribunatum autem capiebatur quæstura: quantopere autem & socios, & ciues Romanos publicanos, qui in Asia negociabantur iuuare, & vexare possent quæstores, apparet ex P. Rutilio quæstore Q. Mucij Scæuolæ, quem idcirco equites Romani damnarunt, quod Asianos a publicanorum iniurijs defenderat. Priores hæ epistolæ quo anno scriptæ sint, ex earum verbis non liquet: illud tantum constat epistolam illam Nondum erat auditum, scriptam esse hoc anno Caluino, & Messalla cos. quia in ea commendat Curioni ex Asia Romam decedenti Milonem consulatus candidatum hoc anno, Dione, Appiano, & Pædiano auctoribus. cum autem in omnibus epistolis ante illam agat de reditu eius, eodem forte anno omnes scriptæ esse videri poterunt, antequam Curio ex Asia decederet: siquidem in hac ait, Ego te abfuisse tandiu à nobis gaudeo. Hæc certe præcedit reliquas, quod in ea Curionem à se requijsisse literas scribit.

M. TVLLIVS CICERO C. CVRIONI S. P. D.

Epist. 2

GRAVI teste) Agit cum Curione absente de obitu patris eius.

M. TVLL. CICERO C. CVRIONI S. P. D.

Epist. 3

RVpta studium) huius epistolæ cum superiori coniunctum ferè argumentum est, agit enim de ludis funebribus in honorem patris Curionis edendis, eosq; in aduentum eius differendos suadet: ludorum spectandorum satietate omnes defessos ait, propter magnificentissimos, vt puto, ludos, quos Pompeius in secundo suo consulatu paulo ante dedit.

M. CICERO TREBATIO S. D.

Ex VII. Epist. 12

MIrabar quid esset) Epicureum factum esse Trebatium se audisse ait à Pansa. rogat item, vt ad se scribat, quid agat, vt in superiore ad eundem Trebatium.

M. CICERO TREBATIO S. D.

Epist. 13

ADeóne me iniustum) Hæc epistola his certe consulibus scripta est, nam monet Trebatium vt vitet Treuiros, quibus cum bellauit Cæsar hoc anno, Dione auctore. scripta est autem a.d. III. Non Martias. ergo per interregnum.

CICERO TREBATIO S. D.

Epist. 15

QVàm fuit morosi) ante se moleste tulisse ait, quòd Trebatius in Gallia inuitus esset, nunc dolere, quòd illic sit libenter. inuitum ante fuisse ibi Trebatium intelligitur fere ex omnibus superioribus epistolis.

CICERO TREBATIO S. D.

Epist. 18

ACcepi à te aliquot epistolas) In hac item significat, se cognouisse, quàm fortis animo militiam ferat, contra quam ille antea fecerat. data est VI. id. Apr. de Pontino.

M. TVLL. CICERO C. CVRIONI S. P. D.

Ex II. Epist. 4

EPistolarum, genera) Hortatur Curionem ad laudem, & maximam esse eius expectationem ait, remp. afflictam esse innuit: forte quod sine consulibus esset, nec comitia consularia haberi ciuili contentione possent. Scripta est certe post superiores, quia inquit, Vtar ea clausula, qua soleo, neque ad studium summæ laudis cohortabor. Hac autem clausula vsus est prima, & tertia ante epistola.

M. TVLL. CICERO C. CVRIONI S. P. D.

Epist. 5

HAEC negocia) Admirabilem expectationem eius reditus esse ait. de rep. afflicta eadem repetit.

M. CICERO S. P. D. P. SEXTIO P. F.

Ex V. Epist. 17

NON obliuione) Hæc epistola sine dubio scripta est post reditum Ciceronis ab exilio, quia ait. Et proxime recenti aduentu meo cum rem aliter institutam offendissem; ac mihi placuisset, si affuissem, tamen nulla re saluti tuæ defui. cumq; eo tempore inuidia annonæ inimici non solum mei, verum etiam amicorum tuorum plus valuisset &c. Nam inuidiam annonæ, quæ grauior facta erat post reditum Ciceronis, fecit Clodius & Ciceroni, & amicis eius. Est autem intelligendum tria iudicia commemorari in hac epistola à Cicerone, vnum, quo, cum esset Sextius Quæstor C. Antonij proconsulis Macedoniæ, accusabatur vna cum proconsule suo de repetundis: vt supra dictum est, alterum de ambitu: tertium de vi: vt scribit ad Q. fratrem Marcellino, & Philippo cos. 331. In primo iudicio ait se defendisse eum, cum inquit, Et primis illis temporibus, quibus in inuidiam absens, & in crimen vocabare, defendi. Iudicio de vi est absolutus, defendente Cicerone, quia scribit ad Q. fratrem epistola scripta Lentulo, & Philippo cos. ita, Sextius noster absolutus est III. id. Martias. Tertio iudicio de ambitu est condemnatus, de quo eum consolatur in hac epistola, cum ait, Iniquitas totius iudicij, multaq; alia reip. vitia, plus quàm causa ipsa, veritasque valuissent. Cum ergo damnatus illo iudicio exularet Sextius, ad eum scripsit hanc epistolam Cicero consolandi causa. Quia vero ait, Non obliuione amicitiæ nostræ, neque intermissione consuetudinis meæ superioribus temporibus ad te nullas literas misi, Et paulo post, Cum vero & interuallum iam satis longum fuisset, Significat aliquot tempora intercessisse post eius exilium, quibus non scripserat. item quia ait, Illud vtinam ne vere scriberem ea te rep. carere, in qua neminem prudentem res vlla delectet. Propterea in eam opinionem adducor, vt credam, scriptam esse hanc epistolam biennio post, quàm Sextius damnatus fuerat, cum propter seditiones ciuiles consules creari non possent, sed interregna alia ex alijs inirentur, quod hoc tempore factum est. Quamobrem hic ponendam esse hanc epistolam, nihil tamen affirmantes, duximus.

CN. DOMITIO CALVINO, M. VALERIO MESSALLA Cos. in reliquum anni.

CICERO TREBATIO S. D.

Ex VII. Epist. 24

CHrysippus Vectius) Aduentante æstate scripta est Caluino, & Messalla Cos. quia ait, Sin æstiuus timor te debilitat, aliquid excogita, vt fecisti de Britannia, In quam scilicet traijcere cum Cæsare anno superiore noluit.

M. TVLL. CICERO C. CVRIONI S. P. D.

Ex II. Epist. 6

NOndum erat auditum) Superioribus proximis ad Curionem literis magnam esse reditus eius expectationem significauit, in hac autem eum ipsum Romam aduentare ait. Itaque huic aduentanti Milonem commendat, qui in annum sequentem consulatum petebat. Dione, Appiano, Pædiano auctoribus.

CN. POMPEIO MAGNO III. COS. SINE COLLEGA An. ab vrb. cond. DCCI.

M. CICERO M. MARIO S. D.

Ex VII. Epist. 2

MAndatum tuum) Hoc anno cum ciuili contentione consularia comitia haberi non potuissent, quibus Milo, Hypsæus, & Scipio petebant, interregnum fuit vsque ad V. K. Martias, quo die Cn. Pompeius Magnus consul creatus statim iniit, auctore Pædiano in Milonianam. Hæc igitur epistola Pompeio. III. Cos. scripta est, quia de nece Clodij agit hoc anno per interregnum commissa, & de nouis legibus, quas tulit Pompeius. III. consul, vt ait Pædianus his verbis, Pompeius statim consulatum iniit, deinde ante diem tertium de legibus nouis ferendis retulit. Eadem & de legibus, & de iudicijs App. lib. II. & Dio. lib. XL. quæ nunc Cicero. Præterea de T. Munatio Planco Bursa damnato agit, de quo etiam Dio in tertio consulatu Pompeij: damnatus est autem, quòd curiam incenderat in funere Clodij, teste Dione.

M. CICERO S. D. T. FABIO.

Ex V. Epist. 18

ETsi egomet) Quanquam non admodum certa est huius epistolæ sedes, tamen ante bellum ciuile Cæsaris scripta esse videtur, quod ex his verbis intelligi potest, Ea denique videtur conditio impendere legum, iudiciorum, temporum, vt optime actum cum eo videatur esse, qui quàm leuissima pœna ab hac rep. discesserit. Consolatur autem Fabium de repulsa lata, quam repulsam ipse videtur tulisse Pompeio III. Consule remp. extraordinaria cum potestate administrante, quod videtur

Ex V. Epist. 17

tur his verbis significari, Et cum vnum sit iudicium ex tam multis, quod reprehendatur, vt quod vna sententia, eaq; dubia potentia alicuius condonatum existimetur, omnibus his de causis debet istam molestiam quam leuissime ferre.

M. TVLLIO CICERO. T. TITIO T. F. LEGATO S.

Ex XIII. Epist. 75

ETsi non dubito quin) T. Titius legatus erat rei frumentariae curanda. commendat ei C. Auianum, vt commodet ei de loco, quò deportet frumentum, vt puto in Sicilia: nam & C. Auianus in Sicilia est epist. 232. & Sicilia horreum populi R. solet esse. sedes hac videtur esse huius epistolæ, quod ait se hoc idem obtinuisse per triennium, dum Pompeius ei negocio præfuit. Pompeius autem Lentulo, & Metello cos. rem frumentariam in quinquennium est adeptus, Dione auctore, quo expleto, facile hoc anno alius successit cũ hoc Titio legato. cõiectura tamẽ est.

SER. SVLPICIO RVFO.
M. CLAVDIO MARCELLO COS.
An. ab vrb. cond. DCCII.

M. TVLLIO CICERO AP. PVLCHRO IMP. S. P. D.

Ex III. lib. Epist. 1

SI ipsa resp.) Ap. Claudius Proconsul erat in Cilicia, successeratq; ante biennium Lentulo, Cicero Romæ erat. huius autem epistolæ quanquam incerta sedes est, tamen illud affirmari posse videtur, non initio proconsulatus Appij missam esse, cum Imperator, non proconsul in titulo epistola nominetur. Scripta est certe antequam Ciceroni obtigisset, vt Appio in prouincia succederet: successit enim his ijsdem consulibus, vt infra apparebit. De reconciliata gratia agit, quæ P. Clodij fratris eius causa fuerat interrupta. redierat autem in gratiam cum eo tum cum consul esset. vt eodem anno in epistola longa scripsit ad Lentulum.

M. TVLLIVS CICERO PRO COS. AP. PVLCHRO IMP. S. P. D.

Ex VII. Epist. 14

Epist. 2

CVM & contra) Nunciat Ap. Claudio proconsuli Ciliciæ, sibi obtigisse, vt ei in prouincia succederet, rogat eum, vt sibi prouinciam quàm expeditissimam tradere velit. Romæ adhuc erat Cicero, vt in sequenti ait. non videtur autem proconsul esse nominandus, nisi postea quã aut in prouinciam peruenit, aut certe imperiũ ad vrbẽ accepit.

Ex II. Epist. 6

M. TVLL. CICERO PROCOS. AP. CLAVDIO PVLCHRO IMP. S. P. D.

Epist. 3

A. d. XI. K. Iun.) Scripta est, tum cum in Ciliciam proficiscebatur successurus Appio, mense Maio, quemadmodum ex epistolarum ad Att. lib. V. intelligi potest. Fuit autem in Tusculano cum Attico Non. Maij, inde Arpino, Arcano, Aquino, Cumano, Pompeiano, Trebulano peragratis, Beneuentum venit a. d. V. id. Maij, Tarentum autem a. d. XV K. Iun. at vero Brundusium a. d. XI. K. Iun. quemadmodum in hac epistola scribit. ergo post XI. K. Iun. scripta est, tamen ante K. Iun. siquidem ait, se C. Pontinium legatum expectare Brundusij, eumq; ante K. Iun. venturum arbitrari: de quo sic scribit etiam ad Att. lib. V. 70.: De Pontinio recte scribis, est enim ita, vt si ante K. Iun. Brundusij futurus sit, minus vrgendi fuerint M. Annius, & Tullius.

Ex VII Epist. 2

M. COELIVS M. CICERONI S. D.

Ex VIII. lib. Epist. 1

QVOD tibi decedenti,) Cælius Ciceronem proconsulem in prouinciam proficiscentem certiorem facit de rebus vrbanis, quemadmodum ei decedenti pollicitus erat se facturum. Scripta est post IX. K. Iun. sed tamen ante K. Iun. quia ait Te a. d. IX. K. Iun. subrostrani dissipararant periisse. Item, Marcellus consul prouinciarum relationem in K. Iun. distulit.

Ex V. Epist. 18

M. TVLLIVS CICERO PROCOS. AP. PVLCHRO IMP. S. P. D.

Ex III. Epist. 4

PRid. Non. Iun.) Scripta est post diem Prid. Non. Iun. quo die se fuisse etiam Brundusij significat in epistola ipsa.

M. CICERO C. MEMMIO S. D.

Ex XIII. Epist. 1

ETsi non satis) C. Memmius Pompeio III. Cos. de ambitu condemnatus Athenis nunc exulabat. Quò Cicero venerat a. d. VI. K. Quint. vt est in epistola ad Att. 72 b. Ibi cum videre Memmium exulantem non potuisset, quòd se prid. quàm Athenas venerat Cicero, Mitylenas contulisset, scribit ad eum, doletq; se non potuisse eum Athenis videre: petit autem ab eo, vt Patroni cuidam commodet, qua de re sic ad Att. lib. V. 74. a. Commodius visum est & Xenoni, & post ipsi Patroni, me ad Memmium scribere, qui prid. quàm ego Athenas veni, Mitylenas profectus erat, vt is ad suos scriberet, posse id sua voluntate fieri.

M. CICERO C. MEMMIO.

Epist. 2

C. Auiano Euandro) ad eundem Memmium scribit, atque ei commendat Auianum statuarium, vt ei de habitatione accommodet. Scripta est ante K. Quint. quia inquit Auiano subitum esse remigrare K. Quint.

M. TVLLIVS CICERO PROCOS. M. COELIO S. P. D.

Ex II. Epist. 8

QVid? me hoc tibi) Cicero Athenis profectus est prid. Non. Quint. cum ibi decem dies ipsos fuisset. ad Att. 73. a. eo die Athenis proficiscens hanc epistolam scripsit, vt ex ipsa epistola apparet. Respondet epistola Cælij superiori, cuius initium est. Quod tibi.

M. COELIVS M. CICERONI S. D.

Ex VIII. Epist. 2

CErte inquam) certiorem facit Ciceronem absentem de rebus vrbanis, id est Messallam absolutum, Marcelli impetus resedisse, Hirrum secum ædilitatem petere: mandat, vt si ædilis creatus fuerit, sibi curet Pantheras, & syngrapham Sittianam ei commendat.

M. COELIVS M. CICERONI S. D.

Epist. 3

EST ne? vici) Nunciat item se in ædilitate competitorem habere Hirrum.

M. TVLLIVS CICERO PROCOS. AP. PVLCHRO IMP. S. P. D.

Ex III. Epist. 5

TRalles veni) Cicero proficisceas in Ciliciam Ephesum venit XI. K. Sext. Att. 74. b. Tralles VI. K. Sext. ex hac epistola. Laodiceã in prouinciam prid. K. Sext. Att. 75. 79. 82. Fam. 241. 243. Hanc scripsit post VI. cal. Sext. ante prid. cal. Sext. quia ait, se putare illo die futurum Laodiceæ. De conueniendo in prouincia Appio agit.

M. COELIVS M. CICERONI S. D.

Ex VIII Epist. 4

INuideo tibi.) Scripta est cal. Sext vt adscriptum est in extrema epistola. nunciat de rebus vrbanis, vt C. Marcellum consulem designatum esse, Curionem petere tribunatum plebis, comitia ædilicia, quibus ipse petebat, nondum esse habita, Pantheras, & Syngrapham Sittianam ei commendat.

M. COELIVS M. CICERONI S. D.

Epist. 5

QVA tu cura sis) Timere se ait de copijs Ciceronis, si Parthi moueant, optat ei tantum belli, quo triumphum consequi possit, Curionem designatum trib. pl. nunciat, nihil de sua comitijs ædilicijs ait, nondum autem habita fuisse videntur.

M. COELIVS M. CICERONI S. D.

Epist. 9

SIC tu inquis) Nunciat se vicisse competitorem Hirrum, & ædilem se factum. rogat item eum de Pantheris. seq; a. d. IIII. Non. Sept. hanc dedisse ait.

M. CICERO PROCOS. S. D. M. MARCELLO COS.

Ex libro XV. Epist. 7

TE & pietatis) Cum accepisset à Cælio comitijs consularibus C. Marcellum consulem factum, gratulatur M. Marcello consuli de C. Marcello fratre eius patruelo in insequentem annum consule designato: quia vero de Parthis nunciari aliquid ait, neque se publice adhuc ea de re scribere

scribere velle, propterea hac epistola videtur praecedere eam, quam publice misit, in qua de Parthis nunciat.

M. CICERO PROCOS. C. MARCELLO COS. DES. S. D.

Epist. 8

MAXIMA sum laetitia) Gratulatur ei, quòd consul designatus sit.

M. CICERO PROCOS. C. MARCELLO COLLEGAE S. D.

Epist. 9

MArcellum tuum) Gratulatur C. Marcello collega in auguratu de C. Marcello filio consule designato.

M. CICERO IMP. L. PAVLLO COS. DES. S. D.

Epist. 12

ETsi mihi nunquam) Gratulatur L. Paullo Cos. des. de consulatu. Ha quatuor epistola gratulationis eodem, vt puto, die scripta sunt. non videtur autem in titulo epistola Imperator appellandus, quòd nondum in Amano rem gesserit.

M. T. M. F. CICERO PROCOS. S. D. COS. PRAET. TRIB. PL. S. P. Q. R.

Epist. 2

SI vos bene valetis, bene est: ego quidem valeo. cum prid. K. Sext.) Quod negarat paulo ante, cum scriberet ad M. Marcellum consulem, se adhuc de Parthico metu publice scribere velle, id nunc facit: nunciat enim Senatui, vt venerit in prouinciam prid. cal. Sext. vt accepto nuncio de bello a Parthis in Syriam illato, iter in Ciliciam per Cappadociam facere coeperit. Cum autem hac scripsit in Ciliciam per Cappadociam tendebat.

M. TVLLIVS CICERO PROCOS. AP. PVLCHRO IMP. S. P. D.

Ex III. Epist. 6

CVM meum factum) eodem tempore scripta est, atque superior, qua ait, se prid. cal. Sext. in prouinciam venisse, prid. cal. Sext. ab Iconio castra mouisse, iter in Ciliciam per Cappadociam facere, agit cum Appio de ratione conueniendi eum in prouincia.

M. CICERO IMP. S. D. M. CATONI.

Ex XV. Epist. 3

CVM ad me legati) Nunciat, quemadmodum legati ab Antiocho Comageno ad se venerint in castra ad Iconium a. d. III cal. Sept. & nunciarint regis Parthorum filium cum magnis Parthorũ copijs ad Euphratem venisse, se tamen de hac re nihil publice scribere. non videtur autem Imperator esse appellandus in titulo epistola, sed Procõsul, ob causam, quam ante diximus. Praeterea vero mendose est in epistola se in castris ad Iconium conuentum esse à legatis a. d. III. Non. Sept. siquidem ad Att. 79. a scribit, se lustrasse exercitum apud Iconium. III. cal. Sept. & ad Appium. 35. castra mouisse ab Iconio prid: cal. Sept.

M. T. M. F. CICERO PROCOS. S. P. D. COS. PRAET. TRIB. PL. S. P. Q. R.

Epist. 1

SI vos valetis, bene est, ego quidem valeo. Etsi non dubie) Ter ante Romam scripsit de metu Parthico, primo ad M. Marcellum consulem obscurissime, qua in epistola negauit, se ad eum de ea re scribere velle, ne publice, cum ad consulem scriberet, scribere videretur: deinde eadem illa ad Senatum, id est, quemadmodum de bello à Parthis in Syriam illato quotidie & nuncij, & literae afferrentur, qua in epistola ait, se cum exercitu per Cappadocia partem eam, qua cum Cilicia continens est, iter fecisse, castraq; ad Cybistra, quod oppidum est ad montem Taurum, locasse: tertio in epistola ad Catonem, qua ait, se in castris ad Iconium a. d. III. cal. Sept. accepisse à legatis Antiochi Comageni regis Parthorum filium Euphratem transire coepisse, ea tamen de re nihil publice scripsisse. Quarto nunc, ad Senatum scribit, atq; se non solum à legatis Comageni regis, Parthos Euphratem transire coepisse, audisse, sed etiam a. d. XIII. cal. Oct. cum exercitum in Ciliciam duceret, à Tarcondimoto accepisse, Parthos item Euphratem transijsse Ergo qua negarat Catoni se publice scripsisse, nunc quia certiora habet, scribit. Se ad Taurum instituisse ducere ait. Hanc epistolam de Parthico tumultu recitatam in Senatu Non. Oct. scribit ad Att. 81.

M. COELIVS M. CICERONI S. D.

Ex VIII Epist. 8

ETsi de rep.) Narrat S. C. facta prid. cal. Oct. vt C. Marcellus, L. Paullus cos. des. ad cal. Martias, qua futura essent in suo consulatu, de prouincijs Gallijs referrent ad Senatum.

M. TVLLIVS CICERO PROCOS. M. COELIO RVFO AEDILI CVR. DES. S. P. D.

Ex II. Epist. 9

PLurimum tibi) Respondet epistola Celij. Sic tu inquis. gratulatur ei quod adilis factus sit, & serius se hoc facere ait, quia serò audierit, in ijs enim locis esse, quò & propter longinquitatem, & propter latrocinia tardissime omnia perferantur. erat autem fortasse ad montem Taurum, de quo superiore epistola.

M. TVLLIVS CICERO PROCOS. S. D. AP. PVLCHRO.

Ex III. Epist. 8

ETsi, quantum) Cicero Tarsum venit Ciliciae vrbem III. Non. Oct. Att. 79. a. Tarso Amanum versus profectus est Non Oct. ex hac epistola: postridie eius diei hanc epistolam scripsit, vt in hac antiquae querelis quibusdam Appij respondit. De Parthis quod falso nunciatum erat Romae ita quaerenti Appio respondet, De Parthis quod quaeris, fuisse nullos puto. Arabes qui fuerunt admixto Parthico ornatu, dicuntur omnes reuertisse. hostem esse in Syria negant vllum.

M. TVLLIVS CICERO IMP. M. COELIO RVFO AEDILI CVR. DES. S. P. D.

Ex II. Epist. 10

TV vide) Cicero a. d. III. id. Oct. in Amanum montem venit, in eo rem bene gessit, apud Issum Imperator appellatus est. Fam. 245. a. Att. 79. a. Cum hanc epistolam scripsit, in eo quintum, & vigesimum iam diem Pindenissum oppidum oppugnabat, id est XVI. cal. Decemb: nam Pindenissum captum est Saturnalibus, vt scribit ad Att. 78. id est XIIII. cal. Ian. cum per septem, & quinquaginta dies illud oppugnasset, vt ait in epistola ad Catonem 245. Nullas se à Caelio accepisse literas ait, postea quàm adilis factus est. neque enim dum accepisse videtur eas, quarum initium est. Etsi de republica.

M. COELIVS M. CICERONI S. D.

Ex VIII Epist. 10

SAnequam) hac epistola scripta est a. d. XIIII. cal. Decemb. vt res ipsa apparet, in qua agit de falso metu Parthico à Cassio nunciato, qui Arabas ornatu Parthico in prouinciam immisisse credebatur, qua de re scripsit superiore etiam epistola ad Appium postr. Non. Oct.

M. TVLLIVS CICERO PROCOS. C. CVRIONI TRIB. PL. S. P. D.

Ex II. Epist. 7

SEra gratulatio): gratulatur Curioni de Tribunatu plebis serius, vt ait, quia longius abest. scripta est hac epistola post captum Pindenissum, id est post XIIII. cal. Ian. quod intelligi potest ex his verbis, Paucis diebus eram missurus domesticos tabellarios, vt quoniam sane feliciter, & ex mea sententia remp. gessimus, vnis literis totius aestatis res gestas ad Senatum perscriberem.

M. CICERO VOLVMNIO S. D.

Ex VII. Epist. 33

QVòd sine praenomine) Hac epistola scripta esse videtur Decembri mense, quia meminit Curionis Trib. pleb. cum ait, Cupio nostrum illum amicum in Tribunatu quam plurimum habere grauitatis. Dolet post discessum suum omnia omnium dicta in se conferri.

M. CICERO Q. THERMO PROPRAET. S.

Ex XIII. Epist. 53

L. Genicilio Curuo) Q. Thermus propraetor erat Asiae tum, cum Cicero proconsul erat Ciliciae, quemadmodum ex sequentibus epistolis aperte apparebit. commendat ei hac epistola L. Genicilium. quo autem mense eam scripserit, ex verbis eius non liquet.

CICERO THERMO PROPRAET. S.

Epist. 56

CLuuius Puteolanus) Incertum est an hac epistola scripta sit ante rem gestam à Cicerone in Amano, an vero posteaquam gessit. illud non dubium est, scriptam esse postquam Epheso profectus est, Ephesum autem

autem venit XI. K. Sext. Att. 74. b. siquidem ait, Dixerat mihi Euthydemus cum Ephesi essem.

CICERO THERMO PROPRAET. S.

Epist. 55 ETsi mihi videor) M. Annium legatus Ciceronis rei suæ causa profectus erat ad Thermum proprætorem Asiæ quemadmodum apparet ex epistola ad Thermum, cuius initium est. Quò magis. profectus autem videtur esse post rem à Cicerone in Amano monte gestam, quia ait, Tum vero posteaquam mecum in bello, ac in re militari fuit, tantam in eum virtutem, prudentiam, fidem, tantamq; erga me beneuolentiam cognoui, vt hominem neminem pluris faciam. Hunc ergo commendat Thermo.

M. CICERO P. SILIO PROPRAET. S. D.

Epist. 61 T. Pinnio) Illud satis constare videtur, hunc Silium in prouincia eodem tempore fuisse, atque Ciceronem, quia ait ipse Cicero ad Siliũ, 227. Magnum theatrum habet ista prouincia, non vt hæc nostra. Item videtur eodem tempore fuisse in prouincia, quo Cicero, & Thermus in Cilicia, & Asia, & Bibulus in Syria erant, quia scribit ad Att. 86. Thermum, Silium vere audio laudari, valde se honeste gerunt, adde M. Nonium, Bibulum, me si voles. Quanquam eo in loco mendose legitur Silorum, meo quidem iudicio. prouincia vero in qua erat Silius, videtur fuisse Bithynia, in qua sunt Nicæenses, quorum in hac epistola meminit. Itaque hæ omnes epistolæ scriptæ ad Silium proprætorem scriptæ sunt a Cicerone ex prouincia, quibus vero mensibus non liquet.

M. CICERO P. SILIO PROPRAET. S. D.

Epist. 62 ET in Atilij negocio) Gratias agit Silio de Atilio, & commendat Q. fratrem, ostendit autem se in prouincia esse cum ait, Cum enim fero venissem.

M. CICERO P. SILIO PROPRAET. S. D.

Epist. 63 NON putaui) commendat ei C. Lenium. ostendit se esse in prouincia, cum ait. Ego eum à me inuitissimus dimisi, quòd consilio eius fideli, ac bono libenter vtebar, Rogat eum vt ad se confectu eius negocij quam primum remittat.

M. CICERO P. SILIO PROPRAET. S. D.

Epist. 64 NERO meus) commendat Silio Neronem, & quosdam eius familiares.

M. CICERO CRASSIPEDI S. P. D.

Epist. 9 QVanquam tibi præsens) Difficile est de vera huius epistolæ sede aliquid affirmare, sed tamen duplici coniectura ducor, vt credam, hoc tempore scriptam esse: altera quod is Crassipes quæstor Bithyniæ fuisse videtur, cum ait, Cuius rei quantam potestatem Quæstor habeat non sum ignarus, Vt Quæstor esse C. Silij proprætoris Bithyniæ videatur. altera est, quòd vtrique commendat socios Bithynicos familiares suos: in primis autem Crassipedi P. Rupilium magistrum in ea societate, C. vero Silio P. Terentium Hyssonem, qui operas in scriptura pro magistro daret, vt in sequenti epistola. ex quibus intelligi potest, id quod initio diximus, cum hoc tempore, quo Silius proprætor erat in Bithynia scriptam esse hanc epistolam, tum vero Crassipedem Silij in Bithynia fuisse quæstorem.

M. CICERO P. SILIO PROPRAET. S. D.

Epist. 65 CVM P. Terentio Hyssone) commendat P. Terentium Hyssonem, qui in Bithynica societate operas in scriptura pro magistro daret. de cuius negocio se egisse ait cum Ephesijs tum, cum fuit Ephesi in Ciliciam veniens.

CICERO SILIO S. P. D.

Epist. 47 QVod ego tibi commendem eum) commendat ei Egnatium. Quanquam non est adscriptum proprætori, tamen idem Silius videtur esse. Videturq; hæc epistola subsequi superiores, quia ait, Sed hæc coram.

L. AIMILIO PAVLLO,
C. CLAVDIO MARCELLO COS.
An. ab vrb. cond. DCCIII.

M. CICERO IMP. C. CATONI S. D.

Ex XV. Epist. 4 SVmma tua auctoritas) Iam Cicero æstiuis confectis Q. fratrem legatum hybernis, & Ciliciæ præfecerat, inde in Asiam Tarso non. Ian. reuersus erat, Att. 82. tum igitur hanc epistolam scripsit, in qua omnes res a se gestas in Amano monte exponit, se Pindenissum cepisse nunciat, exercitum in hyberna dimisisse, Q. fratrem prouinciæ præfecisse, supplicationem propterea vt sibi Cato decernat, petit.

M. CICERO IMP.
C. MARCELLO C. F. COS. S. P. D.

Epist. 10 QVando id accidit) Petit item à consule, vt de supplicatione sibi de rebus à se in prouincia gestis decernenda referat.

M. CICERO IMP. L. PAVLO COS. S. D.

Epist. 13 MAxime mihi fuit) Petit idem à Paullo consule, quod petijt supra à collega Marcello: misit etiam hoc eodem tempore de eadem re literas ad Senatum, quæ interciderunt, de quibus loquitur in superiore epistola ad Marcellum, cum ait. Peto a te, vt quàm honorificentissimum S. C. literis meis recitatis, faciendum cures, Non scripsisse autem se statim post res gestas indicat in epistola ad Appium, 40. cum ait, Idq; a me recte factum puto, quòd non statim vt Imperator appellatus sim, sed aliys rebus additis, æstiuisq; confectis literas miserim. Atque hæ tres epistolæ eodem fere die scriptæ esse videntur.

M. COELIVS M. CICERONI S. D.

Ex VIII Epist. 6 NON dubito) Hæc epistola scripta videtur principio huius anni. quia ait, Consules adhuc S. C. nullum nisi de ferijs latinis facere potuerunt. nam eiusmodi S. C. primis anni mensibus fiebant. Item, Curioni nostro Tribunatus conglaciat. Et post, Pro Cæsare loqui cœpit, Inierat autem IIII. id. Decemb. qui dies solennis erat.

M. COELIVS M. CICERONI S. D.

Epist. 7 QVàm cito) Hæc epistola scripta videtur postridie, quàm superior, nam ait, Tuo liberto pluribus verbis scriptas pridie dederam. Item audisse videtur rem a Cicerone bene gestam, quia ait, Quo adhuc felicius rem gessisse.

M. CICERO PROCOS. S. D.
AP. PVLCHRO.

Ex III. Epist. 7 PLuribus verbis) Hæc epistola scripta est, dum Cicero esset Laodiceæ, vbi moratus est à III. id. Feb. vsque ad Non. Maij, Att. 90. b. fam. 25. inquit enim in hac epistola. Hæc scripsi subito cum Bruti pueri Laodiceæ me conuenissent, & se Romam properare dixissent. Item scripta est post brumam, quia ait, Tametsi id quidem fecerunt rudicule, quas enim literas afferebant, vt opus æstate facere possent, eam mihi post brumam reddiderunt. Ex quo intelligi potest imperatorem, non proconsulem in titulo epistolæ esse appellandum, cum priore anno imp. sit appellatus. querelis item quibusdam Appij respondet.

M. CICERO C. CASSIO PROQVAES. S. D.

Ex XV. Epist. 14 M. Fabium) C. Cassius proquæstor erat Syriæ, eum hortatur, vt Romam properans curet, nequid sibi temporis in prouincia prorogetur. se de M. Fabio studiose facturum, quæ rogauit, ait.

M. TVLL. CICERO IMP.
M. COELIO AEDILI CVR. S. P. D.

Ex II. Epist. 14 M. Fabio) commendat Cælio rem M. Fabij. scripta videtur per hiemem, quia ait, Iandiu propter hiemis magnitudinem nihil noui ad nos afferebatur. Hoc fecisse C. Cassij rogatu videtur ex superiore ad eum epistola.

M. CICERO C. CVRTIO PEDVCEANO PRAET. S. P. D.

Ex XIII. Epist. 59

M. Fabium) commendat item huic rem M. Fabij, ostendit etiam se in prouincia esse, cum ait, Etiam cum procul absim.

M. CICERO C. TITIO L. F. RVFO PRAET. VRB. S.

Epist. 58

L. Custidius) commendat huic L. Custidium, ostendit etiam se in prouincia esse, cum ait, Etiam cum longissime absim.

M. TVLL. CICERO IMP. AP. PVLCHRO S. D.

Ex III. Epist. 9

VIX tandem) Literas ab Appio iam placato, postquam ad vrbem accesserit, se accepisse ait: rogat eum, vt se adiuuet in supplicatione decernenda. hæc aliquanto post superiores de supplicatione videtur scripta, quia ait, Omnino serius misi literas, quam vellem, in quo cum difficultas nauigandi fuit odiosa, tum in ipsum discessum senatus incidisse credo meas literas.

M. TVLL. CICERO IMP. COELIO AED. CVR. S. P. D.

Epist. 11

PVtares ne vnquam) Respondet de Pantheris. se solicitum esse quid de prouincijs decernatur: & Romam redire cupere ait. scripta est Megalensibus: id est Non. Apr ex epistola.

CICERO THERMO PROPRAET. S.

Ex XIII. Epist. 54

CVM mihi multa) commendat Thermo M. Marcilium. scripta est hoc tempore, quia ait. Marcilium ad se venisse Laodiceam, vbi hoc tempore erat Cicero, vt ostendimus.

CICERO THERMO PROPRAET. S.

Epist. 57

QVO magis) ante K. Maias scripta est, quia ait, Ego in Ciliciam proficisci cogito circiter K. Maias, ante eum diem redeat Anneius legatus oportet. Erat autem Anneius ad Thermum profectus rei suæ causa, vt diximus, quæ cum ita sint, & superiori, & huic epistolæ in titulo addendum est imp.

M. TVLLIVS CICERO IMP. M. COELIO AEDILI CVR. S. P. D.

Ex II. Epist. 13

RAras tuas quidem) Scripta est ante Non. Maij, quia ait, Proficisci in Ciliciam cogitabam Non. Maij, & cum primum æstiua attigissem, militaremq; rem collocassem, decedere, Respondet epistolæ Cœlij, cuius initium est. Non dubito.

M. TVLL. CICERO IMP. Q. THERMO PROPRAET. S. P. D.

Ex II Epist. 18

OFficium meum) Scripta est tum, cum in Ciliciam reuertebat ex Asia, quia ait, Quòd in Ciliciam proficiscebar, Monet, vt prouinciæ quæstorem nobilem potius, quàm legatos præficiat.

M. TVLLIVS CICERO IMP. AP. PVLCHRO S. P. D.

Ex III. Epist. 10

CVM est ad nos allatum) Appius accusatus à Dolabella opem Ciceronis per literas implorat at. pollicetur ei opem Cicero, cum ait, Promitto me pro tua dignitate in hac prouincia, cui tu præfuisti, rogando, deprecatoris, laborando, propinqui, auctoritate, cari hominis, vt spero, apud ciuitates, grauitate, Imperatoris suscepturum officia, atque partes. Intelligit autem, vt legatos ex Cilicia mittendos suadeat periculi Appij deprecatores scripta videtur, vel cum Laodiceæ erat, vel postquam in Ciliciam reuersus est, quia ait, Pontinus conscendens iam nauim Epheso Laodiceam reuertit. Sperat eum propediem censorem auditurum, petit ne quid sibi temporis addatur in prouincia.

M. TVLLIVS CICERO IMP. PAPIRIO PAETO S. D.

Ex IX. libro. Epist. 25

SVMMVM me doce) Hæc epistola scripta videtur postquam Laodicea discessit quia ait. Is cum ad me Laodiceam venisset. Commendat Papirio item rem M. Fabij. quam supra commendauit etiam Cœlio.

M. TVLL. CICERO IMP. C. COELIO L. F. QVAEST. DES. S. P. D.

Ex II. Epist. 19

CVM optatissimum) Scripta est post K. Quint. quia ait, Accepi a te missas literas in Cilicia, cum essem in castris a. d. X. K. Quint. Item quòd ait, Gratissimum mihi feceris, si ad me in Ciliciam, quamprimum veneris.

M. TVLL. CICERO IMP. M. COELIO RVFO AEDILI CVR. DES. S. P. D.

Epist. 12

SOlicitus equidem) De decessione cogitat, quòd ait, Quare etsi eum hæc leges, ego iam annuum munus confecero, tamen obuiam mihi velim sint literæ tuæ, quæ me erudiant de omni rep. ne hospes plane veniam, Eum videre adolem se cupere ait.

M. TVLL. CICERO IMP. AP. PVLCHRO VT SPERO, CENSORI S. P. D.

Ex III. Epist. 11

CVM essem in castris) adhuc in Cilicia est Cicero, quod inde intelligitur, cum ait, Cum essem in castris ad fluuium Pyramum redditæ mihi sunt vno tempore a te epistolæ duæ. Fuit autem in castris a. d. X. K. Quint. vt supra diximus. Item cum ait, Fiet a me cum per Asiam decedam. Gratulatur eum absolutum esse de maiestate, censorem iam illum esse sperat.

M. CATO M. CICERONI IMP. S.

Ex XV. Epist. 5

QVod & resp.) Respondet Cato epistolæ Ciceronis, cuius initium est. Summa tua auctoritas. in qua supplicationem petierat.

M. COELIVS M. CICERONI S. D.

Ex VIII Epist. 11

NON diu) De supplicatione eius quod egerit Curio trib. pl. Paullus, & Marcellus cos Cato, Fauonius, Furnius, Lentulus, Balbus nunciat, item, vt Pompeius cum senatu incubuerit, vt Cæsar ante id. Nouemb. decedat è prouincia.

M. TVLL. CICERO IMP. CANINIO SALVSTIO PROQVAEST. S. P. D.

Ex II. Epist. 17

LIteras à te mihi stator) Salustius erat proquæstor Bibuli proconsulis Syriæ. Scripta est post XVI. K. Sext. quia ait, Literas a te mihi stator tuus reddidit Tarsi a. d. XVI. cal. Sext. Se prid. cal. Sext. decessurum putat, quia ait, Quin ad diem decedam nulla causa est, præsertim sublato metu Parthico.

M. COELIVS M. CICERONI S. D.

Ex VIII Epist. 13

GRatulor tibi affinitate) Gratulatur Ciceroni filiam Dolabellæ nupsisse, nunciat ei mortem Q. Hortensij cum ait, Q. Hortensius cum has literas scripsi animam agebat. Videtur scripta hæc epistola quo tempore Cicero è Cilicia decessit, quia scribit in Bruto, Cum è Cilicia decedens Rhodum venissem, & eò mihi de Q. Hortensij morte esset allatum.

M. TVLL. CICERO IMP. AP. PVLCHRO S. P. D.

Ex III. Epist. 12

GRatulabor tibi prius) gratulatur Appio quod absolutus sit de ambitu, excusat se, quòd Tulliam Dolabellæ accusatori eius collocauerit. scripta est paulo post quàm discessit, quia ait, Decedenti mihi, & iam imperio annuo terminato a. d. III. Non. Sext. cum ad Sidam naui accederem, literæ a meis sunt redditæ.

Latus

M. TVLL. CICERO M. CATONI S. D.

Ex XV. Epist. 6 — LAetus sum) agit gratias Catoni de supplicatione, iam propius accessisse videtur, quia ait, Ego, vt spero, propediem te videbo.

M. CICERO IMP. C. MARCELLO C. F. COS. S. P. D.

Epist. 11 — QVanta tibi cura) agit gratias de supplicatione. eodem tempore, quo superior, scripta videtur, quia ait. Ego, si me nauigatio non morabitur, qua incurrebat in ipsos Etesias, propediem te, vt spero, videbo.

M. TVLL. CICERO IMP. AP. PVLCHRO S. D.

Ex III. Epist. 13 — QVasi diuinarem) agit gratias de supplicatione, cum iam sperat censorem.

M. TVLL. CICERO IMP. M. COELIO AEDILI CVR. S. P. D.

Ex II. Epist. 15 — NON potuit accuratius agi) agit gratias de supplicatione, & quòd sibi gratulatus sit de matrimonio Tulliæ. respondet epistolis superioribus Cælij. Quam cito, & Gratulor tibi affinitate.

M. COELIVS M. CICERONI S. D.

Ex VIII Epist. 12 — PVdet me) Queritur de iniurijs Appij iam censoris, & se Ciceronem expectare ait, atque eum quàm primum videre cupere.

M. COELIVS M. CICERONI S. D.

Epist. 14 — TAnti non fuit) in hac etiam de Appio censore agit, rogatq; Ciceronem, vt quamprimum veniat. ad arma rem spectare ait, propter contentionem Cæsaris, & Pompeij de exercitibus dimittendis, item ait, Scis Appium censorem hic ostenta facere? de signis de tabulis &c. At ad Att. Scribit id. Oct. ita; Scribo de censoribus, maximeq; de signis, tabulis quid fiat, Ergo hæc ante id. Oct. scripta.

M. CICERO TERENTIAE, ET TVLL. SVIS S. D.

ExXIIII Epist. 5 — SI tu, & Tullia lux nostra) Cicero Ephesum discessit cal. Oct. Attic. 96 b. Athenas venit prid. id. Oct. ex hac epistola. quæ scripta est X V. cal. Nouemb. se ad arma rem spectare audisse ait.

TVLLIVS, ET CICERO MEVS, ET FRATER, ET FR. F. TIRONI SVO S. D.

Ex XVI libro. Epist. 3 — PAVLO facilius) Cicero discedens Patris ægrotum ibi Tironem reliquerat. ad eum igitur de valetudine scribit iij. Non. Nouemb.

TVLLIVS TIRONI SVO S.

Epist. 4 — NON queo ad te) Scripta est Non. Nouemb. Alyziæ. de valetudine item Tironis agit.

TVLLIVS, ET CICERO TIRONI SVO S. D. ET Q. PATER ET FILIVS.

Epist. 5 — NOS apud Alyziam) Scripta est viij. id. Nouemb. quia ait, Nos apud Alyziam diem vnum commorati sumus, is dies fuit Non. Nouemb. Inde ante lucem proficiscentes a. d. viij. id. Nouemb. has literas dedimus. De valetudine Tironis item agit.

TVLLIVS TIRONI SVO S. P. D. ET CICERO, ET Q. PATER, ET Q. F.

Epist. 6 — VArie sum affectus) Data est vij. id. Nouemb. Leucade. de valetudine Tironis item agit.

TVLLIVS, ET CICERO F. ET Q. Q. TIRONI HVMANISS. ET OPTIMO S. P. D.

Epist. 1 — VIde quanta in te sit) Scripsit hanc epistolam Leucade proficiscens vij. id. Nouemb. de valetudine Tironis agit.

TVLLIVS ET CICERO ET Q. Q. TIRONI S. P. D.

Epist. 7 — TErtiam ad te) Scripta Actio vesperi vij. id. Nouemb.

TVLLIVS ET CICERO S. D. TIRONI SVO

Epist. 2 — SEptimum iam diem) Data X V. cal. Decemb. Corcyræ. mendose autem legitur X V. cal. Nouemb. quia ait in epistola sequenti, Corcyræ fuimus vsque ad X V I. cal. Decemb. tempestatibus retenti: a. d. X V. cal. à portu Corcyræorum ad Cassiopen stadia C X X processimus, De ægritudine agit.

TVLLIVS ET CICERO TIRONI SVO S. P. D.

Epist. 9 — NOS à te) Corcyra ad Cassiopen se processisse ait a. d. X V. cal. Decemb. ibi fuisse vsque ad ix. cal. post redise in Italiam ad Hydruntem peruenisse, vij. autem cal. Decemb. Brundusium venisse, & secum in oppidum Terentiam introisse, a. d. V. cal Decemb. Brundusij Tironis literas accepisse, quibus cognouit Tironem conualuisse. rogat igitur eum ne temere nauiget: videturq; Brundusio discessisse, quia ait, Equum, & mulum Brundusij tibi reliqui.

C. CLAVDIO MARCELLO
L. CORNELIO LENTVLO COS.
An. ab vrb. cond. DCCIIII.

TVLLIVS ET CICERO, TERENTIA, TVLLIA, Q. Q. TIRONI S. P. D.

Epist. 10 — ETsi opportunitatem) Cicero a. d. viij. id. Decemb. in Trebulanũ venit Att. 101. b. de Formiano vero Taracinam venit prid. cal. Ian. Inde in Albanum Pompeij, ita a. d. iij. Non. Ian ad vrbẽ cogitabat Att. 104. a hanc autem epistolam Tironi scripsit prid: id. Ian. qua certiorem Tironem facit, qui adhuc ægrotus erat Patris, quemadmodum ad vrbem accesserit prid. Non. Ian. item quemadmodum Cæsar ad senatum minaciter scripserit, & vt senatus consulibus, prætoribus, tribunis pl. & sibi proconsuli remp. commendarit: Italiæ regiones, quas quisque tueretur, descriptas esse, se Capuam sumpsisse. hoc autem S. C. factum esse vij. id. Ian. scribit Cæsar lib. 1. de bello ciuili.

CICERO RVFO S.

Ex V. Epist. 20 — QVoquomodo potuissem) Videtur hæc epistola scripta tum, cum Cicero ad vrbem erat, primum quia ait, se Tribunos militum, contubernales, & præfectos detulisse, quæ delatio non nisi ad vrbem fiebat: deinde quia addit, Cum Tullius rure redierit, mittam eum ad te. Agit cum Quæstore suo Rufo de relatis prouinciæ rationibus.

TVLLIVS TERENTIAE, ET PATER TVLLIOLAE, DVABVS ANIMIS SVIS, ET CICERO MATRI OPTIMAE, SVAVISSIMAE SORORI S. P. D.

ExXIIII Epist. 14 — SI vos valetis, nos valemus) Data est viij. cal. Feb. Minturnis: nam mendose legitur viij. cal. Quint. fuit enim Minturnis hoc die, vt scribit ad Att. 111. a. accedit, quod agit cum vxore, & filia, an debeant Roma cedere aduentu Cæsaris, an ibi tuto esse per Dolabellam possint, qua de re agit etiã in sequenti epistola vij. cal. Feb. data Formijs.

TVLLIVS TERENTIAE, ET PATER SVAVISSIMAE FILIAE, CICERO MATRI, ET SORORI S. P. D.

Epist. 18 — COnsiderandum) Data est vij. cal. Feb. Formijs. agit de eadem re, atque in superiore egit.

M. TVLLIVS S. D. TIRONI SVO.

Ex XVI Epist. 11 — QVO in discrimine) Cicero VI. cal. Feb. venit Capuam Att. 112. a. Hanc scripsit IIII. cal. Feb. Capua. Tiro adhuc erat Patris. se adhuc praeesse ora maritima à Formijs ait. Caesarem Ariminum, Pisaurum, Anconam, Arretium occupasse ait, urbem à se relictam esse. hortatur Tironem, ne aut aeger, aut hieme naviget.

Q. CICERO TIRONI S. D.

Epist. 8 — MAgna nobis.) Q. Cicero rogat Tironem ne se tam longa navigationi committat, & via per hiemem, nisi bene firmus sit. quod ab eo petijt etiam superiore epistola M. Cicero.

M. COELIVS CICERONI S. D.

Ex VIII Epist. 15 — ECquando) Cicero Capua profectus est Formias III. cal. Feb. inde à consulibus iussus redijt prid. Non. Att. 112 b 114. b. Capua vero discessit VII. id. Att. 115. a. Pompeius X. cal. Mart. Canusij erat. Att. 127. a. Canusio profectus est VIII. cal. Att. 134. b. V. cal. Mart. Brundusium venisse poterat, expeditus enim antecesserat legiones Luceria. Att. 124. a. Caesar cal. Arpis fuit. VII. id. Brundusium venit persequens Pompeium. Att. 136. b. 150 a. Pompeius Brundusio conscendit id. Mart. Att. 150. b. vel a. d. XVI. cal. Apr. Att. 152. Hoc autem tempore haec epistola scripta videtur, quia ait. Caesar me, cum expulisset ex Italia Pompeium, constituit ad urbem vocare, id quod non existimo confectum, nisi maluit Pompeium Brundusij circunsedere.

TVLLIVS TIRONI S.

Ex XVI Epist. 15 — OMnia à te data) Data est IIII. id. Apr. monet, ut convalescat.

TVLLIVS TIRONI S. D.

Epist. 14 — ANdricus) Data III. id. Apr. de aegritudine agit.

TVLLIVS TIRONI S.

Epist. 13 — AEgypta) Data est post prid. id. Apr. quia ait. Aegypta ad me venit prid. id. Apr. Se accepisse ab eo epistolam vacillantibus literulis ait, ex quo apparet iam Tironem convalescere, praesertim cum addat sibi nunciatum, eum febri carere, & belle habere.

M. TVLLIVS CICERO SER. SVLPICIO S. D.

Ex IIII libro. Epist. 1 — C. TREBATIVS) Caesar, pulso ex Italia Pompeio, post id. Mart. Romam redierat, ad senatum de rep. retulerat, aerarium diripuerat. Itaque haec epistola rationem affert Cicero, cur rogante Caesare non venerit in Senatum post fugam Pompeij scriptam esse haec verba indicant, Videt orbem terrarum imperijs distributis ardere bello, urbem sine legibus, sine iudicijs, sine iure, sine lege, sine fide relictam direptioni, & incendijs. Scripta tamen est ante diem illum, qui dicitur III. cal. Maias, ex sequenti ad eundem epistola. agit cum eo de conveniendo illo, seque cogitare ait ab urbe longius discedere.

M. COELIVS M. CICERONI S. D.

Ex VIII Epist. 16 — EXanimatus) Rogat Ciceronem Caelius, ne se ad Pompeium Italia pulsum conferat, ne Caesarem offendat. Itaque ait, Caesar ita tum Senatus exijt, Intelligit autem extra urbem, ut in Hispaniam contra Afranium, & Petreium legatos Pompeij eat, & post addit, Quod si totum tibi persuadere non possum, saltem, dum quid de Hispanis agamus, scitur, expecta, quas tibi nuncio adventu Caesaris fore nostras: quam isti spem habeant amissis Hispanijs, nescio. Non videtur autem adhuc discessisse Italia Caesar, quod ait, Me secum in Hispaniã ducit, nam nisi ita faceret, priusquam ad urbem accessissem, ubicunque esset, ad te percurrissem. Meminit harum literarum Caelij, in epist. ad Att. 163. in qua ait, se in Cumano Sulpicium expectare.

M. TVLL. CICERO SER. SVLPICIO S. D.

Ex IIII Epist. 2 — A. d. III. cal. Maias) agit cum eodem de conveniendo, & de consilio profectionis ad Pompeium, qui in Epiro erat cum consulibus. Scripta est post III. cal. Maias, ut ex epistola primis verbis apparet. ad Att. etiam 163. ait se Servium expectare ad Non. quod in Cumano se facturum esse in hac epistola scribit.

M. TVLLIVS CICERO IMP. M. COELIO AEDILI CVR. S. P. D.

Ex II. Epist. 16 — MAgno dolore) Respondet epistolae Caelij, qua se deterruerat, ne Pompeium Italia pulsum sequeretur.

M. CICERO RVFO S.

Ex V. Epist. 19 — ETsi mihi) Scripta est paulo ante, quàm iret ad Pompeium, quia ait, Mihi consilium captum est iam diu. Item, Quare si simul placebit statim ad me venias. Intelligit autem profectionem ad Pompeium, ut aperte apparet ex epistola.

M. CICERO TERENTIAE SVAE S. P. D.

Ex XIIII Epist. 7 — OMnes molestias) Caesare in Hispaniam profecto Cicero se ad Pompeium in Graeciam contulit, auctore Plutarcho in Cicerone. ex itinere autem hanc epistolam scripsit, quod intelligitur, cum ait, Nauim spero nos valde bonam habere, in eam simulatque conscendi haec scripsi, deinde conscribam ad nostros familiares multas epistolas, quibus te, & Tulliam nostram diligentissime cõmendabo. tu velim ea uti viare, quam longissime absint a militibus, data est VII. id. Iun.

Caesar hoc eodem anno, Hispanijs victis, Placentina militum seditione compressa, Romam iterum reversus est, & Dictator creatus comitia habuit, quibus se, & Isauricum consules in insequentem annum creavit, atque intra undecim dies Dictatura abdicavit, auctor App. & Caesar lib. ij. de bello civili.

C. IVLIO CAESARE II.
P. SERVILIO ISAVRICO COS.
An. ab urb. cond. DCCV.

Caesar hoc anno prid. cal. Ian. traiecit in Epirum. adversus Pompeium, eumq; per quatuor fere menses obsedit. auctore Suetonio in Caesare, & Caesar lib. iij. de bello civili.

M. COELIVS M. CICERONI S. D.

Ex VIII Epist. 17 — ERgo me potius) Quo tempore Pompeius ad Dyrrhachium in Epiro, & Caesar ad flumen Apsum castra habebant, Caelius Romae Praetor hanc epistolam scripsit. Caesar de bello civili lib. iij. Hoc indicare etiam Caelius in epistola videtur, cum ait, Quod istic facitis? praelium expectatis, quod firmissimum est.

DOLABELLA CICERONI S. D.

Ex IX. Epist. 9 — SI vales gaudeo) Scripta est, cum Pompeius ad Dyrrhachium obsessus est a Caesare, quia ait, Pulso Italia Pompeio, amissis Hispanijs, circumvallato nunc denique. Hortatur eum, ut Pompeium tanquam victum relinquat. Terentiam minus belle habuisse nunciat, sed eam iam convaluisse.

M. CICERO TERENTIAE SVAE S. P. D.

Ex XIIII Epist. 8 — SI vales, bene est: ego quidem valeo. Valetudinem tuam) Cicero cum Pompeio erat. in castris sibi nunciatum ait, Terentiam in febrem subito incidisse. Data IIII. Non. Iun.

TVLLIVS TERENTIAE SVAE S. D.

Epist. 21 — SI vales, bene est. ego valeo. Da operam) Monet eam, ut det operam, ut convalescat.

M. CICERO TERENTIAE SVAE S. P. D.

Epist. 6 — NEc saepe est) De praedio vendendo agit. Data id. Quint.

Pompeius hoc anno in Pharsalia media aestate, ut ait Plut. in Bruto, summo praelio cum Caesare decertavit. ex qua victus in Aegyptum se recepit, atque ibi interfectus est eodem die, quo de Mithridate triumphaverat

Dione

Dione auctore, id est prid. K. Oct. Plinio, & Capitolinis lapidibus testibus. Itaque Cicero IIII. K. Decemb. scribit ad Att. 173. b. de exitu Pompeij.

M. CICERO TERENTIAE SVAE S. P. D.

Epist. 12 QVod nos in Italiam) *Data est prid. Non. Nouemb Brundusio. nunciat se reduxisse in Italiam. & a bello recessisse significat, cum ait, Perturbatus dolore animi, magnisq; iniurijs metuo, ne id consilij ceperimus, quod non facile explicare possimus. Qua de re etiam ad Attic. 172. b Hoc est autem tempus illud, quo Cicero Brundusij per multos menses moratus est. Caesarem autem post praelium Pharsalicum in Aegyptum se contulisse, atque ibi per nouem menses fuisse tradit Appianus. de quo tempore sic Cicero in Oratione pro Q. Ligario. Apud quem igitur hoc dico? nempe apud eum, qui cum hoc sciret, tamen me antequam vidit reip. reddidit, qui ad me ex Aegypto literas misit, vt essem idem, qui fuissem, qui cum ipso Imperator in toto Imperio populi R. vnus esset, esse me alterum passus est, à quo, hoc ipso C. Pansa nuncium perferente, concessos mihi fasces laureatos tenui, quoad tenendos putaui, qui mihi tum denique se salutem putauit reddere, si eam nullis spoliatam ornamentis redderet.*

TVLLIVS TERENTIAE SVAE S. D.

Epist. 19 IN maximis) *agit de valetudine Tulliae, de qua agit etiam in epist. ad Att. 273. quae data est IIII. K. Decemb. de conueniendo illo loquitur his verbis, Quòd me propiùs vultis accedere, video ita esse faciendum: etiam ante fecissem: sed me multa impedierunt, quae ne nunc quidem expedita sunt. Qua de re agit etiam in epistola ad Atticum de qua dixi.*

M. CICERO TERENTIAE SVAE S. P. D.

Epist. 9 AD ceteras) *agit de valetudine Dolabellae, & item Tulliae, vt ante.*

TVLLIVS TERENTIAE SVAE S. D.

Epist. 17 SI quid haberem) *agit item de valetudine Tulliae.*

C. IVLIO CAESARE DICTATORE II.

An. ab vrb. cond. DCCVI.

HOC *anno Caesar in Aegypto alteram Dictaturam iniit sine consulibus, magistro equitum M. Antonio. auctore Dione.*

TVLLIVS TERENTIAE SVAE S. D.

Epist. 16 SI vales, bene est: ego valeo. Etsi eiusmodi tempora) *Data est prid. Non. Ian. Videtur scripta, posteaquam reliquit Pompeium ex his verbis, Quanquam alia sunt, quae magis curemus, magisq; doleamus, quae me ita conficiunt, vt ij voluerunt, qui me de mea sententia detruserunt. Quod videtur de ijs dictum, qui illum inuitum coegerunt partes Pompeianas relinquere.*

M. CICERO TERENTIAE SVAE S. P. D.

Epist. 11 SI vales, bene est: ego valeo. Tullia nostra) *Data est XVII. K. Quint. cogitabat Ciceronem filium obuiam Caesari mittere, quem decessisse Aegypto fama erat, vt ait ad Att. 185. a. Tulliam ad se venisse prid. id. Iun. ait, itemq; ad Att. 181. a.*

TVLLIVS TERENTIAE SVAE S. D.

Epist. 15 SI vales, bene est: ego valeo. constitueramus) *Data est XII. cal. Quint. ait se mutasse consilium de mittendo Cicerone Caesari obuiam, secum adhuc habere Tulliam.*

TVLLIVS TERENTIAE SVAE S. P. D.

Epist. 10 QVid fieri placeret) *Data* VII. *id. Quint.*

M. CICERO TERENTIAE SVAE S. P. D.

Epist. 13 QVod scripsi ad te) *Data* VI. *id. Quint.*

TVLLIVS TERENTIAE SVAE S. D.

SI vales, bene est: ego valeo. Nos neque) *Data IIII. id. Sext. se nihil habere certi de Caesaris aduentu ait.* Epist. 24

TVLLIVS TERENTIAE SVAE S. D.

SI vales, bene est: ego valeo. Reddita mihi) *Data prid. id. Sext. redditas sibi iam tandem à Caesare literas satis liberales ait, intelligit autem illas, de quibus ait in oratione pro Q. Ligario hoc modo, Qui ad me ex Aegypto literas misit, vt essem idem, qui fuissem. Incertum se esse ait, an Caesari venienti obuiam procedat, an ibi, vbi est, eum expectet, id est Brundusij.* Epist. 23

TVLLIVS TERENTIAE SVAE S. D.

SI vales, bene est: ego valeo. Nos quotidie) *Data cal. Sept. se ex liberis Terentia capturum consilium ait, quid sit agendum, id est an Caesari obuiam eundum, an eum Brundusij expectandum, an propius Romam accedendum.* Epist. 22

TVLLIVS TERENTIAE SVAE S. D.

IN Tusculanum) *iam Cicero acceptis à Caesare literis, de quibus supra dictum est, Romam propius accesserat, si quidem scripsit hanc epistolam V. cal. Oct. de Venusino, in qua se venturum in Tusculanum ait Non. aut postridie.* Epist. 20

M. CICERO TREBONIO S. P. D.

ET epistolam tuam) *C. Trebonius in Hispaniam missus fuerat à Caesare post praelium Pharsalicum, vt Longino succederet. auctore Dione, & Cicerone in hac epistola. Quae scripta ad eum videtur in Hispaniam hoc tempore, id est ante bellum Africanum, quod initio sequentis anni geri captum est, quia legiones Trebonij eum ab eo ad Scipionem, qui in Africa erat, defecissent, eumq; mortuum bello Africano audissent, Scapula, & Aponio ducibus lectis Trebonium ex Hispania exegerunt. Dione auctore. ex quo apparet hanc epistolam scriptam esse ante defectionem legionum paulo post factam Hic autem C. Trebonius priore anno praetor vrbanus fuerat Seruilio consule. Caesar lib. iij. de bello ciuili.* Ex XV. Epist. 21

Q. FVFIO CALENO P. VATINIO COS.

Caesar, qui sine consulibus alteram Dictaturam hoc anno gessit, Romam tertium .s. ex Aegypto, & Ponto reuersus sibi in ternos nouissimos menses Q. Fufium Calenum, P. Vatinium consules subrogauit. Dio. Suetonius.

C. IVLIO CAESARE III. M. AEMILIO LEPIDO COS.

An. ab vrb. cond. DCCVII.

Caesar cum extremo superiore anno XIIII. cal. Ian. Lilybaeum ab vrbe peruenisset, atque à Lilybaeo in Africam VI. cal. Ian. conscendisset, huius demum anni initio bellum Africanum aggressus est cum Scipione, Catone, & Iuba rege.

M. CICERO S.D. CN. PLANCIO.

BInas à te accepi) *iam Cicero in vrbem reuerterat, in gratiam cũ Caesare redierat: quanquam illum in Italiam venientem non viderat, vt ipse scribit ad Cassium 252. Terentiam vxorem repudiarat, Publiliam alteram duxerat. respondet hac epistola Plancio Corcyrae exulanti, qui gratulatus erat Ciceroni, & quòd Caesar ei veniam dedisset, & quòd alteram vxorem duxisset. Scripta videtur dum Africanum bellum gerebatur, quia ait, Vt ea, Quae partim iam adsunt, partim impendent, moderate feramus, quod est difficile in huiusmodi bello, cuius exitus ex altera parte caedem ostentat, ex altera seruitutem.* Ex IIII Epist. 14

M. CICERO M. TERENTIO VARRONI S. D.

EX ijs literis) *Varro videtur Romae abfuisse aliquandiu, cum autem aduentus eius appropinquare diceretur, Cicero scripsit ad eũ hanc epistolam, posteaquam venit in vrbem, quia ait, Me scito posteaquam in vrbem venerim, Item per bellum Africanum, quod intelligitur, cum ait, Videor sperare debere, si te viderim, & ea, quae premant, & ea, quae impendeant, me facile transiturum. Cupit cum eo congredi, siue in Tusculano, siue in Cumano, siue Romae.* Ex IX. Epist. 1

M. CICERO S. D. C. CASSIO.

Ex XV. Epist. 25

ETsi vterque nostrum) C. Cassius Brundusij morabatur. vt scribit paulo post. se reliquisse arma ait, & in gemitu Italiae, & in vrbis miserrimis querelis versari, properasse, vt Caesarem in Italia videret, nec potuisse. Scripta est per bellum Africanũ, quia ait, Vtrunque autem positum esse arbitrabar in celeritate victoriæ, quæ si fuisset, eandem clementiam experta esset Africa, quam cognouit Asia, quam etiã Achaia, Id est priore anno Caesare è Ponto per Asiam, & Graciam decedente, & veniam omnibus dante.

CICERO DOMITIO S. D.

Ex VI. libro. Epist. 23

NON ea res me deterruit) consolatur Domitium Cicero de euersa rep. pollicetur q; ei operam suam quacunque in re ei prodesse possit. De bello, quod gerebatur, nescio quid intelligere videtur, cum ait. Hæc quanquam nihilo meliora sunt, nunc etiam atque etiam multo desperatiora. Videtur item Romæ esse, ex epistola.

M. CICERO S. D. CN. PLANCIO.

Ex IIII Epist. 25

ACcepi perbreues) consolatur iterum Plancium de exilio. Scripta est multo post alteram ad eundem Plancium, quia ait, Sed tamen etsi antea scripsi, quæ existimaui scribi oportere.

M. CICERO L. PLANCO S. P. D.

Ex XIII. Epist. 29

NON dubito) Satis constat hanc epistolam scriptam esse post bellũ Alexandrinum à Caesare superiore anno confectum. videtur autem Plancus esse cum Caesare in bello Africano ne, an Hispaniensi? Africano certe, in quo, auctore Oppio, fuit, cum Romæ per bellum Hispaniense fuerit, ex Philippica II. 175. vbi ait M. Antonium eu itinere Romam reuertisse, ne L. Plancus prædes suos venderet. commendat ei hæreditatem Capitonis apud Caesarem.

M. CICERO S. D. A. TORQVATO.

Ex VI. Epist. 1

ETsi ea perturbatio) A. Manlius Torquatus cum pro Pompeio contra Caesarem stetisset, hoc tempore exulabat Athenis, eum igitur Cicero consolatur. Scripta est hæc epistola quo tempore bellum Africanum gerebatur, quia ait, Cumq; omnium bellorum incerti exitus sint, ab altera victoria tibi periculum nullum esse perspicio, quod quidem seiunctum sit ab omnium interitu: ab altera te ipsum nunquam timuisse certo scio, Item. Hoc vero tempus, quo exanimati omnes, & suspensi sumus, hoc moderatiore animo ferre debes, quod & in ea vrbe es, vbi nata, & alta est ratio, ac moderatio vitæ. Item, Et habes Ser. Sulpicium., quem semper vnice dilexisti, Qui Sulpicius tunc Achaiæ præerat, cum bellum in Africa gerebatur. De Caesare ita ait. Nec enim is, qui adhuc in te iniustior, quàm tua dignitas postulabat, fuit, non magna signa dedit animi erga te mitigati.

CICERO ALLIENO PROCOS. S. D.

Ex XIII. Epist. 78

DEmocritus) Allienus prætor erat in Sicilia, vt apparet ex epistola sequenti, atque dum bellum Africanum gerebatur, vt scribit Oppius de bello Africo his verbis. Deinde Allieno prætori, qui Siciliam obtinebat, de omnibus rebus præcipit, & de reliquo exercitu celeriter imponendo.

CICERO ALLIENO PROCOS. S. D.

Epist. 79

ET te scire arbitror) eodem tempore scripta videtur, quo superior, quia ait, C. Auianus in Sicilia est.

M. CICERO S. D. A. TORQVATO.

Ex VI. Epist. 3

SVperioribus literis) & hæc etiam Africani belli tempore scripta, quia ait, Quotidie aliquid audimus rerum earum. Item, Quem exitum acies habitura sit diuinare nemo potest. Item, Nihilo te nunc maiore in discrimine esse, quàm quemuis aut eorum, qui discesserint, aut eorum, qui remanserint: alteri dimicant, alteri victorem timent, Superiores literas intelligit eas, quarum initium est. Etsi ea perturbatio. quibus se eum consolatum esse ait. Cicero adhuc Romæ est. Torquatus Athenis.

M. CICERO S. D. L. MESCINIO

Ex V. Epist. 21

GRata mihi) Romæ scripta est belli Africani tempore, quia ait, Me nulla res alia Romæ tenet, nisi expectatio rerum Africanarum videtur enim mihi res in propinquum adducta discrimen.

CICERO THORANIO S. D.

Ex VI. Epist. 22

ETsi cum hæc ad te.) extremo hoc bello scripta videtur. quia ait. Appropinquare exitus huius calamitosissimi belli, aut aliquid actum, & confectum, cum hæc scriberem videbatur. Quanquam de Hispaniensi bello potest etiam intelligi. Consolatur eum de exilio.

CICERO THORANIO S. D.

Epist. 21

DEderam) Scripta est triduo post superiorem, in qua illum se tum consolatum esse ait. Aduentum Caesaris innuit, cum ait, Non est quòd te aduenientibus offerre gestias, Item, Quod si recipiet ille se, ad tempus aderis.

M. CICERO S. D. A. TORQVATO.

Epist. 4

NOui, quod ad te) Hoc eodem tempore scripta est, quia ait, Cum hæc scribebam aliquid iam actum putabam, non quo ego certo scirem, sed quòd non difficilis erat coniectura, Item, Equidem quòd nos Romæ sumus, miserrimum duco. De Caesare autem scribit hoc modo, Eius enim qui tardior in te leuando fuit, non est mihi dubia de tua salute sententia. Torquatus autem adhuc erat Athenis, quia ait, Reliquum est, quod te angat, quòd absis tandiu à tuis, Item, Seruum discessisse Athenis molesto tuli.

CICERO VARRONI S. D.

Ex IX. Epist. 2

CAninius idem tuus) agit cum Varrone, quemadmodum conuenire possint, rationem affert, cur Romæ sit, non autem absit, vt ille. extremo Africano bello scripta est, quia ait, Censeo latendum tantisper ibidem, dum deferuescat ista gratulatio, & simul dum audiamus, quemadmodum negocium confectum sit, confectum enim esse existimo, Caesar a. d. XI. K. Apr. in acie contra Scipionem constitit. Oppius lib. V.

CICERO VARRONI S. D.

Epist. 3

ETsiquid scriberem) agit de conueniendo illo. videtur autem esse adhuc in vrbe, quia ait, Scribam, quod te velle puto, me ad te cito esse venturum, etsi vide quæso satis ne rectum sit, nos hoc tanto incendio ciuitatis in istis locis esse.

CICERO VARRONI S. D.

Epist. 4

Περὶ Δυνατῶν) De conueniendo illo item agit, quia ait, Tu si minus ad nos, nos accurremus ad te.

CICERO VARRONI S. D.

Epist. 5

MIhi vero ad Non.) De conueniendo illo etiam agit, quia ait, Mihi si spatium fuerit in Tusculano ante Non. veniendi, istic te videbo, sin minus, persequar in Cumanum.

CICERO VARRONI S. D.

Epist. 6

CAninius noster) Scripta est, quo tempore Caesar confecto bello Africano, Romam redibat, quia ait, Nec quà venturus sit scire. Hirtium familiarem Caesaris secum Romæ esse significat.

CICERO VARRONI S. D.

Epist. 7

COenabam apud Seium) agit item de aduentu Caesaris, quia ait, Quando, quà, quò nihil adhuc scimus, Item, Aduentat Dolabella, eum puto magistrum fore. Fuit autem in Africa Dolabella cum Caesare, auctore Plutarcho, Cicerone in secunda Philippica. præcessit autem Caesarem. Itaque ad Att. 187. ait, Ego misi Tironem Dolabellæ obuiam, Quòd autem ait, Non nulli dubitant. an per Sardiniam veniat, Idem est apud Hirtium, qui ait Caesarem Romam per Sardiniam venisse. Item. Non desino apud istos, qui nunc dominantur cœnitare. Agit de conueniendo eo.

Delectauerunt

M. CICERO PAPIRIO PAETO S. D.

Epist. 16

DElectauerunt) nondum Caesar reduxisse Romam videtur, quòd intelligitur ex his verbis, Haec ad illum cum reliquis actis perferuntur, ita enim ipse mandauit. Item in vrbe ipsum esse apparet, quòd ait, Hirtium & Dolabellam dicendi discipulos habeo, coenandi magistros: puto enim te audisse illos apud me declamitare, me apud illos coenitare.

M. CICERO VOLVMNIO S. D.

Ex VII. Epist. 34

QVòd declamationibus) eodem tempore scripta est, cum adhuc esset in vrbe. meminit enim declamationum, meminit item Hirtij, Dolabellae, Cassij discipulorum. Inquit praeterea, Quanquam venies, vt ipse intelligo, in maximum quasi concursum occupationum, quas si, vt volumus, exceperimus, ego vero multam salutem & foro dicam, & curiae.

M. CICERO PAPIRIO PAETO S. D.

Ex IX. Epist. 18

CVM essem otiosus) Cicero iam Roma exierat, quod se facturum indicauerat superioribus epistolis: erat autem in Tusculano apud Hirtium, quia ait, Cum essem in Tusculano. Item, Ego me hic Hirtiano iure delecto. Coenas significans Hirtianas. Scripta est, quo tempore Caesar redibat ex Africa. quia ait se misisse discipulos obuiam Caesari venienti. diu autem in expectatione fuit aduentus Caesaris, nam qui id. Iun. Vticâ conscendit, non nisi VII. K. Sext. Romam peruenit. Oppius lib. V.

M. CICERO S. D. A. TORQVATO

Ex VI. Epist. 2

PEto à te) eodem tempore scripta est, quo superior, quòd & ab vrbe absit, & de recreata valetudine, vt in superiore agat, sic enim supra, Ipse melior fio primum valetudine, quam intermissis exercitationibus amiseram, Hic autem, Peto à te, ne me putes obliuione tui rarius ad te scribere, quàm solebam, sed aut grauitate valetudinis, qua tamen iam paululum videor leuari, aut quòd absim ab vrbe, vt qui ad te proficiscantur scire non possim. Videtur propius accessisse Torquatus, quia ait, Fac sciam, quid agas, & vbi futurus sis, vt quò veniam scire possim, Et videtur ei Caesar ignouisse, quia ait. Nec eos, à quibus receperis vereri debes, nec eos quos adiuuisti.

M. CICERO PAPIRIO PAETO S. D.

Ex IX. Epist. 16

TAmen à malitia) Iam Caesar quartum Romam reuerterat, id est ex Africa. Narrat quemadmodum Balbus, qui cum Caesare inde venerat, rectà à porta domum suam venerit. videturq; Cicero in vrbem rediisse, credo propter Caesaris aduentum, cum ex verbis his, tum ex ijs; quae sequuntur, Sed si me expediero, vt in ista loca venire possim, non committam, vt te serò à me certiorem factum putes.

M. CICERO M. MARIO S. D.

Ex VII. Epist. 3

PErsaepe) Reddit rationem, cur ante ad Pompeium venerit, postea eum reliquerit. Scripta videtur confecto bello Africano, quia ait, Discessi ab eo bello, in quo aut in acie cadendum fuit, aut in aliquas insidias incidendum, aut deueniendum in victoris manus, aut ad Iubam confugiendum, aut capiendus tanquam exilio locus, aut consciscenda mors voluntaria, Innuit autem Catonem, qui hoc bello sibi mortem consciuerat. videtur eodem tempore in vrbe scripta, quo superior, quia ait, Ego si quae volo expediero, breui tempore te, vt spero, videbo.

M. CICERO PAPIRIO PAETO S. D.

Ex IX. Epist. 17

NON tu homo) Respondet quid de agris futurum speret, quos diuisurum militibus suis Caesarem fama erat. Itaque ait, Veientem quidem agrum, & Capenatem metiuntur. hic non longe abest à Tusculano, nihil tamen timeo. In vrbe autem esse videtur cum Caesare, quia ait. Hoc tamen scito non modo me, qui consilijs non intersum, sed ne ipsum quidem principem scire, quid futurum sit, Apparet praeterea hoc anno scriptam esse, Quia ait, De lucro prope quadriennium viuimus. Siquidem hic erat quartus belli ciuilis annus.

M. CICERO S. D. PAPIRIO PAETO

Epist. 20

DVplicitèr) Romae se esse significat, cum ait, Mane salutamus domi & bonos viros multos, sed tristes, & hos laetos victores. Hirtio coenam dedisse sine pauone ait, item se non potuisse venire ad Papirium, vt constituerat, venturum tamen, & cum eo coenaturum.

M. CICERO PAPIRIO PAETO S. D.

Epist. 23

HEri veni in Cumanum) agit de conueniendo Papirio, & coenando cum eo, vt supra. Se vero venisse in Cumanum nunciat.

M. CICERO M. MARIO S. D.

Ex VII. Epist. 4

A. d. VIII. K.) In Cumanum se venisse ait, quod etiam scripsit in superiore epistola ad Papirium. monet Marium, vt se biduo, aut triduo expectet, quia dixerat in epistola ad eundem, cuius initium est. Persaepe: Ego, si quae volo expediero, breui tempore te, vt spero, videbo. Hoc eodem tempore fingit se cum Varrone in Cumano sermonem illum habuisse, quem scripsit lib. IIII. Academicorum ad Varronem.

M. TVLL. CIC. SER. SVLPICIO S. D.

Ex IIII Epist. 3

VEhementer) Ser. Sulpicius Achaiam proconsule regebat praefectus a Caesare, antequam in Africam iret, quemadmodum scribit ad Caecinam, Brutum Galliae praefecit, Sulpicium Graeciae, Et ad Torquatum exulantem Athenis, Et habes Ser. Sulpicium, quem semper vnicè dilexisti. Item, Seruium discessisse Athenis moleste tuli. Consolatur eum de communibus miserijs. Scripta videtur hoc tempore, cum Cicero Romae cum Caesare esset, quia ait. Caesar ipse ita de te iudicat, & omnes ciues sic existimant, quasi lumen aliquod, extinctis caeteris, elucere sanctitatem, prudentiam, & dignitatem tuam. Illa autem indicant Seruium abesse, quae sequuntur, Quòd autem à tuis abes, id eo leuius ferendum est, quòd eodem tempore à multis, ac magnis molestijs abes.

M. CICERO P. SERVILIO ISAVRICO PROCOS. COLLEGAE S. D.

Ex XIII. Epist. 68

GRATAE mihi vehementer) P. Seruilius Isauricus, qui biennio ante consul fuit, Asiam proconsule regebat. hoc tempore haec epistola scripta videtur, quia Ciceronem cum Caesare Romae fuisse apparet, qui nunquam cum eodem per bellum ciuile antea fuerat, ex his verbis. Ego ad te de rep. summa quid sentiam non saepe scribam propter periculum eiusmodi literarum. quid agatur autem scribam saepius. sperare tamen videor Caesari collegae nostro fore curae, & esse, vt habeamus aliquam remp. cuius consilijs magni referebat te interesse: sed si tibi vtilius est, id est gloriosius, Asiae praeesse, & istam partem reip. male affectam tueri etc.

M. CICERO P. NIGIDIO FIGVLO S. D.

Ex IIII Epist. 13

QVaerenti) Idem dico de hac epistola, ac de superioribus proximis, quod ex his verbis intelligitur, Nec mihi quidquam tali tempore in mentem venit optare, quod non vltro mihi Caesar detulerit. Item, Obtinemus ipsius Caesaris summam erga nos humanitatem. Item, Ego quod intelligere, & sentire, quia sum Romae, & quia curo, attendoq;, possum, id tibi affirmo, te in istis molestijs, in quibus es hoc tempore, non diutius futurum. Item scripta videtur antequam Marcellus restitueretur, quia ait, Ipsius consuetudinem, quam adhuc meus pudor mihi clausit, insinuabo, Neque enim nisi post Marcelli restitutionem Cicero in rep. loqui coepit, ex oratione pro Marcello. consolatur Nigidium de exilio.

M. CICERO TREBATIO S. D.

Ex VI. Epist. 12

ANtea misissem) exulabat pariter Trebatius, atque Torquatus, & Nigidius. Hunc igitur consolatur, eiq; operam suam pollicetur, vt illis. Quoniam autem easdem sententias ponit in his duabus epistolis ad Trebatium, quas vsurpauit in ijs ferè, quae scriptae sunt ad Torquatum, & Nigidium, propterea eo adducti sumus, vt putauerimus eas eodem tempore scriptas esse. Sententiae autem potissimum sunt hae, Et ipse, qui plurimum potest, quotidie mihi delabi ad aequitatem, & ad rerum naturam videtur, &c. Item, Neque ipse Caesar, vt multis rebus intelligere potuis, est alienus à nobis, & omnes ferè familiarissimi eius casu deuincti magnis meis veteribus officijs, me diligenter obseruant, & colunt. Itaque si quis mihi erit aditus de tuis fortunis, id est de tua incolumitate, agam per me ipse, & moliar. Itemq; alia eiusmodi. Praecedit autem haec inferiorem, quia in haec significat, se nunquam antea ad illum scripsisse, cum ait, Antea misissem ad te literas. Hic autem non est Trebatius ille, ad quem Cicero scripsit lib. VII. quoniam ille Caesaris amicus fuit, hic inimicus.

M. TVLL. CICERO S. D. M. MARCELLO

Ex IIII Epist. 7 ETsi eo te adhuc consilio) M. Marcellus, quia in consulatu suo Caesari inimicissimus fuerat, & partes Pompeianas secutus erat, nec Caesari victori supplex ire voluerat, Mitylenis morabatur. hortatur eum Cicero, vt Romam veniat, & se Caesari summittat, neque enim adhuc ei Caesar ignouerat. ex his verbis. Sic enim intellexi nihil aliud esse, quod dubitationem afferret ei, praeter quam est potestas, nisi quòd vereretur, ne tu illud beneficium omnino non putares.

M. CICERO Q. LIGARIO S. D.

Ex VI. Epist. 4 ETsi tali tuo tempore) Docet Ligarium quid de salute sua à Caesare petenda speret, nam & ipse quòd contra Caesarem stetisset in Africa, exulabat. se cum Caesare Romae esse, satis aperte in ipsa epistola ostendit.

M. CICERO TREBATIO S. D.

Epist. 10 EGO quanti te faciam) De hac epistola supra dictum est.

M. CICERO S. D. M. MARCELLO

Ex IIII Epist. 8 NEque monere) Iterum hortatur Marcellum, vt se Caesari summittat suo ipsius exemplo, cum ait, Vt quod ego facio, tu quoque in animum inducas. Item, Is etiam, qui omnia tenet, fauet ingeniis, nobilitatem vero, & dignitatem hominum, quantum ei res, & ipsius causa concedit, amplectitur, Qua verbo ostendunt, nondum Caesarem ignouisse Marcello.

M. CICERO GALLO S. D.

Ex VII. Epist. 28 MIror) Scripta videtur dominante Caesare, quia ait, Et ais fore, vt te Caesar restituat, Qua vero subiungit, Negas me audere quod sentiam dicere, Hoc anno scripta videtur antequam loqui in rep. cœpisset, cuius rei initium fecit, cum pro Marcello in Senatu dixit, ex oratione ipsa.

M. TVLL. CICERO SER. SVLPICIO S. D.

Ex IIII Epist. 4 ACcipio excusationem) adhuc Ser. Sulpicius Achaiae praeerat. nunciat ei Cicero, vt Caesar in Senatu dixerit, se M. Marcello reditus potestatem facere, atque vt ipse Caesari propterea pluribus verbis gratias egerit, cum silere in perpetuum statuisset.

M. CICERO S. D. M. MARCELLO

Epist. 9 ETsi perpaucis) Hortatur Marcellum, vt domum redeat. Scripta est, postquam Caesar Marcello ignouit, quia ait, Denique si fuit magni animi non esse supplicem victori, vide ne sit superbi aspernari eiusdem liberalitatem. Ostendit praeterea se paucis ante diebus ad eum litteras dedisse quibus doceret, quid ei faciendum esset, fuerunt autem illa, qui bus nunciauit Caesarem ei in Senatu pepercisse, quae non extant.

M. CICERO AMPIO BALBO S. D.

Ex VI. Epist. 12 GRatulor tibi mi Balbe) Gratulatur Balbo, quòd à Caesare restitutus sit. erat in vrbe Cicero cum Caesare, quia ait. Omnia promissa, confirmata, certa, & rata sunt, quae ad reditum & salutem tuam pertinent, vidi, cognoui, interfui.

M. CICERO TREBATIO S. D.

Epist. 12 DOlabellam) Gratulatur Trebatio, quòd à Caesare per Dolabellam restitutus sit.

M. CICERO A. CAECINAE S. D.

Epist. 6 VEreor) Caecina scripserat librum contra Caesarem. & ea de re exulabat. nunciat se breui gratulaturum esse, quòd ei Caesar ignouerit, pollicetur que ea in re operam suam. scripta est postea quam Caesar Marcello pepercit, quia ait, Marcellum, cui maxime succensebat, cum maxima illius dignitate restituit, Ostendit praeterea se Romae cum Caesare esse, cum ait, Me amicissime quotidie magis Caesar amplectitur.

M. MARCELLVS M. CICERONI S.

Ex IIII Epist. 11 PLurimum) Respondet Marcellus literis Ciceronis, quae interciderunt, quibus Cicero gratulatus erat, quòd ei Caesar ignouisset, & suasserat ei, vt Romam rediret, quod ex his verbis colligitur. Res quemadmodum acta sit, vestrae literae declarant, Item, Gratulatio tua etc.

M. CICERO CVRIO S. D.

Ex VII. Epist. 29 MEmini) Curius hoc tempore morabatur Patris vrbe Achaiae, quemadmodum ex epistola, cuius initium est, M. Curius: intelligi potest, in qua M. Curium Ser. Sulpicio Achaiae hoc tempore procos. commendat. Laudat eum, quòd absit ab vrbe, euersa rep. De Caesare autem, & de se, qui Romae vna esse videntur, ita ait, Nec vero nunc culpa in eo est, in cuius potestate omnia sunt, Item, Cum salutationi nos dedimus amicorum, quae fit hoc etiam frequentius, quam solebat, quòd quasi auem albam videntur bene sentientem ciuem videre, abdo me in bibliothecam.

CICERO PAPIRIO PAETO S. D.

Ex IX. Epist. 15 DVabus) Scripta est, antequam Caesar in Hispaniam proficisceretur (profectus est autem extremo hoc anno) item, cum idem praefectus esset moribus (praefectus est autem postquam ex Africa rediit, auctore Dione) Hac autem ex his verbis intelliguntur, Quamdiu hic erit noster hic praefectus moribus, parebo auctoritati tuae, cum vero aberit, ad fungos me tuos conferam.

M. CICERO PAPIRIO PAETO S. D.

Epist. 26 ACcubueram) eodem tempore scripta videtur, quo superior, quia ait, se ad eum venturum, & cum eo cenaturum, vt in superiore, cum inquit, Nihil est quòd aduentum nostrum extimescas, non multi cibi hospitem accipies, sed multi ioci, Item in vtraque legis sumptuariae meminit, supra enim, Domum si habebo in denos dies singulos legis sumptuariae consistam, Hic vero, Epulamur vnà non modo contra legem, si vlla nunc lex est, sed etiam intra legem, & quidem aliquanto.

M. CICERO Q. LIGARIO S. D.

Ex VI. Epist. 15 ME scito) Nunciat se pro eo supplicasse domi Caesari. extremo autem anno scripta est, quia ait, Ego idem tamen cum ad II. K. intercalares priores rogatu fratrum tuorum venissem mane ad Caesarem, Intelligit autem II. K. intercalares priores, vltimum diem prioris mensis ex duobus illis, quos interposuit Caesar se, & Lepido cos. inter Nouembrem, & Decembrem menses, vt annum confusum ordinaret, auctore Macrobio libro primo Saturnalium.

M. CICERO A. CAECINAE S. D.

Epist. 8 CVM esset) Quia K. Ian. praefinita erant à Caesare Caecinae, quibus ille esse in Sicilia posset. idque ex Largo Caecinae amico Cicero audierat, propterea, profecto in Hispaniam Caesare à Balbo, & Oppio, qui Romae remanserant, impetrarat, vt vltra K. Ian. esse posset. quae de re Caecinam hac epistola certiorem facit. monet praeterea, ne ad reliquias Asiaticae negociationis proficiscatur, datque ei literas commendaticias, quas Furfano proconsuli in Siciliam profecturo reddat, quae sequuntur.

M. CICERO T. FVRFANO S. D.

Epist. 9 CVM A. Caecina) Hae literae cum superioribus coniunguntur.

A. CAECINA M. CICERONI S. D.

Epist. 7 QVod tibi non tam cito) excusat filium, quòd librum non tam cito Ciceroni reddiderit. de Asiatica negociatione ita respondit. De Asiatico itinere, quanquam summa necessitas premebat, vt impetrasti, feci. Oratoris Ciceronis meminit, quem scripsit ad M. Brutum hoc anno in Galliam, absoluto Catone: ex oratore.

M. CICERO A. CAECINAE S. D.

Epist. 5 QVoniamcunque) Respondet se legisse librum, eumque, vt ille superiore epistola praeceperat, diligentissime custodire. consolatur de exilio.

HVIC loco subiungere placuit epistolas quasdam commendaticias ad Ser. Sulpicium, M. Brutum, P. Seruilium, L. Acilium, qui in prouinciis erant hoc anno. Quod fecimus hoc consilio, ne cum diffusio in earum dispositio esset, quia nihil praeter commendationem continerent, reliquarum superiorum historiam impedirent.

Quae ad Ser. Sulpicium in Achaiam scripta sunt.

M. Curius

M. CICERO SER. SVLPICIO S. D.

Epist. 17 M. Curius) Ser. Sulpicium hoc anno Achaiæ præfuisse satis ante demonstrauimus, huic commendat M. Curium, qui Patris negociabatur.

M. CICERO SER. SVLPICIO S.

Epist. 18 NON concedam) commendat res Attici epiroticas.

M. CICERO SER. SVLPICIO S. P. D.

Epist. 19 CVM Lysone Patrensi) commendat Lysonem Patrensem.

M. CICERO SER. SVLPICIO S. P. D.

Epist. 20 Asclapone Patrensi) commendat Asclaponem Patrensem.

M. CICERO SER. SVLPICIO S. P. D.

Epist. 21 M. Aemilius) commendat domum Auiani, & rem familiarem, quæ est Sycione.

M. CICERO SER. SVLPICIO S. P. D.

Epist. 22 T. Manlium) commendat Manlium, qui negociatur Thespijs.

M. CICERO SER. SVLPICIO S. P. D.

Epist. 23 L. Cossinio) commendat Libertum L. Cossinij.

M. CICERO SER. SVLPICIO S. D.

Epist. 24 CVM antea) Rursus commendat Lysonem Patrensem.

M. CICERO SER. SVLPICIO S. P. D.

Epist. 25 HAgesaretus) commendat Hagesaretum Larissæum.

M. CICERO SER. SVLPICIO S. P. D.

Epist. 26 L. Mescinius) commendat negocia L. Mescinij, quæ erant in Achaia. scriptam autem esse hoc anno hanc epistolam, quo consul fuit M. Lepidus, apparet ex eo, quod ait, Quod quò minore dubitatione facere possis literas ad te à M. Lepido consulo &c.

M. CICERO SER. SVLPICIO S. D.

Epist. 27 LIcet eodem exemplo) commendat rursus rem Auiani, & meminit Ser. Sulpicij filij.

M. CICERO SER. SVLPICIO S. P. D.

Epist. 28 ETsi libenter) commendat rursus rem Messinij.

Quæ ad M. Brutum in Gallia scripta sunt.

M. CICERO BRVTO S. P. D.

Epist. 10 CVM ad te tum Quæstor) M. Brutus præfectus fuerat à Cæsare Galliæ citeriori eo tempore, quo in Africam profectus est, teste Ap. & Plutarcho in Bruto, Itaque scribit Cic. ad Cæcinam lib. VI. Brutum Galliæ præfecit, Sulpicium Græciæ: Apparet etiam ex Oratore Ciceronis M. Brutum præfuisse Galliæ post bellum Africanum, quia in eo ait, se Catone absoluto aggressum esse scribere oratorem ad M. Brutum, qui tum erat in Gallia. addit præterea. Ergo omnibus terris vna Gallia communi non ardet incendio, in qua frueris ipse te, cum in Italiæ luce cognosceris. Successit autem Bruto hoc anno III. K. Pansa. fam. 253. Huic Cicero commendat Varronem Quæstorem tum, cum Galliæ præerat.

M. CICERO BRVTO S. P. D.

Epist. 11 QVia semper) commendat Arpinates.

M. CICERO BRVTO S. D.

Alia epistola) commendat Q. Suffidium Arpinatum legatum. Epist. 12

M. CICERO BRVTO S. D.

L. Castronius.) commendat L. Castronium. Epist. 13

M. CICERO BRVTO S. D.

L. Titio) commendat Strabonem. Epist. 14

Quæ ad P. Seruilium Isauricum scripta sunt.

M. CICERO P. SERVILIO S. D.

A. Cæcinam) P. Seruilium Isauricum in Asia proconsule fuisse ante demonstratum est. et commendat A. Cæcinam. Epist. 66

M. CICERO P. SERVILIO S. D.

Ex prouincia) commendat Androuem Laodicensem. Epist. 67

M. CICERO P. SERVILIO COLLEGAE S.

C. Curtius) commendat rem C. Curtij, quam habet cum quodam Colophonio. Epist. 69

M. CICERO P. SERVILIO COLLEGAE S. D.

QVea non est obscura) commendat T. Ampium Menandrum. Epist. 70

M. CICERO P. SERVILIO COLLEGAE S. D.

MVltos tibi commendem) commendat T. Agusium. Epist. 71

M. CICERO P. SERVILIO COLLEGAE S. D.

CEreliæ) commendat possessiones Asiaticas Cereliæ. Epist. 72

Quæ ad Acilium proconsulem Siciliæ scripta sunt.

M. CICERO ACILIO PROCOS. S.

L. Manlius) Acilius hic proconsul erat in Sicilia, quemadmodum ex epistolis sequentibus omnibus apparet: erat autem quo tempore Cæsar dominabatur, quia in vna harum epistola, cuius initium est. cum Demetrio Mega, ait. Et Dolabella rogatu meo ciuitatem à Cæsare impetrauit, qua in re ego interfui. Ex hoc verbo intelligi potest, & Cæsarem obtinere hoc tempore remp. & Ciceronem cum illo fuisse in gratia, quod fieri non potuit, nisi postquam bellum Africanum confectum est, & Cæsar Romam rediit, nam nisi post bellum Africanum Cæsarem Cicero non vidit. Huic Acilio forte successit Furfanus, de quo in epistola ad Cæcinam 86. Acilius autem forte is est, qui sequenti anno Ser. Sulpicio in Græciam successit. commendat ei L. Manlium. Epist. 30

CICERO ACILIO PROCOS. S.

C. Flauio) commendat Flauium. Epist. 31

CICERO ACILIO PROCOS. S.

IN Alesina) commendat M. & C. Clodios ex Alesina ciuitate, quæ est in Sicilia. Epist. 32

CICERO ACILIO PROCOS. S.

CN. Otacilio) commendat negocia Nasonis, quæ habet in Sicilia. Epist. 33

CICERO ACILIO PROCOS. S.

A Vitum) commendat Lysonem Lilybætanum. Lilybæum autem in Sicilia est. Epist. 34

CICERO ACILIO PROCOS. S.

C. Auianus) commendat negocia Auiani. Epist. 35

CICERO ACILIO PROCOS. S.

Epist. 36 CVM Demetrio Mega) Commendat Demetrij Siculi negocia.

CICERO ACILIO PROCOS. S.

Epist. 37 Hippiam) Commendat Hippiam Calatinum. Calate autem in Sicilia est.

CICERO ACILIO PROCOS. S.

Epist. 38 L. Brutium) Commendat L. Brutium amicum suum iam inde à quaestura sua Siciliensi.

CICERO ACILIO PROCOS. S.

Epist. 39 CVM familia Titurnia) Commendat M. Titurnium.

CAESARE DICTATORE III. DES. IIII.
ET COS. IIII. SINE COLLEGA.
An. ab vrbe cond. DCCVIII.

M. CICERO LEPTAE S. D.

Ex VI. Epist. 19 Simul accepi) Caesar hoc anno cum Pompeij liberis pugnauit, in Hispania, cum eò extremo superiore anno Roma XXVII. diebus peruenisset Appiano auctore, & in castris tertiam Dictaturam iniisset, auctore Dione. Hoc igitur tempore scripsisse videtur hanc epistolam Cicero, quia ait, De Hispanijs noui nihil. magnum tamen exercitum Pompeium habere constat, nam Caesar ipse ad nos misit exemplum Paciaeci literarum, in quo erat, illi XI. esse legiones. Praeterea meminit Oratoris sui, ita, Oratorem meum tantopere à te probari vehementer gaudeo, se Romae esse significat, cum ait, Me Roma tenuit domestica Tulliae meae partus, sed cum ea quemadmodum spero satis firma sit, teneor tamen dum à Dolabellae procuratoribus exigam primam pensionem.

M. CICERO C. CASSIO S. P. D.

Ex XV. Epist. 18 Longior epistola) Scripta est initio belli Hispaniensis, qui ait, De Hispania nihil adhuc certi, nihil omnino noui.

M. CICERO S. D. C. CASSIO.

Epist. 17 Praeposteros) Scripta est eodem tempore, quo superior, quia ait, De Hispania noui nihil, sed expectatio valde magna, rumores tristiores. Pansa noster paludatus a. d. III. K. Ian. profectus est. id est in Galliam Cisalpinam, vt M. Bruto succederet, ex epistola ad Att. 195. Nunciat P. Syllam mortuum. Hanc secundam esse ad Cassium epistolam indicat, cum ait, Alteras habebis has breues.

CICERO P. DOLABELLAE S. D.

Ex IX. Epist. 10 NON sum ausus) Dolabella erat in Hispania cum Caesare, ex Philipp. secunda. Scripta haec est eodem tempore, quo superior, quia ait, Te scire volo vehementer populum solicitum fuisse de P. Sylla morte. Cuius meminit in superiore.

M. CICERO C. CASSIO S. P. D.

Ex XV. Epist. 16 PVto te iam suppudere) Hanc tertiam epistolam vocat, séq; eam scripsisse ait, antequam ab illo ue schedulam quidem acceperit: ex quo intelligi potest, non multo post secundam esse scriptam. De spectris Catianis agit.

C. CASSIVS S. D. M. CICERONI.

Epist. 19 NON mehercule) Respondet superioribus epistolis, quibus Cicero nunciarat de Pansa, & de spectris Catianis egerat eodem tempore scripta est, quia ait, In Hispanijs quid geratur rescribe, si Caesar vincis celeriter me expecta.

CICERO DOLABELLAE S. D.

Ex IX. Epist. 13 C. Suberinus) Commendat Dolabellae, qui in Hispania erat cum Caesare, C. Suberinum, quem repentino bellum oppressum esse ait in Hispania, in qua post Afranium superatum, nemo bellum fore putarat.

CICERO C. CAESARI IMP. S.

Ex XIII. Epist. 15 Praecilium) Caesar in bello erat, vt puto, Hispaniensi, cum Praecilium hac epistola ei Cicero commendauit. quoniam autem in titulo est Imp. videtur scripta post XI. K. Mart. nam eo die Caesar Imp. appellatus est, Ategua in Hispania capta. auctore Oppio.

M. CICERO C. CAESARI IMP. S.

Epist. 16 P. Crassum) Commendat Caesari P. Crassum: eundem esse in Hispania hinc intelligitur, quòd ait, In Hispaniam ad te maxime ille quidem suo consilio, sed etiam me auctore, est profectus.

CICERO DOLABELLAE SVO S. D.

Ex IX. Epist. 11 VEL meo) Cicero hoc anno mense, vt puto, Ianuario, filiam amisit, quae ex partu perijt, vt ait Pedianus in Pisonianam. Itaque Caesar scripsit literas consolatorias ex Hispania ad Ciceronem prid. K. Maij datas, vt ait ad Att. 211. a cum autem eius rei ignarus Dolabella desideraret literas Ciceronis, ipse ei hac epistola ita respondet. Vel meo ipsius interitu mallem literas meas desiderares, quam eo casu, quo sum grauissime afflictus, quem ferrem certe moderatius, si te haberem. Non scribit autem aperte de obitu Tulliae, quia fama iam accepisse eam putat, quemadmodum Caesar acceperat. Quod autem addit, Sed quoniam breui tempore, vt opinio nostra fert, te sum visurus. Item Celeriter vos futuros nos arbitror, Id ait, quia finem belli Hispaniensis adesse intelligebat. Sic enim scribit ad Att. 199. Hirtius literas dedit Narbone XIII. K. Maij, in quibus scriptum erat Sex. Pompeium Corduba exisse, & fugisse in Hispaniam citeriorem, Cneum fugisse nescio quo, nihil praeterea noui. Hirtius autem lib. V. tradit Cn. Pompeium interfectum esse à Caesare prid. id. Apr. at Dio scribit victoriam Caesaris Hispaniensem Romae nunciatam esse pridie Parilia, id est, X. K. Maij.

SER. SVLPICIVS M. CICERONI S.

Ex IIII. Epist. 5 POsteaquam) Ser. Sulpicius ex Graecia consolatur Ciceronem de obitu filiae. certiorem se esse factum cum de prouincia ait, vbi tranquilliore eum esse animo cognouerit.

M. CICERO S. D. L. LVCEIO Q. F.

Ex V. Epist. 13 QVanquam) Lucceius, vt ceteri, consolatus erat literis Ciceronem de obitu filiae, qua litera intercederunt. his respondet Cicero cum ait, Ergo & domestica feremus, vt censes, & publica paulo etiam fortius fortasse quàm tu ipse, qui praecipis, Item, Vt mones, quantum potero, me ab omnibus molestijs, & angoribus abducam, Sic ad Att. 212.b. de morte filiae, Vellem domestica ferre possem, quàm ista contemnere.

TVLLIVS TIRONI S.

Ex XVI. Epist. 22 SPero ex tuis literis) Tiro hoc tempore iterum aegrotauerat, quantum autem intelligi potest ex XII. epistolarum ad Att. 198 a. mense Maio conualuerat, in quit enim, Ego hic vel sine Sica, Tirone enim melius est, facillime possem esse, vt in malis, In hac autem inquit, Spero ex tuis literis tibi melius esse, Item, Ego hic cesso, quia ipse nihil scribo, In agris Cicero erat. Tiro Romae.

TVLLIVS TIRONI S.

Epist. 17 VIdeo) Nondum firmus erat Tiro, quia ait, Valetudo tua me valde solicitat, sed inferius, & fac omnia: tum te meum esse, tum mihi cumulatissime satisfacere putato, Idem autem scripsit in superiore, cum inquit, Mecum es, si te curas. Docet enim, non recte dici, fideliter inseruire valetudini.

TVLLIVS TIRONI S.

Epist. 20 SOlicitat) Sperat Tironem cito firmum fore, si diligentiam adhibuerit. Item ait, Tu potes K. spectare gladiatores, postridie redire, & ita censeo.

TVLLIVS TIRONI S.

Epist. 19 EXpecto) Se ait expectare literas Tironis, Tironem magis. in hac, vt in superiore, meminit Demetrij.

Ego

TVLLIVS TIRONI S.

Epist. 12 EGO vero cupio) Iam firmior esse videtur Tiro, quia ait, Ego vero cupio te ad me venire, sed viam timeo, grauissime ægrotasti. Item, Iam ad id bidunm, quod fueris in via, dum in Cumanũ venis, accedent continuo ad reditum dies quinque. Ego in Formiano a.d. III. K. esse volo: ibi te vt firmum offendam, mi Tiro, effice. Scripta est post epistolam, cuius initium est. Video. quia ait. Docuit te fides Tironis quod haberet, Quòd autem ait. Pompeius erat apud me cum hæc scribebam, Videtur legendum, Pomponius. Data est XIIII. K. vt puto, Iunias.

TVLLIVS CICERONI S.

Epist. 18 QVid igitur?) Iam Tiro videtur in Tusculanum venisse, quia ait, Si vero etiam Tusculanum tibi profuerit, Dij boni quanto illud mihi erit amabilius, Item, Fac bellus reuertare, non modo te, sed etiam Tusculanum nostrum plus amem, Item, Te quando expectemus, fac vt sciam.

M. TVLL. CICERO S.D. SER. SVLPICIO.

Ex IIII Epist. 6 EGO vero) Respondet epistola qua Sulpicius se consolatus est de morte filiæ. Iam Sulpicius decedere cogitabat è Græcia, quia ait, Sperabam tuum aduentum, sic enim audiebam, appropinquare. Quod idem significat etiam Sulpicius in epistola, cuius initium est, Etsi scio, prid. K. Iun. Athenis data. In agris esse se ostendit, cum ait. Itaque & domo absum, & foro.

M. CICERO M. MARCELLO S.

Epist. 10 ETsi nihil noui) Iam Cicero expectabat Marcellum, qui se illius consilio vsurum esse rescripserat, quod intelligitur ex his verbis, Magisq; tuas literas expectare incipiebam, vel te potius ipsum. Veretur autem, ne, quanquam Marcellus redire decreuerat, tamen tardius decedat, siquidem ait, Venit mihi in mentem subuereri interdum, ne te delectet tarda decessio, Scripta est autem multo post superiorem illam. Etsi perpaucis: quia ambas has literas ait se dedisse Theophilo liberto cius ad eum proficiscenti. oportet enim Theophilum post superiores illas literas in Græciam allatas Romam rediisse, nunc autem ad Marcellum iterum in Græciam proficisci.

SER. SVLPICIVS CICERONI S.

Epist. 12 ETsi scio) Has literas dedit Sulpicius prid. K. Iun. Athenis, quibus certiorem facit Ciceronem, M. Marcellum Italiam versus nauigaturum, antequam conscenderet, à P. Chilone esse interfectum.

L. LVCEIVS Q. F. S. D.
M. TVLL. CICERONI M. F.

Ex V. Epist: 14 SI vales, bene est: ego valeo, sicut soleo) Cicero in solitudine erat mense Iunio, vt est ad Att. 209. b. Vt autem Brutus consolatus est Ciceronem de morte filiæ tum, cum in solitudine erat, vt est ad Att. 199. a. b. 190. a. Sic Lucceius eodem tempore eundem iterum consolatus est, vt apparet ex epistola.

M. CICERO L. LVCEIO Q. F. S. D.

Epist. 16 OMnis amor tuus) Respondet superiori epistola, qua se consolatus est Lucceius.

P. VATINIVS IMP.
M. CICERONI SVO S. D.

Epist. 9 SI vales bene est, ego valeo. Si tuam consuetudinem) P. Vatinius hoc anno cum Imperio à Cæsare missus est in Illyricum hac occasione, auctore Appiano in Illyrico. Cum Q. Cornificius Quæstor Cæsaris pro prætore in Illyrico à M. Octauio Pompeij duce, qui se ex fuga Pharsalici prælij magna classe in illum sinum contulerat, premeretur, Gabiniusq; mandato Cæsaris in Illyricum cum legionibus nouis profectus ibi mortuus animum Octauio addidisset, tum Vatinius Brundusio cum aliquot nauibus aduersum Octauium missus est, qui victo demum, fugatoq; Octauio, & prouincia recepta, ac Cornificio reddita victor cum toto exercitu, & classe Brundusium se recepit, vt tradit Oppius lib. IIII. Has deinde Illyriorum, qui cum Octauio steterant iniurias cum Cæsarem vlturum esse, confecto omnibus bello Illyrij timerent, ad Cæsarem legatos miserunt, qui se vt in amicitiam, fidemq; reciperet, peterent. Quibus Cæsar respondit, se si tributa penderent, obsidesq; darent, veniam illis esse daturum. Vtrunque autem pollicentibus ipsis Vatinium cum legionibus, & magno equitatu ad eum misit. Hoc autem factum est, quantum ex Appiano, & ex his epistolis intelligi potest, hoc anno, victis quidem Hispanis, verum nondum Cæsare Romam reuerso. Qua in prouincia, oblata belli gerendi occasione, cum Vatinius bene rem gessisset, atque Imperator appellatus fuisset, de rebus gestis ad Senatum misit literas, petijtq; per has etiam literas à Cicerone, vt supplicationem ea de causa sibi decerneret. Epistola data est III. id. Quint. Narona. Ergo ante reditum Cæsaris. Nunciat præterea se audisse. seruũ eius fugitiuum esse cum Vardæis, de quo nihil Cicero sibi mandarit, se illum inuenturum, nisi in Dalmatiam aufugerit. ex quo apparet eum nunc in Illyrico esse.

CICERO VARRONI S. D.

ETsi munus) Mittit ad Varronem quatuor libros Academicos. apparet hanc epistolam scriptam esse hoc anno circa id. Quint. ex epist. ad Att. 214. a Ex IX. Epist. 8

M. CICERO SVLPICIO IMP. S.

CVM his temporibus) Pleriq; existimant in titulo huius epistolæ scribendum esse pro Sulpicio, Vatinio, atque his literis Ciceronem Vatinij superiori epistolæ respondere, quòd se ei lubenter supplicationem decreuisse dicat. quibus & ipse assentirem, nisi hæc verba subsequerentur. Præterea à te peto maiorem in modum pro nostra amicitia, & pro tuo perpetuo in me studio, vt hac etiam in re elabores. Dionysius seruus meus, qui meam bibliothecam multorum nummorum tractauit, cum multos libros surripuisset, nec se impune laturum putaret, aufugit. is est in prouincia tua. eum, & M. Bolanus, & multi alij Naronæ viderũt. ego si hominem per te recuperauero, summo me à te beneficio affectum arbitrabor. Neque enim intelligi potest, cur Cicero ad Vatinium ita scripsisset, cum ille in suis literis ita nunciasset. Dicitur mihi seruus tuus anagnostes fugitiuus cum Vardæis esse &c. Accedit, quòd si ad Vatinium scripsisset, non videtur verisimile ita locuturum fuisse. Non existimaui, me saluo iure nostræ veteris amicitiæ, multorumq; inter nos officiorũ facere posse, vt honori tuo deessem. Cum quo inimicitiæ fuerunt. Itaq; vereor, ne hic P. Sulpicius alter proconsul Illyrici sit pari cum Vatinio imperio à Cæsare missus. quandoquidẽ Vatinius in re gesta contra Octauium collegam habuit etiam Sulpicium. Quod intelligitur ex his verbis Oppij lib. V. Cæsar cum cohortibus septem, quæ ex veteranis legionibus in classe cum Sulpicio, & Vatinio rem gesserant ex oppido Ruspina egressus, proficiscitur ad portum. Quod si ita est, ergo vt Vatinius, sic Sulpicius ob rem bene gestam de supplicatione à Cicerone petierat. Vt autem Vatinij literæ extant, sic Sulpicij exciderunt. Vt ad Vatinium responsio desideratur, sic ad Sulpicium habetur. Vt Vatinius se sine literis Ciceronis de seruo eius curaturum scripserat, sic Sulpicius de eodem seruo inuestigando rogatur. Ex XIII. Epist. 77

CICERO LEPTAE S.

MAculam) Scripta est, dum expectabatur Cæsar ex Hispania, quia ait. Ego me Asturæ diutius arbitror commoraturum, quoad ille quandoque veniat. Meminit etiam Oppij, & Balbi, qui Romæ remanserant, Cæsare in Hispaniam profecto. Balbum autem ægrum fuisse, & in hac epistola ait, & ad Att. 222. b. in epistola hoc tempore scripta. Ex VI. Epist, 20

M. CICERO M. FABIO
GALLO S. D.

AMoris quidem tui) Iudicium P. Sextij, de quo fit in hac epistola mẽtio, ostendit eam hoc tempore scriptam esse, qua eadem de re scribit ad Att. mense Sextili. 223. antequam Cæsar Romam venerit. Ex VII. Epist. 25

CICERO M. FABIO
GALLO S. D.

QVòd epistolam) Apparet scriptam esse aduentante Cæsare ex Hispania, quia ait. Magister adest citius, quàm putaramus, Magistrum autem Dictatorem Cæsarem intelligit. Sic in epist. ad Att. 223 scripta mense Sextili ait. Cæsar adest. Epist. 26

Q. FABIO MAXIMO
C. TREBONIO COS.

HOc anno Cæsar postquam ex Hispania rediit consules sibi sufficit in reliquum anni Q. Fabium Maximum, & C. Trebonium. auctore Dione.

Grata

M. CICERO Q. CORNIFICIO COLLEGAE S.

Ex XII. libro. Epist. 17

GRATA mihi vehementer) Iam Cæsar quintum, & vltimom à bello Romam reuerterat, id est, ex Hispaniis. reuertit autem Octobri mense auctore Velleio, lib. 2. Q. Cornificium in prouincia Syria finitima esse apparet, quod ait, Ex Syria tumultuosiora quædam nobis nunciata sunt, quæ quia tibi sunt, propiora, quàm nobis, tua me causa magis mouent, quàm mea. Scripta videtur epistola, cum, reuerso ex Hispania Cæsare, populus R. variis spectaculis operam dabat, quia ait, Romæ summum ocium est, sed ita, vt malis salubre aliquod, & honestum negocium, quod spero fore, quia video id curæ esse Cæsari. Significat autem bellum Parthicum, quod parabat Cæsar antequam interficeretur. meminit etiam Oratoris sui, cum ait, Me scito, dum tu absis, quasi occasionem quandam, & licentiam nactum scribere audacius, & cætera quidem fortasse, quæ etiam tu concederes, sed proxime scripsi de optimo genere dicendi. Hanc autem epistolam primam esse, ex iis quas ad Cornificium scripsit in prouinciam, ex his verbis colligitur, Grata mihi vehementer est memoria nostri tua, quam significasti literis &c.

M. CICERO Q. VALERIO Q. F. ORCAE LEGATO PROPRAET. S. D.

Ex XIII. Epist. 4

CVM municipibus) Q. Valerius præpositus erat à Cæsare agris diuidendis, credo postquam ex Hispania rediit, quia Cicero in epistola, qua commendat ei C. Curtium, ait ita. Hoc autem tempore cum Cæsar in senatum legit. Senatum aut suppleuisse Cæsarem, postquam rediit ex Hispania scribit Dio. Hac epistola commendat municipes Volateranos, quorum agris diuidendis Valerius præfectus erat.

M. CICERO Q. VALERIO Q. F. ORCAE LEGATO PROPRAET. S. P. D.

Epist. 5

NON moleste fero) commendat Valerio C. Curtium, qui possessionem habebat in agro Volaterrano.

M. CICERO C. CLVVIO S. P. D.

Epist. 7

CVM in Galliam) Cluuius item videtur, vt Valerius præpositus fuisse à Cæsare diuidendis agris, quia ait, Etsi non sum nescius, & quæ temporum ratio, & quæ tua potestas sit, tibique negocium datum esse a C. Cæsare, non iudicium, Commendat ei agrum vectigalem municipii Atellani.

M. CICERO M. RVTILIO S. P. D.

Epist. 8

CVM & mihi) Item M. Rutilius præpositus erat agris diuidendis à Cæsare, vt ex ipsa epistola apertissime apparet. Commendat ei prædia Laberii.

CICERO CORNIFICIO COLLEGAE S.D.

Ex XII. Epist. 18

QVOD extremum) Loquitur de tumultu in Syria excitato, vt in superiore ad eundem, cum ait, Quod mihi videor ex tuis literis intelligere, te nihil commissurum esse temere, nec antequam sciffes, quò ille nescio quis Cæcilius Bassus erumperet &c. Hic enim Bassus tumultuatus est in Syria, Dione auctore. loquitur etiam de ludis Cæsaris, cum ait, Equidem sic iam obdurui, vt ludis Cæsaris nostri æquissimo animo viderem T. Plancum &c. De quibus ludis supra diximus.

M. CICERO P. VATINIO IMP. S. D.

Ex V. Epist. 11

GRata tibi) Cicero vt Sulpicio supplicationem decreuerat sic etiam Vatinio. vt autem desiderantur literæ, quibus Cicero decretam ei à se supplicationem esse nunciauerat, sic etiam Vatiniana, quibus Ciceroni gratias agebat. hæc enim epistola rescripta est ad literas Vatinii, quibus ille gratias egerat, & Pompeiam vxorem ei commendauerat. quòd autem ait, Dalmatis Dii malefaciant, qui tibi molesti sunt. sed tamen, vt scribis, breui capientur, & illustrabunt res tuas gestas, Ostendit Vatinium ex Illyrico tam tum, cum eas literas scripsit, in Dalmatiam profectum esse, quòd à Dalmatis lacesseretur, sperabatque res Dalmaticas accessionem futuram Illyricæ victoriæ, ob quam ei supplicatio decreta fuerat. monet de Dionysio.

M. CVRIVS M. CICERONI SVO S. D.

Ex VII. Epist. 30

SI vales bene est: sum enim) Data est a. d. IIII. K. Nouemb. à M. Curio, qui Patris erat. rogat Ciceronem, vt Sulpicii successori se commendet, qui mense Iunio ex Achaia decessit. Huic epistolæ respondet Cicero initio sequentis anni.

P. VATINIVS IMP. M. CICERONI SVO S. D.

Ex V. Epist. 10

SI vales, bene est: ego quidem valeo. De Dionysio) Data est Non. Dec. Narona. P. Vatinius cum in Dalmatiam profectus bellum gerere cœpisset. inde recedere propter frigora coactus fuerat. petierat tamen à Cæsare ob res Dalmaticas gestas supplicationem. de ea vero adhuc non retulisse Cæsarem moleste fert. petit a Cicerone vt apud Cæsarem causam suam agat. Sic enim ait, Cæsar adhuc mihi iniuriam facit. de meis supplicationibus, & rebus gestis Dalmaticis adhuc non refert quasi vero non iustissimi triumphi in Dalmatia rei gesserim &c. Quod autem addit, Ego post supplicationes mihi decretas in Dalmatiã profectus sum, Intelligitur post supplicationes de rebus Illyricis. De Dionysio se nihil adhuc extricare respondet. in Illyricum vero recessisse ostendit, cum ait, Quòd me frigus Dalmaticum, quod illinc eiecit, etiam hoc refrigerauit, Item. Indignèque oppidum captum, & bellum iam confectum relinquere sum coactus.

CICERO DOLABELLAE S. D.

Ex IX. Epist. 12

GRatulor Baiis nostris.) Dolabella ad Baias erat. ac orationem pro Deiotaro à Cicerone requisierat, quam dixit Cicero domi apud Cæsarem ex Hispania reuersum. quod ex his verbis orationis intelligitur. Non dubito, quin Deiotarus tuis literis, quarum exemplum legi, quas ad eum Tarracone dedisti, se magis etiam erexerit. Est enim Tarraco vrbs Hispaniæ. ad eum orationem hanc se mittere ait. & ipse Cicero innuere videtur, cum ait. Oratiunculam pro Deiotaro, quam requirebas, habebam mecum, quod non putaram. Cæsarem porro cum Dolabella ad Baias fuisse hoc anno post tertia Saturnalia, id est XII. K. Ian. intelligitur ex epistola vltima lib. XIII. ad Att.

C. IVLIO CAESARE V.
M. ANTONIO COS.
An. ab vrbe cond. DCCIX.

CICERO CVRIO S. D.

Ex VII. Epist. 31

EGO vero iam te nec hortor) Scripta est hæc epistola initio anni huius ex his verbis, In campo certe non fuisti, cum hora secunda comitiis quæstoriis institutis, sella Q. Maximi, quem illi consulem esse dicebant, posita esset. quo mortuo nunciato, sella sublata est. ille autem, qui comitiis tributis esset auspicatus, centuriata habuit, consulem hora VII. renunciauit, qui vsque ad K. Ian. esset, quæ erant futuræ mane postridie, Hic autem fuit C. Caninius Rebilus, qui in locum Q. Maximi suffectus est. Dio. Macrob. respondet epistolæ Curii superiori.

M. CICERO ACILIO PROCOS. S. D.

Ex XIII. Epist. 50

SVmpsi hoc mihi) Petierat Curius à Cicerone, vt se commendaret successori Sulpicii, qui videtur fuisse Acilius, Itaque in superiore ad Curium epistola ita respondet, Acilio, qui in Græciam profectus est cum legionibus de te scripsi, eamque epistolam cum hac coniunxi, Hæc autem epistola videtur esse, quæ ad Aristum scripta est, ea commendat M. Curium: fortasse enim appellatus est Acilius Aristus.

M. CICERO CORNIFICIO S.

Ex XII. Epist. 20

LIbentissime) ex superioribus ad Cornificium epistolis apparet eum fuisse cum Imperio non longe à Syria prouincia, & bellum Parthicũ suspectum fuisse. ex hac autem constat eum Syriam, & bellum Parthicũ à Cæsare obtinuisse, quòd Cæsar parabat hoc anno antequam interficeretur. hanc rem ei hac epistola gratulatur.

CICERO CVRIO S. D.

Ex VII. Epist. 32

FAcile perpexi) Hæc epistola multo post superiorem ad Curium scripta est, quia ait, Acilio non fuisse necesse meas dari literas, facile patior. Hunc Acilium successorem fuisse Sulpicii intelligi potest, cum addit. Sulpicii tibi operam intelligo ex tuis literis non multum opus esse.

Cæsar

M. ANTONIO P. DOLABELLA COS.

— Cæsar cos. V. id. Mart. interfectus est, cum quinque menses Romæ post reditum ex Hispania fuisset. auct. Velleio. in cuius locum suffectus est P. Dolabella.

D. BRVTVS M. BRVTO, ET C. CASSIO S. D.

Ex XI. libro. Epist. 1

QVO in statu simus, cognoscite) M. Brutus, & C. Cassius prætores urbani post necem Cæsaris armis Antonij cos. diffidentes Roma aberant. D. Brutus socius eiusdem coniurationis Romæ erat, quod ex his verbis intelligitur. Heri vesperi apud me Hirtius fuit, qua mente esset Antonius demonstrauit, pessima scilicet, nam neque prouinciam mihi dare posse aiebatur, neque tuto quenquam nostrum in urbe esse. Quæ verba indicant non multo post necem Cæsaris hanc epistolam esse scriptam. ad Att. certe scribit. 226. a. M. Brutum visum esse sub Lanuuio post prid. id. Apr.

TVLLIVS TIRONI S. D.

Ex XVI Epist. 24

ETsi mane) Cicero rusticabatur eo tempore, quo Octauius ex Apollonia ad cernendam hereditatem Cæsaris Romam venit. mandat Tironi, quem à se, vt ait, Romam dimiserat, vt sibi pecuniam curet, & vt omnia certa sibi rescribat, quid Antonius, quid Octauius, quæ hominum opinio, quid futurum putet. addit præterea vix teneri quin accurrat. item Aquini fuisse Hirtium, qui tum Romæ erat, cum superior epistola scripta est. Scripta autem hæc videtur post XIIII. K. Maias, qua Octauius ex Apollonia Romam venit illo die. Att. 228. a.

M. CICERO BITHYNICO S.

Ex VI. Epist. 18

CVM ceterarum) Non est dubium, quin hæc epistola extremis ijs belli ciuilibus, quibus Cicero interfuit, scripta sit, cum ita scribat, Cum ceterarum rerum causa cupio esse aliquando rempub. constitutam. Item quòd ait, Eos, qui temporibus valuerunt, aut valeant &c. Nam qui valuerunt referre videtur ad Cæsarianos, qui valeant, ad Antonianos, & Octauianos. præterea scribit ad Tironem in sequenti epistola, Ad Bithynicum scripsi. Quod tamen an de hac epistola, & de hoc Bithynico dictum sit, affirmare non ausim.

TVLLIVS TIRONI S.

Ex XVI Epist. 23

TV vero confice) Mandat item, vt pecuniam curet. Scripta est hoc tempore, quia ait. Balbus ad me scripsit tanta se epiphora oppressum, vt loqui non posset, Antonium de lege quid egerit. Legem autem intelligit, quam fixerat Antonius post mortem Cæsaris, qua Siculi ciues Romani facti sunt. Att. 229 Adhuc etiam rusticabatur, cum ait. Liceat modo rusticari, Neque dum amicitiam cum Antonio diremerat, quia ait. Ego Antonij inueteratam sine vlla offensione amicitiam retinere sane volo, scribamque ad eum.

CICERO DOLABELLAE COS. S. D.

Ex IX. Epist. 14

ETsi contentus eram) Gratulatur Cicero Dolabellæ consuli de rebus ab eo præclare gestis, intelligit autem columnam in foro Cæsari mortuo erectam, quam ipse prostrauerat. Scripta videtur VIII. id. Maias ex ad Att. 234. a. vbi ait. Epistola ad Dolabellam exemplum tibi misi, Et 235. b. Ego ad Dolabellam VIII. id. dederam literas.

C. TREBONIVS M. CICERONI S.

Ex XII. Epist. 15

SI vales, bene est: ego quidem valeo. Athenas) C. Trebonius in Asiam proficiscebatur prouinciam, cum has literas dedit VIII. K. Iun. Athenis. narrat Ciceroni, vt viderit Athenis filium eius literis operam dantem, se item audisse turbulenta quædam de repub. quæ cupit esse falsa.

M. CICERO C. TREBONIO S. D.

Ex XV. Epist. 20

ORatorem meum) Eodem tempore quo Trebonius ad Ciceronem scripsit epistolam superiorem, Cicero hanc ad illum. mittit ad eum Oratorem suum, petit, vt ad se crebro scribat, in primisque vt doceat, cuiusmodi iter suum fuerit, vbi Brutum viderit, quandiu simul fuerit. M. autem Brutum intelligit, qui per hæc tempora in agro Antiati erat.

M. CICERO C. MATIO S. D.

Ex XI. Epist. 27

NOndum satis constitui) agit cum Matio de ludis Octauij ab eo curatis in honorem Cæsaris mortui. Scripta vero hoc tempore videtur, quia ad Att. 240. in epistola data post XV. K. Iun. ita ait, De ludorum apparatu Matius mihi displicet, Item, quia in hac epistola ait, Cum in Tusculanum vesperi venissem. Nam ad Att. 241, scribit in Tusculanum se venturum VI. K. Iun.

M. BRVTVS, ET C. CASSIVS PRAET. M. ANTONIO COS. S. P. D.

Epist. 2

DE tua fide) Brutus, & Cassius prætores, vt dixi, Vrbani cum Roma abessent, petunt ab Antonio, an Romæ K. Iun. tuto esse possint in magna veteranorum frequentia. quæ conuentura erat. ex quo apparet hanc epistolam ante K. Iun. scriptam esse.

M. TVLLIVS CICERO C. CASSIO S. P. D.

Ex XII. Epist. 1

FInem nullum facio) Hoc tempore scripta est, quia ait, Repub. à Dolabella mea præclarissime gesta: manabat enim illud malum vrbanum, & ita corroborabatur quotidie, vt ego quidem & vrbi, & ocio diffiderem vrbano. Intelligit autem columnam euersam à Dolabella, de qua supra. addit præterea, Tabulæ figuntur, immunitates dantur, pecuniæ maximæ describuntur, exules reducuntur, S. C. falsa referuntur, Item, Cuius æra refigere debebamus, eius etiam chirographa defendimus. Quæ verba indicant hanc epistolam scriptam esse post K. Iun. quia scribit in prima Philippica, post illum diem hæc acta esse ab Antonio. Cassius adhuc non longe ab vrbe aberat, quia ait, Verum hæc propediem, & multa alia coram.

C. MATIVS M. CICERONI S. P. D.

Ex XI. Epist. 28

MAgnam voluptatem) Respondet Matius epistolæ superiori cuius initium est. Nondum satis constitui. Rationem affert, cur Cæsaris ludos curarit, cum ait, At ludos, quos Cæsaris victoriæ Cæsar adolescens fecit, curaui: at id ad priuatum officium, & ad honestatem reip. pertinebat, Addit præterea sæpe se venisse domum Antonij consulis.

M. CICERO M. OPPIO S.

Epist. 29

DVbitanti mihi) Scripta est, cum Cicero proficisceretur in Græciam, quia ait, Dubitanti mihi de hoc toto consilio profectionis, quòd in vtranque partem in mentem multa veniebant, magnum pondus accessit ad tollendam dubitationem iudicium, & consilium tuum, Item quia ait. Grauissimum iudicium de mea fide fecisti, cum post mortem Cæsaris te ad meam amicitiam contulisti. Profectus est autem in Græciam mense Quintili, vt infra apparebit.

CICERO TREBATIO S. D.

Ex VII. Epist. 22

AMabilior mihi Velia) Data XIII. K. Sext. Veliæ, cum in Græciam proficisceretur. quod & ex hac epistola, & ex proœmio Topicorum apparet.

CICERO TREBATIO S. D.

Epist. 20

VIde quanti) Data est V. K. Sext. Rhegio. ait se vt primum Velia nauigare cœperit, instituisse Topica Aristotelica conscribere, eumque librum Rhegio ad eum mittere.

BRVTVS ET CASSIVS PRAET. ANTONIO COS. S. D.

Ex XI. Epist. 3

LIteras tuas legimus) Data est prid. Non. Sext. à M. Bruto, & C. Cassio prætoribus vrbanis qui Roma aberant, sed tamen in Italia. Conqueruntur de minis Antonij, & de edicto quodam, quo Antonius minabatur idem supplicium optimis ciuibus, quod Cicero sumpserat de sceleratissimis. Philipp. III.

M. TVLLIVS CICERO L. PLANCO IMP. COS. DES. S. D.

Ex lib. X. Epist. 2

ET absfui) Scripta est postquam rediit è Græcia quia ait, Et absfui proficiscens in Græciam, & postea quam de medio cursu reipubl. sum voce reuocatus, nunquam per M. Antonium quietus fui, Reuersus est autem in vrbem prid. K. Sept. quod ex prima Philippica intelligitur.

M. TVLLIVS CICERO S. D. TITIO

Ex V. Epist. 16

ETsi unus) consolatur Titium de morte filij difficile est autem intellectu, an impendente ciuili bello Cæsariano, an Antoniano hanc epistolam scripserit, cum scribat ita. Tantum literæ proficere videntur debere, quantum status ipse nostræ ciuitatis, & hæc perturbatio temporum perditorum, cum beatissimi sint, qui liberos non susceperunt, minus autem miseri, qui his temporibus amiserunt, quam si eosdem bona, aut denique aliqua rep. perdidissent, Item, Hoc tamen non dubitans confirmare possum, ea misceri parari, impendere reip. quæ qui reliquerit nullo modo mihi deceptus esse videatur, Item, Non mehercule quenquam audiui hoc grauissimo, & pestilentissimo anno adolescentulum, aut puerum mortuum, qui mihi non à Dijs immortalibus ereptus ex his miserijs videretur.

D. BRVTVS IMP. M. CICERONI S.

Ex XI. Epist. 4

SI de tua in me voluntate) D. Brutus Gallia citeriori à Cæsare, auctore Appiano, præfectus in eam prouinciam aliquanto post necem Cæsaris profectus erat: atque in ea nunc bellum gerebat. cum autem rem præclare gessisset, literas ad Senatum scripserat, fortasse de supplicatione. petit a Cicerone, vt suam causam in Senatu defendat, inquit autem.

Progressus sum ad inalpinos cum exercitu non tam nomen captans imperatorium, quàm cupiens militibus satisfacere, firmosq; eos ad tuendas nostras res efficere, Item, Cum omnium bellicosissimis bellum gessi, multa castella cepi, multa vastaui. non sine causa ad senatum literas misi. adiuua nos tua sententia. Itaque Philip. VI. ait. an non D. Brutus potuit legiones Antonio, & pro prouinciam tradere. domum redire triumphare.

M. CICERO D. BRVTO IMP. S. D.

Epist. 16

PErmagni interest) Iam Brutus Imp. appellatus erat, ex superiore epistola. Commendat duabus epistolis Bruto L. Lamiam præturam petentem, credo veritus, ne altera earum intercepta periret. hoc autem anno petijt præturam Lamia, quia adilis fuit sub victoriam Cæsaris Africanam. inter adilitatem autem, & præturam biennium intercedebat. petit autem Cicero à Bruto, vt ad Lupum Romam mittat, vt equitum sibi centurias, in quibus ille regnat, conficiat.

M. CICERO D. BRVTO IMP. S. D.

Epist. 17

LAmia) eodem tempore scripta est, quo superior, vt ibi dictum est, commendat iterum et præturam Lamiæ.

M. CICERO C. CASSIO S. P. D.

Ex XII. Epist. 2

VEhementer lætor) Scripta est post XIII. K. Oct. postquam Philippicam secundam in Antonium dixerat: se tuto in Senatum venire non posse ait, eadem enim eum quærere, eius q; initium a. d. XIII. K. Oct. à se facturum putasse. Cassius adhuc cum M. Bruto abesse ab vrbe in Italia videtur, quia ait, Quare spes est in vobis, qui si idcirco abestis, vt sitis in tuto, ne in vobis quidem, sin aliquid dignum vestra gloria cogitatis: velim, saluis nobis, sin id minus, res tamen publica per vos breui tempore ius suum recuperabit.

M. CICERO L. PLANCO IMP. COS. DES. S. D.

Ex X. Epist. 2

MEum studium) L. Plancus petierat à Cicerone, vt causam suam ageret in Senatu, respondet Cicero, se id facturum fuisse, si aut tuto in Senatum, aut honeste venire potuisset. ex quo intelligi potest hanc epistolam eodem tempore scriptam esse, quo superior est.

M. TVLLIVS CICERO C. CASSIO S. P. D.

Ex XII. Epist. 3

AVget tuus amicus) Nondum videtur Cassius in Syriam prouinciam profectus, quòd se, quid consilij redeat, non habere Cic. dicat. Scripta est post VI. N. Oct. quia ait, Itaque a. d. VI. Non. Oct. productus in concionem à Cannutio, turpissime ille quidem discessit, sed tamen ea dixit de conseruatoribus patriæ, quæ dici deberent de proditoribus.

M. TVLLIVS CICERO CORNIFICIO S. D.

Epist. 24

OMnem conditionem) Cornificius Africæ hoc tempore prætor erat, quod sequentes epistolæ indicant. Scripta hæc est post VII id. Oct. quia ait. a. d. VII. id. Oct. Antonius Brundusium venerat, profectus obuiam legionibus Macedonicis quatuor, quas sibi conciliare pecunia cogitabat, easq; ad vrbem adducere, & in ceruicibus nostris collocare.

M. CICERO CORNIFICIO S.

Epist. 22

C. Anicius) extant epistolæ quædam ad Cornificium scriptæ, tum cum in Africa erat, quarum quia sedes incerta est, earum aliquot huic epistolæ subijciemus. Hac ei commendat C. Anicium legatum in Africa legatione libera.

M. TVLL. CICERO CORNIFICIO S.

Epist. 27

Q. Tullius, qui in Africa negociatus est) commendat Q. Turium, qui in Africa negociatus erat.

M. CICERO CORNIFICIO.

Epist. 28

SEx. Aufidius) commendat Aufidij negocia, quæ erant in Africa.

M. CICERO D. BRVTO IMP. S.

Ex XI. Epist. 5

LVpus familiaris noster) Scripta est post V. id. Decemb. quia ait, Romam veni a. d. V. id. Decemb. Nondum videtur Antonius prouinciam Galliam à populo obtinuisse, quia ait, Si iste prouinciam nactus erit, spem reliquam nullam video salutis. Hortatur præterea, vt Antonio resistat, & libertatem recuperet.

M. CICERO D. BRVTO IMP. S.

Epist. 7

CVM adhibuisset) M. Antonius edixerat, vt adesset Senatus frequens a. d. VIII. cal. Decemb. eo die ipse non affuit, in a. d. IIII. cal. Decemb. distulit, adesse in capitolio iussit, quod in templum ipse nescio qua per Gallorum cuniculum ascendit cum de rep. relaturus fuisset, allato nuncio de legione quarta, mente concidit, effugere festinans S. C. de supplicatione per discessionem fecit: inde paludatus vrbe fugit, ac misere fugit, cum referre illo ipso die S. C. de prouincijs fecisset, cum igitur Antonius in Galliam, quam à populo obtinuerat, D. Bruti prouinciam irrupturus cum exercitu videretur, hortatur Brutum Cicero, ne in salute, & libertate populi R. conseruanda auctoritatem Senatus expectet nondum liberi. meminit Cæsaris adolescentis, qui exercitum priuato consilio contra Antonium parauerat, item legionis Martiæ & quartæ, quæ Antonium cos. reliquerant.

M. CICERO D. BRVTO IMP. S.

Epist. 6

LVpus noster) Scripta est post XIII. cal. Ian. quia ait, Cum Tribuni pl. edixissent, senatus adesset a. d. XIII. cal. Ian. haberentq; in animo de præsidio cos. des. referre, quanquam statueram in Senatum ante cal. Ian. non venire, tamen cum eo die ipso edictum tuũ propositum esset, nefas esse duxi, aut ita haberi senatum, vt de tuis diuinis in remp. meritis sileretur, quod factum esset, nisi ego venissem, aut etiam, si quid honorifice de te decerneretur, me non adesse. Itaque in Senatum veni mane etc. Eo autem die in Senatu dixit tertiam Philippicam & ad populum quartam, in quibus D. Brutum laudauit, quòd edictum fecit, quo se Galliam in potestate S. P. Q. R. potestate retenturum pollicebatur.

M. CICERO S. P. D. CORNIFICIO

Ex XII. Epist. 22

NOS hic cum homine) Scripta & hæc est post XIII. cal. Ian. quia ait, A. d. XIII. cal. Ian. senatus frequens mihi est assensus de prouincijs ab ijs, qui obtinerent obtinendis, neque cuiq; tradendis, nisi qui ex S. C. successisset. Quod idem Cornificij causa suasisse ait, ne scilicet C. Caluisio, cui Antonius Africam tradiderat, prouincia cederet. Suasit autem hoc Cicero in tertia Philippica, his verbis, Censeo senatum ad summam reip. pertinere arbitrari, ab ijs, qui prouincias obtinent obtineri ex lege Iulia, quoad ex S. C. cuiq; eorum successum sit.

Q. CICERO TIRONI SVO S. D.

Ex XVI. Epist. 27

MIrificam mihi verberationem) Scripta videtur hoc anno, quia reprehendit consules des. Hirtium, & Pansam.

CICERO F. TIRONI SVO DVLCISS. S. D.

Epist. 21

CVM vehementer) Cicero F. erat Athenis cum M. Bruto & Cassio, sequenti autem anno cum Bruto proficiscitur in Macedoniam, erat

erat autem hoc tempore Athenis ut in epist. Treboniј. Hoc vero tempore epistolam hanc scriptam esse apparet, quia nunquam amplius fuerit Brutus Athenis, quam nunc: eo enim Macedoniam proficiscens profectus est.

CICERO F. TIRONI SVO S.

Epist. 25 ETsi iusta) Scripta videtur, cum esset Cicero F. Athenis, ut superior.

BITHYNICUS CICERONI S. D.

Ex VI. Epist. 17 SI mihi tecum) Bithynicus, ut ait Appianus, post mortem Caesaris in Sicilia praetor erat. petit igitur à Cicerone tunc in Senatu potente, ut se absentem defendat.

A. HIRTIO,
C. VIBIO PANSA COS.
An. ab urb. cond. DCCX.

M. CICERO CORNIFICIO.

Ex XII. Epist. 25 EGO nullum) M. Antonius a. d. IIII. K. Decemb. cum de legione quarta nuncium in Senatu accepisset ex urbe fugit paludatus, in prouinciam Galliam cum exercitu irrupit, D. Brutum resistentem Mutinae obsedit, Cicero Philip. III. & V. ad Antonium deinde legatos de pace Senatus misit prid. Non. Ian. Cicero Philipp. VI. antequam legati reuerterentur haec epistola scripta est, quia ait, Cum haec scribebam, in expectatione erant omnia. nondum legati redierant, quos Senatus non ad pacem deprecandam, sed ad bellum denunciandum miserat, nisi legatorum nuncio paruisset.

M. CICERO D. BRVTO IMP. S.

Ex XI. Epist. 8 EO tempore Polla) eodem tempore scripta est, quo superior. quia ait, Omnia erant suspensa propter expectationem legatorum, qui quid egissent nihil dum nunciabatur. Iam Hirtius, & Caesar exercitum contra Antonium duxerant. Itaque ait, De reliquis rebus iam à te literas expectare debemus quid ipse agas, quod noster Hirtius, quid Caesar meus: quos spero breui tempore societate victoriae tecum copulatos fore.

M. CICERO L. PLANCO IMP. COS. DES. S. D.

Ex X. Epist. 3 CVM ipsum Furnium) Hortatur L. Plancum ad remp. & libertatem populi R. defendendam. Scriptam autem mense Ianuario esse declarat responsio Planci, quae sequitur.

M. CICERO C. CASSIO S. P. D.

Ex XII. Epist. 4 VEllem id. Mart.) Iam C. Cassius in Syriam procos. venerat. Scripta est postquam legati ab Antonio redierant, quia ait, Nihil fortius Philippo, & Pisone legatis, nihil flagitiosius: qui cum essent missi, ut Antonio ex senatus sententia certas res nunciarent, cum ille earum rerum nulli paruisset, ultro ab illo ad nos intolerabilia postulata retulerunt. Dolabellam vituperari ait, quod Cassio, qui vix triginta dies in Syria fuisset, succederet.

M. TVLLIVS CICERO C. TREBONIO S. D.

Ex X. Epist. 28 QVam vellem) Trebonius in Asia procos. erat. Scripta est post mortem Ser. Sulpicij, qui in legatione ad Antonium obierat, ex IX. Philippica. quod ex his verbis colligitur; Magnum damnum factum est in Seruio. L. Caesar optime sentit, consules egregij, praeclarus D. Brutus, egregius puer Caesar.

M. CICERO C. CASSIO S. P. D.

Ex XII. Epist. 5 HIemem credo adhuc prohibuisse,) Scripta est post mortem Ser. Sulpicij dum adhuc Brutus obsideretur ex his huius epistolae verbis, Res sic se habebat, ut totius belli omne discrimen in D. Bruto positum videretur: qui si, ut sperabamus, erupisset Mutina, nihil belli reliquum fore videbatur: paruis omnino iam copijs obsidebatur, quòd magno praesidio Bononiam tenebat Antonius. erat autem Claternae noster Hirtius, ad forum Cornelium Caesar, uterque cum firmo exercitu: magnaque; Romae Pansa copias ex delectu Italiae comparat. hiems adhuc rem geri prohibuerat. Hirtius nihil nisi considerate, ut mihi crebris literis significat, acturus videbatur. praeter Bononiam, Regium Lepidi, Parmam, totam Galliam tenebamus. erat firmissimus senatus, exceptis consularibus: ex quibus unus L. Caesar firmus est, & rectus: Ser. Sulpicij morte magnum praesidium amisimus.

PLANCVS CICERONI S. D.

Ex X. Epist. 4 GRatissima mihi tua literae fuerunt) Respondet epistolae Ciceronis, cuius initium est. Cum ipsum Furnium. Scripta videtur Februario mense, quia ait. Sum in expectatione omnium rerum, quid in Gallia citeriore, quid in urbe Ianuario mense geratur, ut sciam. Optimo sum in remp. animo esse ait.

M. CICERO PAPIRIO PAETO S. D.

Ex IX Epist. 24 RVfum istum) Haec epistola extrema hieme scripta est, quia ait, Te ad cenas itare desisse molestè fero. Spurina magnum periculum summa reip. demonstrabat, nisi ad superiorem consuetudinem tum, cum fauonius flaret, reuertisses, hoc tempore ferri posse, si forte tu frigus ferre non posses. Addit praterea, quod hanc epistolam Antonianis temporibus scriptam esse probare potest. Caue existimes me, quòd iocosius scribam, abiecisse curam reip. sic tibi persuade, me dies, & noctes nihil aliud agere, nihil curare, nisi ut mei ciues salui, liberiq; sint. nullum locum praetermitto monendi, agendi, prouidendi, hoc denique animo sum, ut si in hac cura, atque administratione vita mihi ponenda sit, praeclare actum mecum putem.

M. CICERO C. CASSIO S. P. D.

Ex XII. Epist. 7 QVanto studio) Nunciat se dignitatem eius defendisse in Senatu. hoc autem, ut arbitror, fecit in undecima Philippica, cum bellum contra Dolabellam Cassio mandandum censuit: idem fit ad populum etiam egisse ait, quae tamen oratio non extat.

C. CASSIVS PROCOS. M. CICERONI S. D.

Epist. 11 SI vales, bene est: ego quidem valeo. In Syriam) Data est Non. Mart. ex castris, Taricheis. nunciat se accepisse exercitum à L. Murco, & Q. Crispo Imperatoribus, & legionem, quam Q. Caecilius Bassus habuit, quatuorq; legiones, quas A. Allienus ex Aegypto duxit, postea quam illi audiuerunt, quae Romae gererentur, intelligit autem S. C. factum in sententiam Ciceronis undecima Philippica.

C. ASINIVS POLIO M. TVLL. CICERONI S. P. D.

Ex X. Epist. 31 MInime mirum) C. Asinius Hispaniae praeerat cum exercitu, quid sibi agendum sit Ciceronem consulit. data est XVII. K. Apr. Corduba.

CICERO PLANCO IMP. COS. DES. S. P. D.

Epist. 5 BInas à te accepi literas) Respondet epistolae Planci, cuius initium est. Gratissimae mihi. & gratulatur eum optimo esse in remp. animo, hortaturq;, ut persistat.

Liberalibus, i. XVI. K. Apr. nec postero die fuit Senatus. Quinquatribus. i. XIIII. K. Apr. frequens fuit, decreuitq;, ut Minerua Ciceronis custos urbis, quam turbo deiecerat, restitueretur. Pansa literas Cornificij recitauit. summa approbatione consecuta est cum offensione Caluisij, qui Africam petebat, ut ait Cicero in Philipp. III. factum de Cornificio S. C. honorificum. ex epist. 198.

CICERO PLANCO IMP. COS. DES. S. D.

Epist. 6 QVa locutus est Furnius) Data est XIII. K. Apr. Hortatur Plancum, ut D. Brutum collegam suum ab Antonio Mutinae obsessum exercitu iuuet, neque pacis auctor sit, quae positis armis ab Antonio petenda sit.

T. CICERO M. LEPIDO S. P. D.

Epist. 27 QVod mihi pro mea summa) Monet Lepidum, qui decreta sibi Hispania adhuc in Gallia ulteriori morabatur cum exercitu, auctore Vellero, ne se interponat in pacificationem Antonij, & senatus, de qua hoc tempore agebatur, auctore Dione. quod idem etiam suasit in superiori epistola Planco.

L. PLANCVS IMP. COS. DES. S. D. COS. PRAET. TRIB. PL. S. P. PL. Q. R.

Epist. 8 — SI cui forte) Rationem affert, cur non adhuc arma contra Antonium pro rep. ceperit: se paratum esse vel prouinciam tueri, vel ire quò resp. vocet, vel tradere exercitum, auxilia, prouinciamq;. C. Furnium legatum cum mandatis ad Senatum ante misisse ait, cuius rei meminit Cicero in epistola, cuius initium est, Qua locutus est Furnius. cum autem hanc epistolam scripsit, Brutus adhuc obsidebatur, quod inde intelligi potest, cum ait, Quid prematura denunciatio boni ciuis imparati quam periculosa esset ex casu collegæ videbam.

PLANCVS IMP. COS. DES. CICERONI S. D.

Epist. 7 — PLura tibi) Hæc epistola cum superiore coniuncta est. quia ait, se breuiorem esse, quod publicis literis omnia perscripserit.

CICERO PLANCO IMP. COS. DES. S. D.

Epist. 10 — ETsi satis ex Furnio) Respondet superiori epistolæ Planci, cuius initium est. Plura tibi. gratas literas eius fuisse ait. hortatur, vt in suscepta sententia persistat. data est IIII. K. Apr. antequam prælium ad Mutinam fieret, quod ex his verbis cognoscitur, Quem ob rem quanquam res in prælio omnia fortuna reip. disceptat, quod quidem, cum hæc legeres iam decretum arbitrabar fore &c.

CICERO PLANCO IMP. COS. DES. S.

Epist. 12 — ETsi reip. causa) Data est III id. Apr. Respondet literis quibusdam Planci, quæ interciderunt: alias item literas Planci ad Senatū, quæ non extant, recitatas fuisse ait: se pro Planco VII. VI. V. id. Aprilis in Senatu cum Seruilio, & Titio Tribuno pl. qui S. C. intercesserant, contendisse ait.

M. CICERO CORNIFICIO

Ex XII. Epist. 29 — ASsentior tibi) Scripta est hoc tempore, cum ambo consules ad Mutinam erant, quia ait, Senatus sæpius pro dignitate tua appellaretur, si absentibus consulibus vnquam nisi ad rem nouam cogeretur. Hoc autem idem scripsit etiam in superiore ad Plancum epistola, cum Senatum absentibus consulibus, à prætore vrbano Cornuto habitum esse dixit.

M. CICERO CORNIFICIO

Epist. 30 — NON modo te) commendat res L. Lamiæ. Scripta hoc anno videtur, quia ait, Quanquam erat nobis dictum, te existimare alio cui S. C. quod contra dignitatem tuam fieret, scribendo Lamiam affuisse, qui omnino consulibus illis nunquam affuit scribendo, deinde omnia tum falsa S. C. deferebantur, intelligit autem consules Antonium, & Dolabellam.

M. CICERO C. CASSIO S. P. D.

Epist. 6 — QVI status rerum fuerit) Scripta est paulo ante quàm ad Mutinam pugnaretur, quia ait, Res cum hæc scribebam, erat in extremum adducta discrimen, Brutus enim Mutinæ vix iam sustinebat.

SER. GALBA M. CICERONI S.

Ex X. Epist. 30 — XVII. K. Maij) Data est a. d. XII. K. Maij ex castris. Nunciat rem bene gestam cum Antonio.

PLANCVS IMP. COS. DES. CICERONI S. P. D.

Epist. 9 — NIhil me tibi temere) Post VI. K. Maias scripta est, tum cum Plancus properaret in Galliam citeriorem, vt subueniret Decimo Mutinæ obsesso. ait enim, Exercitum a.d. VI. K. Maias Rhodanum traieci, ipse, si à Lepido non impediar, celeritate satisfaciam, sin autem itineri meo se opposuerit, ad tempus consilium captam: copias adduco & genere, & numero, & fidelitate firmissimas. In hanc sententiam scripsit etiam in epistola, cuius initium est. Immortales, Cum Rhodanum copias traiecissem, ipseq; iter Mutinam dirigerem, de prælio facto, Brutoq; & Mutina obsidione liberata audiui.

D. BRVTVS M. CICERONI S. D.

Ex XI. Epist. 9 — PAnsa amisso) Data est IIII. K. Maij ex castris, Regij D. Brutus obsidione liberatus mortuos consules nunciat: pollicetur, se daturum operam, ne Antonius in Italia commoretur: rogat, vt Lepidum, Asinium, Plancum confirmet, de quorum voluntate erga remp. dubitabat.

M. CICERO CORNIFICIO.

Ex XII. Epist. 26 — Liberalibus) Scripta est post consules ad Mutinam interfectos, quia ait, Hirtium quidem, & Pansam collegas nostros homines in consulatu reip. salutares, alieno sane tempore amisimus, rep. Antoniano quidem latrocinio liberata, sed non dum omnino explicata.

D. BRVTVS M. CICERONI S. D.

Ex XI. Epist. 10 — NON mihi remp.) Data est III. Non. Maij ex castris, Dertone. nunciat, vt Antonius omne genus hominum arripiendo satis magnum numerum effecerit, vt cum eo Ventidius ad Vada se coniunxerit: Antonium aut ad Lepidum se collaturum, aut Apennino, alpibusq; ceteturorum, aut rursus se in Etruriam recepturum.

D. BRVTVS IMP. COS. DES. M. CICERONI S. D.

Epist. 11 — EOdem exemplo) Data est prid. Non. Maij ex castris, finibus Statiellensium. In itinere est (inquit) Antonius, ad Lepidum proficiscitur, ne de Planco quidem adhuc spem abiecit, vt ex libellis eius animaduerti, qui in me inciderunt. in quibus quos ad Asinium, quos ad Lepidum, quos ad Plancum mitteret, scribebat.

C. CASSIVS PROCOS. M. CICERONI S. D.

Ex XII. Epist. 12 — SI vales, bene est: ego quidem valeo. legi tuas literas) Rogat vt se, & Murcum, & Crispum Imperatores, qui sibi exercitum tradiderunt, milites; ipsos sua auctoritate defendat atque ornet: se audisse ait, Dolabellam, qui nefarie Trebonio occiso Asiam occuparit, in Ciliciam venisse cum suis copiis: Itaque se item Ciliciam profecturum. Data est Non. Maij, ex castris.

PLANCVS CICERONI S. P. D.

Ex X. Epist. 11 — IMmortales ago tibi gratias) Respondere videtur epistolæ Ciceronis, cuius initium est. Etsi reip. causa, quæ Cicero scripserat, quantam contentionem pro eius dignitate suscepisset. nunciat se audito Mutinensi prælio in Allobrogibus constitisse, audiuisse autem VI. K. Maias, supra diximus. se paratum esse ait, vt quoquomodo possit resistat Antonio, si in Galliam se contulerit.

CICERO PLANCO IMP. COS. DES. S. D.

Epist. 14 — O Gratam famam) Data est III. id. Maij. Respondet epistolæ superiori Planci, cuius initium est. Nihil me tibi temere. hortatur eum, vt fusum Antonium persequatur.

M. CICERO D. BRVTO IMP. S. D.

Ex XI. Epist. 22 — CVM Ap. Claudio) commendat Bruto Ap. Claudium, qui se cum Antonio coniunxerat, rogatq; vt eum sua auctoritate seruet incolumem.

PLANCVS IMP. CICERONI S. D.

Ex X. Epist. 15 — HIS literis scriptis) Nunciat se in Isara flumine, quod est in finibus Allobrogum, ponte vno die facto exercitum a. d. IIII. id. Maij traduxisse, fratrem cum equitum quatuor millibus prid. id. Maij L. Antonio præmisso cum equitibus ad forum Iulium obuiam misisse: ipsum maximis itineribus cum quatuor legionibus expeditis, & reliquo exercitu subsecuturum.

PLANCVS IMP. CICERONI S. D.

Epist. 17 — ANtonius id. Maij) Nunciat id. Maij Antonium ad Forum Iulium venisse, Ventidium bidui spatio ab eo abesse, Lepidum ad Forum Voconij castra habere, ibi se expectare constituisse.

Nihil

CICERO PLANCO S. D.

Epist. 16 Nihil post hominum memoriam) Literas quasdam Planci in Senatu recitatas esse, eásq; gratissimas senatui fuisse, átq; his S. C. factum esse in sententiam suam ait. suadet praeterea, vt in rebus agendis consilium senatus non petat, sed ipse sibi sit senatus. nondum videtur Antonium se coniunxisse cum Lepido.

M. TVLL. CICERO S. P. D. CORNIFICIO.

Ex XII. Epist. 31 ITA ne) Scripta est hoc tempore, quia ait, Orbus senatus consulibus amissis, Item, Cum Pansa mortem ignorares scripsisti qua per nos ab eo consequi te posse arbitrarere, Item, Sic vehementius nos laboramus, qua profligato bello, ac pene sublato, renouatum bellum gerere conamur.

M. CICERO D. BRVTO IMP. S. D.

Ex XI. Epist. 18 ETsi ex mandatis) Data est XIII. K. Iun. de bello renouato Antonij agit his verbis, Etenim cum te incluso spem maximam omnes habuissent in tua virtute, florente Antonio: quis erat, qui quidquam timeret, profligato illo, te liberato? Nec vero Lepidum timebamus: quis enim esset, qui illum tam furiosum arbitraretur: vt, qui in maximo bello pacem velle se dixisset, is in optatissima pace bellum reip. inferret? Item paulo post, Quare velim equidem, id quod spero, vt plane abiectus, & fractus sit Antonius, sin aliquid virium forte collegerit, sentiet, nec senatui consilium, nec populo R. virtutem deesse, nec reip. te viuo, Imperatorem.

D. BRVTVS M. CICERONI S. D.

Epist. 19 AD Senatum) Data est XII. cal. Iun. Vercellis. Dolet, se cum tironibus egentissimis esse, rogat vt quas ad Senatum misit literas, perlegat & si qua videbuntur, commutet.

M. LEPIDVS IMP. II. PONT. MAX. M. TVLL. CICERONI S. P. D.

Ex X. Epist. 34 SI vales, bene est: ego quoque valeo. cum audissem) Data est XII. K. Iun. ex castris, ex Ponte Argenteo. Nunciat se venisse ad Forum Voconium contra L. Antonium: Silanum, & Culeonem ab eo discessisse, se neque Senatui, neque reip. in hoc bello defuturum.

M. TVLL. CICERO C. FVRNIO S. P. D.

Epist. 26 SI interesset) Deterret Furnium legatum Planci à petenda pratura: hortatur autem, vt reliquias belli conficiat: id est vt Antonium persequatur post fugam Mutinensem bellum renouantem.

PLANCVS CICERONI S.

Epist. 18 QVid in animo habuerim) Se accersitum esse nunciat à Lepido itaq; a. d. XII. K. Iun. ab Isara castra mouisse. pontem tamen reliquisse & prasidia firma ibi posuisse, vt aduenienti Bruto, exercitiq; eius sine mora transitus esset paratus, ipsum se diebus octo cum Lepido exercitu coniuncturum.

PLANCVS CICERONI S.

Epist. 21 PVderet me) Scripta est biduo post superiorem, quia ait, Scripsi tibi biduo ante me confidere bono Lepido esse vsurum, communiq; consilio bellum administraturum: credidi chirographis eius, affirmationi prasentis Laterensis, qui tum apud me erat, reconciliaremq; me Lepido, fidemq; haberem orabat. De hac autem re sit in epistola superiori. Itaque post discessum legatorum cum binis continuis literis, & Lepidus me, vt venirem rogaret, & Laterensis multo etiam magis prope imploraens obtestaretur &c. Se, cum ad Lepidum iret, iussu eius constitisse: ac propterea suspectam eius fidem habere ait.

CICERO PLANCO S. D.

Epist. 22 IN te, & in collega) Scripta est, antequam Lepidus Antonium reciperet, quia ait, Concordia vestra, qua senatui declarata est, Intelligit autem consensum Planci, & Bruti ad persequendum Antonium: scribit autem Appianus, cum hoc tempore, antequam Antonius reciperetur à Lepido, D. Bruti exercitus laboraret morbo, Plancum cum exercitu propius accessisse.

M. CICERO D. BRVTO IMP. S. D.

Ex XI. Epist. 15 ETsi mihi tua litera) eadem sententia, qua vtitur, ostendit eodem tempore hanc epistolam scriptam esse, quo superior est, qua est hac. Communitio tua cum collega, concordiáq; vestra, qua literis communibus declarata est S. P. Q. R. gratissima accidit.

CICERO PLANCO IMP. COS. DES. S. P. D.

Ex X. Epist. 13 VT primum) Nunciat S. C. factum esse in suam sententiam in laudem Planci. hortatur, vt Antonium opprimat, cum ait, Qui M. Antonium oppresserit, is bellum confecerit.

CICERO PLANCO IMP. S. D.

Epist. 19 QVanquam gratiarum actionem.) Idem agit, atque in superiore, cum ait, Incumbe, vt belli extrema perficias, qui M. Antonium oppresserit, is hoc teterrimum bellum, periculosissimumq; confecerit.

M. CICERO D. BRVTO IMP. COS. DES. S. D.

Ex XI. Epist. 12 TRes vno die) Respondet literis Bruti, quarum initium est. Non mihi remp. & eodem exemplo. Hortatur ad persequendum Antoniũ, cum ait. Is bellum confecerit, qui Antonium oppresserit. Addit praterea. Itaque homines aliq fracti sunt: nonnulli etiam queruntur, quòd persecuti non sitis. opprimi potuisse, si celeritas adhibita esset, existimat.

C. ASINIVS POLIO M. TVLL. CICERONI S. P. D.

Ex X. Epist. 33 QVO tardius) Hoc tempore scripta videtur, quia ait Antonium habere equitatum, ac legiones sub signis armatas tres, Ventidiũ cum eo se coniunxisse, si nihil in Lepido spei sit, descensurum ad extrema, Parmam direptam, L. Antonium Alpes occupasse, etiam tempus maiorem sibi libertatem dare, propterea quod frumenta, aut in agris, aut in villis sunt, se deesse reip. nolle.

M. TVLL. CICERO C. FVRNIO S. P. D.

Epist. 26 LEctis tuis literis) Suadet hac etiam epistola Furnio, vt pratura petitionem in alterum annum differat, nunc autem in bellum incumbat, quid de Planci, & Bruti concordia scribat, in eo se vel maximam spem ponere victoria.

M. CICERO D. BRVTO IMP. S. D.

Ex XI. Epist. 14 MIrabiliter mi Brute lator) Respondet literis quibusdam, quas Brutus ad. Maij dederat, his verbis. Scripsisti autem ad me ijs, quas id. Maij dedisti, modo te accepisse à Planco literas non recipi à Lepido Antonium, id si ita est, omnia faciliora: sin aliter: magnum negocium, cuius exitum ne extimescam, tua partes sunt.

D. BRVTVS IMP. M. CICERONI S. D.

Epist. 20 QVod pro me non facio) Labeonem ait sibi nunciasse Casarem de Cicerone questum quòd diceret, eum dixisse, Casarem ornandum, & tollendum esse, non commissurum, vt tolli possit. Se, nisi valde necesse fuerit, ex Italia non excessurum ait, legiones armare, parare, sperare se non pessimum exercitum habiturum ad omnes casus, & impetus hominum. Data VIII. K. Iun. Eporadia. mendose enim vulgo legitur VII. K. Iun. ex manu scripto libro.

D. BRVTVS M. CICERONI S. D.

Epist. 23 NOS hic valemus recte) Scripta videtur eodem die quo superior, Itaque ait, Qua tibi superioribus literis mea manu scripsi, terrendi tui causa homines loquuntur. Lepidum commode de se videri sentire ait, scilicet, dum à Cicerone literas accipiat, in Italia moraturum.

CICERO PLANCO S. D.

Ex X. Epist. 24 ITa erant omnia) Data est IIII. K. Iun. se accepisse à Bruto literas ait datas id. Maij, in quibus erat, Plancum ad se scripsisse, à Lepido non recipi Antonium, praterea ait, Qui reliquias huius belli oppresserit, eum totius belli confectorem fore.

Cum

LENTVLVS CICERONI SVO S. D.

Ex XII. Epist. 14

CVM Brutum) Quęstor erat Asię Lentulus. de Cassio & de Dolabella nunciat. Data IIII. Iun. Pergę.

P. LENTVLVS P. F. PROQVAEST. PROPRAET. S. D. COS. PRAET. TRIB. PL. S. P. PL. Q. R.

Epist. 15

SI valetis, liberiq; vestri valent, bene est) Nunciat eadem de Dolabella, & de Cassio, quę in superiori epistola nunciauerat Ciceroni. Data est IIII. Non. Iun. Pergę, nisi malimus legere IIII. K. Iun. vt sit eadem die scripta est, quo superior.

D. BRVTVS IMP. COS. DES. M. CICERONI S. D.

Ex XI. Epist. 13

IAM non ago tibi gratias) Respondet epistolę superiori Ciceronis, cuius initium est. Tres vno die. rationem affert, cur non statim persecutus sit Antonium. pollicetur, si quo casu Isaram traiecerit, reip. non defuturum. Addit prętereà, Vos magnum animum, optimamq; spem de summa reip. habere volumus, cum & nos, & exercitus nostros singulari concordia coniunctos, ad omnia pro vobis videatis paratos.

M. LEPIDVS IMP. II. PONT. MAX. S. P. PL. Q. R.

Ex X. Epist. 35

SI vos liberiq; vestri) Data est III. K. Iun. excusat se, quòd Antonium receperit. recipit autem a. d. IIII. K. Iun.

D. BRVTVS IMP. M. CICERONI S. D.

Ex XI. Epist. 26

IN maximo meo dolore) Data est III. Non. Iun. ex castris. Lepidus Antonium recepit a. d. iiij. K. Iun. ex epistola Planci. cuius initium est. Nunquam mehercule. hoc autem significare videtur Brutus in hac epistola, cum ait, Hoc solatio vtor, quod intelligat homines me timuisse ista, quę acciderunt, Et paulo post, Ad senatum literas misi.

M. CICERO D. BRVTO IMP. S.

Epist. 21

DIligis Segulio) Respondet epistolę Bruti, cuius initium est. Quod pro me non facio. Data est prid. Non. Iun.

M. CICERO D. BRVTO S. D.

Epist. 24

NArro tibi) Data est viij id. Iun. respondet epistolę Bruti, cuius initium est. Nos hic valemus rectè. suadet, vt in Galliam contra Antonium traijciat, neque enim adhuc audierat Antonium esse receptum à Lepido.

PLANCVS CICERONI S.

Ex X. Epist. 23

NVnquam mehercule) Data est viij. id. Iun. Cularone, ex finibus Allobrogum. nunciat a. d. iiij. K. Iun. Antonium se coniunxisse cum Lepido, vix se è manibus eorum esse elapsum.

C. ASINIVS POLIO M. CICERONI S.

Epist. 32

BAlbus Quęstor) Data est vj. id. Iun. Corduba. Narrat quę Balbus Quęstor gesserit, petitq;, vt quid sibi agendum sit ad se scribant.

M. CICERO C. CASSIO S. P. D.

Ex XII Epist. 8

quuntur,dñt,hic dedit mihi potestatem,uel fecit mihi potentiam scribendi,uel facultatē scribendi: uel p hunc mihi licuit scribere.{In rep.capessenda,)defendenda,suspicienda ad tuēdum. Ea dignitas,& libertas.{Sublata.)erepta,amota.{Sed nec mihi,)subaudi sublata est.{Magisq reliquis,) qa nemini iam licet cū dignitate sniam dicere,aut libere remp.capessere. Nā,rō superioris ,ppōnis bipartita per disiunctionem. {Aut assentiendū est paucis).i.descendendum: in sniam paucoꝝ. {Nulla grauitate,)nulla auctoritate,& dignitatē seruata: qa iudicium paucoꝝ non ut anteferendum multoꝝ sententijs. {Aut frustra diss.)i.frustra aduersandum. Frustra aūt dixit: quia oino oportet succumbere: qm cum potentiores sint opibus,plus ēt pñt auctoritate snia.{Maxime,)pcipue. {De tuis rōnib.)de rebus tuis & cōmodis,nam rō interdum id signat, ut infra dicetur. {Tota rō) .i.totus modus solutus,tota uia. {Senatus,)quia in eo modo hr,quo solebat: neq liberæ sniē dñr.{Iudicioꝝ)iudicialium causaꝝ,quæ in foro corā iudicibus agebantur q ex ordine eqstri eligi solebant,unde Horat. in primo Sermonū. *Unum ex iudicibus selectis obijciebat.* Idē lib.2. Sermonium. *Tu cum proiectis insignibus annulo equestri Romanoq; habitu prodis ex iudice Dama*: & Cic.sæpe io orationibus suis hoc. demonstrat.{Reipublicę totius administ.)quia oon hr ratio bonoꝝ uiroꝝ: sed pro libidine dantur magistratus: qui ante solebant dari uirtuti.{Ocium,)tranqllitas,securitas: nā ociosus secuꝝ signat. Ter.in And. Otiolo iam nunc aio esse impos nam nisi qui securus est,non est ociosus,& negociū pro sollicitudine ponitur,ut infra lib.3.ad Appium Pulchrum. Cum est ad nos allatum temeritate eoꝝ: qui tibi negociū facesserēt. {Potiuntur rerum,)qui hñt statum reip.in potestate sua. De uerbo potiri diximus supra in præcedenti epla. {Si quidam hoies,) non dicit. qui sint: qm ioter Cic. & Lentulum satis ɔstabat,qui essent,aut certe ita dicit quasi Lentulus conijcere posset,qui essent: neq est legendum siquidem,ut quidā male præceperunt. {Potuerint.) potuerunt: futuꝝ subiunctiui pro futuro iudicatiui.{Ferre,)pati: qa quidā indignabātur: nec satis ferre posse uidebantur paucos in ciuitate tm̄ posse, ut quicqd uellent efficerent. {Dignitatē quidem illā,) sensus. est: non possumus iam expectare,ut amplius sit dignitas illa ɔsularis: quæ solebat esse libera in fortibus, & ɔstantibus senatoribus: q habita rōne nullius personæ, nec metu, nec gratia deterrebantur ab officio.{Amissa est.n.) probat,quasi, illa dignitas non sit cogitanda: ut adhuc sit, sicut solebat. {Est.n.amissa.)pdita,ordinē plebeium signat: qui Cæsari fauebat corruptus muneribus: missus ab eo ex Gallia alij intelligunt ordinē equestrem. {Et hoiem clarissimū,) ut innuere Cæsarem: cui multa aduersabantur: ne Gallia prouincia in alteꝝ quinquēnium ei decerneretur.{Sed ut omissis cæteris:) oñdit, qui sit amor Pompeij erga ipm Lentulū. {Reuertar,) redeā. {Coniunctiora,) p propinqora, magis ptinentia: & dixit reuertar: quia io secunda parte Epist. iam dixit in reb' Lentuli se ɔfirmatum esse ad uoluntatē Pōpeij: quē supra nō noiauit, sed signauit cum dixit: me ad eius rōnes adiungo. {Et eo consule.)fuerat.n.electus ɔsul cum Crasso. {Quib' in. reb.)tuis obtinendis.{Affixū,)adhærentē,ut p te ab eius latere nunq discedam.{Negligetur,)ptermittetur,aut contēnetur,ēt si sit parua.{Neq.n.uereor,)occurrit obiectioni: quod qspiam fortasse diceret eū futuꝝ molestum.Pomp.iō dicit ꝙ non timebit,ut sit molestus Pōp.cui iucundū erit,qcquid faciet Cic.pro Lent.ēt pp hoc,ꝙ uidebit ipsum gratū erga Lentulū.{Molestus,)grauis,importunus,odiosus.{Illi.) Pomp. {Cui iucundū erit,)qd' faciam pro te.{Etiam)q.d.si nullæ essent aliæ causæ.{Quod me gratū uidebit,)gratitudo.n.animi oibus iucunda esse solet: & qd' ex officio,& fieri uidemus: non possumus non ,pbare. {Tu uelim,) oñdit quantæ curæ sint sibi res oēs Lent.{Persuadeas tibi,) ɔfidas,certū habeas. {Minimā,ualde paruam: quanto magis,q sunt maximæ. {Id cū sentiā,)alij codices hñt id,qcunq sentiam: alij ad: sed hæc est uera lectio: idq; cū sentiam,& est sensus. Et cum sentiā.i. cum hoc in aio habeam ꝙ nulla res minima est,q ad te pertineat,q mihi non sit charior,q oēs res meæ. {Nō possum mihimetipsi satisfacere sedu.)i.instanti & fideli officio,& diligētia: nā sedulus,teste Nonio & Donato,signat sine dolo,& instanter.{Re ipsa.)affectu ipso,& uere.Cōsequi,æquare: & est sensus,non satisfacio mihi.i.non uideor facere, quod debeo

Ratio.

Ocium.
Ociosus.
Negociū.

Sedulis.
Sedulitas

erga te: quia non solū non possum tibi referre grām in ulla parte tuoꝝ meritoꝝ erga te: sed neq, ēt possum satis cogitare,qd' minus est. {Rē te) bene dicit quis rumor sit de rebus: quas Lent.in ,puincia egerat.{Rumor erat) .i.opinio,uel fama: nam ut Laurent.uoluit: rumor,& fama idem sunt: licet fama interdū pro celebritate rei, uel hois ponatur ut fama Camilli,& fama pyramidum Ægyptiaꝝ adhuc uiuit. Est aūt ,pprie fama, & rumor sermo in pplo sine certo auctore in bonum,uel in malū de recenti.{Expectātur.)à nobis. {Studiū,) diligentiam.{Extabit,)erit,apparebit.{In conueniendis,)alloquēdis pro te. {Contēderimus,) nixerimus,intenderimus, certauerimus pro te. {Quā possumus,) q sunt uires meæ: & est cōis loquēdi modus.{Quàm debemus,) qa cū me in salute adiuueris: nō uideor posse tuis erga me meritis satisfacere.

Fama.
Rumor.

DE Omnibus,&c.) Dicit Emplatorium ad Lentulū ,pficiscentem,ubi aduenerit,oia: quæ ad rem Lentuli ptinerent nunciatuꝝ. Quapp Emplatorium ipsum,ut illi fides habeatur; non paꝝ cōmendat. Ordo est. Tu ò Lētule cognosces optime.i.cōmodissime de oibus rebus, quæ pertinent ad te,qd sit actum.& quid sit ɔstitutum,& qd Pomp. susceperit.s.faciendū: cognosces inq ex Emplatorio uiro illo præstanti,qui non solum interfuit his rebus,sed ēt præfuit .s. tanq præcipuus actor, aut curator, neq prætermisit erga te ullum offm̄ hois amantissimi,prudentissimi, diligentissimi. Tu cognosces ex eodē de toto statu reꝝ coniun.i.Reip. quæ quales sint non est facile scribere.Sunt quidē certe in ptāte amicoꝝ nroꝝ .s.M.Crassi.C.Cæs. Cn.Pomp. Atq ita .i. taliter sunt in eorum ptāte,ut res nullam.i.non ullam nō uideatur habitura esse unq ullam mutationem hac ætate.i.durāte hac ætate hoium.Ego quidem,ut debeo,& ut tute.i.tuipse: in nrō pp tertiam personam uerbi tumeo nō dicimus tumet,sed tute,aut tuten et,præcepisti.i.mandasti mihi, & ut dignitas cogit: quia indecoꝝ est hre simultatem cum summis uiris. Et utilitas cogit: quia durum est potentissimis resistere. Adiungo me ad rōnes.i.consilia, & negocia eius.s.Pomp. quem tu putasti adiungendum esse tibi.i.ad utilitatem tuā in rōnib.i. consilijs & factis meis.Sed te non præterit.i.tu bene nosti: q .i.quantum difficile sit deponere sensum .i. sniam,& iudiciū in rep.i.in gubernatione,et iuuamine reip.præsertim rectum .i.non erroneum,& confirmatum.Sentiebat aūt Cic.nō utile reip.fore gubernacula ad paucos deuolui: & quemuis unū, aut paucos contra legem in magistratu stabiliri, & ita licet fauere Cæsari & Pomp.ut summis uiris,uerebatur tñ eoꝝ potentiam reip.offuturam. Veruntñ ipse conformo.i.accōmodo me(alij legunt confirmo.i.stabilio me)ad uoluntatē eius .s.Pomp.à quo non possum honeste dissentire. Neq facio id, ut uidetur forsitan quibusdam simulatione.i.p simulationē, aut simulanter: enim.i.quia inductio animi.i.persuasio,quā induxi in aium meum Pomp.bene de rep.sentire, & Hercule me.s.ita iudicante,uel uindicante ut ueꝝ, aut falsum dico amor Pomp.i.in Pomp.tm̄ ualet apud me,ut ea omnia,q sunt utilia illi,& quæ ille uult: uideantur mihi iam & recta,& uera.i.iusta. Neq, ut arbitror,errarent ne quidem.i.non etiam aduersarij eius.s.Pomp. si desisterent pugnare.i.repugnare, aut contendere .s. cum Pomp. cum non possent esse pares. Quidem.i.certe: & .i.etiam,illa res consolatur me,quod ego sum .i. talis cui omnes concedant .i. permittant,uel .i. etiam maxime: ut uel.i.aut defendam ea, quæ Pompeius uelit, uel taceam .i. nihil de eis dicam,uel etiam id, quod .i. quæ res libet maxime mihi: referam .i. iterum applicem me ad studia nostra literarum: quod ego faciam profecto .i. re uera, si licebit mihi per amicitiam eiusdem .s. Pomp. Enim, pro quia, ea dignitas in sententijs dicendis .i. in iudicio ferendo. Et ea libertas in repub. capessenda .i. gerenda, & administranda,quæ fuerat proposita nobis, cum essemus perfuncti.i.ad finem usq functi, honoribus .i. magistratibus amplissimis,ut sunt consulares, & laboribus maximis in detegēda,& uindicanda coniuratione Catilinæ,& coniuratorū, est supple sublata.i.subtracta nobis tota, sed nec magis mihi, q omnibus.s.alijs. Nam aut assentiendum est paucis cum nulla grauitate, aut dissentiendum frustra: quia nimis potentes sunt. Ego scribo hæc ad te maxime ob eam causam, ut tu meditere .i. cogites quoq iam de ratione tua. Tota ratio senatus iudiciorum totius reipub.est commutata,& ita otium est

ASCEN.

exoptandum

exoptandum nobis, quod .s. otium .i. uacationem à rep. ĳ qui potiuntur rerum .i. imperio .i. qui dñantur, ut tres supradicti, uidentur præstaturi. Ergo præsto etiam præstatum facit: si quidam hoies potuerint ferre patiētius .i. æquiore animo, potentiam. Nihil est ꝙ cogitemus quidem illam dignitatem consularem, senatoris fortis, & constantis .s. quam nos gessimus. & quales fuimus, & ideo non reprobo, qui legunt dignitatem quondam illa &c. Supple ea dignitas est amissa culpa eorum, qui abalienauerunt à senatu ordinem coniunctissimum .s. senatui: utpote equestrē, ut uero simile est: & hominem clarissimum: scilicet Cæsarem, cum uellē illi abrogare prouinciā, quam equites illi ꝓrogatam uolebant. Sed ut ego reuertar ad ea, q̄ sunt coniunctiora rebus tuis: ego cognoui Pompeium esse ualde amicū tibi: & tu obtinebis oia, quę uoles, quantū ego ꝓspicio: eo ꝯsule .i. dum consulerit. In quibus rebus .s. habebit me affixum sibi. Neq; ulla res, q̄ ꝑtineat ad te, negligetur à me. Neq; .n. uerebor, ne sim molestus illi .s. Pompeio: cui erit iucundum ēt ꝑꝑ idipsum, ꝙ uidebit me esse gratum .s. erga te. Tu uelim &c. Ordo est. uelim: ut supple tu persuadeas tibi nullā rem minimam esse q̄ pertineat ad te: quæ mihi non sit charior q̄ meæ res oēs. Cum sentiam id .s. quod dictum est, non possum satisfacere mihi metipsi sedulitate .i. diligenti opera, & seorsum à dolo facta: quidem .i. certe, ego ideo nō satisfacio mihi .i. iudicio meo, aut pietati meę, re ipsa .i. effectu ipso, ꝙ nullam .i. non ullam: non possum .i. obtinere aut æquiparare: ullam partem meritoꝝ tuoꝝ .s. in me, aut de me, non modo gr̃a referenda .i. æquali beneficio reddendo, sed ne quidem .i. non saltem cogitanda .s. gratia .i. aio hñda. Rumor erat te gessisse rem .i. imperium tuum in prouincia ualde bene, literæ tuæ .s. ad senatum mittendæ, de quibus eramus locuti cum Pomp. expectabantur .s. à senatu: quæ si erunt allatæ: nr̃m studium .i. diligens opera extabit .i. reliqua erit in magistratibus, & senatoribus conueniendis .i. uisendis loquendi de te gr̃a. Cætera quæ ad te pertinebūt: supple extabunt nobis procuranda, cum & .i. etiam cōtenderimus plus, q̄ possumus: tamen faciemus minus, q̄ debemus. Vrbane dictum, & pueri adnotabunt, cum illa particula etiā honesta. Tu uelim ita tibi persuadeas &c.

IO. BAP. EGNAT.

DE oibus rebus.) Nihil sibi de Reip. rebus scribendū, cum Platorius ad eum ueniret, affirmat: cuius prudentiam, et fidē in Lentuli negocio mirifice laudat, ex quo facile de uniuerso Reip. statu cognoscat, sese in oibus ad Pōpeĳ uoluntatē s̃nias suas accōmodare, à quo honeste dissentire nequeat. Qd̄ cum faciat, magnis illius erga se meritis, & ai propēsissima ip in illum inductione id à se fieri ꝓbat: ita tñ, ut si per amicitiam illius sibi liceat, nihil antiqus ocio literario sibi futurum non dissimulet, qñ dignitas iam illa senatoria tota ꝯciderit. Pōpeium aūt sibi uideri amicissimum, à quo tñ uestigiū nullum discessurus, nisi ꝑfecta re, sit, qñ non minori sibi curæ Lētuli dignitas q̄ sua sit, quod facile, cum lr̃æ de rebus in ꝓuincia bene gestis ab eo uenerint (nā rumor erat bñ rem gestā) extabit. {Diæta.) Et si qd ipsa sit diæta non nesciā, magis tñ illa mihi ꝓbatur lectio, ut dignitas utilitasq; scribendū putē, qd̄ & uetustiores codices p̄ se ferunt neq; .n. adduci possem hoc ꝟbo nūc Ciceronē uti uoluisse, quo aut nunq̄, aut q̄ parcissime hoc sig̃nato usus est: sed & uix in ipsa Græcia tale qd inuenias. Nam aut ita definitur Galeno in eo libello cui titulus est [Greek], ut nihil ad hunc locū faciat: aut ꝓ rōne uictus cotidiani usurpatur à doctis: aut ꝓ loco in quo assidue uiuamus, & mutuo conuersemur, aut pro s̃nia, quā arbiter dixerit. {Vt q̄buisdam ui' simulatione.) Nā Ciceronem pleriq; inconstantiæ, instabilisq; ai notarunt. unde exĳt illud: Nil miꝝ si anguste sederet, qui duabus sellis ueteretur. Vtcūq; tñ sit, ꝓpensior semper in Pōpeĳ beneuolētiam fuit, ut q̄uis magnis Cæsaris beneficĳs obstrictus, q̄uis gn̄o suo Dolabella, & Cęlio, & alĳs amicis obstantibus, ut aliquē in locū potius sederet, q̄ bellis ciuilib. se immisceret, summo tñ suo cum discrimine, nec satis Pōpeianis copĳs fidens, ad Pōpeium nauigarit. {Vt q̄ illi utilia sunt) Hoc dicit, qm̄ cū ab exilio reuersus esset, in Pōpeĳ gr̃am & dixit & fecit multa, multoꝝ inimicitias luscepit, & simultates sustinuit, & Vatiniū hoiem unum oium sibi infestissimum adhortationib. Pōpeĳ defendit, & cū Gablnio in gr̃am redĳt, ut sequēti Ep̃la latius. {Ne aduersarĳ quidem eius.) Crassum & Catonē, Catonisq; æmulos, & Clodianoꝝ quosdam intelligit, qui oīno Pompeio infestissimi erāt. {Perfuncti essemus.) Sic & hac Ep̃la sequēti. Alias (ut in Ep̃la ad Brutū) defuncti uocabulo libentius est usus. {Ordinē coniunctissimum.) Equestrē .s. intelligi uoluit Cic. sæpe à senatu alienatum, sæpe conciliatum, ꝓut iudicandi ratio uel senatoribus deferebatur, uel à senatu trāslata, ad equites delata est, donec ex utroq; ordine iudices eligerētur: q̄ de re locis suis copiosius. {Et hoiem clarissimū.) intelligit Pompeium, non Cæsarem: quē Cicero cum primū redĳt ab exilio, senatui in primis ꝯciliauit, quod ex Epistolis Cic. ad Q. fratrem ꝓcipue cognoscas. {Rumor erat hic) .s. ꝙ in prouincia Imperator à militibus appellatus esset quodq; summā fortitudinis & prudentiæ laude se gesserat: quod sequenti ep̃la Cicero ostendit.

ARGVMENTVM.

PRimum Lentulo respondens, qui scripserat studia Ciceronis in se esse quam gratissima, docet id ex abūdantia amoris potius, quam ex merito suo profectum. Deinde gratulatur Lentulo, quod prouinciam cū summa laude administret, & gerat. Tum criminatur Clodium. Tum Lentulo id gaudendum censet, quod non in salutis, vt ipse Cicero olim, sed in dignitatis duntaxat periculo versetur, vnde leui iactura possit fidem suorū experiri. Tum quia Lentulus se reprehendere scripserat, quod Cicero, vt acceperat, cum Cæsare et cum Appio Pulchro in gratiam redierat velle, tamen scire, qua inductus gratia, Vatinium defenderit, longe repetens omnium causas affert, significans se salutis rationem habere, vnde et rationē reddit, quare cum Crasso reconciliatus sit. Quorum rationem occasione multa quæ dixerit, & egerit, præsertim in senatu, recitat. Et vt sibi doluerit, quod aduersarĳ Clodium fouerent. Sæpe autem Pompeĳ mētionē faciens, eius potentiam cōmemorat. Quintum autem fratrem Cæsari multū debentem, docet magnum monumentum fuisse, cur Cæsari multū fauerit. Tum Reipub. causa se multa fecisse commemorat, ne videlicet ex summorum virorum dissensione periclitaretur, Tum, vt sæpe alias, merita sua in Rempub. a coniuratione liberatam, & culpam eorum, à quibus aut accusatus, aut defensus non est, recenset, damnans videlicet corū ignauiam, per quam Resp. in discrimen venit. Tum commemorat laudem Lentuli, quam in consulatu meruerat. Tum quæ secuta sint mala, & Clodĳ in sacris Bonæ deæ turpes ausus impunitos fuisse conqueritur, & dignitatis suæ iniustam imminutionem detestatur. Tum Quinti Metelli honorificam mentionem facit, & factum eius purgat. Tū ad facti sui purgationem rediens, monet se pro rei necessitate propositum mutare, & in ea re Platonis authoritatem sequi, differentē tamen esse suam a Platonis ratione in Rerpub. deferenda, aut administranda. Tum Cæsaris in fratrem mirificam liberalitatem ad iustam conciliationem affert. Tum causam reditus in gratiam cū Vatinio scribit. Tum reconciliationis cum Crasso. Tum instituti sui, ac propositi nouas affert rationes. Ac demum ab Lentulo beneuolentiam, & fauorem captat.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Hæc Epistola partim Lentuli, partim Ciceronis in negocĳs consumitur. Lentuli quidem, quod de rebus ad illum pertinentibus a Cicerone certior fiat, & officĳ erga se amplissimam memoriam sentiat renouari, Ciceronis verò quando ille se purgat & leuitatis & inconstantiæ, quod cum ĳs redierit in gratiam, quos antea vt inimicissimos oppugnauit, & vexauit. Rĳcit autem in temporum constitutionem culpam, & à sapientissimorū iudicio, & authoritate, inculpabilem se præstare nititur.

M. CIC. P. LENTVLO PROCOS. S. D. 9

PERIVCVNDAE *mihi fuerunt literæ tuæ: quibus intellexi, te perspicere meā in te pietatem: quid enim dicam, beneuolentiam? cum illud ipsum grauissimum, & sanctissimum nomen pietatis leuius mihi meritis erga me tuis esse videatur. Quod autem grata tibi mea erga te studia scribis esse: facis tu quidem abundantia quadam amoris, vt etiam grata sint ea, quæ prætermitti sine nefario scelere non possunt: tibi autem multo notior, atque illustrior meus in te animus esset, si hoc tempore omni, quo seiuncti fuimus, & vna, & Romæ fuissimus. nā in eo ipso, quod te ostendis esse factură, quodq; & in primis potes, & ego à te vehemēter expecto, in sententĳs senatorĳs, & in oī actione, atq; administratione reip. floruissemus. de qua ostē-*

dam

dam equidem paulo post qui sit meus sensus, & status: & rescribã tibi ad ea, quæ quæris. sed certe & ego te auctore amicissimo, ac sapientissimo, et tu me consiliario, fortasse nõ imperitissimo, fideli quidẽ, & beneuolo certe, vsus esses. quã quã tua quidẽ causa, te esse imperatorem, prouinciamq; bene gestis rebus cũ exercitu victore obtinere, vt debeo, lætor. sed certe, qui tibi ex me fructus debẽtur, eos vberiores, et pstan tiores præsens capere potuisses. in eis uero vlciscẽdis, quos tibi partim inimicos esse intelligis propter tuã propugnationẽ salu tis meæ, partim inuidere propter illius actionis amplitudinẽ, & gloriam, mirificũ me tibi comitem præbuissem. quanquã ille perẽnis inimicus amicorum suorũ, qui tuis maximis bene ficijs ornatus in te potissimum fractã illam et debilitatã vim suam contulit, nostram uicem vltus est ipse sese: ea est.n.co natus, quibus patefactus, nullam sibi in posterum non modo dignitatis, sed ne libertatis quidem partem reliquit. Te aũt etsi mallẽ in meis rebus expertum, quàm ẽt in tuis, tamẽ in molestia gaudeo, eandem fidem cognoscere hoĩum non ita ma gna mercede, quam ego maximo dolore cognorã. de qua ra tione tota iam videtur mihi exponendi tempus dari; vt tibi rescribã ad ea, q̃ quæris. Certiorem te per literas scribis esse factum, me cũ Cæsare, & cum Appio esse in gratia: teq; id non reprehendere adscribis. Vatinium aũt, scire te velle ostẽ das, quibus rebus adductus defenderim, & laudarim. quod tibi vt planius exponã, altius paulo rationem meorum con siliorum repetam, necesse est. Ego me Lentule initio rerum, atque actionum tuarum non solum meis, sed etiam reip. re stitutum putabam: &, quoniam tibi incredibilem quendã amorem, & oĩa in te ipsum summa, ac singularia studia de berẽ, reip. quæ te in me restituendo multum adiuuisset, eum certe me aĩum merito ipsius debere arbitrabar, quem antea tantummodo communi officio ciuium, non aliquo erga me singulari beneficio, debitum pstitissem. hac me mente fuisse, & senatus ex me te consule audiuit, & tu in nostris sermo nibus, collocutionibusq; ipse vidisti, etsi, iam primis tẽporibus illis, multis rebus meus offendebatur aĩus, cum, te agente de reliqua nostra dignitate, aut occulta non nullorum odia, aut obscura in me studia cernebam. nã neque de monimẽtis meis ab ijs adiutus es, à quibus debuisti, neque de vi nefaria, qua cũ fratre eram domo expulsus: neq; hercule in ijs ipsis rebus, quæ quanquam erant mihi propter rei familiaris naufragia necessariæ, tamen à me minimi putabantur in meis damnis ex auctoritate senatus resarciendis, eam voluntatem, quam expectaram, præstiterunt. quæ cum viderem, (neque enim erant obscura) non tamen tam acerba mihi hæc accidebant, quàm erant illa grata, quæ fecerant. itaque, quanquam & Pompeio plurimum, te quidem ipso prædicatore ac teste, de bebam; & eum non solum beneficio, sed amore etiam, & perpetuo quodam iudicio meo diligebam: tamen, non repu tans quid ille vellet, in omnibus meis sententijs de rep. pristi nis permanebã. Ego, sedente Cn. Pompeio, cum, vt laudaret P. Sextium, introisset in vrbem; dixissetq; testis Vatinius, me, fortuna, & felicitate C. Cæsaris commotum, illi ami cum esse cœpisse; dixi, me eam Bibuli fortunam, quam ille afflictam putaret, omnium triumphis, victorijsq; anteferre: dixiq; eodem teste alio loco, eosdem esse, qui Bibulum exire domo prohibuissent, & qui me coegissent. tota vero interro gatio mea nihil habuit aliud, nisi reprehensionem illius tri bunatus: in qua omnia dicta sunt libertate, animoq; maxi mo, de vi, de auspicijs, de donatione regnorum: neque ve ro hac in causa modo, sed constanter sæpe in senatu. quin e tiam, Marcellino, & Philippo cos. nonis Apr. mihi est se natus assensus, vt de agro Campano, frequenti senatu, idi bus Maij referretur. num potui magis in arcem illius causæ inuadere; aut magis obliuisci temporum meorum, & me minisse actionum? hac à me sententia dicta, magnus animo rum motus est factus, cum eorum, quorum oportuit, tum il lorum etiam, quorum nunquam putaram. nam, hoc s. c. in meam sententiam facto, Pompeius, cum nihil mihi osten disset se esse offensum, in Sardiniam, & in Africam profe ctus est: eoq; itinere Lucam ad Cæsarem venit: vbi multa de mea sententia q̃stus est Cæsar, quippe qui etiam Rauennæ Crassum ante vidisset, ab eoq; in me esset incensus. sane mo leste Pompeium id ferre cõstabat. quod ego cum audissem ex alijs, maxime ex meo fratre cognoui. quem cũ in Sardinia Pompeius paucis post diebus, quàm Luca discesserat, cõuenis set, Te, inquit, ipsum cupio. nihil opportunius potuit accide re. nisi cum Marco fratre diligenter egeris; dependendũ tibi est, quod mihi pro illo spopondisti. quid multa? questus est grauiter: sua merita cõmemorauit: quid egisset sæpissime de actis Cæsaris cum ipso meo fratre, quidq; sibi is de me recepis set, in memoriam redegit: seq;, q̃ de mea salute egisset, volun tate Cæsaris egisse, ipsum meum fratrem testatus est: cuius causam, dignitatemq; mihi vt cõmendaret, rogauit; vt eã ne oppugnarẽ, si nollem, aut non possem tueri. hæc cum ad me frater pertulisset; & cũ ante tamen Pompeius ad me cũ man datis Vibullium misisset, vt integrum mihi de causa Cãpana ad suum reditum reseruarẽ: collegi ipse me, & cũ ipsa quasi rep. sum collocutus: vt mihi, tã multa pro se perpesso, atq; per functo, concederet, vt officium meũ, memoremq; in bene me ritos aĩum, fidemq; fratris mei præstarem; eumq;, quẽ bonũ ciuem semper habuisset, bonum virum esse pateretur. In illis aũt meis actionibus, sententijsq; oĩbus, quæ Pompeium vide bantur offendere, certorum hoĩum, quos iam debes suspicari, sermones referebantur ad me: qui cum illa sentirent in rep. q̃ ego agebam, semperq; sensissent; me tamen non satisfacere Põ peio, Cæsaremq; inimicissimũ mihi futurum, gaudere se aie bant. erat hoc mihi dolendum, sed multo magis illud, quòd inimicum meum, meum aũt? immo vero legum, iudiciorũ, ocij, patriæ, bonorum oĩum, sic amplexabantur, sic in mani bus habebant, sic fouebant, sic me præsente osculabantur, nõ illi quidem vt mihi stomachũ facerent, quem ego funditus perdidi, sed certe vt facere se arbitrarentur. hic ego, quantũ humano consilio efficere potui, circũspectis rebus oĩbus, ratio nibusq; subductis, summam feci cogitationum mearũ oĩum: quam tibi, si potero, breuiter exponam. Ego si ab improbis, & perditis ciuibus remp. teneri viderẽ, sicut & meis tempo ribus scimus, & non nullis alijs accidisse accepimus; nõ mo do pmijs, quæ apud me minimũ valent, sed ne periculis qui dem compulsus vllis, quibus tamẽ mouentur ẽt fortissimi vi ri, ad eorũ causam me adiungerẽ, ne si summa quidem eorũ in me merita constarent. cum aũt in rep. Cn. Pompeius prin ceps esset, vir is, qui hanc potentiam, & gloriã maximis in remp. meritis, præstantissimisq; rebus gestis esset consecutus, cuiusq; ego dignitatis ab adolescentia fautor, in prætura au tem, & in consulatu adiutor ẽt extitissem, cumq; idem au ctoritate, & sñia per se, consilijs, & studijs tecũ me adiuuis set, meumq; inimicum, vnum in ciuitate haberet inimicum: non putaui famam inconstantiæ mihi pertimescendam, si qui busdam in sententijs paulum me immutassem, meamq; volũ tatẽ ad summi viri, de meq; optime meriti dignitatẽ aggre gassem. in hac sententia complectendus erat mihi Cæsar, vt vides, in coniũcta & causa, & dignitate. hic multũ valuit cũ vetus amicitia, quã tu non ignoras mihi, & Quinto fratri cũ Cæsare fuisse; tũ humanitas eius, ac liberalitas, breui tẽpo re & literis, & officijs perspecta nobis, & cognita. Vehemẽ

ter.

ter etiam res ipsa publica me mouit: quæ mihi videbatur contentionem, præsertim maximis rebus à Cæsare gestis, cum illis viris nolle fieri, &, ne fieret, vehementer recusare. Grauissime aũt me in hanc mentem impulit & Pompeij fides, quam de me Cæsari dederat, & fratris mei, quam Pompeio. Erant præterea hæc aĩaduertenda in ciuitate, quæ sunt apud Platonem nostrum scripta diuinitus: QVALES in repub. principes essent, tales reliquos solere esse ciues. tenebã memoria, nobis consulibus ea fundamenta iacta ex cal. Ian. confirmandi senatus, vt neminem mirari oporteret; nonis Dec. tãtum vel animi fuisse in illo ordine, vel auctoritatis. idemq́; memineram, nobis priuatis vsque ad Cæsarem, & Bibulũ cos. cum sententia nostra magnum in senatu pondus haberent, vnum fere sensum fuisse bonorum omnium. postea, cũ tu Hispaniam citeriorem cum imperio obtineres; neque resp. consules haberet, sed mercatores prouinciarum, & seditionum seruos, ac ministros: iecit quidam casus caput meum, quasi certaminis causa, in mediam contentionem, dissensionemq́; ciuilem. quo in discrimine cum mirifica senatus, incredibilis Italiæ totius, singularis bonorum omnium consensio in me tuendo extitisset: non dicam, quid acciderit: (multorum est enim, & varia culpa) tantum dicam breui, non mihi exercitium, sed duces defuisse. in quo, vt iam sit in ijs culpa, qui me non defenderunt, non minor est in ijs, qui reliquerunt. &, si accusandi sunt, qui pertimuerunt: magis etiam reprehendendi, qui se timere simularunt. Illud quidem certe nostrum consilium iure laudandum est, quòd meos ciues, & à me seruatos, & me seruare cupientes, spoliatos ducibus, seruis armatis obijci noluerim; declarariq́; maluerim, quanta vis esse potuisset in consensu bonorum, si ijs pro me stante pugnare licuisset, cum afflictum excitare potuissent. quorum quidem animum tu non perspexisti solum, cum de me ageres, sed etiam confirmasti, atque tenuisti. qua in causa non modo non negabo, sed etiam semper & meminero, & prædicabo libenter. vsus es quibusdam nobilissimis hominibus, fortioribus in me restituendo, quàm fuerant ijdem in tenendo. qua in sententia si constare voluissent, suam auctoritatem simul cum salute mea recuperassent. recreatis enim bonis viris consulatu tuo, & constantissimis atque optimis actionibus tuis excitatis, Cn. Pompeio præsertim ad causam adiuncto, cum etiam Cæsar, rebus maximis gestis, singularibus ornatus, & nouis honoribus, ac iudicijs senatus, ad auctoritatem eius ordinis adiungeretur; nulli improbo ciui locus ad remp. violandam esse potuisset. sed attende quæso, quæ sint consecuta: Primum illa furta muliebrium religionum. qui non pluris fecerat Bonam deam, quàm tres sorores, impunitatem est eorum sententijs assecutus, qui, cum tribunus pleb. pœnas à seditioso ciue per bonos viros iudicio persequi vellet, exemplum præclarissimum in posterum vindicandæ seditionis de repub. sustulerunt: ijdemq́; postea non meum monimentum, (non enim illæ manubiæ meæ, sed operis locatio mea fuerat) monimentum vero senatus, hostili nomine, & cruentis inustum literis esse passi sunt. qui me homines quòd saluum esse voluerunt, est mihi gratissimum: sed vellem, non solum salutis meæ, quemadmodum medici, sed etiam, vt aliptæ, virium, & coloris rationem habere voluissent. nũc, vt Apelles Veneris caput, & summa pectoris politissima arte perfecit, reliquam partem corporis inchoatam reliquit: sic quidam homines in capite meo solum elaborarunt, reliquum corpus imperfectum, ac rude reliquerunt. in quo ego spem fefelli non modo inuidorum, sed etiam inimicorũ meorũ: qui de vno acerrimo, & fortissimo viro, meoq́; iudicio, oĩum magnitudine animi, & constantia præstantissimo, Q. Metello L. F. quondam falsam opinionem acceperunt: quem post reditum dictitant fracto animo, & demisso fuisse. est vero probandum, qui & summa voluntate cesserit, & egregia animi alacritate abfuerit, neq; sane redire curarit, eũ ob id ipsum fractum fuisse aĩo, in quo cum oẽs homines, tum M. illum Scaurũ, singularem virũ, constantia, & grauitate superasset. sed quod de illo acceperant, aut ẽt suspicabantur, de me idem cogitabant, abiectiore aĩo me futurum: cum resp. maiorem ẽt mihi animũ, quàm vnquam habuissem, daret; q̃ iam declarasset, sese nõ potuisse me vno ciue carere: cumq́; Metellum vnius tribuni pl. rogatio, me vniuersa resp. ducẽ senatu, comitãte Italia, promulgantibus oĩbus; referente cõsule, comitijs centuriatis, cunctis ordinibus hoĩbusq́; incũbentibus, oĩbus deniq; suis viribus recuperasset. neq; vero ego mihi postea quidquã assumpsi, neq; hodie assumo, quod quenquã maleuolentissimum iure possit offendere. tantũ enitor, vt neq; amicis, neq; ẽt alienioribus opera, consilio, labore desim. hic mea uita rursus offendit eos fortasse, qui splendorem, & spẽm huius uitæ intuentur, solicitudinem aũt, & laborẽ perspicere non possunt. illud vero nõ obscure q̃runtur in meis sententijs, quibus ornẽ Cæsarem, quasi desciuerim à pristina causa. ego aũt cum illa sequor, quæ paulo ante proposui, tum hoc nõ in postremis, de quo cœperã exponere, non offendes eundẽ bonorum sensum Lentule, quem reliquisti: qui confirmatus consulatu nostro, nõ nunquam postea interruptus, & afflictus ante te consulẽ, recreatus ab te totus est, nũc ab ijs, à quibus tuendus fuerat, derelictus: idq́; non solum fronte, atq; vultu, quibus simulatio facillime sustinetur, ij declarant, qui tum nostro illo statu optimates noĩabantur, sed ẽt sententia sæpe iam, tabellaq́; docuerunt, itaq; tota iam sapientium ciuium, qualẽ me & esse, & numerari volo, & sñia, & voluntas mutata esse debet: id .n. iubet idem ille Plato, quẽ ego auctorem vehementer sequor: TANTVM contendere in rep. quantum probare tuis ciuibus possis: vim neque parẽti, neq; patriæ afferre oportere. atq; hanc quidem ille cãm sibi ait nõ attingendæ reip. fuisse, quod, cum offendisset populũ Atheniensem prope iam desipientem senectute; cumq́; eũ nec persuadendo, nec cogẽdo regi posse vidisset; cũ persuaderi posse diffideret, cogi fas esse nõ arbitraretur. Mea ratio fuit alia, quod neq; desipiente populo, neq; integra re mihi ad consulẽdum capessere ne remp. implicatus tenebar. sed lætatus tamẽ sum, quòd mihi liceret in eadẽ causa & mihi vtilia, et cuius bono recta defendere. Huc accessit cõmemoranda q̃dam, & diuina Cæsaris in me, fratremq́; meũ liberalitas: qui mihi, quascunq; res gereret, tuẽdus esset; nũc in tanta felicitate, tantisq́; victorijs, ẽt si in nos non is esset, qui est, tamẽ ornãdus videretur. sic .n. te existimare velim; cũ à vobis meæ salutis auctoribus discesserim, neminẽ esse, cuius officijs me tã esse deuinctum non solũ confitear, sed ẽt gaudeam. quod quoniã tibi exposui; facilia sunt ea, q̃ à me de Vatinio, & de Crasso requiris. Nã de Appio quod scribis, sicut de Cæsare, te non rep̃hendere: gaudeo tibi consilium probari meum. De Vatinio aũt, primum reditus intercesserat in gratiã per Põpeium, statim vt ille p̃tor est factus; cum quidẽ ego eius petitionẽ grauissimis in senatu sententijs oppugnassem, neq; tã illius lædendi causa, quam defendendi, atque ornãdi Catonis: post aũt Cæsaris, vt illum defenderem, mira contẽtio est consecuta. cur aũt laudarim, peto à te, vt id à me ne ue in hoc reo, ne ue in alijs requiras; ne tibi ego idem reponã, cum veneris; tametsi possum vel absenti. recordare enim, quibus laudationem ex vltimis terris miseris: nec hoc pertimueris: nã à me ipso laudantur, & laudabuntur ijdem. sed

tamen,

tamen defendendi Vatinij fuit etiam ille stimulus, de quo in iudicio, cum illum defenderem, dixi me facere quiddam, quod in Eunucho parasitus suaderet militi.

Vbi nominabit Phaedriam: tu Pamphilam
Continuo. si quando illa dicet, Phaedriam in-
tromittamus comessatum: tu, Pamphilam
Cantatum prouocemus. si laudabit haec
Illius formam: tu huius contra. denique
Referto par pari, quod eam remordeat.

sic petiui à iudicibus, vt, quoniam quidā nobiles hoīes, & de me optime meriti nimis amarent inimicū meū, meq; inspectāte saepe eum in senatu modo seuere seducerent, modo familiariter, atque hilare amplexarentur, quoniamq; illi haberent suū Publium, darent mihi ipsi aliū Publium, in quo possem eorum aīos mediocriter lacessitus leuiter repungere. neque solū dixi, sed ēt saepe facio, dijs hoībusq; approbantibus. Habes de Vatinio: cognosce de Crasso. Ego, cū mihi cū illo magna iam gratia esset, quod eius oēs grauissimas iniurias, cōis concordiae causa, voluntaria quadam obliuione contriuerā; repētinam eius defensionē Gabinij, quē proximis superioribus diebus acerrime oppugnasset, tamen, si sine vlla mea contumelia suscepisset, tulissem: sed, cū me disputantē, non lacessentē, lacessisset; exarsi, non solum praesenti, credo, iracundia, (nam ea tam vehemens fortasse non fuisset) sed cū inclusum illud odium multarū eius in me iniuriarum, quod ego effudisse me oē arbitrabar, residuum tamen, insciente me, fuisset, oē repente apparuit. quo quidem tempore ipso quidam hoīes, & ijdem illi, quos saepe nutu, significationeq; appello, cū se maximum fructum cepisse dicerent ex libertate mea, meq; tum denique sibi esse visum reip. qualis fuissem, restitutum; cumq; ea contentio mihi magnum ēt foris fructum tulisset: gaudere se dicebant, mihi & illū inimicum, & eos, qui in eadem causa essent, nunquam amicos futuros. quorū iniqui sermones cū ad me per hoīes honestissimos perferrentur; cumq; Pompeius ita contendisset, vt nihil vnquam magis, vt cū Crasso redirem in gratiā; Caesarq; per literas maxima se molestia ex illa contentione affectum ostenderet: habui non temporum solum rationem meorū, sed ēt naturae: Crassusq;, vt quasi testata populo R. esset nostra gratia, pene à meis laribus in prouinciā est profectus. nā, cum mihi cōdixisset, coenauit apud me in mei generi Crassipedis hortis. quāobrem eius causam, quod te scribis audisse, magna illius commendatione susceptā, defendi in senatu, sicut mea fides postulabat. Accepisti, quibus rebus adductus, quamq; rē, causamq; defenderim, quiq; meus in rep. sit pro mea parte capessenda status. de quo sit velim statuas; me haec eadem sensurū fuisse, si mihi integra oīa, ac libera fuissent. nā neque pugnandū arbitrarer contra tantas opes; neq; delendum, ēt si id fieri posset, summorū ciuium principatum; neque permanendum in vna sniā, conuersis rebus, ac bonorum voluntatibus immutatis; sed temporibus assentiendum. NVNQVAM enim praestantibus in rep. gubernanda viris laudata est in vna sententia perpetua permansio. sed, vt in nauigando tempestati obsequi artis est, etiam si portum tenere non queas; cum vero id possis mutata velificatione assequi, stultum est eum tenere cum periculo cursum, quem ceperis, potius, quàm, eo cōmutato, quò velis, tamen peruenire: sic, cum omnibus nobis in administranda rep. propositum esse debeat, id quod à me saepissime dictum est, cum dignitate ocium; NON idem semper dicere, sed idē semper spectare debemus. quamobrē, vt paulo ante posui, si essent oīa mihi solutissima; tamen in rep. non alius essem, atque nunc sum. cū vero in hunc sensum & alliciar beneficijs hoīum, & compellar iniurijs; facile patior ea me de rep. sentire, ac dicere, quae maxime tum mihi, tum etiam reip. rationibus putē conducere. apertius aūt haec ago, ac saepius, quòd et Q. frater meus legatus est Caesaris; & nullum meū minimum dictū, nō modo factum, pro Caesare intercessit, quod ille nō ita illustri gratia exceperit, vt ego eum mihi deuinctū putarē. itaque eius oī & gratia, quae summa est, & opibus, quas intelligis esse maximas, sic fruor, vt meis. nec mihi aliter potuisse videor hoīum perditorū de me consilia frangere, nisi cū praesidijs ijs, quae semper habui, nunc ēt potentium beneuolentiam coniunxissem. his ego cōsilijs, si te psentem habuissem, vt opinio mea fert, essem vsus eisdē: noui n. temperantiam, & moderationem naturae tuae: noui aīum tum mihi amicissimum, tū nulla in ceteros maleuolentia suffusum, contraq; cum magnum, & excelsum, tum ēt apertū, & simplicem. vidi ego quosdā in te tales, quales tu eosdem in me videre potuisti. quae me mouerunt, mouissent eadem te profecto. sed, quocunque tēpore mihi potestas praesentis tui fuerit, tu eris oīum moderator consiliorum meorū, tibi erit eidem, cui salus mea fuit, ēt dignitas curae. me quidem certe tuarum actionum, sententiarum, voluntatum, rerum denique omnium socium, comitemq; habebis: neque mihi in oī vita res tam erit vlla proposita, quàm vt quotidie vehementius, te de me optime meritum esse, laetere.

QVod rogas, vt mea tibi scripta mittam, quae post discessū tuum scripserim; sunt orationes quaedā, quas Menocrito dabo, neque ita multae, vt pertimescas. scripsi ēt, (nam etiam ab orationibus disiungo me fere, referoq; ad mansuetiores musas, quae me maxime, sicut iam à prima adolescentia, delectant) scripsi igitur Aristotelico more, quēadmodū quidem volui, tres libros in disputatione, ac dialogo de oratore: quos arbitror Lentulo tuo fore non inutiles: abhorrent n. à communibus praeceptis; & omnem antiquorum & Aristotelicam, & Isocraticam rationem oratoriam complectuntur. scripsi ēt versibus tres libros de tēporibus meis: quos iam pridem ad te misissem, si esse edendos putassem: sunt n. testes, & erunt sempiterni meritorum tuorum erga me, meaq; in te pietatis. sed quia verebar, non eos, qui se laesos arbitrarentur, (etenim id feci parce, & molliter) sed eos, quos erat infinitum bene de me meritos omnes nominare, non misi. quos tamen ipsos libros, si quem, cui recte cōmittam, inuenero, curabo ad te perferendos. atque istā quidem partem vitae, consuetudinisq; nostrae totam ad te defero. quantū literis, quantum studijs, veteribus nostris delectationibus, consequi poterimus, id oē ad arbitrium tuum, qui haec semper amasti, libentissime conferemus. Quae ad me de tuis rebus domesticis scribis, quaeq; mihi commendas, ea tantae mihi curae sunt, vt me nolim admoneri, rogari vero sine magno dolore vix possim. Quod de Q. fratris negocio scribis, te priore aestate, quòd morbo impeditus in Ciliciam non transieris, conficere non potuisse, nunc autem omnia facturum, vt conficias: id scito esse eiusmodi, vt frater meus vere existimet, adiuncto isto fundo, patrimonium fore suum per te constitutum. Tu me de tuis rebus omnibus, & de Lentuli tui, nostriq; studijs, & exercitationibus velim quamfamiliarissime certiorem, & quamsaepissime facias, existimesq;, neminem cuiquam neque cariorem, neque iucundiorem vnquam fuisse, quàm te mihi; idq;, me, non modo vt tu sentias, sed vt omnes gentes, etiam vt posteritas omnis intelligat, esse facturum. Appius in sermonibus antea dictitabat, postea dixit etiam in senatu palam, sese, si licitum esset legem curiatam ferre, sortiturum esse cū collega prouinciam; si curiata lex non esset, se paraturum cum collega, tibiq; successurum: legem curiatam consuli ferri opus esse, necesse non esse: se, quoniam ex S. C. prouinciam haberet, lege Cornelia imperium habiturum, quoad

in vrbem

*in Vrbem introißet . ego , quid ad te tuorum quisque necessa-
riorum scribat , nescio : Varias esse opiniones intelligo . sunt
qui putent posse te non decedere ; quòd sine lege curiata tibi
succedatur . sunt etiam qui, si decedas , à te relinqui posse, qui
prouinciæ præsit . mihi non tam de iure certũ est,(quanquam
ne id quidem Valde dubium est) quàm illud, ad tuã summam
amplitudinẽ, dignitatem,liberalitatẽ, qua te scio libentißime
solere frui, pertinere,te sine ulla mora prouinciam successori cõ
cedere : præsertim cum sine suspicione tuæ cupiditatis non pos-
sis illius cupiditatem refutare. ego Vtrunque puto meum esse ;
&, quid sentiam , ostendere ; &, quod feceris , defendere .
Scripta iam epistola superiore , accepi tuas literas de publica-
nis : quibus æquitatem tuam non potui non probare : facilita-
te quidem , Vellem , consequi potuisses , ne eius ordinis , quem
semper ornasti , rem , aut Voluntatem offenderes . equidem
non desinam tua decreta defendere : sed nosti consuetudinem
hominum . scis , quàm grauiter inimici illi ipsi Q. Sceuola
fuerint . tibi tamen sum auctor , Vt , quibus rebus poßis, eum
tibi ordinem aut reconcilies , aut mitiges . id etsi difficile est ,
tamen mihi Videtur esse prudentia tua.* *Vale.*

HVBER.

PEriucũdæ mihi fuerunt.) M.T.C.Epist.omnes
quo longiores,eo mihi elegãtiores,& utiliores
uñr. Itaq; eo diligẽtius à nobis interpretãdæ
sunt,neq;.n.eis assentior,qui quaidã breuiores
electas se hře iactant:quas solas ,pponẽdas as-
serunt,quasi gẽmas quasdã p̃cipuas,idq; quibusdã rex impe
ritis haud difficile p̃suadent,qđ non aliam ob cãm à pleriq;
factũ arbitror nisi q̃a difficilioris negotij arbitrarẽtur eas ag
gredi:& ingenio uincere,q̃,plus artis , plus ingenij, plus hi-
storiarum, plus deniq; rex oium cogitationis haberẽt,: imitati
eos,q̃ p̃p impotentiã rei pecuniariæ:cum p̃tiosissimas gẽmas
emere nõ possint,q̃scunq; emerunt,uxorib' suis p̃tiosissimas
esse p̃suadere conãtur:cum tñ eox artes, & simulationes ali-
q̃n detegãtur.Sed eos omittamus:& iam uiã oib',uel ad dif-
ficillimas quasq; aperiamus,ut quæ ante hac à paucis intelli
gẽdæ difficultatis caritudine emi(ut ita dixerim) nõ potue-
runt:iam ,pducãtur,& facillime nobis copiã facientib' cõpa-
rant,ut oium cõmodis iam ꝯsuluisse intelligamur. Continet
igi' hæc ep̃la multas partes:quas singulas enumerare tũ mo
lestũ,tum uero nõ ualde utile puto,colligẽtur tñ,q̃ magis ne
cessariæ esse uidebunt,ut facilius h̃eatur totius ep̃læ argũ,qđ
quidẽ hoc tandẽ esse putamus.primũ rñdet Cic. Lent.q̃ scris
p̃serat studia Cic.in se sibi gratissima fuisse:et oñdit id magis
esse ex abundantia amoris ipsius Lent.q̃ ꝙ merita sua hoc
exigant,aut si qua pro Lent. fecit q̃ quidẽ ita fuerunt debita
ꝙ sine magna reprehẽsione p̃termitti nõ potuissent:potuisse
aũt facilius Cic.erga se aium cognoscere,si ambo Romæ fuis
sent quo t̃pe fuerunt locox interuallo seiuncti,gratulatur tñ
ipsi Lent.ꝙ prouinciã cum summa laude administraret, tam
etsi ille Romæ fuisset,dicit se facilius potuisse ulcisci eos , qui
eũ oppugnassent:q̃a ille Cic.defendisset.Clodius tñ qui laus
datus à Lent.cum p̃cipue oppugnasset,suis scelerib' iam hoc
esse assecutum:ut nullã uel dignitatis,uel libertatis, partẽ in
posterum sibi reliquerit.Deinde q̃a Lent.habebat multos ad
uersarios,gratulat' ei Cic.ꝙ ille habeat inimicos in re ita ma-
gna sicut ipse cognouit,q̃a hic in dignitate,Cic.uero in salu-
te læsus est:q̃m cum intellexisset Lent.Cic.in g̃ram rediisse cũ
Cæs.cum quo multũ antea dissenserat,ut ẽt ipse fatet' in oro-
ne de ,puincijs ꝯsularib',& cum Appio Pulchro:cum quo ha
buerat magnas simultates : scripserat se id nõ reprehendere
uelle:tñ potissimũ intelligere,qua cã adductus Cic.defendis-
set,& laudasset Vati.quẽ añ tãtopere oppugnasset : & in quẽ
acerrime inuectus esset in cã Sextij:Cic. oium hax rex rõnes
reddit.& quẽadmodũ olim sine salutis suæ rõne rẽpub.oino
tutatus sit. ita nunc existimasset habendã rõnẽ salutis , neq;
tñ deserendã rẽpub:neq; dignitatis suæ opiõnẽ. Reddit etiã
rõnem de reditu in g̃ram cum M.Cras.à quo grauissimis in
iurijs fuisset affectus:cum ei' potissimũ fauore adiutus fuis-
set Clo.in oppugnatione Cic.Reliquæ partes locis suis ita de
clarabunt,ut oino tota epist.intelligi possit. {Periocundæ,)
ualde iucundæ,plenæ delectationis.{Perspicere,) plane co-
gnoscere.{Pietatẽ)religiosam quanda ai uenerationẽ,de pie
tatis sigñatione in p̃ma Epist.dictum est.{Quid.n.dicã bñs
uolent.)quæ multo minor est : q̃ pietas.{ Cum)rõ est huius
interrogationis, q̃d.n.dicam.{Illud ipsum no.) hæc ,pnoia
hñt emphasim.q.d.quo noie nullum põt esse maius.{Videa
tur le.)putetur minus,& longe uilius, q̃a nõ habeo uocabu
lum,quo possim uti ad declarandũ ai mei effectũ cum nomẽ
pietatis quo nullum põt esse grauius,sit ẽt uilius,& minus q̃
exigunt tua merita erga me.de eo.n.Cic.ita scri.in orone de
reditu suo.P.Lent.parens,deus salutis nr̃æ, uitæ , fortunæ,
memoriæ,nois &c.Item in orone ,p domo sua ad pontifices
sic inquit.An.Ego cum.P.Lent.Cõsul optimè de me,ac de re
pub.merit' &c.{Tuis mer.)bñficijs.{Facis abũdãtia qua a.)
q̃a multum me amas,nam oia,q̃ ab eo, quẽ amamus,fiunt et
q̃a nos etiã si minima sunt: solent tñ nobis esse ualde grata.
{Quæ præ.).i.omitti.{Sine nesce.)sine Ipietate, & maxima
ingratitudine,et est sensus,ꝙ scribis ea esse tibi grata,q̃ pro te
facio,facis,q̃a multũ amas:& iõ ea etiã grata habes,q̃ nõ so-
lum facere debeo:sed ẽt q̃ non possem p̃termittere, quin ma-
ximum scelus admittere uiderer.{Tibi autẽ)hoc dicit,p̃spexi
sti,q̃d egerim pro te,sed multo clarius cognouisses , si fuisses
Romæ his t̃pib',q̃bus absuisti a nobis,quia facilius p̃ntibus,
q̃ absentibus oñdimus mentẽ nr̃am.{ Nam in eo ipso.)rñsio
est ad aliã partẽ ep̃læ Lent.ꝙ si fuisset Romæ, floruisset cum
Cic.in administratione reip.idq; aliq̃n se factux oñdebat.Di
cit.Cic.ita fuisse futux,q̃a ipsi oino floruissent in eo ipso,qđ
inferius dicit sniis senatorijs dicẽdis,& in oi actione&c.Flo-
ruissemus:)excelluissemus. Paulopost:in ,pcessu ep̃læ, quam
alij male diuidunt ab hac.{Sensus)snia.{Et rescri.tibi.)sicut
incipit rescribere:cum dicit certiorẽ te p̃ lras &c.{Sed certe,)
uel saltẽ uel certe ,pfecto,ut sit affirmãtis aduerbium.{Te au
ctore,)ꝯsiliario nõ imperitissimo.i.ꝯsiliario non oino indo-
cto,& imperito:uitat.n.arrogantiã,ut nolit se dicere peritis-
simum.{Fideli:)hoc.n.possum de me dicere , ꝙ fideliter tibi
ꝯsuluissem & amanter,& est ordo.sed certe ego essem usus te
authore amicissimo & sapiẽtissimo.{Et tu)subaudi usus esses
me cõsiliario fortasse &c.ꝯsiliarius,qui præbet ꝯsilium.Quã-
quã qui hoc dicit se tñ lætari, ꝙ ipse Lent.imp̃ator in Cilicia
res bene gesserit.{Victore,)aduersus Parthos: & alios hostes
Po.R.qui prouinciæ,iminebant.{Sed certe)q.d.q̃ q̃ lætor,ꝙ
absens bene gesseris & res,& prouinciã : tñ maluissem te esse
Romæ,q̃a quæ tibi debeo multo melius p̃nti, q̃ absenti præ-
stare potuissem,& ita tu fructus, quos tibi debeo,uberiores à
me præsens accipere potuisses.{Fructus.)translatio est sum-
pta ab agris:quæ.n.amicis pro præstitis debemus: translati-
ue fructus appellãtur:q̃m,ut inquit Cicero, debemus imitari
agros fertiles:qui plus reddunt,q̃ acceperunt.{ Vlciscẽdis,)
p̃ueniẽdis uel uẽdicandis:nã ulciscor utrunq; sigñat, aucto
re Asconio Pe.q̃ q̃ parum differre uñr,sed hic melius uẽdican
dis.Est autẽ ulcisciue uindicare,iniuriã non impunitã relin-
quere,& quasi par pari referre:ut summatim diffiniã,est ma-
ledictum aliqđ,aut malefactũ defendere.{ Partim inimicos
esse)oñdit hic duas fuisse causas,q̃a sibi inimicos cõparaue-
rit,aut q̃a defendit Ci.aduersus ip̃etũ Clodij,aut q̃a pulcher-
rime,& cum summo honore egit ,puinciã,ob quã multi ei in
uidebant,neq; uolebant ei decerni ea,q̃ uictorib' ĩperatorib'
à Po.R.decerni solebant.{Propugnationẽ,)defensionẽ. Sa-
lutis meæ,)uitæ meæ,cũ in exiliũ exire coactus sum.{Ampli
tudinẽ,) dignitatem.{Illius actionis, aut qđ optime gesserit
res in ,puincia , aut certè ,ppterea q̃ in ꝯsulatu antea gerat,ut
dixit sup̃ius.Magna est memoria ꝯsulatus,de quo multi ini-
mici ei inuidebant.Mirificũ,) magnum,& audentẽ plusquã
existimet.{Quãquã).q.d.habuimus ẽt deos nobis fauẽtes,
q̃a ille sceleratus Clod.,ppetuus inimicus oium,qui de eo bñ-
meriti sunt,pro nobis uindictã fecit de seipso,q̃a p̃p sua scele
ra amisit oẽm dignitatẽ et libertatẽ in futux.{Quãquã ille:)
nõ dicit,q̃ sit,sed intelligit Clo. perpetuus inimicus amicox
suox:qui semper malefecit ijs,à q̃bus est bene affectus.{Or-
natus.)adiutus.{Tuis maximis bñficijs,)qui ei semper faui-
sti,& auxiliũ præstitisti ut extolleretur.{In te potissimum,)
præcipue in te,q̃uis idem fecerit in alios.{Factam uim,)quia
iam amisit auctoritatẽ: neq; tñ põt , q̃tum poterat,cum me

Pietas.

Fructus.

Vlciscor. Vindicor.

oppugnauit.{Contulit.)coniecit,ↄuertit.{Vultus est aũt ul
cem nr̃am ipse sese:)id est de ipso fecit uindictam pro nobis.
{Sese,)Id est in ipso.Se & sese,Seruius in arte,à Cæsare ita di

Se
sese

stingui ait,ut si dicamus,cũ aliquẽ qd in alium fecisse ondi⸗
mus,ut hic fatetur se nocuisse mihi.Cũ aũt seipsum,tunc dici
mus sese.{Vicẽ nr̃am).i.qd nos facere debeamus.i.uice no⸗
stri.{Est.n.ea)ondit, qd egerit ↄtra seipsum.{Est conatus,)
tentauit,aggressus est.{Ea qbus pate fa.) sacrilegium eius in
telligit,cum ad sacra deæ bonæ muliebri habitu ausus est ue
nire,pp amorẽ Põpeiæ uxoris Cęsar.{Non mõ dignit.)quia
propter fœditatẽ suoꝝ scelerũ oibus honorib:indignus habi
tus est.{Neq.n.solũ Põpeiæ Cæs.uxoris mœchus fuit,sed ẽt
cum duabus sororibus ↄcubuit,quaꝝ altera nupserat Lucul⸗
lo,altera Metello clarissimo uiro,q̃ multis in locis Cic.cõme⸗
morat.Refert etiã Liuius & Plutarchus.{Sed ne libert.)quia
liber esse nõ põt,qui aliquo publico scelere est pollutus,neq;
enim põt,aut etiã audet se defendere qui se infectum cogno
uit.Vnde Iuue.Vnde tibi frontẽ libertatemq; parentis.Cum
facias peiora senex.{Te aũt sensus est:& si mallem te potius
expertũ esse in rebus meis,q̃ in tuis,qualis sit fides hoium:qa
pluris facio res tuas,q̃ meas,tñ gaudeo,ꝙ non cognoscas ti⸗
dem hoium tanto tuo dãno,q̃to dolore ego cognouerim.
{In re.meis,)in meis cõmodis.{In mo.)quã capio de rebus
tuis ita exagitatis.{Gaudeo.)accipio hanc lætitiã,& cõsola⸗
tionẽ.{Te cognoscere eam fidẽ.)qa ut alibi Ci.ita amicitia,
non tñ moleste tuli, q̃ tu me neglıgẽtię accusabas, quantum pfecto lætatus sum, q̃ dũ me ita accusabas, meũ scribendi ad te officiũ reqrebas. Solent plerique post hmõi dictiones, q̃q̃, ta-metsi, quãuis, licet, etsi adiũgere nihilominus pro tñ, barbare faciũt nõ latine, exiguũt.n. istæ dictiones, ut in oppositũ ipsa-rũ locetur tñ. Interdum ẽt sine illis apponimus tñ & tũc, aut præ intelligimus quanq̃, aut idẽ sigñat, qđ' uerũ, & sed cũ re-latiuo cõiunctũ ut si sic dicas, Curio uir fuit eloquẽtissimus, cui tñ eloquẽtia, Cic. anteponas, quod est idem si dixeris uir fuit eloquẽtissimus Curio, sed cui Cicer. anteferendum putas. Hæc duo, sed tñ: aut, at & tñ elegãtia aliquantulũ dr̃nt: latini-tate nõ dr̃nt, & cũ alteꝝ eoꝝ sufficeret: cõiungũtur: ut Nil mi-

Sed tamẽ Attamen

hi rescribas: attamẽ ipse ueni. Et Cicero. Sed tñ dulcẽ, & opta-tũ amorem tuũ, & ab eo qđ' antiq dicebant tñ idem dictũ est

Accuso Incuso.

& tandẽ, & tñ. {Accusari,) dicãt, qđ uolũt alij nos accusare di-cimus tã in redarguẽdis, rephendẽdisq; uitijs: q̃ in deferẽdis criminibus iudicij: uel cẽsori: alijsq; qbuscunq;. Incusare ꝟo in redarguẽdis morib. adhibita quadã querela sine relatione ad iudices, & utroq; sic ad oẽ genus indifferẽter utimur. Terẽ-tius. Quid me icusas Clitipho? Et idẽ. Quam ob cãm accuset nescio. Virgilius, Talib' incusat. Incuso te iudici non dicimus sed accuso te iudici. {Abs te.) Has tres ablatiuas ppõnes a. ab,

A ab abs.

abs: sic cũ lr̃is collocamus. Abs cũ te, ut abs te: & abs Tullio accepimus. Aliqñ cũ q, ut Terẽtius. Abs quis hoie beneficiũ accipere gratũ est. ab uero cũ duab' liqdis: ut ab Romulo Ro-

Numma Vnde.

mano nomẽ accepit, & ab legib'. Nũma appellatus, cũ oibus pterea dictionib' incipiẽtibus à uocali: ut ab Olympo Olym-piades: dixerũt: cũ iota ꝯsono: ut ab Ioue principiũ. A ꝟo cũ ceteris iũgit: ut à Sublica pt Sublicius dictus est. {Iucundũ,)

Iocundũ. Iucundũ.

Nullã ponas dr̃iam: sine iocũdũ, siue iucũdũ dicas: nã o. & u. affinitate iũgunt siue discrimine, & qđcunq; uoluptatẽ nobis atq; lętitiã affert, iocũdũ appellam'. Errat q p lętis iocundus

Lætus. Tanquã.

uocãt. Põt & Thersites, tristis, ifelix, & stultus meo Thomę io-cũdus esse: qñ ex ei' ifelicitate & insania capit uoluptatẽ. Tã, & quã, non tñ suplatiuis iungi pñt, ut Terẽt. q̃ minima spe si tuus erit: tã maxime patris partẽ in leges ꝯficiet suas: quantũ ẽt cõparatiuis, & positiuis, ut Virg. Tã magis illa tremẽs, & tri-

ſtibus offera flámis. Quàm magis effuſæ creduſcũt ſanguine
pugnę: poſitis uero hoc loco. {Pręſertim.) p̄cipue. Caue ne di
cas ſpalr p̱ pſertim: aliud eſt.n. ſpalr, aliud pſertim, & p̄cipue:
& ſic nũc ponit: ut qđ dictũ eſt cõprobet. {Accuſabar.) Accu
ſabat.n. negligẽtiæ ſcribẽdi: at Cic. dicit ſe fuiſſe diligẽtiſſimũ
& cõplures ad eũ lr̄as miſiſſe: unde merito ſe uacare culpa. Eſt
aũt culpa error: nec uelim itelligas culpã pro defectu, in qua
multi errãt. nã defectus à deficiẽdo appellat, qñ deeſt, & defeſ
cit ut deficiũt libri. ergo defectu librox lr̄is opam dare nõ poſ
ſum. Iuuen. Qđ nil ſalit Arcadico iuueni culpa docẽtis. ſ. arſ
guit, q̄ neſciuit ipm docere, at neglexit: nõ aũt defect⁹ argui
tur q̄ defuerit. Nã p̄ſto fuit, & nõ docuit. Tũc defectus argue
ret docẽtis qñ defuiſſet. {Vacarẽ,) latini⁹, ac elegãtius, q̃ ſi di
xiſſet culpa carerẽ, nõ.n. ꝓprie dicimus, careo culpa: careo de
trimẽto, tametſi Hor. dicat in ep̄lis, Stultitia caruiſſe, & Ci. Miſ
ſinũ p̄ter culpã, ac pctm̃, q̃ ſp caruiſti, & carebis. Eſt.n. ꝓprie
carere qb⁹ indigemus. Cic. in Tuſc. qõnibus Satiatis uero, &
expletis iucũdius eſt carere q̃ frui, q̃q nõ caret is, q nõ deſide
rat. Als uacare qñ datiuo iũgimus, ſignãt operam dare, ut lr̄is
uacamus. E ꝯtrario qñ à p̄poſitionem ablatiuo iũgimus, ut à
lr̄is uacamus ceſſare ſignãt. {Interdũ uacet,) impſonalr dicis
mus pro placere, aut tps uacuum eſſe. Virg. Et uacet annales
nr̄ox audire labor. {Deſiderare.) de re abſenti, & futura, à ſyſ
dere deductũ. {Vñ apud) Liuiũ legimus. Deſiderata ſunt decẽ
milia hoium. i. defuerũt. {Præ te fers,) demr̄ans, præ me fero
dicimus, præ te fers, præ ſe fert, & præ ſe ferũt. In pma uero ac
ſcđa pſona multitudinis, nunq̃ audiuim⁹, neq; legim⁹. {Perſ
ſpectũ.) antea cognitũ multis i reb. {Eq̃dẽ,) excuſationis uis
tiũ q̃ diligẽs fuerit in ſcribẽdo demr̄at, dicitq; neminẽ p̄termi
ſiſſe, quẽ ad Curitux putaret, q n p eũ lr̄as pferendas curaret.
Eq̃dẽ apud Virg. nõ niſi cũ prima pſona iũgitur, ut equidẽ p
littora certos Dimittã, & Haud equidẽ tali me dignor hono
re. Apud alios auctores indifferẽter legim⁹ cũ omni pſona po
ſitũ, Perſius, Per me equidẽ ſint oia potius alba, & Cic. mul
tis in locis idẽ facit. {Neminẽ,) in utroq; gñe uſi ſunt ueteres.
Terent. Vnũ hoc ſcio neminẽ hic pepiſſe. Si quidẽ hãc diſtin
ctionẽ in fine clauſulæ locare uolemus, ornate dicemus. Cic.
illo ſi ueneris tanq̃ Vlyſſes cognoſces tuox neminẽ. {Pręterſ
miſi,) p̄termittere eſt neglıgẽtia, ſiue ignorãtia offm̃ ſuũ nõ fa
cere. Cicero. Quod à Panætio p̄termiſſũ eſſe miror. Omittere
eſt oino relinquere. Terent. Omitte mulierẽ, & Horat. aut ipẽ
deponas, aut patrẽ illius omittas. Remittere, q̃ſi ſuſpẽdere eſt
& p aliquot tpa nõ exercere. Intermittere uero ex aliqua uoſ
catione ab ope ceſſare, ut Cic. in Tuſc. Retuli me Brute te hor
tãte maxime ad ea ſtudia, q̃ retenta aio, remiſſa tpibus longo
interuallo intermiſſa reuocari. {Cui lr̄as Nõ d.) Qui fert lr̄as
in datiuo, ad quẽ perferuntur in accuſatiuo cũ ad p̄poſitione
ponimus. Criſpus. Vulturno lr̄as ad Catilinam dat. Et q fert,
reddit. Ad quẽ feruntur, accipit. Scito ẽt q pro cui ueteres ſcri
pſiſſe & monoſyllabũ eſſe. Virg. Cui pater intactam dederat.
Sed p diæreſim duax ſyllabax interdum apud poetas fieri, ut
eſt illud. Ex ordine fulgẽs. Cui dat nomẽ Sinopes, qđ carmen
ſodaticũ eſt, ex duobus ionicis à maiore, & trib⁹ trocheis. Eo
dẽ modo huic: ut Statius. Falſus huic pẽnas, & cornua ſume
re terræ. {A te ꝓo bis.) purgatis obiectis trãſfert culpã, ſiqua
culpa eſt in Cur. Vero multis modis accipitur. Interdũ cõſen
tientis aduerbium: als confirmantis: aliqñ cõuenit ironiæ ut
Virg. Egregiã uero laudẽ, & ſpolia ampla refertis. {Ad ſum.)
ſpectat ad numex multi tñ ſummũ hic legũt nomen pro adſ
uerbio, ut infandũ, & toruũ, ut Nauibus infandum amiſſis, et
toruũ tuctibus hirqs. Sẽ nõ placet. Dicimus.n. ad ſummũ qñ
ad numex referimus, ut hoc loco, & alibi pro Milone. Vnus
aut ad ſummũ duo inimici, ſunt q Milonis cauſam non ꝓbaſ
rẽt. Et ad L. Meſſanium, excepto uno inqt, & ad ſummum alſ
tero. Qñ uero ad ſummũ dicimus, & in ſumma ad finẽ referi
mus alicuius prædictæ mãę. Quintil. in corpore proiecto. In
ſumma nõ recedo. Et Iuuen. Ad ſummã non Maurus erat, nec
Sarmata, nec Thrax. Qui ſumpſit pẽnas, medijs ſed nat⁹ Athe
nis. {Etenim).i. nam eſt.n. cãlis cõiunctio. {Per breues, ualde
breues. Maiorẽ tñ uim habet in compoſitione præ q̃ per: nec
cum oibus uocalibus indifferẽter cõiungi pñt. Nam prę quæ
dã aſpernantur, quædã amant, & cõtrario p ut præpotẽs, præ
celſus, prælatus. nõ.n. perpotens pcelſus, prælatus dices. Itẽ p
iucũdus, pergrauis, ꝑpulcher, perbreues dicimus; orã aũt iſta

Speciali ter. Præſerti tim. Præcipue. Culpa. Defectus. Careo cul pa. Vacare. Deſidero. Præ me fe ro. Equidem. Nemo. Prætero mitto. Omitto. Remitto. Intermit to. Qui pro cui. Huic. Vero. Ad ſum mum. Infandũ. Toruum. Ad ſum mam. In ſũma. Etenim. Præ per.

non admittunt. {Accepi.) accipere lr̄as dicimus: recipe literas
nõ dicimus: ſi Tulliũ uolumus imitari. At Plinius Nepos reci
pere lr̄as dicit frequẽtiſſime. {Quare.) utriſq; partis querelax
ꝓcło. {Iniquus iudex,) ut me ſcribẽdo negligente exiſtimes.
{Eodẽ c.) ab eadem ſuſpicione negligentiæ. Nã nunc crimen
pro ſuſpicione ponitur: ut Virg. Formidine crimẽ acerat: &
ſemperq; odijs & crimine Drances Infenſus iuueni. {In me.)
ut Quid meus Aeneas in cõmittere tm̃. eſt.n. in tã in appoſiſ
tione q̃ in cõpoſitione dictio meſa ut amor i te meus, hoc eſt
erga te, & ſi iniquus in me iudex, hoc eſt cõtra me, in cõpoſiſ
tione uero nũc intentionem hẽt, ut Terent. Quia me immuta
tũ uidet, & incuruũ ſenem. Nunc diminutionẽ ut iniquũ, nõ
æquũ. In ſanũ non ſanũ: qđ pro ualde ſanum, & magnũ inter
dũ accipim⁹ ut Perſius. Inſani dicta Catonis. {Sin me id f.n.)
ut te neglıgentẽ dicã. {Aequũ) appellãdo me in ſcribendo ne
glıgentẽ. Sin nunq̃ ponimus niſi p̄ceſſerit ſi, ut Terent. Si illũ
relinquo, eius uitæ timeo: ſin opitulor, h⁹ mines. Nec alr̄ dñt
ſi et ſin q̃ præcedẽtia. Errant, q dñt ſin pro ſi non. {Sed de lrt.
h.) nõ modo poetis, ſed oratorib⁹ interdũ dimittere uerbũ cõ
ceſſum eſt qđ pluribus in locis Cic. factitauit, ut de his als plu
ribus, & nũc, de lr̄is hactenus, & ibi, hiccine eſt ille, q urbẽ, &
quẽ Senatus. Duob⁹ uero modis accipitur ſed, aut diſcretiue:
ut nõ modo doctus, ſed apprime eruditus, et inceptiue, ut Te
rẽtius. Sed Pãphilũ uideo, pro atq;. {Hactenus ex hac & ten⁹,
qđ ſignãt finem, dictũ eſt: quã dictioni diuidit plerunq; tme
ſis, ut Virg. Hac Troiana tenus fuerit fortuna ſecuta, qđ ꝑpla
oio admittit. {Nõ.n. uereor,) tres plerũque negationes idem
ſignãt quod duę: qđ ſæpiſſime Cic. facere ꝯſueuit. Huius uer
bi nã eſt tam cũ negatione, q̃ ſine negatione idẽ efficeret: ut
uereor ne illũ pater imprudẽtẽ opprimat. Eiuſdẽ nãæ ſunt ti
meo & metuo: q̃ uerba dr̄nt à uereri, hoc.n. filiox, illa uero ſer
uox eſſe dicim⁹. {Expleã) reddã, ſatisfaciã, loquẽdi modus p
trãſlationẽ, & differt à ſatiari. Hoc immodeſtia illud ad mode
ſtiã ptinet. Cic. quæq; expleri, ac ſatiari nullo modo pñt. {Eo
gñe,) offõ ſcribẽdi. {Nõ aſper.) ꝯtẽnes, aut reſpues. {Studiũ)
in ſcribẽdo diligentiã. {Ego te abſ.) aggreditur ſecundã parſ
tem, quã diximus, & artificioſa exhortatione eſt uſus, & p̄mo
collegit ab eo beneuolentiã: qđ tametſi exordiũ ſit, poſſumus
tñ per totũ corpus orõnis ſeruare. {Tãdiu,) Nã per duos ꝓpẽ
modũ annos fuit in Aſia. {Et d.) & lætor, [Greek] qđ Cic. diſ
uiſionẽ appellat, & ſic diffinit. Diuiſio eſt quæ rẽ ſemouens à
re utranq; abſoluit rõne ſubiecta, & eſt ſenſus. Tum doleo q̄
frui ꝯſuetudine tua nõ potui, tũ gaudeo, q̄ abñs multũ nois
& glr̄iæ ꝯſecutus es, & in re tua uotis meis fortuna ſatisfecit.
{Affuiſſe) b. nõ mutatur in f. dr̄iæ cã: ne à uerbo adſum dedu
ci uideat. {Cõſuetudinis,) pro conuerſatione. Sed tu ne dicas
ꝯuerſationẽ: hoc nomẽ apud Cic. non memini me legiſſe. licet
alij utãtur. {Et lętor.) Scđa pars [Greek]. Lætamur uultu,
gaudem⁹ aio. {Oia) puta laudẽ, & gloriã, & ſpẽ, apud oẽs de te
maximã. {Rñdet,) aſſẽtitur, ſatisfacit: Virgil. Dictis rñdet cete
ra matris. Sed rñdere ꝓprie eſt priorẽ alloqui, dictũ ſanẽ quaſi
ſpõdere. i. uerba fundere. {Breue eſt.) hortatur ut quam de ſe
apud Romanos opinionẽ cõcitarat, eã non modo ſuſtinere:
ſed tueri, atq; defendere conaret & uno uerbo docilẽ facit. Cũ
ait, breue eſt, breuis res. {Pręcipe, tanq̃ ipſius admonere, & do
cere {Amor,) ad res oẽs referri põt. {Charitas dũtaxat ad hoſ
mines, à χάρις qđ eſt gr̄a. {Incredibilis:) adeo magnus, ut uix
credi poſſit, {Expectatio eſt) q̃ſi, ut ita loquar, reputatio, & bo
na. Et aiaduertendũ miſtã eſſe rõnem cũ p̄cepto. {Animi,) ad
intelligentiã. Nã aius eſt ꝓprie quo ſapimus, atq; intelligim⁹,
quò uirtus, quò ferat error. {Ingenij,) ad nãæ ſubtilitatẽ: &
ꝓ nã ingeniũ dicimus, utrũque Gręci φύσιν appellãt. {Obſecra
re) obteſtari q̃ obſecrare. Sed obſecrare maiorẽ uim hẽt, q̃ roſ
gare, aut orare, & oro ſp debet augeri. Obteſtamur uero quẽ
piãcũ adiuramus eum, quẽ rogamus. {Reuertare, ex ꝓuincia
redeas. {Cõfirmatus,) uirtute iſtitutus. {Tui,) de te ipſo. {Cõ
citaſti:) cõmouiſti. {Suſtinere à ſur. & t.) ꝯſeruare. {Et qm̃).i.
qm̃ quo ad uixero tua beneficia recordabor. Qm̃ & quia ut
plurimũ tenent primum locum in oratione, niſi poſtponant
interiectionibus, ſiue aduerbijs, & ꝯiunctionibus. {Quantęſ
cũq;,) ad magnitudinẽ potius, q̃ ad numex refertur. {Memo
riã,) quæ eſt, ut ait Cic. firma animi rex & uerbox, & diſpoſiſ
tionis perceptio. {Te rogo,) ut tu ẽt meox in te offõx memi
neris, ac ſi tecum cogites, iſtas te non potuiſſe hr̄e, fortunam

In. Sin. Si. Sed. Hactenus. Vereor. Dubito. Metuo. Timeo. Expleo. Satio. Diuiſio. Conſuetudo. Conuerſatio. Lætor. Amor. Charitas. Expectatio. Animus. Ingeniũ. Obſecro. Suſtineo. Memoria.

digni

dignitates, et gloriã, nisi tu meis cũ puer esses, ꝯsilijs paruisses, & meã fuisses doctrinã secutus. Ex quo intelligimus Curionẽ Ciceronis fuisse discipulũ. {Accessiones,) incremẽta, & amplificationes, differt.n.accessio ab accessu nã accessus est i alis quẽ locũ ꝓfectio: Accessio aũt est amplificatio & incrementũ quarũcũq; rerũ. Hæc aũt duplici signũnatia uerbi colligũtur à quo descẽdũt: quod est accedo. Id.n. interdũ signãt adire, & appropinquare, ut Terent. Accede ad hũc ignẽ: iã calesces plus satis, uñ accessus. {Interdũ uerò crescere,) & adiungere, ut Ædilitati tuæ accessit dictatura, hoc est adiuncta est & increuit: uñ accessio. {Fortunæ) felicitatis, & amplæ ꝯdõnis: uñ fortunas numero multitudinis diuitias nũcupamus. {Dignitatis) status. {Puer) à teneris annis, hoc ẽt noie filium Græco more appellamus, ut Virg. Tuq; puerq; tuus. Græci dñt παῖς ut Homerus ... Olim præteriti tpis, ut Ter. Aliũ nunc censes esse me, atq; olim cũ dabã. als futuri, ut Hunc tu olim cœlo spolijs orientis onustũ Accipies. Aliqñ pñtis, ut Tumidis qđ fluctibus olim Tunditur. {Cõsilijs) hæc sunt hoium oia, ꝯsilium, fcm, successus, ꝯsilium ai, ẽ fcm corporis, successus fortunæ. Consiliũ uero plenũ debet eẽ fide, & amore. Iõ adiunxit: Fidelissimis atq; amantiss. {Paruisses) obediuisses, & executioni mãdasses. {Quare quapp) quãobrẽ, in maiorib. sanè ꝯcłonib. ergo & igr in minorib. ut solemus. Hoc aio, hoc est dispositꝰ erga nos q̃ bona tibi ꝯsilia desdimus. {Ingrauescens) ꝯsenescens. {Adolescẽtia) ab adolesco, qđ est cresco appellata. In nulla.n. ætate ita crescit corpꝰ: ut i adolescẽtia, q̃ ẽt ꝓ iuuẽta ponit: cũ ętas apud antiquos tripti ta fuerit, i pueritiã, adolescẽt. & senect. Hic ait Ci. i Cat. maior. Qui adolescẽtia citiꝰ senectuti obrepit, q̃ adolescẽtia pueritię.

Vanq; me noie neg. &c.) Hæc epła prima secũdi h' libri, ut multæ aliæ scribitur ad Curionẽ adolescẽtẽ magnę spei, nã ad eloquentiam uidebatur natus, & pꝛem, atq; auũ oratores ꝓclaros æquaturus, quẽ tñ uenali lingua Lucanus cecinit, ꝙ cũ in tribunatu, quę gessit in principio dissensionis Cæsaris, & Põpei à senatu, grauis esset Cæs. oppugnator, postea in principio belli ciuilis, qđ cõtra Pomp. suscepit, grandi pecunia corruptus, eiusdẽ factus est defensor. Iæua q̃dem mercede, nã in Africa ad Bragadã ꝯtra Varũ, & Iubam tanq; impator pugnans ꝓ Cæsare, cecidit, eiusq; caput ad Iubam allatũ est. Nunc aũt ad eũ scribit Cic. cum adhuc q̃sturã in Asia gereret lõge aŭ bellũ ciuile, rñdens epłæ, q̃ tarditatis arguerat, significansq; illã accusationẽ sibi nõ molestã, eo ꝙ ex amore sit ꝓfecta, taetsi immeritam. Deinde ad uirtutẽ cohortatur. Ordo est, Quanq;.i.taetsi ò Curio ego doleo me esse suspectum tibi, noie.i.rõne, aut ꝓtextu negligentiæ, ga non scripserim ad te, tñ non tã.i.non tantopere molestũ fuit mihi. offĩ meũ accusari.i.culpari noie negligẽtiæ abs te, q̃.i.quantum, aut quãto piucundũ fuit sup. offĩ meũ requiri.i. exigi abs te, ꝓsertim ꝙ uacarẽ.i.uacuus essem. culpa sup. eius aut i eo, quo accusabar. Autẽ.i.sed in quo.i.i eo, q̃ signãs te desiderare lras meas, ꝓ te fers.i.indicijs manifestis osõdis, amorẽ tuũ sup. in me. qdem.i.certe ꝓspectũ.i.agnitũ mihi, sed tñ.i.nihilominꝰ, dulcẽ & optatũ. Equidẽ.i.certe, aut ego qdem.i.certe neminẽ pterimissi, qdem.i.ne mẽtiar, dico neminẽ, quẽ putarẽ ꝑuẽtuꝝ ad te. Cui nõ dederim lras. Etem.i.nã certe, qs est tã impiger .i.diligẽs inscribẽdo. q̃.i.quantũ ego sup. sum, q.d. nemo, aut perq̃ rarꝰ. Vero.i.sed ego accepi sup. lras à te bis. ue ꝓ uel. ter ad summũ.i.ut plm, & eas pbreues.i.ualde breues. Quare.i. quãobrẽ.i.si tu es iniquus iudex in me, ꝯdẽnando. s. me tardi tatis ego ꝯdẽnabo te eodẽ crimine: sin.i.sed si, tu noles me id facere, tu debebis præbere mihi te æquum. s. iudicẽ. Sed hactenus sup. scripsi de lris. q.d. ꝯfidenter. Non.n.uereor ne non.i. ut Non explearn.i. satiem te scribendo. Notum est cũ uerbis timendi & uerendi idẽ efficere affirmationẽ & negationẽ, ut uereor ne facias, & ut facias, caue facias, caue ut facias, idẽ sũt & hic, uereor ne non & non, idem sibi uolunt, ꝓsertim si non aspernabere studiũ.i. diligens obsequiũ, meũ, in eo gñe. s. scribendi amico. Ego, & uenerit siꝰ, doleo te absuisse tandiu à nobis, ꝙ.i. q a, carui fructu.i.uoluptate, iucundissimæ ꝯsuetudinis.i. conuersationis tecũ, & .i. siꝰ, lætor, ꝙ tu abńs ꝯsecutus es oia. s. expect anda cũ maxima dignitate, quodq;.i. & ꝙ fortuna rñdet meis optatis .i. uotis, in oibus rebus tuis. Breue est qđ incredibilis amor meus in te, cogit me pcipere tibi. Tanta expectatio est uel animi.i.uoluntatis, uel ingenij tui.i.intellis & industriæ tuæ, ut ego non dubitẽ obsecrare.i.per sacra, ut ꝑ pote per amicitiam rogare, & obtestari .i. fidem deoꝝ, & tuã obtestando postulare: sup. ut reuertare .i. reuertaris ad nos confirmatus sic ut possis sustinere.i.exhibere, & tueri.i. ꝓtegere, hanc expectationẽ tui: quã excitasti.i. ut tantus redeas, quantum te reditu ꝝ indoles tua, & cœpta studia pollicentur. Et qm nulla obliuio delebit unq; memoriam tuoꝝ meritoꝝ erga me, rogo te, ut memineris quantæcunq; accessiones.i. quantæcũq; incremẽta & fortunæ, & dignitatis fient tibi, te nõ potuisse ꝯsequi eas. s. accessiones, nisi tu puer.i. cũ esses adhuc puer, paruisses.i. obediuisses olim, ꝯsilijs meis fidelissimis atq; amãtissimis.i. ob amorẽ tui datis. Quare tu debebis esse i .i. erga nos hoc.i. hmõi aio. ut ætas nřa iã ingrauescens conquiescat ĩ amore, atq; adulescẽtia tua. Nihil.u. iucũdius est senibus, ac uidere adulescẽtes, q̃ optime uolũt uirtuti incũbere.

Vodq; in oibus tuis rebus, meis optatis fortuna rñdet; breue est, quod me tibi præcipere meus in te amor cogit) Hic locus antea perperam interpunctus distrahebat sensum: quem nos, distinctionibus immutatis, tanquam in suam sedem reduximus. est aũt hic, quod me facere meus in te amor cogit, ut tibi præcipiam; id faciam breuiter: qñ omnibus tuis in rebus meis optatis fortuna respondet.

PAVLVS MANVT.

ARGVMENTVM.

Significat sibi dolere mortem patris Curionis. Deinde respondet petitioni Curionis, qui petierat significari se populo R. ludos funebres pro obitu patris exhibiturum, quam rem Cicero cur non fecerit docet.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Consolatoria est epistola. Deinde dissuasio, ut sumptus inutiles in funerem patris non faciat: nam in funere parentis ludos edere populo decreuerat Curio, & ut Cicero se absente denunciaret, mandarat.

M. CICERO C. CVRIONI S. P. D. 2

*GRAVI teste priuatus sum amoris summi erga te mei, patre tuo, clarissimo uiro: qui eum suis laudibus, tum vero te filio superasset omnium fortunam, si ei contigisset, vt te ante uideret, quam è *vita discederet. sed spero nostram amicitiam non egere testibus. tibi patrimonium dij fortunent. me certe habebis, cui carus æque sis, & periucundus, ac fuisti patri. Vale.*

*alias vita decederet.

GRAVI teste) Curio ante reditum suum ex Asia in Italiam amiserat patrem suum: Romæ qui optime nosset: quãtum Cic. amaret filium suum. Itaq; dolet Cic. in hac epła eius testimonium amoris sui erga Curionẽ sibi exceptũ, callide tu confirmat sibi Curionis amicitiã: dicens se sperare eã nõ egere testib. cum iam debeat esse ꝯfirmatissima. Postremo pollicetur se Curioni loco pris. {Graui) fide pleno magna auctoritate & existimatione teste amoris mei,) q̃ optime scire meũ in te amorẽ & de eo testis esse posset. {Clarissimo) multis pclaris rebus gestis spectatissimo. {Cum).i. & : sed ut diximus inimus significat q̃ tum. {Suis laudib.) propter laudes, quas sibi merito comparauit. {Tũ uero) & maxime. {Te filio) propter te filium, scilicet talem tantę expectationis. {Superasset oium fortunam).i. omnium fortunatissimus, & felicissimus fuisset. {Fortunam) bonam hoc est felicitatem. nam interdũ & mala intelligitur pro loco: ut apud Virg. primo Æn. *Nunc eadem fortuna uiros tot casibus actos Insequitur.* Item in VI. *Quæ fortuna uiros fortunãne mersit.* {Si ei) patri tuo. {Contigisset) euenisset, q̃si res felix & optata, Contingunt enim optata.i. si hoc munus, & ut ita dicam: hanc grãm à deo obtinuisset. {Vt añ) felicitatis.n. existimatur aut mori inter nřos: aut saltem, eos, q̃ sunt nobis carissimi, posse ante mortem nam uidere. Vnde q̃ritur Ariadne apud Ouid. *Ergo ego nec matris lacrymas moritura uidebo: Nec mea qui digitis lumina condat erit.* {Testibus) quia satis puto eam tibi perspectam: egent enim testibus quæ sunt dubia & obsc

HVBER.

Cum. Tum. Fortunã. Contingũt optata.

Accessio. Accessus. Fortunæ. Olim. Quare. Quapp. Quãobrẽ. Ergo. Igitur.

Patrimonium. Charus. Iucundus.

& obſcura.{Tibi)optanti felicitatẽ. {Pr̃imonium) rem à p̃re relictum.{Fortunent) ſecũdent.{Cui) mihi.{Æque) tã.{Ac) q̃.{Charus,& iuc.)chari dñr,quos in p̃cio habemus. utpote q aliq̃ neceſſitudine nobis ſunt ɔiuncti:ut filij,parentes,f̃res. Iucundi,q aut uirtutib.aut moꝝ ſuauitate nobis ſunt uoluptati : & q̃m aliquis põt eſſe charus,non iucundus, iõ ſolent hæc duo iungi:ut apud Iuuen.Iucundum,& chaꝝ ſterilis facit uxor amicum : & multis in locis apud Ciceronem, & præcipue oſtendit lib.1.de finib.bonorum, & malorum his uerbis . Nam diligi,& charum eſſe iucundum eſt.i.eſt uoluptati,nam eo in loco de uoluptate loquitur.

PHIL.

GRaui teſte.)Aliud ſcribendi genus eſt ep̃laꝝ,aliud oronũ publicaꝝ & forenſium.In his.n.ut negocia ueniunt: ita ẽt aut ſine arte aut cum artificio exponũtur. in oronibus aũt ſemper uti artificio ſolemus : reddit hic eum de morte patris certiorem:cuius obitu ſe dolere oñdit : ꝙ grauiſſimum teſtẽ amiſerat amoris quo ipſum Curionem cõplectebatur. Veꝝ ſe ſperare cõmemorat:ſuã in eum amicitiam tantã eſſe:ut nullis egere teſtibus uideatur,& ſe illum loco filij habituꝝ pollicetur,P̃ri uero ẽt nomen erat Curioni. Fuit & alius eodem noie appellatus . eademq́; diſciplina inſignis:eadem & familia & domo oriundus.{Graui.)ſeuero,& magno,cui maxima erat fides adhibẽda.{Sum)inq̃t,ego priuatus ò Curio p̃re tuo uiro clariſſimo,q teſtis erat amoris ſũmi erga te mei , obiuit.n. mortis diem. Teſtimonioꝝ uero duo ſunt gñа , manifeſtum, & cæcum.Manifeſtũ eſt cũ : certos teſtes & p̃ntes hẽmus.Cæcum uero cũ multitudinem,aut ciuitatem non ignorare dicimus.ut Cic.pro lege Manil.Teſtis eſt tota Sicilia. In cæco ẽt iuſiurandum,tabulæ & abutentes pſonæ adhibẽtur.{Clariſſimo)rebus & eloquẽtia illuſtriſſimo.Cũ & tũ,ita ponuntur: ut cum p̃cedat,tum ſequatur & cũ aliq̃d gñale: tũ aliq̃d ſpãle complectatur.& plus ſignãt tum q̃ cũ.Adde ꝙ exigunt ut ſp indicatiuo iungãtur niſi ambæ ſub eodẽ uerbo claudantur : ut nunc uidemus. Et Quint.Qđ cum oibus confitẽdum eſt, tum nobis p̃cipue, qui rõne dicendi à bono uiro non ſeparamus.{Suis)ꝓprijs,ut ſunt hic ẽt ſua p̃mia laudi.Laudatio eſt oro,q̃ alicuius laudẽ amplectitur:ita laus ɔtinetur : laudatio ɔtinet. {Te filio) cũ ſuo pondere dixit te hoc eſt tali tantaq́; uirtute p̃dito.{Fortunam) felicitatẽ.{Contigiſſet) ɔtingunt bona & optata,accidunt mala & inſperata,ſed iſta apud auctores ɔfunduntur.{Añ uid.)Mori.n.inter ſuos fortunatum putãt:& mortẽ min᷑ grauẽ.Hinc Æneas.Oterq́; quaterq́; beati,Queis añ ora patrũ Troię ſub mœnib᷑ alijs Cõtigit oppetere.Et Ariadne,Nec m̃ris,inq̃t,lacrymas moritura uidebo,Hęc mea q digitis lumina ɔdat erit . añ & poſt hñt uim quãdam cõparatiui tã in ſenſu, q̃ in ɔſtructione. {A uita diſ.)moreretur.In eadẽ ſignĩone migrare,decedere,excedere dicimus: ſed neceſſe eſt addamus appoſitum ex uita , ut Cic. anteq̃ ex hac uita migro : ſine appoſito nõ ſatis intelligã migrare ꝓ mori. Sic excedere cum appoſito dicendũ : ut idẽ Cic. Meditatione adeundi ſui muneris exceſſit è uita.Decedere uero ſine appoſitione uitæ,pro mori ẽt ſumemus,ut deceſſit, hoc eſt mortu᷑ eſt.{Spero)idem eſt qđ credo. Mart.Spero me aſſecutũ eſſe tale tẽperamẽtum. Et Quintil. innocentiã puellæ ſatis,ut ſpero defendimus.{Teſtib᷑)illa dñr teſtib.egere : q̃ ſunt ambigua, ſed amicitia ñra non eſt ambigua.{Patrimonium)qđ poſſidemus à p̃re relictum,non tñ m̃rimonium pro eo quod eſt à m̃re relictum:ſed pro maritaliteda dicimus.{Dij)quaſi optãtis.{Fortunent)ſecũdent. {Certe affirmantis eſt:ut alibi Cic. Certe ɔtra Cęſarem ingreſſus eſt armatus.{Æque ac.)hoc eſt ſic ut:uel tam & q̃ : eodem mõ æq̃ & atq;,ut Brutus ad Cic. Hoc ego ad meum offm̃ priuataꝝ meũ æque atq; ullam aliã rem p̃tinere arbitror & Terent.Æque m̃lier atq; ego.{Char᷑) gratia & amore coniunctus,unde charitas,& aſpiratur.At ꝓ penuria caritas,& carus ſine aſpiratione à carendo appellantur,quo uerbo Terent. ẽt eſt uſus, ut Tum annona cara eſt . Cõſuetudo tñ uſurpauit ut ſine aſpiratione caꝝ ꝓ gratum ẽt ſcribamus ſicut cetera multa , ut fama fuga , & q̃m unum ex his ſine altero eſſe nõ poteſt,ideo recte iunguntur, ut Iuuen. *Iucundum & charum ſterilis facit vxor amicum.*

Testimoniorũ duo genera. Cum. Tum. Laudatio. Laus. Contingũt bona. Accidunt mala. Ante post. Discedo. Migro. Decedo. Patrimonium. Matrimonium. Certe. Aeque atque. Charus. Charitas. Iucundus.

ASCEN.

GRaui teſte &c.)ſignãt ſibi dolore eẽ mortẽ p̃ris Curionis oratoris clariſſimi & uiri grauiſſimi . Ordo eſt. Ego,inq̃t Cic.priuatus,ſum graui teſte ſummi amoris mei.i.de ſummo amore meo erga te,uidelicet p̃re tuo uiro clariſſimo, qui.ſ.p̃r tuus ɔſcius amoris in te mẽi,& ita optimus teſtis eũ ſup.ſuparat fortunã oium,laudib.ſuis.i.ſibi ꝓp̃rijs,tũ ꝗ o ſupaſſet te filio.i.eo ꝙ habuiſſet te filiũ ſi ɔtigiſſet.i.cũ difficultate q̃dã datũ fuiſſet ei à dijs aut ſatis,ut uidelicet te.ſ.reuerſum è ꝓuicia, nã aĩr ſæpe & diu uiderat,anteq̃ diſcederet è uita.Sed ſpo amicitiã ñram nõ egere teſtib. Dij fortunẽt.i.ſecũdent,& ꝓſperũ faciant tibi p̃rimonium.i.qđ derelictum eſt à p̃re tu certe habebis me,cui ſis æque carus,& p̃iucũdus, ac.i.ſicut fuiſti p̃ri.

M. CICERO C. CVRIONI S. P. D. 3

R*VPAE ſtudium non defuit declarandorum munerũ tuo nomine : ſed nec mihi placuit , nec cuiquam tuorum, quidquã te abſente fieri , quod tibi , cum veniſſes , non eſſet integrum . meam quidem ſñiam aut ſcribã ad te poſtea pluribus , aut , ne ad eam meditere , imparatũ te offendã, coramq́ contra iſtam tuam rõnem , meã dicam : vt aut te in meã ſñiam adducã ; aut certe teſtatum apud aĩum tuũ relinquam , quid ſenſerim : vt , ſi quando , quod nolim , diſplicere tibi tuum cõſiliũ cœperit , poſſis meũ recordari . breui tamen ſic habeto ; in eum ſtatum tẽporum tuum reditũ incidere , vt ijs bonis , q̃ tibi natura, ſtudio, fortuna data ſunt, facilius oĩa , quæ ſunt in rep. ampliſſima , cõſequi poſſis quàm muneribus : quorũ neque facultatem quiſquam admiratur ; (eſt.n. copiarum , non virtutis) neque quiſquam eſt , quin ſatietate iam defeſſus ſit . Sed aliter , atque oſtenderã , facio , qui ingrediar ad explicandam rationem ſñia mea . quare omnem hanc diſputationem in aduentum tuum differo . Sũma ſcito in expectatione te eſſe, eaq́ à te expectari, quæ à ſumma virtute , ſummoq́ ingenio expectanda ſunt . ad quæ ſi es , vt debes , paratus , quod ita eſſe confido ; plurimis , maximiſq́ muneribus & nos amicos , & ciues tuos vniuerſos, et remp. afficies . illud profecto cognoſces , mihi te neque cariorem , neque iucundiorem eſſe quenquam . Vale.*

HVBER.

NEmpe)audito nũcio de obitu paterno Curio,ut eum meritis honoribus ꝓſequeretur inſtituit ludos gladiatorios edere pp̃lo R.ut hac liberalitate P.R.fauorẽ,& gr̃am ſibi ɔciliaret:q̃m in funeribus claroꝝ uiroꝝ ſpectacula edi ſolebãt, & in primis ludi circẽſes & gladiatorij.Sed cũ abeſſet ipſe Curio id negociũ dederat Cic.& q̃buſdã alijs amicis ut pp̃lo denũciarent ea munera noie Cur.q̃ eſſet editurus,cũ ueniſſet, qđ ſe diligenter feciſſe reſcribir Cic.ſed tñ nõ placuiſſe ſibi,ut ipſe Curio añ aduentũ tuũ amicis declaraſſet ſe facturũ eos ludos:maluiſſet.n.eũ reſeruare hãc declarationẽ uſq; ad aduentũ ſuum, ut cum ueniſſet,fuiſſet in eius p̃tãte,an uellet facere nécne , & huius ſniæ ſuæ rõnem dicit ſe ſcriptuꝝ pluribus.Ad aduentũ eius reſeruatuꝝ ut ei coram eam exponat , & tñ ei dicit fuiſſe melius facturum:ſi alia rõne fauorem pp̃li ſibi cõciliandum putaſſet . Poſtremo oñdit quãtum onus ſuſtineat ſatisfaciẽdi expectationi hoium,quæ de eo eſt maxima:cui ſatisfecerit,et dicit illud fore munus & maximum & gratiſſimum : & ipſi Ciceroni & ciuib.ſuis & uniuerſæ reip.{Nempe) legendũ eſt nẽpe.ſ.non nup & certe.{Studium)non placet ut hic ꝓ uoluntate ponatur,ſed ꝓ diligentia, q̃a nõ dicit ſe uoluiſſe hoc fieri,ſed tñ diligenter feciſſe .{Declarandoꝝ) denunciandoꝝ P.R.{Tuo n.)tuis uerbis.{Muneꝝ) ludoꝝ : quæ eſſes editurus in funere p̃rno : cũ primum ad urbẽ ueniſſes : nec intelligamus ea dona fuiſſe, q̃ ciuibus diſtribui ſui noie iuſſiſſet Curio,q̃a non dixiſſet declarandoꝝ : neq; .n. declarantur dona priuſq̃ dentur.Deinde oſtendit contrarium locus ſequens cũ dixit,nec q̃ſquã eſt,q̃n iam ſatietate defeſſus ſit,neq;.n.fatigatio aut ſatietas donoꝝ quem capit.{Sed nec)quanq̃ dicit ſe diligẽter declaraſſe pp̃lo ꝙ Curio eſſet editurus hæc munera, tñ dicit,nec ſibi nec cuiquã ex ꝓpinq̃s aut amicis Cur.placuiſſe hoc,ut aliq̃d fieret in eius abñtia,qđ poſtea nõ eſſet in eius poteſtate

Nempe. Studium.

ptáte cũ uenisset. {Te absente)ab urbe.{Fieri)à nobis in de clarátione hoꝝ muneꝝ. {Integrũ) in tua ptáte:ut posses tuo arbitrio cõmutare.nã quod semel declarauimus nõ esse factu ros,non est nobis integrũ: hoc est non est in ptáte nõ facere, quia turpe oino est uiro claro id nõ pstare:quod semel ꝑmis sit. {Cũ uenisses.) Romam. {Equidẽ) dicit se postea scriptuꝝ sniam suã,quare nõ placuerit ei hæc munera declarari pplo añ aduentũ eius. {Quid sentiã) q̃ sit snia mea. {Postea) alio tpe,nõ nũc.{Plurib) subaudi ꝟbis.{Aut ne).i.reseruabo ad uentũ tuũ ne interea mediteris aliã obiectionẽ ad ea, q̃ dicã. {Ad ea) ꝯtra ea:q̃ i me dicẽda sunt. {Meditere) cogites, præ pares.{Offendã) inueniã.{Imparatũ) improuisum,nõ paras tũ , impmeditatũ. {Corã) non literis, se uerbis. {Istã) .i.tuã. {Adducã te in sen.).i.psuadebo tibi:qđ sentio,trahã te in opi nionẽ meã. {Testatũ) apertũ,declaratũ:&,ut diximus,habet sighonem passiuã. {Vt si qñ) qa occurrebat eũ posse rñdere, ad qd adduces me i sniam tuã,postq̃ res acta est, neq; ampli᷒ mihi integra. Iõ dicit Cic.ut saltẽ si tuũ ꝯsilium cœperit tibi aliqñ displicere,possis recordari meũ ꝯsilium. {Si qñ) aliqñ. Tuũ ꝯsilium de declarãdis muneribus.{Meũ)quod tibi olim dederã,anteq̃ declararentur. Debemus.n.intelligere Cic.ꝯsul uisse añ Curioni:ne ederet hęc munera:neq; ẽt declaret añ ad uentũ suũ ẽt si uellet edere:sed Curione ita iubente Cic.diligẽ ter declarasse,cũ tñ ei hoc,ut ipse dicit,nõ placuisset. {Recor dari) in memoriam reducere:quo poteris cognoscere me tibi fideľr & amanter ꝯsuluisse.{Qđ nol.)qđ utinã ita non sit,ut tibi displicere incipiat ꝯsiliũ tuũ,& est parenthesis.{Breui)ab solute ponitur.i.paucis ꝟbis.{Sic hẽto)sic existimatio.{Tuũ red.)ex Asia.{Incidere)deuenire. {Incurrere in eũ st.)i.in ta lem statũ & ꝯdõnem tpum.{His b.)his munerib.{A nã)tri plicia.n.bona pħi esse uolunt,ai,corporis,& fortunæ.A nã q̃ bona ai & corporis ferre solet. Animi bona sunt iustitia,pru dentia,fortitudo, & tẽperantia, q̃ qdem à nã originẽ hñt:ut uoluit Cic.lib.1.offic.bona corporis,uires,dignitas,siue pul chritudo agilitas,facundia & siľia, q̃ oia abunde erant in Cu rione.{Studio)diligentia,ut est eloquentia,cognitio libera liũ disciplinaꝝ,q̃ studio comparantur.{Fortuna)fortunæ bo na,quæ & externa dñr,sunt honores,diuitiæ,clientelæ,amici tiæ,affinitates & siľia,qbus abũdabat Curio: qbus oibus reb᷒ dicit Cic.eũ potuisse facilius ꝯsequi oia, quæ erãt amplissima in rep.q̃ illis munerib.q̃ erat exhibiturus, quoꝝ satietas iam multos cepat,quia à multis quotidie edebãtur. {Munerib.l.) Facultatẽ,possibilitatẽ.{Nemo adm.)nemo laudat,aut existi mat laudabilẽ.Est.n.facultas muneꝝ. {Copiaꝝ) diuitiaꝝ,si gnificat & exercitum in plurali.{Non uirt.)h.d.facultas lu doꝝ publice est diuitũ, nõ uiroꝝ bonoꝝ, qui alia rõne amo rẽ ppľi sibi parare student.{Quin,)q non.{Defessus)fastidi tus.{Satietate)tædio,qa quotidie nõ deerãt ludi. Sed alr oñ dit ea sibi excidisse,q̃ sup̃ dixit de snia sua. {Alr) ꝯtra.{Atq;) .i.q̃{Oñderã),ppofueram,qa dixerã me postea scriptuꝝ plu ribus qd sentirẽ,aut dictuꝝ corã cũ uenisses.{Ingredior)inci pio,ꝑcedo.{Explicandã)declarandã.{Oẽm)totã. {Disputa tionẽ)de rõne sniæ meæ.{Differo)reseruo,ꝓrogo.{Expecta tione)ut ẽt dixit in fine primæ epľæ ad eũ scriptæ.{Expecta ri) scito.{A sum.)i.ab hoie summæ uirtutis. {Sũmo ing.) ab hoie sũmi ingenij,qualẽ oẽs te existimãt.{Ad q̃)quæ à te ex pectãtur.{Paratus)dispositus,instructus, ut ea pstare possis. {Quod)te esse paratum.{Cõfido)certissimus sum.{Plurimis mu.)i.ęstimabimus nos plurima maximaq; munera à te acce pisse,& mľto plura & maiora q̃ sint ista q̃ es editur᷒ si satisfece ris expectatiõi, q̃ de te sũma ẽ. {Ciues uni) oẽs usq; ad unũ.

Testatum passiue. — *bonum triplex* — *Copia.* — *Quin.*

PHIL. NEmpe)agitur de muneribus Curionis per Cic. & ceteros eius unicos declarandis P.R.quæ in honorẽ funebrem pris sui Curio celebranda decreuerat,postq̃ de eius morte si bi renunciatum fuit: hoc.n.cum ipse non adesset, Cic.nego cium dedit,& quibusdã alijs familiarib.suis. At Cic. suam de his sniam oino non oñdit,sed oẽm de ipsis disputationẽ in re ditum Cur.differre cõmemorat. In calce uero lraꝝ adiungit, maximo teneri desiderio P.R.Curionis aduentus,ut eius ope ra & auspicio resp.defendatur.Hoc ad argm̃. Sed quænã mu nera fuerint illa est hoium diuersa snia.Nos aũt ita sentimus. Mortuo Curione,quem huius Curionis prẽm fuisse diximus, quadam coniectura colligimus,ut filius tanti nois adolescẽs decreuisset,ut meriti honores prnis manibus præstarẽtur. Et qm̃,ut scimus,aberat in Asia tunc quæstor, ad Cic.lras dedit, ut hmõi futura munera P.R.declaranda curaret. q̃ funebres ludos fuisse dicimus,& maxime gladiatores atq; circẽses, sed funeꝝ põpa,ut uaria,ita ẽt maxima apud antiquos fuit. Pla cet aũt quosdam exequiaꝝ modos recensere,nec erit ab insti tuto nro alienum.Essedones defunctoꝝ funera canibus ꝓse quebantur,ossaq; capitum argento, gẽmis, & auro cælata in poculoꝝ usum tenere dicebantur. Adde,ꝙ,ut ait Herodotus, eoꝝ cadauerib. uescebantur ammistis pecudũ carnib. Assyrij non prius ꝯdebant sepulchro corpora q̃ laniarentur à feris. Parthi uero parentes extinctos feris ex qbus deuorãdos abij ciebant.Inde ossa carnibus exuta sepeliebant. Ægyptij mor tuos suos aromatib.ꝯditos domi ꝯseruabant. Persæ,ut corꝑa quãplurimum durarent,cera circũlita reponebant.Plebs hyr cana publicos alebat canes:optimates ꝟo domesticos,sic qsq; ꝓ sua facultate nobiles parabat canes à qb᷒ laceraretur. Quo tiescũq; ẽt aut reges aut ꝑncipes moriebãtur, unà cũ ipsis ad eoꝝ põpas dilecti eq᷑ aut serui,& apud Indos una de uxorib. clarior incẽdebatur.Adde ꝙ in fortium uiroꝝ sepulchris ca ptiuos necare ꝯsueuerũt,qđ apud Homeꝝ i Patrocli funerib᷒ scm̃ legim᷒,ubi Achilles post multos cæsos boues & pecudes, post infusum mel & oleũ,post ẽt occisos 4.equos,& 2.canes. 12.captiuos Troianos occidit,& pyræ iniecit. Quid ꝑterea Æneas i Palladis funere factitauit. Vir.Hom.secut᷒ carminib᷒ suis isetuit,Et i funerib.institutũ apud Rom.ne crudũ illũ seq̃ rentur morẽ mactãdoꝝ hoim,ut gladiatoꝝ paria dimicarẽt. à bustis gladiatores bustuarij appellati,& ea sacra Inferiæ di cebãtur,qm̃ i foris pstabãtur, & qm̃ ꝑ nouẽ dies fieri ꝯsueue runt, nouẽdiales dicti ꝓ copia reꝝ,proq; uiroꝝ cõpositione colebãtur,quos Æneas Anchisæ pri ludos i Sicilia faciundos curauit. Totus 5.Æn.plen᷒ est. hic ergo munera funebres põ pas accipiẽdas dico,ñ dona, q̃ darẽtur pplo, ut qdã itelligũt. Idq; nobis ꝓbabilius uideri facit gladiatorũ munus, & duo theatra,q̃ Curio maxima ex ligno i prno funere ꝟsatili libra mẽto post reditũ faciũda curauit.{Nẽpe st.) declarauim᷒ igr, funebres ludos in honorẽ pris tui faciũdo:,ut tu iusseras de claraŕ atq; renũciare P.R.Sed nec mihi placuit, nec cuiq̃ ami coꝝ tuoꝝ,ut aliqd te abñte fieret,qđ cum uenisses nõ esset in ptãte tua positũ.Nẽpe affirmãtis est,& ꝑmũ locũ in orone po tissimũ sibi uẽdicat.Sic Persius.Nẽpe hoc assidue, est interdũ q̃si rñdentis aduerb.ut Cui tot annos inseruio.nẽpe principi gratissimo.Et nem,ꝑ nẽpe,antiq dicebãt.Studiũ & exercita tio sic dñt.Studiũ ai ad aliqd agendũ diligentiã,exercitatio nẽ ꝟo suscepti act᷒ ꝯtinuationẽ appellam᷒. {Defuit) de aliqñ minuit,ut demẽs,desum.Interdũ auget,ut defessus,ualde fes sus.{Tuo n.)inepti dñt tua pte.Tu dices,tuo noie,meo noie. Ex te,ex me.Verbis tuis,uerbis meis. Tuo iussu,meo iussu,ut meo noie Aristophilo.S.P.dices. {Nec) ꝑ apocopẽ nascitur à neq; c. n. & q. lræ sunt affines & eodẽ loco nec & neq; poni pñt,& hoc à non dñt,qa nõ negat solũ,nec & neq; negant, & copulant,sigñantq; & nõ. Aliqñ nec ꝓ non accipimus,ut Fabius.Persolui gra non põt,nec malo pati.{Fieri)in decla randis munerib.aliqd à nobis fieret.{Cũ u.)Cõiunctiui mo di ꝑticula indicatiuo dari nõ põt. Cũ uenis nõ dicimus,nisi cum pro tꝑis aduerbio capiatur,ut cum pro qñ ueuis.{Inte grum)hoc est in ptãte tua positum. Sic in Tusc.Atq; ei inte grũ qdem fuit.{Sniam)quare hæc pplo declarãda fuisse non placuerit ante reditum tuũ.{Plurib᷒).s.uerbis. {Ad ea med.) nequid ut ꝯtra sniam meã cogitare possis, & obijcere, aut eas leges,& intellige q̃ dicturus sum.{Ad)ꝯtra,ut Prima qđ ad Troiam ꝓ charis gesserat Argis: Aut superi ut Ter.Tum sigs magrm ceperit ad eam rẽ improbũ. {Ne) non solum negãtis uim habet,sed imperantis:hinc est ꝙ nunquã cum prima ꝑ sona singularis numeri iungi põt:nisi intelligatur pro ut nõ, ut si dixeris.Ne dicã doct᷒,sed admodum eruditus.In illa ꝟo particula non uis negantis est,& cum oibus ꝑsonis indifferẽ ter iungi põt. {Imparatum) impremeditatum. {Offendam) inueniam.Terent.in Eun. Offendi aduenięs quendã mei loci atq; ordinis. Et Plaut.in Amph.Aduenięs tenebrosum offen di domi.Alias est lædere.Horat.in poetica.Nec dicet cur ego amicum.Offendam in nugis. Idem. Et crassum unguentum, et sardo cum melle papauer offendunt.{Coram)pñtibus uer bis.{Contra istã tuã rõnem)ne funebria fierent munera. {In meã sniam add.)tibi psuadebo,ut quod ipse sentio, tu quoq; facien d

De modu exequiarũ apud antiquos. — *Inferiæ. Nouẽdiales.* — *Nempe. Nem.* — *Studium.* — *De.* — *Tuo noie.* — *Non nec neque.* — *Ad.* — *Ne.* — *Offendo.*

Ad. Apud. Penes.

faciendum existimes. Ad in cõpositione ualde sigñat, ut Ter. Sancte te adiurat. {Testatum) expositũ. passiue dictũ. {Apud aium) in cogitatione tuæ mentis: apud, & penes ita dñt, ut ingt Põp. q apud personam cũ loco sigñat. Penes uero personam & dñium, ac ptãtem, quod trahitur à penitus. Maioris itaq; sigñonis est penes q̃ apud. Penes me libri sunt, qui mei sunt. Apud me libri sunt, q mei nõ sunt. {Siqñ) interdũ, quasi obiectioni rñdet. {Quod nolim) paréthesis est, quam latine interpositionem sñiæ appellamus. {Consilium) de declarãdis munerib. {Meum ɔsiliũ) i. à tuo alienũ: qđ in reditu tuo audies de non declarandis. {Recordari) actõ potius antiqui q̃ abltõ iungebant: quo & nos uti possumus. {Breui tñ sic h.) paucis ꝟbis intellige. Hæc oĩo dicendi finem oñdit. Sunt. n. q̇dam ꝟba, q̇ ad opis finẽ pertinent, ut hẽs Marce fili munus mea quidem sñia magnum: & alibi. Habes q̇ sentiam Brute de rõne dicendi, & Fabius. & Habes Marcelle Victoris & alibi. Hæc sunt q̇ putaui dicenda hoc tp̃e. {Statum) ɔdõnẽ. {Incidere) à fortuna uenire dedita opa, ut id reip. tp̃s non incideris, sed ueneris. Iudicio. n. tuo non casu in ip̃m discrimen rex ɔtulisti tribunatũ tuũ. {His bonis) uirtutib. & auxilijs, {Nã.) à qua ai bona oriuntur & corporis. Sunt. n. ai bona uirtutes, corporis uero ualetudo, pulchritudo, & hmõi: quibus oibus Curio erat ornatus. {Studio) oium bonax artium disciplina. {Fortuna) diuitijs, opibus & alijs hmõi, q̇ peripatetici inter bona externa numerare ɔsueuerũt, cum tria bonox gña p̃discassent ai, corporis, & fortunę. {In rep.) statu ciuitatis libero. {Muneribus) ludis funebribus, gladiatorijs. {Facultatẽ) qđ facere possis, cũ diuitijs, & opibus abũdas. {Admiratur) admiramur ꝟtutes. Cic. Sæpenumero admirari soleo. Miramur ꝟo moles, ędificia & hmõi. Miratur molẽ Æneas magalia quõdã, dicit aũt q nemo miratur, q hmõi munera p̃stare possis. {Copiax) ad copias rex & diuitias ptinet. Est. n. copia tã singulari numero, q̃ multitudinis rex abundãtia, se cũ copias tñ pluratiue dicimus, exercitũ sigñamus. Terẽ. Prẽ quantas secũ copia adducit. {Nõ uir) ad opulẽtos ingt ista ptinent edendox numex pplõ non ad bonos uiros, q uirtutibꝰ non ludis pplõ grati conatur efficere. {Satietate) quasi tędio istox s. munerũ quotidie spectandox. {Defessus,) fastidio, & despiciẽtia affectus: à defatiscor. Sunt q̇dam participia, q̇ eiusdẽ sigñonis esse uñr: sed longe discrepant, fessus, defessus, lassus, lapsus, laxus, fatigatus, iactatus: Nam fessus ai est & corporis. Defessus plus est q̃ fessus. Lassus p̃terea ai est & corporis, sed quadã laboris molestia quasi ɔfectus. Lapsus itẽ corporis est, atq; ai, sed q labitur. Laxus uero, qui lentus, q mollis est, ut habena, funis, chorda. Virg. *Et premere, & laxas sciret dare iussus habenas.* Fatigatus dr̃ terris. Iactatus mari. {Sed alr̃ atq; ost. fac.) hoc iõ subiũxit, ne ɔtra institutũ facere uideretur. dixerat. n. rõnẽ sñiæ suæ nolle, donec ipse rediret, explicare: uñ quasi ista excedisse demr̃at. {Atq;) p q̃. {Alr̃) ɔtra. Vir. *Dijs aliter uisum.* {Hãc) non bñdixisset istã uel illam. {Differo) progo. {Oñderã) pollicitus fuerã, cum ista ɔstitueram differre in aduentũ tuũ. {Ingredior) accedo, incipio. {Sũma sc.) missa de munerib. q̃õne ad aliam rẽ transit, quod tñ facere nõ solemus, nisi primo fecerimus auditores attentos, interpositis hmõi uerbis, ut de his a l̃s plurib. De his satis, & hmõi. {A sum. uir.) summoq; ingenio, hoc est hoib. qui summa uirtute summoq; ingenio p̃diti sunt qualem te ip̃m oẽs intelligunt. {Ad q̇ oia) q̇ à te expectãtur. {Vt de.) debemus. n. oia p salute reip. uitam ẽt liberorũ: & nr̃am: Brut. & duo Decij sunt exẽplo. {Paratus) dispositus. {Confido) certam fidẽ & spem hẽo. {Plurib.) ad munex. {Maximis) ad magnitudinẽ. {Ciues &c.) ɔciues dixisset multi. Qui. n. dñs ciuitatis est, is hoies illiꝰ ciuitatis suos ciues appellat. Qui uero nõ dñs: sed ex eadẽ ciuitate oriundus ɔciues suos dicit. Vex hmõi drĩam neq; à Cic. neq; ab alijs doctissimis uiris obseruatã inuenio, quox exemplis nos uti poterimus, & ciues & conciues indifferenter dicere. milites uero cõmilitones, serui conseruos, liberti collibertos, discipuli condiscipulos suos appellant. {Vniuersos) quasi usq; ad unum oẽs appellatos. {Afficies) afferes, & dabis plurima, & maxima beneficia. Sed tam in bonũ q̃ in malũ afficere dicimus, ut afficio te iniuria, dolore, molestia, dãno, morte. & afficio te gaudio, uoluptate, diuitijs, munerib. Etsi uoles diffinire qd sit afficere, dicas. Afficere est affectionẽ quandam aiox afferre, unde affectus affectionesq; dñr. Affectionẽ. Cic. ita diffiniuit. Affectio est animi & corporis ex tp̃e de cã mutatio, quam ẽt perturbationẽ possumus appellare. Affectus aũt Cic. in hmõi sigñone non est usus, sed Quint. & alij. {Cognosces) considerabis, & intelliges neminem me hr̃e te ipso chariorem. Nã cognoscere est diligenter & accurate considerare & intelligere.

Parenthesis. Recordor. Admiror. Miror. Copia. Copia. Defessus. Defatiscor. Fessus. Defessus. Lassus. Lapsus. Laxus. Fatigatus. Aliter. Ciues. Conciues. Afficio. Affectus. Affectio. Cognosco.

Ascen.

NEmpe studiũ.) Interrogauerat Curio quare Cic. non curasset p̃ri ludos funebres, ut gladiatorum paria pplõ in arena exhiberi, credebat. n. miserrima gentiliũ supstitio fraude dæmoniorũ seducta sanguinis effusionẽ defunctorũ manibus gratã, ad hoc rñdet Cic. Nempe &c. unde rectius nẽpe q̃ nup legitur. Et uerius noua est ep̃la q̃ supioris ps. Ordo autẽ est. Nẽpe. i. certe, ut rõnem assignẽ ad q̇sita tua, studium. i. diligẽs cura: munerũ. i. spectaculorũ gladiatorij certaminis pplõ quasi p munere in funere parentis, declarandorũ. i. exhibendorũ, noie tuo. i. nois tui, non defuit sup. mihi, sed nec placuit mihi, nec cuiq̃ tuorũ. Quicq̃ fieri te abñte, qđ nõ eẽt integrũ. i. intactũ tibi cũ uenisses ẽ prouincia. Equidem. i. ego q̇dẽ, aut scribã ad te postea plurib. sup. ꝟbis sñiam meam, aut ne meditere. i. exercendo te cogites ad eã offendã te imparatũ. i. oino iprouisum, ut non admonitũ, & dicã corã. i. tibi p̃nti, rõnem meã ɔtra illã. s. tuã. i. tecũ disceptabo, ut aut adducã te in sñiam meã, aut certe. i. saltem, si nõ adduxero, relinq̃ testatum. i. ptestatum apud aium tuũ qd senserim, ut siqñ. i. aliqñ ɔsilium tuũ cœpit displicere tibi. {Quod). i. quã rẽ, nolim. s. accidere, possis recordari meũ. Tñ. i. nihilominꝰ, licet aut pluribus al̃s aut nihil tecũ de ea re agere ɔstituerim, hẽto. s. sñiam meã breui. s. narratione, utpote hẽto, tuũ reditum incidere in eum statũ tp̃um, possis ɔseq oia, q̇ sunt in rep. amplissima, facilius ijs bonis. i. p hæc bona q̇ sunt tibi data, nã, studio, fortuna. Miror cur p̃cipuũ hoium bonorũ datorẽ deũ p̃termittat, nã dantur facundia, firmũ latus, bona ualetudo, & gr̃a ex eis, studio prudẽtia & cetere uirtutes morales, q̃s nisi deus charitate ibuat, nullæ sunt fortuna, diuitię, & pplaris aura. Quàm munerib. i. largitionib. munerũ arenę, quorũ. s. munerũ, neq; qsq̃ admiratur facultatẽ, est. n. ea facultas copiarũ. i. opulẽtię, nõ uirtutis. neq; qsq̃ est q n sit iã defessus satietate. s. spectãdi ea. Sed ego facio alr̃ atq; oñderã. i. indicauerã me facturũ, q igredior, ad explicãdã rõnẽ sñię meę. Quare ego differo oẽm hãc disputationẽ i. i. usq; ad aduẽtũ tuũ. scito te esse i summa expectatiõe, & ea expectari à te, q̇ expectãda sunt à sũma uirtute, & sũmo igenio, ad q̇. s. exhibẽda, si es patꝰ, ut debes. s. eẽ, qđ ɔfido eẽ, ita afficies & nos amicos & ciues tuos uniuersos, & rẽp. plurimis & maximis muneribꝰ. i. re, q̇ gratior erit q̃ si dederis plurima & maxia munera. pfecto tu cognosces illud, quenquã neq; cariorẽ neq; iucundiorẽ esse mihi, te. i. q̃ tu es.

ARGVMENTVM.

GRaphice proponit tria esse epistolarum genera, quorum cum nullo sibi esse utendum censeat, ne nihil scribat, Curionem ad uirtutis amorem accendit, docens illi necessarium esse propter ingentem expectationem P. R. de se, non uulgarem exercere uirtutem. Sunt autem admonitiones argutæ, & præceptoribus in admonendo usurpanda, & discipulis, ut & ipsi ad uirtutem incumbant, non negligenda.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Argumentum epistolæ à Cicerone affectatum est, ut para prosdociam id ageret quod alioqui sine reprehensione uix posset, nempe ut hortaretur eadem ratione, qua sæpius antea. Quod ut non aperte faceret, obstabat nobilis Curionis animus, ne is diffidentia sui labefactaretur.

M. CICERO C. CVRIONI S. P. D.

EPISTOLARVM *genera multa esse non ignoras, sed unum illud certißimũ, cuius causa inuenta res ipsa est, ut certiores faceremus absentes, si quid esset, quod eos scire, aut nostra, aut ipsorum interesset. *huius generis literas à me profecto non expectas: *domesticarum. n. rerum tuarum habes & scriptores, & nuncios: in meis aũt rebus nihil est sane noui. reliqua sunt epistolarum genera duo, quæ me magnopere delectant, unum familiare, & iocosum,* alterum

**alias ĩ huius generis sententia literas. *alias domesticos.*

*alterum seuerum, & graue. Vtro me minus deceat vti, non intelligo. iocer ne tecum per literas? ciuem mehercule nõ puto esse, qui tẽporibus his ridere possit. an grauius aliquid scribam? quid est, quod possit grauiter à Cicerone scribi ad Curionem, nisi de rep? atque in hoc genere haec mea causa est; vt neque ea, q̃ nunc sentio, velim scribere. quãobrem, quoniam mihi nullum scribendi argumentum relictũ est; vtar ea clausula, qua soleo; teq́; ad studium summae laudis cohortabor. est enim tibi grauis aduersaria constituta, & parata, incredibilis quaedam expectatio, quam tu vna re facillime vinces, si hoc statueris, quarum laudum gloriam admiraris, *quibus artibus eae laudes comparantur, in ijs esse elaborandum. in hanc sententiam scriberem plura, nisi te tua sponte satis incitatum esse considerem. & hoc, quidquid attigi, non feci inflammandi tui causa, sed testificandi amoris mei. Vale.*

**alias quibusq́;*

HVBER.

*QVID? tu me hoc tibi mandasse existimas, ut mihi gladiatorum compositiones, ut vadimonia dilata, & Chresti compilationem mitteres, & ea,quæ nobis, cum Romæ sumus, narrare nemo audeat? uide,quantum tibi meo iudicio tribuam: (nec mehercule iniuria: * πολιτικώτερον enim te adhuc neminem cognoui) ne illa quidem curo mihi scribas,quæ maximis in rebus reip. geruntur quotidie; nisi quid ad me ipsum pertinebit. scribent alij: multi nunciabūt: perferet multa etiam ipse rumor. quare ego nec præterita, nec præsentia abs te,sed, ut ab hoïe longe in posterum prospiciente, futura expecto: ut, ex tuis literis cum formam reip. viderim,quale ædificium futurum sit, scire possim. neque tamen adhuc habeo,quod te accusem. neque enim fuit, quod tu plus prouidere posses, quàm quiuis nostrū, in primisq́ ego, qui cum Pompeio cōplures dies nullis in alijs, nisi de rep. sermonibus versatus sum: quæ nec possunt scribi, nec scribenda sunt. tantum habeto,ciuem egregium esse Pompeium, & ad omnia, quæ prouidenda sunt in rep. & animo, & consilio paratum. quare da te homini: complectetur, mihi crede. iam ijdem illi & boni, & mali ciues videntur, qui nobis videri solent. Ego, cum Athenis decem ipsos dies fuissem, multumq́ mecum Gallus noster Caninius; proficiscebar inde pridie non. Quint.cum hoc ad literarum dedi. tibi cum omnia mea commendatissima esse cupio, tum nihil magis, quàm ne tempus nobis prouincia prorogetur. in eo mihi sunt omnia. quid, quando, & quo modo, & per quos agendum sit, tu optime constitues. Vale.*

*.i.ciuiliorem.

QVID tu.) Cic.in Ciliciā proficiscēs mandaue-
rat Cœlio Ruf.ut ad eum de statu reip.sæpe scri
bere,in quo ut ei satisfaceret . Cœlius scripserat
quæcunq; ēt minutissima agebātur. Itaque scri
bit nunc Cic.se non expectare ab eo quæ quoti
die nunt: q a multis alijs scribi poterunt: sed expectare quæ
putātur futura tanq̄ ab hoie prudentissimo, & reip. peritissi-
mo. Id autē dicit Cic. quia iā multo ante olfaciebat discordiā
ciuilē,dissensionē inter Cæs. & Pōp. qd̄ eum dicit se multum
locutum,& ab eo secreta intellexisse de rep.quæ lr̄is non sunt
cōmittēda: affirmat tñ eum bene de rep.sentire,hortatur ita-
que Cœlium,ut ei adhæreat,& eum sequatur.Postremo rogat
ip̄m Cœlium,ut det operam ne tp̄s prouinciæ ei prorogetur,
quia cupiebat finito anno magr̄atus Romā redire . {Quid,)
modus est familiariter corripiēdi & est sensus,cū ego mādaui
tibi ut ad me sępe scriberes:quid existimas me mandasse tibi,
ut ēt ea scriberes. quæ priuata fiunt.{Quid?) deest uerbum,
& subauditur uel dicis rñdes.{Mādasse.)cōmissionem dedis-
se: nā mandata proprie uerbis fiunt.{Cōpositiones,)proprie
dixit,hoc est cōparationes & cōiunctiones, nā alter cōtra al
terꝝ gladioꝝ eligebatur,ut pares pugnarēt,& illa talis cōpara
tio appellabatur cōpositio,quia uidebatur ad cōparationem
poni. Hor.in sermonibus Rupili & Persi par pugnat:uti non
Cōpositus melius cum Bitho Bacchius.{Vadimonia, fideius-
siones.{Dilata,)à ꝑ̄tore. Iuuen. Differt uadimonia ꝑ̄tor. Va-
dari est fideiubere,inde uades fideiussores,ut uolui Festus , q
dātur in re capitali,inueniuntur,tñ & pro cuiuslibet fideius-
soribus.{Chresti)raptoris cuiusdā nomē proprium. {Cōpila
tiones,)furta:rapinas,à pilis telis Roma.nō autē à pilis uellē
dis,q̄ dictio corripit primā syllabam : cōpilo autē producit .
Horat. in sermonib. Ne meo Cōpilasse putes Crispini scrinia
Lippi. Dr̄r autē cōpilare milites,qui occisis hostibus in bello
tollunt insignia.{Mitteres).i.lr̄is.{Et ea,)quæ : nō placet mi
hi,ut carpat hic Pomp. Cæs. & Cra. qm̄ in hac ep̄la laudatu-
rus est Pomp.{Audeat,) ne fortasse offendat aliquē narrādo
ea,quæ sunt contra ius & honestum.{Vide,)pro audi, uel in
tellige : nā sensus sæpe pro sensu ponitur: ut uideo quantum
me ames pro intelligo & cognosco:dictum est supius.{Quā
tum tribuā t.)quanti te æstimē.{Iniuria.)immerito.i.tibi tri
buo multum . πολιτικώτερον.i. ciuiliorē : est autē comparati-
uum ſm formā græcam : qm̄ & à dictione græca deducitur
πολιτικός.i.ciuilis & ciuitatis peritus . {Nec il.) dicit quæ no
lit ad se scribi.{Curo,) cupio.{Nisi q.) i.ꝙ uidebitur tangē-
re uel rē uel honorē meū.{Nūciabūt)uerbis.{Ipse r.f.)ipsa q̄
nihil pōt tacere. {Pręterita nec pr.) q̄ qsqꝫ nō stult⁹ facile pōt
intelligere.{Sed ut).i.sicut.{In pot.)i futuꝝ.{Lōge pro) ual
de prouido & futura ēt intelligēte:qd̄ ꝯtingit solū prudētissi
mis.{Expecto)desidero.Formā:)quasi designationē trāsla-
tio ab architectis,ut Cic.in.i.off. Formā quidē ipsam.M.fili et
tanq̄ faciē honesti uides .{Viderim.) cognouerim. {Aedifi-
cium.)

HVBER.

Mandata
Cōpositio

Vador.
Vadimo-
nium.

Compila-
tio.
Compilo.

Pilum.

cium,) ꝑseuerat in translatione, & est sensus: ut cum uiderim ex tuis lřis qualem opinionē habes de rep. possim cognoscere qualis sit futurus ipse status reip. {Nec tñ.) more amici excusat eū: quid nihil adhuc de his rebus ad eū scripserit. {Adhuc) hucusq;. {Fuit) aliqd. {Prouidere,) ad prospicere ante uidere. {Quiuis.) quilibet. {Nřm,) mei & ceteroꝝ ciuiū Romanoꝝ. {In pri.) præsertim. {Ego subaudi q̃, ut sit q̃ ego. {Cós plures). i. multos, absolute. n. sine cōparatione ponitur. {Versatus sum,) assidue lui. nā uersari est in aliqua re esse. {Quæ) subaudi eoꝝ: ut fit in sermonibus eoꝝ. i. eaꝝ reꝝ. {Quæ nec pñt scribi pp mul.) qa penē infinita locuti sumus. {Nec scribēda sunt,) qa arcana sunt nec p lřas diuulganda. {Habeto,) scito. {Egregiū,) optimū. {Paratū.) prōptum: aio, audacia, & fortitudine. {Cōsilio,) prudentia. {Prouidenda,) pręparāda. {Da te hoi,) sequere hoiem, & ei obsequere. {Homini,) Pōpeio. {Cōplectetur,) accipiet. cū amore & charitate. {Illi,) Pom. {Videntur,) iudicantur. i. eosdē existimant, & bonos, & malos ciues: quos ego bonos, & malos iudico. {Ipsos decem). l. totos decē dies. {Multum,) sępe per illos decem dies. {Mecū) subaudi fuisset. {Noster,) amicus utriusq;. {Proficiscebar,) discedebā. {Inde,) Athenis. {Quintiles) Iulias. {Pridie nonas) sexto die Iulij: q est pridie nonas. {Cum,) qñ: quo tpe. {Hoc lit.) has lřas: hoc substātiue ponitur. {Tum) maxime. {Nihil magis,) cupio esse ꝯdemnatū. {Quā,) subaudi hoc. {Ne tps,) spacium tpis, administratio. {In eo,) ne tps ꝓrogetur mihi. {Oia sunt,) oia constitui: qa nihil aliquid peto: si modo id assequi potuero. {Quod.) q res, ne prorogetur tps. {Qñ,) quo tpe: an statim acceptis lřis meis, an expectata opportunitate alius tpis & diei. {Quō,) qua uia, qua rōne. {Per quos,) quorū fauore & suffragio. {Agendū,) tractandū. {Tu,) q es sapientissimus & es Romæ. {Constitues,) iudicabis: dispones.

Versor.

ASCEN.

QVid &c.) Scribitur ad Cœlium Rufum, cui Cic. in Ciliciā proficiscēs mandarat, ut sæpius, ad se de rep. scriberet, Cælius aūt ludrica rescripserat. Vnde Cic. Quid? modus est interrogandi existimas tu me mādasse tibi hoc, ut mitteres mihi. s. in scriptis. cōpositione. i. paria, nam pares ferē cōponebātur ad certamen gladiatoꝝ. s. in arena, & uadimonia. i. fideiussiones sistendi se aut aliū in iudicio, dilata. s. à ꝑtore, & compilationem. i. furta, & spoliationē Chresti. i. rem, quā Chrestus fur notorius fecerit. Et ea quæ cū sumus Romæ nemo audeat narrare nobis, eo nimis quilia sunt. Vide quantū ego tribuā tibi meo iudicio, nec mehercule iniuria sup. tribui mihi tm enim. i. qa ego neminē cognoui adhuc πολιτικώτερον politicoteron. i. ciuiliorē te, πολιτικός grece est ciuilis aut urbanus, unde fit cōparatiuus πολιτικώτερος. i. ciuilior & urbanior. Ne qui dem. i. non ēt, curo, ut sup. scribas mihi illa quæ gerūtur quotidie in maximis rebus Reip. nisi qd. i. aliquid sup. eoꝝ pertinebit ad me: alij scribent. s. ea, multi nunciabūt sup. ea, & ipse rumor, qui incertū habet auctorē, perferet et multa. Quare. i. Quamobrē, ego nec expecto abs te nec ꝑterita nec pñtia, sed futura, ut ab hoie prospiciēte longe in futuꝝ, ut cū uiderim ex tuis lřis formā Reip. possim scire, quale ædificium. i. qualis structura status eius, sit futura, aut futurus, metaphora ab ædificio, cuius cōspecto fundamento facile ꝑspicitur. Neq; tñ habeo adhuc quod. i. pp quod, ego accusem te. Neq;. n. fuit sup. aliquid, quod, aut causa, qđ tu posses puidere plus q̃ quis nřm, & in primis. i. ꝑcipue ego. i. quā ego, qui uersatus sum cū Pomp. cū plures dies in nullis alijs sermonib⁹ nisi de Rep. in sermonibus inq̃ eoꝝ quæ &c. sic exponit Hubertinus: pōt ēt sic accipi: Quæ. i. quæ res habitæ cū Pomp. nec pñt scribi, qa multa sunt, & disceptādo sine diffinitione aliqua iter nos dicta, nec sunt scribēda. i. talia quæ debent scribi, eo ꝙ multa sæpe cū amicis fabulando dicimus, q̃ nolumus scriptis mādare. Tantūmodo habeto. i. pro certo teneto Pomp. esse ciuem egregiū. i. non uulgarē, sed excellenter laudabilem, & paꝝ, & aio. i. uoluntate & ꝯsilio. i. prudentia, ad oia quæ sunt prouidēda in Rep. Quare. i. quāobrem, da. i. accōmoda, aut dede te hoi. s. Pomp. cōplectetur sup. te. i. te suspiciet, crede sup. id mihi. Illi ijdē uñr iam nobis & boni, & mali ciues, q solent uideri, hoc est illi boni, q solēt uideri boni, & illi mali, q mali. Ego cū fuissem Athenis decē dies ipsos. s. qbus cū Pom. in sermonibus de Rep. ꝟsatus sum, & C. Caninius nř. s. amicus aut familiaris, fuisset multū. i. ꝑ multa parte tpis, ꝓficiscebar. i. discedebā inde ꝓdie nonas q̃ntiles, i. q̃ nūc sunt Iuliæ, cū. i. quo tpe, ego dedi. i. misi, ad te hoc lřaꝝ. i. has lřas. Attēde nō recte scriptū fuisse Nonas Iulias, qa quo tpe hæc scripta sunt, nondū Quintilis. i. Iulius, q q̃ntus à Martio, & Sextilis. i. Augustus, q sextus est ab eodē, à Iulio & Augusto denominationē sumpserāt. Cū. i. ita sit ꝙcupio oia mea. i. negocia esse cōmēdatissima tibi, tū nihil magis. i. uehemēti⁹ sup. cupio, q̃ ne tps ꝓuinciæ. s. gubernādę ꝓroget. i. ꝓlōgetur et extēdatur mihi. in eo. s. obtinēdo sunt mihi oia mea sup. uota aut cōmoda. s. curare ne ꝓuincia ꝓroget mihi. qñ. i. quo tpe, & quō & p quos sit agēdum ꝯstitues. i. iudicabis et discernes, optime. i. cōmodissime.

ARGVMENTVM.

Gratulatur Cœlio, quod ædilitatem assecutus est, cū expulsione aduersarij competitoris, quem plurimi putant Attilium fuisse: hominem uanum, non minus tamen gloria cupidum, & iactabundum, ut qui iactauerat se omnia quæ uellet, assecuturum fauore iuuenum gratiosorum, quos in sua potestate habebat. Vnde Cicero ut Cœlio, qui de ea uictoria gloriatus est, complaceat, significat se gestire præ lætitia, & uix seruasse modum, & in animo planè egisse petitionem illam, ut ad oculos referret, & profusius rideret. Subobscura est epistola, quales sunt in quibus perplexe loquutur.

GILBERTI LONGOLII LEMMA.

Gratulatoria est epistola, qua de dignitate & repulsis competitoribus illi congratulatur.

M. CICERO PROCOS. M. COELIO RVFO, AEDILI CVR. DES. S. P. D. 9

*PLVRIMVM tibi, ut debeo, gratulor, lætorq; cū præsenti, tum etiam speratа tua dignitate, serius, non negligentia mea, sed ignoratione rerū omnium: in ijs enim sum locis, quò et propter longinquitatem, & propter latrocinia tardissime oïa perferūtur. & cum gratulor: tum uero, quibus uerbis tibi gratias agā, non reperio, quod ita factum sit, ut dederis nobis, quē admodū scripseras * ad me, quē semper ridere possemus. itaq; cū primū audiui, ego ille ipse factus sum, (scis quē dicam) * egiq; oēs illos adolescentes, quos ille iactitabat, difficile est loqui. Te autē contēplans * absentē, et quasi tecum corā loquerer, Nō ædepol quantā egeris rem, neq; quantum facinus feceris. quod quia præter opinionem mihi acciderat, referebam me ad illud: Incredibile hoc factū obijcitur. repente uero * incessi oïbus lætitijs. in quo cum obiurgarer, quòd nimio gaudio pene desiperem, ita me defendebā: Ego uoluptatem * animi nimiam. quid quæris? dū illum rideo, pene sum factus ille. sed hæc pluribus, multaq; alia & de te, & ad te, cū primum ero aliquid ocij nactus. Te uero mi Rufe diligo; quem mihi fortuna dedit amplificatorem dignitatis meæ, ultorem non modo inimicorum, sed etiam inuidorum meorum; ut eos partim scelerum suorum, partim etiam ineptiarum pæniteret. Vale.*

* alias, Primū tibi.

* alias, ad me quod.

* alias egoq;.

* alias absentē quasi.

* alias imersi.

* alias habui, uel hoi.

PRIMVM tibi.) creatus erat Cœlius ędilis: curulis cōpetitore, ut qdā uolūt, Attilio: quodam hoie & gl̃ioso iactatore: q ante repulsam ædilitatis iactauerat se hře quoldā iuuenes gl̃osos: quoꝝ suffragijs oia possit obtinere, quæ uellet: quos & tūc ēt iactabat. Itaq; primū Cic. gratulatur Cœlio, ꝙ factus sit ędilis, deinde agit ei gr̃as: ꝙ dedisset ei quē posset ridere. nā scripserat Cœlius q̃ solit⁹ esset iactare cōpetitor suus Attilius: quē in petitione ædilitatis supaſſet: de quo tñ se risisse scribit Cic. ut penē uideretur desipe. Postremo signāt suū erga Cœliū amorē meritū & debitū. {Pñti) ædilitate. {Sperata) futura: qa postremū te ad maiora uētuꝝ spero. {Serius.) tardius: subaudi gratulor. {Ignoratione r. o.) q ignoro oia, quæ Romæ tā publica q̃ priuata fiunt, pp longinquitatē locoꝝ, ut subdit. {Quō,) ad q loca. {Tardissime,) post multum tēpus, latrocinia, grassationes & pericula latronum, q obsidēt uias. {Tū uero.) maxime ꝑter gratulationem. {Quibus uerbis,) q̃ oratione.

HVBER.

ōtione.{Grās agam) quia hanc rem sibi adeo gratam ōndit, ut se ei obligatum existimet.{Ita f.)ita ɔsecutus qđ uolebas. {Semper) quia habebimus istum, de quo scribis: perpetuam risus & ioci cām & mām.{Audiui) inanem iactantiam hois. {Ille ip.f.)f.repūtaui illum & factus sicut ille.{Scis) .q.d.nō uult aperte notare. {Egi) repūtaui, finxi, uerbum comicum. {Iactitat)oñtat, Inaniter laudat.{Adolescētes)iuuenes.{Difficile est I.)ne intelligatur ab oibus.{Contemplans)ɔsiderās. {Abnitem)à me,quia es Romæ.{Quasi) tanq.{Corā) in presentia.{Egeris)perfeceris consilio tuo.{Facinus)factum in bonam partem.{Feceris) quia agimus aio & consilm: facimus rebus.{Præter op.)præter expectationem, quia aliquid leris pferat Cœlius esse factum, quod Cic.nunquam esset opinat', & est sensus.Ego ɔtemplans te abñtem,nnn ɔtemplans quantum egeris facinus,referebā me ad illud &c.quia te ɔtemplabar non aūt id quod fecisses, ideoq; uidebatur mihi incredibile.{Referebam me)reuocabam me,redibam.Ad illud: ondit quid sit illud.f.incredibile:grauius est.n.incredibile:q̄ inopinatum & præter spem,& subaudi incredibile esse, uix.n.poterat Cic.credere.{Factum obij.)i. occurrit mihi esse factum à te,quod scripseras.{Obijcitur) .i.quasi ante oculos offertur. {Repente) statim,ut credidi esse fcm.{Incessi) ingrui,inuasi. {Oibus lęt.)in oia gaudia.Incessere.n.dtō iungitur,ut Virg. 4.Georg. *Nam sæpe duobus Regibus incessit magno discordia motu*, quidam tñ uolunt hæc oia uerba incredibile usq; ad hunc locum:oibus lætitijs esse ex ueteri comœdia:quia lætitijs in plurali,non uideatur Ciceronianum uerbū.{In quo) in qua re, ꝙ redundarē oibus lætitijs.{Obiurgarer)repbenderer, qa uidebar facere pter grauitatē meam: nam nimia lætitia iudiciū est tum imprudentiæ,tū leuitatis,ideo dixit.{Pene)ferè.{Desiperem)insanirem.{Defendebā)aduersus obiurgantes.Ego, subaudi existimo.{Voluptatem)lætitiam.{Nimiam) immoderatam: hoc est non puto homines posse satis seruare modum in uoluptate sua.{Quid quæris) quid plura,quid opus est uerbis,est.n.dicendi modus,cum paucis uolumus ondere aliquid.Horat.in epistolis: Quid quæris? uiuo & regno sil ista reliqui.{Illum)ciuem,dedisti mihi ridendum. {Sum factus ille).i.ferè factus alijs deridendus,qa nimio gaudio pene desipiebam.{Ille).i.ridiculus sicut ille.{Pluribus) Subaudias uerbis,scribam de hac re.{Multa alia)scribam.{De te)de rebus tuis.{Ocij)quietis,uacationis,à negocijs meis.{Rufe) Appellabatur.n.M.Cœlius Rufus.{Amplificatorem) quia sp fauerat Cic.in obtinendis dignitatibus.{Vltorem)uindicatorem.{Inimicoꝝ) q mihi nocuerunt.{Inuidoꝝ) qui fortunæ & dignitati meæ inuiderunt,qdam uolunt hic Pōp.à Cic.latenter pulsari,q impulerat cōpetitorem Cœlij,ut candidatus peteret ædilitatē,quo succūbente dicit Pōp.q eum impulerat, uindicatū esse à Cœlio pro Cic.cui ipsi Pōp.uidebatur inuidisse,qm̄ passus est eum mitti in exilium,sed nō placet,ut de Pōpeio intelligatur,sed potius gnālr de oibus inuidis eius.{Sceleꝝ)quia me inique eiecerunt ex urbe,& ad inimicos retulit. {Ineptiaꝝ)ad inuidos,q multa inepte i me dixerūt &fecerūt.

PHIL. Primum tibi,) Cic.Cœlium Rufum singulari beneuolētia complectebatur,& amicoꝝ est rebus lecūdis amicoꝝ gaudere,aduersis dolere,lætatur itaq; Cic.primū: atq; illi ɔgratulatur,ꝙ ædilitatem Curulem ɔsecutus sit, uel pſertim ꝙ in ea petēda C.Attilium competitorē exiuerat iactabundū hoiem, qui dicere solitus erat oēs adolescentes R.hēre se qui in eo magistratu ɔsequendo suffragarentur. Agitq; ex hoc illi grās, ꝙ hoiem dederat, quem semper ridere posset,scripserat.n.Cœlius quæ Attilius iactare solebat,quibus Cic.risu emori quodāmodo uidebatur,singularem deinde suum amorem Cic.in Cœlium oñdit.{Dignitate)nunc ædilitatem intelligit, sed dignitas est,ut à Cic.diffinitur:alicuius honesta.& cultu & honore digna auctoritas:cuius uero ptātis esset ædilitas,supius diximus.{In ijs.n.sum I.)in Cil.{Quò)in quam Cilic. {Tardissime)post longū tpis spatium.{Propter l.)q à uiolatorib' fiebant,prius q Cic.puinciam ingrederetur.Sed inqt Strabo,ꝙ multa in Cil.latrocinia exercebantur:uñ & piratæ Cilices appellantur.Sed Cilices ut piratæ fierent:cā fuit Tryphō, & regū ignauia. quia tunc Ciliciæ ac Syriæ ex successione imperabant.Latrones uero in bonā partem accipiebant antiqtus,& ꝓ eis qui ɔducti militabant,à λατρεύω quod est colo.& seruio appellati.nūc aūt ꝓ crassatorib.& q in uijs ex latere adorium tur,& grassantur,aut latēter,& ex occulto insidiātur.{Perferūtur)ta in simplici,q̄ in cōpositio multas id uerbū sighōnes amplectitur. Est.n.ferre,portare,oñtare,hēre,pati,ɔferere,disturbare,dicere,dare,exhibere,dirigere,ducere. In cōpōne ꝓ ꝓ qualitate cōpositi sighātia sumit ut efferre: id sepulchrū portare.Ter.Effertur funus,& extra ferre.Liu.Oia ex oppido efferūtur.{Differre)in longū trahere.Cic.in aliud tps differrē dū puta.Virg.*Distulit,in seram cōmissa pacula mortē*,& difiam esse, ut murus & paries dfnt.& hoc loco pferre sighāt portare,& denunciare alibi ꝓo tolerare,& pati. Ter. Oēs pferre,ac pati. & hmōi multa cū hoc ꝓbo cōposita uariā sighōnē accipiūt. {Et cū g.)Cū & tū interdū sighāt quàuis, & tñ: ut hoc loco intelligendū puto,& alibi Cic.cū in oib.causis grauiorib.Ci. Cęſ.initio dicēdi cōmoueri solcā uehemēter,q̄ uel usus,uel ętas mea uī postularet:tū in hac ita me multa ptarbāt.{Quib' ꝓbis tibi grās agā)adeo mihi rē gratā fecisti, ut tibi ppetuo me debitoꝝ agnoscā: & quo satis tibi dignas agere grās possim nō repio. Agimus uerbis grās,hēmus aio, referimus factis.Plac' ad Cic.Immortales ago tibi grās: agamq; dū uiuā, nā relatuꝝ me affirmare nō possum.Cic.ad Vat.Nec.n.tu mihi grām habuisti:uerūetiā cumulatissime retulisti. Sed referre grām tā in bonā,q̄ in malā partē dicere possum'. In bonā Cic.q̄ pietas erit in referēda grā iucunda.In malā.Ter.Quicqd uenire in mentē nunc mihi possit,q referam illi sacrilego grām:qui hoc supposuit nobis. Reddere uero & psoluere grates dñt poetæ.Virg.Grates psoluere dignas. Aliud pterea non tandum puto,ut Ip dicas. Agō grās pluratiue,et hēo grās uel grām utroq; numero & refero grām numero singulari, raro aūt uel nūquā referō grās numero multitudinis dicim'.Illud ꝓo ꝙ in hac sighōne multi rē gratiorē dñt:nō est latinū, sed barbaꝝ.Nec referre deo grām dicimus,sed grās agere,aut hēre,eo dē mō quo salutamus deos.{Qđ ita f.) q.d.qđ optabas adeptus sis.{Dederis)ɔstitueris.{Quę sp rid.poss.)ea uidelicet,q C. Attilius cōpetitor tuus iactabat: aut quē legendū: ut de eo sic intelligat: dedisti nobis unūq; nobis ppetuā pbebit ridēdi atq; iocādi mām,ɔtēplando eius ineptias.{Cū p.aud.)ad me de Attilio scripseras siue ipm Attiliū,quē mihi tuæ līæ attulerūt,tanq loquentē me corā.{Ipso ille f.fū) pñtando illū tanq mimus,q̄si sum factus ille Attilius. {Scis quē d.) nolebat ab alijs intelligi,sed Attiliū dicebat. {Ego) tāquā min' repūtaui gestu & ꝓbis.{Quos ille iact.)in laudē suā,& dicit oēs se hēre adolescentes Rom.in suffragijs gratiosos.Iactare est inaniter gloriari.Virg.Illa se iactet in aula.{Facinus,) nūc fcm bonū,interdū & malū,ut mors,& ueneñū.{Egeris & fe.)agimus aio & ɔsilio,facim' re ipsa,& manu.Sed ista ɔfundūtur.{Opinionem)expectationem.Scripserat.n.aliquid fortasse Cœli',qđ Cic.minime cogitarat.{Contēplans) ɔtemplatur .n. non qd egerit,sed illud abñtem.{Referebam)reducebā.Ordo est.Cōtemplans te absentem referebam mea illud.{Incredibile hoc fa.obije.) Verba ut sint,q Attilius dicere solebat,& quo magistratum impetrare non potuit,quē Cœlius ɔsecutus & admirans,& dolens Attilius dicebat.{Obijcitur hoc in fa.incr.) ꝙ Cœlius potius magistratū ɔsecutus sit, quàm ego: alij aliam afferunt fniam,quæ mihi non placet.{Oibus l.) bene lætitijs & non gaudijs.Est.n.gaudium sapientis, lætitia insipientis, ut in Tusculanis Cic.dixit.Et sunt ista non Cic.uerba, nō.n. ipse lætitijs pluratiue dixisset.Sed ex Cæcilio ueteri comico i hūc cū Cœlio sermonē ad maiorē ai uoluptatē accepta.{Ego uo.h.n.)deest uerbū puto,qđ ex nimia lætitia, aut indignatiōe plerūꝗ dimittitur.tā apud oratores,quàm apud poetas. Et est sensus.Puto ego imoderatā hoium uoluptatem seruare nō posse rōnem & modū.{Dū illum r.) C.Attiliū.{Pene ille factus sum) hoc est,ut ego ita essem oibus ridiculo hñdus ex nimio risu & lætitia, ut Attilius nobis erat ineptijs suis ridendus.{Cum p.)duæ dictiones.{Ero na.) inuenero. sunt.n.qdam participia,q sighōnem sui uerbi non hñt,ut natus.{Diligo) min' est diligere quàm amare.Cic.ad Brut. L.Cl.ualde nos diligit.aut,ut uerius dicā,ualde nos amat. Et alibi.Sic facies,ut me aut amabis,aut qđ ɔtentus sum,diliges.{Inimicorū)Clodianos intelligit.{Honestum)publicū,inimicū priuatū,accipimus.{Inuidoꝝ)nou audet apte loqi: sed Pomp.intelligit.q Cic.defensionē ɔtra Clodiū recusauit, & eū passus ē i exiliū mitti,& i petitione ædilitatis fauit Attilio,de quo nūc agitur.imo eū ad petendā ædilitatem in cōpetentia Cœlij cō pulit:

Ago. Facio. Incessere. Dignitate Pyrata. Latrones.

Fero. Efferre. Differre. Perferre. Cum et tū

Ago gratias. Habeo gratiam. Refero gratias. Reddo grates. Persoluo grates.

Iactare Facinus

Gaudium Lætitia

Diligo Amo.

pulit: In qua superatus est à Cœlio contra uoluntatẽ,& uim Pomp. {Scelerꝫ suorꝫ) cum omnia Cic. bona dissipassent, qñ in exiliũ eiect⁹ est,& ad inimicos referendũ est. {Ineptiarꝫ) ꝙ Pŏp.Cic.opẽ petẽti aduersus Clodiũ pstare noluisset,& hoc ĩ uidens. Potest & id esse gñalr dictũ sine aperta nota Pŏpeij.

ASCEN.

PRimũ) Gratulatur Cœlio ꝙ ædilitatem cũ explosione aduersarij assecut⁹ sit, qd' quasi assentiatur, facit, Sed pplexe, uñ obscurior est epła. Ordo añt est. Ego gratulor primũ tibi, ut debeo,& lætor.i.gaudeo,cum pñti dignitate tua, qa ædilitatẽ assecutus es, tum ẽt sperata, qa sperat reliquos magratus cum tpe assecuturꝫ, aut sperata à nobis priusq̃ obuenisset: gratulor inq̃ serius.i.tardius q̃ deceat, aut aliquantulũ tarde, nõ negligentia mea, sed ignoratione rerꝫ oium.s.q̃ geruntur Romæ. Ego.n.sum in his locis, quò.i.ad quæ oia pferuntur tardissime,&.i.pariter, pp longingtatem,&.i.pariter, pp latrocinia.i.impedimẽta & pericula, pp latrones & obsessores uiarꝫ. Et cum.s.ita sit ꝙ gratulor. Tum uero.i.multo uerius, nõ reperio quib.uerbis agam tibi grãs, ꝙ ita factus sis.s.ædilis, ut dederis nobis quemadmodũ scripseras ad me, sup. C.Attiliũ hoiem uanum & futilẽ, quẽ possemus ridere sp. Itaq̃.i.& ita, cũ ego audiui primũ, ego factus sum ille.s.per imaginationẽ .i. finxi me esse illũ: tu scis quẽ dico.q.d.scĩ sum C. Attilius & egi.i.repñtaui ẽt per imagiuationem, oẽs illos adulescẽtes .s.gratiosos. Quos ille iactitat.s.sibi suffragaturos fuisse. Difficile est loq.s.ne intelligat ab oibus, aut potius, qa risu impedior cũ ista q̃ scripsisti recolo. Autẽ.i.sed ego ꝯtẽplãs te abñtẽ & quasi loq̃rer tecũ corã, ædepol.i.p ædẽ Pollucis, non sup. ꝯtemplãs, quantã rẽ egeris, neq̃, quantũ facinus feceris.s.uincendo Attiliũ qd'.s.p imaginationẽ assumpsisse psonã Attilij sine ꝯtemplatione uictoriæ meæ.i.adhuc talis qualis erat anteq̃ uictus esset, acciderit mihi pter opinionẽ, nihil tale optãti, nec putãti, ꝙ psonã eius assumpserim in aio meo, referebã me ad illud.i.totus uersabar in ea cogitatione, ac si essem Attilius,& sup.hoc incredibile.s.quod tu eũ sic uicisti, obijcitur .s.cogitationi meæ, ꝟo.i.sed incessi, alij ab incesso, ego ab incedo deductũ puto.i.pŏpose ingressus sum, sup.cũ oib. lætitijs.s.ꝙ cũ illius psonã egissẽ, repẽte ad me reuersus p imaginationẽ, tñ intellexi te uictorẽ, quo.s.sup bo incessu pp lætitias, cum obiurgaret.s.phatastice, ꝙ desiperẽ penè.i. insanirẽ quasi nimio gaudio, defendebã.s.per imaginationẽ q̃si in somno, me ita.s.his ꝟbis. Ego habui nimiã uoluptatẽ,& ita nimiũ risi. Facile adducor in eorꝫ sniam, q̃ cẽsent hunc locũ esse totũ in aliqua ueteri comœdia sicut in 1.lib.locũ ex Eun. Terentij non multo minorem assumpsit. Nã lætitijs Cic.non dixisset. Sunt ista uerba alicuius glriantis de se, q̃ cũ quadrẽt hoi à Cœlio uicto, adducuntur à Cic. Quid q̃ris.s.sinẽ phantasię, aut imaginatiõis meę? Dũ ego rideo illũ.s.à te uictũ Attiliũ. factus sum penè.i.quasi ille.i.ridiculus ut ille. Sed hæc: sup. ut scribentur à me, pluribus sup.uerbis, multaq́; alia: & de te .s.dicta,& ad te dicta: sup.scribẽtur à me plurib. cũ primũ nactus ero aliqd ocij. Vero: p sed.ò mi Rufe. ego diligo te ut potẽ quẽ fortuna dedit amplificatorẽ dignitatis meæ,& sup.ultorẽ, nõ mõ inimicorꝫ, sed ẽt inuidorꝫ meorꝫ, ut pœniteret eos partim scelerꝫ suorꝫ, partim ẽt ineptiarꝫ, ut eum quem nunc taxat, in quo se ultum dicit Cic.eo ꝙ sibi quoq̃ aduersari' esset.

o. RIV. Amend.

IN quo cum obiurgarer, ꝙ nimio gaudio penè desiperẽ, ita me defendebã, Ego uoluptatẽ hoi nimiam) legẽdũ. {Ago uoluptatẽ hoim nimiã) p, effingo & exprimo. Sic.n.exẽplar quoddã calamo descriptũ,& eo in sigñatu qd' hic utitur Cic. cũ aliàs idem, tum paulo quoq̃ superius est hoc uerbo usus.

A R G V M E N T V M.

COnqueritur se nullas à Cœlio literas post ædilitatem eius accepisse, reijciens culpam in tabellariorum timorem, qui non audebat propter latrocinia literas perferre. Vnde ueretur eandem calamitatem literis suis ad Cœlium accidisse: scribit tamen quod in Cilicia gesserit, non sine laudis suæ amplificatione.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Ne alienet à se Cœlij animum exprobatione immemoris officij, quod in nouis dignitatibus nõnunquam solent mutari animi, culpam in tabellarios consilio transfert. Deinde res gestas suas cum amplificatione exponit: scilicet ut dignum se esse ostendat amicitia & familiaritate Cœlij.

M. CICERO IMP. M. COELIO RVFO,

AEDILI CVR. DES. S. P. D. 10

*TV VIDE, *quàm ad me literæ nõ perferantur. nõ.n.adduci possum, ut abs te, posteaquam ædilis factus es, nullas putẽ datas; præsertim cũ esse tanta gratulationis: de te, quia, quod sperabam: de illo, (balbus.n. sum) quòd non putarã. atqui se habeto, nullam me epistolam accepisse tuam post comitia ista præclara, quæ me lætitia extulerunt. ex quo vereor, ne idem eueniat in meas literas. equidem nunquam domum misi unam epistolã, * quin esset ad te altera. nec mihi est te iucũdius quidquam, nec carius. sed balbi non sumus. ad rem redeamus. Vt optasti, ita est. velles * .n.ais, tantũ modo ut haberẽ negocij, quod esset ad laureolam satis. Parthos times, quia diffidis copijs nostris. ergo ita accidit. nã, * Parthico bello nunciato, locorũ quibusdã angustijs, et natura montiũ fretus, ad Amanũ exercitũ adduxi, satis probe ornatũ auxilijs, & quadam auctoritate apud eos, qui me non norant, nominis nostri. multũ est .n. in his locis; Hiccine est ille. qui urbẽ? quem senatus? nosti cetera. tũ uenissem ad Amanũ, qui mons mihi cum Bibulo cõis est, diuisus aquarũ diuortijs; Cassius noster, quod mihi magna uoluptati fuit, feliciter ab Antiochia hostẽ reiecerat. Bibulus prouinciam acceperat. interea eum meis copijs omnibus vexaui Amanienses hostes sempiternos. multi occisi, capti: reliqui dissipati. castella * munita, ĩprouiso aduentu capta, & incensa. ita victoria iusta imperator appellatus apud Issum, quo in loco sæpe, ut ex te audiui, Clitarchus tibi narrauit, Darium ab Alexandro esse superatum, abduxi exercitũ ad infestissimã Ciliciæ partem. ibi quintũ et vigesimũ iã diẽ aggeribus, vineis, turribus oppugnabã oppidum munitissimũ *Pindenissum, tãtis *opibus, tãtoq́ negocio, ut mihi ad summã gloriam nihil desit, nisi nomen oppidi. quod si, ut spero, cepero: tũ uero literas publice mittã. Hæc ad te in pñsenti scripsi, ut speres te assequi id, quod optasses. sed, ut redeã ad Parthos: hæc æstas habuit hunc exitũ satis felicẽ. ea quæ sequitur, magno est in timore. quare mi Rufe vigila, primũ ut mihi succedatur: sin id erit, ut scribis, &, ut ego arbitror, * spissius; illud, quod facile est, ne quid mihi temporis prorogetur. De rep.ex tuis literis, ut antea tibi scripsi, cũ præsentia, tum ẽt futura magis * expecto. quare, ut ad me oĩa quãdiligentissime perscribas, te vehementer rogo. Vale.*

* alias quàm temere cũ ad. uel, temere.

* alias quin etiam esset.

* alias enim ut ais.

* Vide epistolã 4.li.15.

* alias minuta.

*Strab. lib.7.

* alias operib.

* alias serius.

* alias exopto.

HVBER.

TV uide,) Primũ Cic.dicit se nullas à Cœlio lr̃as accepisse postq̃ sit factus ædilis, uereriq́; ne & suæ redditæ nõ sint Cœlio: deinde br̃ exponit qd in Cilicia gesserit cum magna sui nois laude et glr̃ia. Tu uide.i.audi. {Quã timide) quãto timore pferentium,& subaudi pferãtur. {Quã no.) correctio ꝙ dr̃ timo q̃ nõ pferantur qa nõ mõ timide pferũtur, sed nullæ oino, puto tñ textum fuisse deprauatum: ut p uide additũ sit timide, cum ita debeat legi, tu uide q̃ ad me literæ tuæ nõ perferantur. Non.n.probat ꝙ nõ pferantur, qa nullas ab eo accepit: nec sibi persuadere põt eum nullas scripsisse. {Adduci) compelli, ad credẽdum psuaderi. {Vt putem) ut existimẽ. {Datas) tabellarijs ad me. {Tanta) tam magna, tanti põderis .s.ædilitas tua. {Gratulationes) amicorꝫ tuorꝫ, quia supaueris cõpetitorem tuum: fuit autẽ scripta hæc epła añ supiorem, ut apte patet. {Quia de nihilo) eclipsis, deest.n. ꝟbum,& subauditur ꝯsecut⁹ est de nihilo.i.de minima impẽsa tua. {Qd' sp.) ædilitatẽ & uictoriã aduersus cõpetitorẽ tuum. Balbus.n.qa non expssit ꝟbum, iõ subdit balbus sum: nõ audeo efferre qd sentio, nam balbi dñr q uitio linguæ non bñ pñt exprimere uerba. Persius, Rancidulum quiddam balba de nare locutus. {Quod) quã rem, me esse balbum. {Non put.) qa putarã me posse libere loqui: sed ideo difficile esse loqui, {Comitia tua)

Balbus Aedilis

postq

postq̃ creatus es ædilis. nā in creatione ædilium fiebāt comi-
tia in cāpo martio, ubi ꝯgregabatur pp̃ls, ædilis aūt magr̃at⁹
erat, q non tm̃ sacrarum: sed ēt priuatarum ædium curam gerebat.
Erat aūt ædilis curulis q ex pr̃ibus creatus sella curuli ueheba-
tur, ædilis aūt plebis hæc munera habebat, ludos instituere
& curare: ut cloacæ publicæ & aquæ ductus ceteraq; ædifi-
cia lauta, munda, integraq; seruarentur. Itē q̃ uitiosum ꝓ syn-
cero, malū pro bono, fractum ꝓ integro uenisset ædilitio di-
cto redhiberetur, & mēsuras & pondera iusti curabat & cete-
ra sim̃ia. {Præclara) q̃a cum magno honore tuo declaratus es
ædilis illis comitijs. (Extulerunt) arrexerunt & sublimauerūt
me gaudio, nā ut dicimus ꝑmi dolore, ita arrigi lętitia. Virg.
His animum arrecti dictis & fortis Achates, Et pater Aeneas. {Ex quo)
ob quam rē q̃a nullæ tuæ lr̃æ ꝑlatæ sunt ad me. {In meas) de

Equidem

meis lr̃is ne ad te ꝑferantur, sicut nec tuæ ad me. {Equidem)
affirmatiua particula: & dicit se sæpe scripsisse. {Domum) Ro-
mam ad meos. {Alter ra.) ep̃la quā ad te scribebā. {Balbi non
su.) q̃a iam apte loq̃tur. {Ad rē) non ad mentionē ipsius Cœ-
lij intellexit: de quo supra dixit, sed ad rem suā, q̃a inceperat
loqui de lr̃is, quas ad Cœliū scripserat. {Vt opt.) de me fore.
{Ita est) ita euenit. {Velles) dicit q̃d id optasset: nā Cœlius di-
cebat q̃ uellet Cic. hr̃e tm̃ negocij in Cilicia, quantū satis esset
ad obtinendam laureolā: q̃d sibi euenisset dicit. {Ais u.) dicis
q̃ uelles & cupes. {Tm̃modo) solūmodo. {Negocij) subaudi
id negocij. {Q̃d esset s.) q̃d sufficere. {Ad laur.) nō triumphū
intelligit, q dabatur ꝯfecto bello: q̃d nondū Cic. fecerat, q̃a in-
fra dicet: dubitabat adhuc de anno futuro: sed ouationem di-
cit: q̃ ob aliq̃ insignē uictoriā dabatur: unde & Domitianus
deuictis Sarmatis triumphum repudiauit. Laureā tm̃ uoluit,

Laurea ouatio.

hoc est ouationē, q̃ erat minor triūphus: dicebatur aūt oua-
tio à uoce militum, fiebat geminata o, lr̃a per impositionē u.

Parthi.

{Parthos) Pp̃ls Asiæ. {Times) pp̃ me. {Quia d. fi.) nō credis;

Copijs.

non es secutus. {Copijs) exercitu. i. q̃a non putas copias nr̃as
posse eis resistere: copiæ in plurali ꝓ exercitu maxime poni-
tur. {Ita ac.) ut dicā tibi: nā declarat quō acciderit. {Bello p.)
i. cū primū nunciatū est mihi bellum à Parthis moueri. {Fre-
tus) tutus, munitus. {Angustijs) faucibus. i. angustis & stri-
ctis locis, quib. locis parua manu possem multos repellere.
{Nā m.) q sunt difficiles hostibus ad ascendendū, & apti ad

Amanus

repellendū. {Amanum) montē. Amanus mons: q teste Strab.
lib. 11. scinditur cum Antitauro à quodā monte, q à Caria Ly-
ciaq; incipiens ibi nec latitudinē mentione dignā ondit, nec
altitudinē. porrigitur aūt Amanus ad Euphratē usq; ad Me-
litinā, ad quā Cōmagena Cappadociæ adiacet: deinde mōtes
sequuntur, q trans Euphratē sunt cū ꝑdictis ꝯtinui: nisi quā-
tum flumē ꝑ medium fluēs interrumpit. {Ornatū) instructū,
munitum. {Probe) cōmode, sufficienter. {Auxilijs) .i. auxilia-
ribus militibus collectis ad auxiliū meū. {Auctoritate) fama
& æstimatione. {Mei nois) q̃d olim ꝑclaris rebus gestis illu-
stre reddidi in ꝯsulatu meo: oppresso furore ꝯiuratorum. {Non
no.) p̃ntia qui me nunq̃ uiderant: nec sciebant me impatorē
prouinciæ esse cum Cic. de quo tanta audissent. {Multū) ma-
gnum, subaudi nomen meū. {In his oris) in his regionib. to-
tius Asiæ. {Hiccine) ꝓbat magnū & celebre esse nomen suū:
quia de eo ita dr̃. {Hiccine) hīcne, admiratiue. {Vrbē) Romā
seruauit à furore ꝯiuratorum: est aūt eclipsis, q̃a deest uerbum.
{Senat⁹) subaudi pleno ꝯsensu ab exilio reuocauit. {Nosti c.)
q. d. non est opus dicere cetera, q̃ nosti de me dici posse, ut pr̃
pr̃iæ, ciuis amantissimus reip. {Qui mons) Amanus {Cōis cū
Bib.) q̃a Bibulus ꝑerat Antiochiæ, q̃ & finitima erat Amano.
{Diuortijs aq.) diuisionibus aquarum, q̃m à parte Australi, q̃ est
Taurus, q Armeniā disterminat à Mesopotamia, fluūt Tigris
& Euphrates, q Mesopotamiā circūdāt, Inde exeūt & alij fon-
tes. {Cassius) q ꝑfuerat Antiochiæ an̄ Bibulū. {Reiecerat) ex-
pulerat. {Hostē) .i. hostes Parthos, & est intellectio, cū singu-
laris ꝓ plurali ponitur, ut Pœnus ꝓ Pœni. {Feliciter) cum ui-
ctoria. {Q̃d) eum reiecisse hostes. {Amaniēses) īcolas Amani

Vexare

mōtis. {Hostes) P. R. {Vexaui) exagitaui, ꝑturbaui, dr̃ autē à
ueho, sed maiorē hēt uim q̃ primitiuū. Virg. Dulichias uexas-
se rates. {Dissipati) disꝑsi, fugati. {Munita) reb. bellicis & mu-
ris ac fossis roborata. {Improuiso) repētino, insꝑato, q̃a sup-
ueni anteq̃ aduerterēt, & ꝓuiderēt aduētū meū. {Victoria i.)
legitima, q̃a talis fuit, ut merito possim appellari iꝑator. {A-

Issos.

pud Is.) nomē est loci in Syria, q̃ Antiochia cognominatur:
de quo Pōp. Mela lib. 1. in descriptione ipsius Syriæ sic inq̃t.
At in recessu intimo locus est magni aliqñ discriminis fulorum
ab Alexādro Persarum fugiētisq; Darij spectator ac testis, nunc
ne minima q̃dē, tunc ingēti Vrbe celebris Issos fuit: & hac re

Issicus sinus.

sinus Issicus dr̃. hæc ille. nūc Cic. hāc historiā tangit, q̃ supra
dictis ūbis declaratur. {Clitarchus) puto esse aliū q̃ eū q Ale-
xādrū secutus illius gesta scripsit. {Infestissimā) inimicissimā.
{Ibi) in ea parte, q̃ esset īfestissima Ciliciæ. {Pindenissum) op-

Pindenissum.

pidū Syriæ, nō Ciliciæ. {Quintū & uig.) i. uigintiq̃nq; dies,
sed elegāter minor numerus ꝑponitur. {Oppugnabā) ꝑmebā

Agger.

bello. {Oppidis) Virib. {Negocio) labore. {Aggeribus) agger
dr̃ ꝓprie lapidū aut terræ coaceruatio, improprie tm̃, q̃uis ra-
ro, de ceteris ēt reb⁹ dr̃. ergo aggerib. quos erexi circa muros.

Vinea.

{Vineis) uinea instr̃m bellicū, q̃d testudinē appellāt ob sim̃itu-
dinē, q̃ ea milites tanq̃ uirib. tegātur. {Turrib⁹) aut lateritijs
ex tꝑe factis, aut q̃d magis placet ligneis & mobilib. q̃s pha-

Phala

las uocāt. {Noīe opp.) nisi ut oppidū sit captū, nā ex oppu-
gnationis arte, & labore summā q̃dē gl̃iam suū adeptus. {Ce-
pero) expugnauero {Publice) ad senatū pp̃līq; R. {Optasses)
ut laureolā obtinerē. {Hæc ęs.) q̃ ea gessi, q̃ scripsi. {Exitū) fi-
nē. {Seq̃tur) uētura est. {Est i t.) s. mihi: hoc est ualde timetur
à me. {Vigila) diligēter cura. {Si in id). s. ut mihi succedatur.

Spissus

Erit spis. difficilius aut tardi⁹, q̃a spissus tardū sign̄at, auctore
Non. Marcello. {Illud) subaudi uigila uel cura. {Quid t.) ali-
q̃d spatiū tꝑis. {Antea) aut illa ep̃la, q̃ incipit. q̃d tu aut alia
fortasse ep̃la, q̃ nō sit in hoc uolumine. {Magis) potius. {Tā-

Per

quam) ab hoīe longe in posterum prospiciente, ut supra dixit.
{Perscribas) Plene scribas, nam per auget significatum actus.

ASCEN.

TV uide) Queritur se nihil ab Rufo lr̃arum accepisse, reijciēs
culpā in tabellarios: un̄ ueretur suas quoq; interceptas:
scribit tn̄ q̃d in Cilicia gesserit, nō sine laudis suæ amplifica-
tione. Ordo est. Tu uide q̃ timide sup. ꝑferātur lr̃æ, aut agant
tabellarij, q pp̃ latrocinia nō audēt ī Ciliciā ꝓficisci, q̃. i. quā-
tū nō. i. q̃ oino nō ꝑferātur lr̃æ ad me. Nō. n. possum adduci
.s. in opinionē, hoc est ꝑsuaderi, ut putē nullas lr̃as datas abs
te postea, q̃ factus es ædilis, ꝑsertim cū esset tāta res & tantæ
gratulationes de te. Quia q̃d sꝑabā de, uolebat aliq̃d dicere,
q̃d q̃a nō audet lr̃is cōmittere, addit Nihilo. q. d. de nihilo di-
co, sum. n. balbus. i. factus sermone imꝑfecto & semipleno, q̃d
nō putarā. s. euētuum. Atq. i. sed, si dubitas cur dubitē ad te scri-
bere, hēto sic: Me nullā ep̃lam tuā accepisse post comitia ista
ꝑclara. i. post tꝑa q̃bus coeūte pp̃lo ad creādos magr̃atus de-
clarat⁹ ædilis cur. q̃. s. comitia extulerūt. i. quasi extra me ip̃m
tulerūt & exultare fecerūt me lætitia, ex quo. i. ex q̃ re, hoc est
ob quā rē, q̃a. s. nullā à te accepi, ego uereor ne idē. s. q̃ nō ꝑfe-
rantur, eueniat in lr̃as meas. i. in ꝑniciē lr̃arum mearum. Equidē. i.
ego certe, nunq̃ misi domū unā ep̃lam, q̃n altera. s. ep̃la esset
ad te, nec quicq̃ est mihi iucundius, nec charius, q̃. s. ad te scri-
bere, sed sup. modo non sumus balbi. i. impediti lingua. Re-
deamus igitur ad rē, ita est. i. ita se res habet ut optasti. Tu. n.
ais, uelles. i. q̃ uelles, ut haberē. s. in ꝓuincia, modo. i. solū tm̃
negocij, quod esset satis ad laureolā. i. minorē sꝑem triūphi,
hoc est ouationē, q̃ ꝯtingebat in nō satis ampla uictoria, aut
q̃ esset in hostes nō satis iustos, ut triūphus i eos decernatur.
Quia uero à triumphaturis laurea mitti solebat, dicit ꝑ dimi-
nutionē laureolā. Tu times Parthos. i. nō uis me obire ꝑicula
iusti. triūphi, qualia darent bella cū Parthis, q̃a diffidis copijs
nostris. i. multitudini exercitus nr̃i. ergo accidit, ita ut laureo-
lā meruerint. Nā bello Parthico nūciato, & fretus. i. adiut⁹ &
ꝯfisus q̃busdā angustijs locorum, adduxi exercitū ad Amanū. s.
mōtē, q cū Antitauro à Tauro monte scinditur: & ad Euphra-
tē & Militinā usq; ꝓgreditur. Crescit aūt multū ī latū & altū
& multifidus est, ꝑs australior est Taur⁹, q à Caria Lyciaq; i-
cipiēs, porrect⁹ ūo ad oriētē ꝯualles apud Ciliciā cōplectitur,
ut auctor est Strab. li. xi. Dux inq̃ exercitum ornatum. i. īstru-
ctum, probe. i. decēter. Auxilijs & quadā auctoritate nois nr̃i
apud eos qui me nō norāt. s. prius. em̄. i. quia, noīe sup. nr̃m
.i. fama, est multum. i. ampla, in his locis. s. in quib⁹ sum. Dr̃t
.n. qui me primum uidēt, hiccine est ille. s. Cic. qui urbē. s. ꝑser-
uauit à ꝯiuratis, quem senatus. s. pleno consensu quasi in nu-
meris totius Italiæ ab exilio reductum uoluit: nosti cetera
q. d. non opus est tibi explanē quid de me dicāt. nō tn̄ nunc
balbus est. Sed ut Tacitus dicit. Quin etiā sapientibus cupido
gl̃iæ nouissima exuitur. Cum uenissē ad Amanum, qui mons
est

est cõis mihi cũ Bibulo,q̃a Bibulus Antiochię p̃erat,q̃ Amano adiacet:diuisus.s.inter nos,diuortijs.i.interstitijs, & in diuersa uersis fluctibus aquaꝝ,tũc sup.Cassius nr̃.s.amicus, aut ꝯciuis,reiecerat feliciter hostẽ ab Antiochia,qđ mihi fuit magnæ uoluptatis,& sup.Bibul' accep̃at ꝓuinciã.i.pacatã. Ego uexaui .i. exagitaui interea cũ oĩbus copijs meis.i.sĩ oẽs copiæ meæ uexauerunt,alr̃ non dixisset cũ ı Amanienses. ut ab Athenę Atheniensis.alij Amanenses,ut à Verona Veronẽsis, legunt . certũ aũt est in accusatiuo dici Amanienses, & scribi posse Amanienseis,hostes sempiternos.s.P.R.multi, sup. hostiũ sũt,sup.occisi,multi sup.capti.reliq̃ dissipati,castella munita.s.mœnibus aut situ locali, capta & incẽsa sunt aduentu improuiso.Ita.i.& sic ego,sup.sum appellatus ab exercitu Imperator uictoria iusta.i.satis magna,ut ĩpator appeller,apud Issum partẽ illã Syriæ,in quo loco,ut audiui ex te, Clytarch' auctor græcus narrauit sępe tibi,Dariũ regẽ Persaꝝ eẽ sup̃atũ ab Alexãdro rege Macedonũ.De Isso aũt Põpon. Mela in descriptione Syriæ sic inq̃t. In recessu intimo loc' est magni alĩ qñ discriminis fusoꝝ ab Alexandro Persaꝝ, fugientisq; Darij spectator ac testis.nũc ne minima q̃dem,tunc ingẽti urbe celebris Issos fuit,& hac re sinus Issicus dr̃.Hæc ille,referẽte Hubertino,q̃ aliũ putat esse Clytarchũ, q̃ q̃ Alexandrũ secutus illius gesta scripsit,qđ nullo mõ est dubitandũ,si accipim' Clytarchũ narrasse Cœlio ore ꝓprio.Nã multo post tp̃a Alexandri hæc ꝯtigerũt.Veꝝ ego intelligo Ciceronẽ id uelle dicere, Cœliũ diligentẽ eẽ historiaꝝ lectorẽ,atq; ita eũ cẽsere solitũ, q̃ legerit in libris auctoꝝ,ea se ab illis audiuisse narrãtib'. sed ad iudiciũ cuiusq; refero.Abduxi.s.ab Isso exercitũ.ad p̃tem .s.Syriæ,infestissimã Ciliciæ.i.ꝓuinciæ nr̃æ . Ibi oppugnabã iam.s.cũ ista scriberẽ,q̃ntũ & uigesimũ diẽ. Ecce q̃uo minorẽ muneꝝ rite p̃põnit,& accusatiuo in ꝯtinuato utitur,aggerib' .s.aggestis aĩ oppidũ,neq̃s exeat,uineis.i.testudinib.hoc est ꝯtexturis ex scutis & pluteis sup̃ capita militũ cõtra immissa desup tela,ut solemus sub uineis in latũ ductis à sole ꝓtegi, & turrib.i.phalis ligneis ad oppugnationẽ utilib. Pindenissum oppidũ.i.Syriæ,uñ pri' dixi.nõ partẽ Ciliciæ, sed ad partẽ infestissimã Cilicię munitissimũ tatis opib.i.difficultatibus sustinẽdi belli,& tãto negocio.i.studio & labore,ut nihil desit mihi ad summã gl'iam nisi nomẽ oppidi, qđ'.s.exiguũ putatur,sic q̃dã.Alij(q̃bus potius accedo)sic accipiũt:oppugnabã Pindenissum oppidũ munitissimũ,aggerib.uineis,turrib, & supple tantis opib.i.uiribus,& tãto negocio: ut nihil desit mihi ad summã gl'iam,nisi nomen oppidi.i.ut denoĩet ab eo Pindenissus, sicut à Numãtia Scipio Numãtinus, qđ' oppidũ si cep̃o,ut spero.s.me captuꝝ esse,tũ uero.i.ad ueꝝ & sine dissimulatione:uñ innuit has l'ras missas ędili eo aĩo,ut senatui legẽdas det,licet illud apte non dicat,mittã l'ras publice.i.ad senatũ ut publicẽtur . Ego scripsi ad te hæc in pñti, ut speres, te asseq̃ id qđ' optasses.s.ut h'ent tm̃ negocij.qđ' esset ad laureolã satis. Sed ut redeã ad Parthos .i. ad narrationẽ de Parthis,quos Cœlius scripsit se timere,hæc æstas habuit hũc exitũ satis felicẽ,q̃a nihil agendũ fuit cũ Parthis.sup.ęstas,q̃ seq̃tur est in magno timore.i.multum timenda,quare ò mi Ruse uigila.i.uigilanter cura primũ,ut succedatur mihi. ut non ꝓrogetur mihi ꝓuincia,sin.i.sed si.id erit.i.succedatur mihi, ut scribis,& ut ego arbitror,serius.i.multũ tarde.Aliq̃bus magis accedo,q̃ legunt spissius.i.tardius.Nã(ut inq̃t Non.Marcel.)spissum duo sigñat.nã spissũ dicim' dẽsum.Virg.2.Geor. *In sua posse negabunt ire loca,& scrobibus superabit terra repletis,spissus ager*.Cic.de Orat.lib.2.Et principia tarda sunt,& exitus tñ spissi & producti esse debent.Spissum sigñat tarde . Plaut.in Penulo.Eheu,quos ego habui ariolos haruspices,q̃,siq̃d boni ꝓmittunt,ꝓ spisso uenit,id qđ' mali,pñtarium est.Næu.in Gym.At.n.tu minus spisse,atq; tarde incedis.Hæc ille. in q̃b' primũ exemplũ Cic.qđ' ꝓ denso Mar.citat,mihi ẽt pro tardo accipiendum ur̃: nam,ut id se sigñare indicet,addidit & producti . Productum.n.est porrò .i. in longum ductum,id aũt tardum est. Sanè spissum unum sigñat per se: uidelicet densum,alteꝝ ex ꝯñti,& per metaphoram : uidelicet tardum , eo ꝙ res spissa tarde penetratur,terra spissa tardum iter facit: hõ spissus ferè tardus ingreditur,& oĩa spissa lenta sunt: uñ ꝯtra, lẽtum in cõpositione plenum,& quasi spissum uocamus. Sed hæc latius diximus , eo ꝙ quidam hoĩes non indocti , forte tũ nũ accipientes uim uocabuli,pro spissius serius supposuerunt . Sed cum ad hoiem in primis l'ratũ scribat Cic.ur̃ ex industria usus non uulgatis uocabulis, ut hoc qđ' ꝓxime subditur,uigila ne quid tp̃is.Nõ.n.uigilia id præstare possit, sed uigilans cura:dicã statim,fortasse illa ep̃la . Quid : tu &c.q̃a illa admonuit ne scribat pñtia . sed ad ordinem redeo:uigila.i.uigilanter cura illud quo facile est,nequid tp̃is prorogetur mihi.i.ut successor suo tp̃e mittatur.Ego expecto.i.ut dicunt noua,de Rep.ut scripsi tibi antea , fortasse illa epistola . Quid : tu &c.ex tuis literis, cum.s.ita sit: ꝙ expecto pñtia, tum etiam magis futura . Quare ego rogo te uehementer,ut scribas ad me omnia quamdiligentissime.i.ualde diligenter.

DE te,q̃a,quod sperabã; de Hillo,(balbus.n.sum)quod non putaram)In ep̃la,q̃ tertia est VIII. libri,Cœlius de Hirro cõpetitore loquens ita scripserat . spero te celerrimè audituꝝ & de nobis , qđ sperasti ; & de illo, quod uix sperare ausus es . itaq; Cicero r'ñdens,ijsdem fere uerbis eadẽ repetit: & q̃a Cœlius scripserat,de nobis,quod sperasti ; de illo,qđ uix sperare ausus es ; rescribit ; de te,q̃a, qđ sperabam ; de Hillo,(balbus.n.sum)qđ non putarã. facete aũt, cum repeteret uocem illam Cœlij,Illo,aspirationẽ addidit, & subiũxit (balbus.n.sum)Hirrum sigñans : cuius nomen ꝑ balbutiẽ exprimi à se non posse fingit.in sequentibus aũt cum, r.l'ram expedite proferat,Sed balbi,inquit,non sumus . {Diuisus aquaꝝ diuortijs) Plerosq; latet hui' loci sensus. & uidi doctos alioq̃ uiros,qui sic interp̃tarentur:fuisse fluuium, qui montẽ Amanũ interfluens diuideret,& Ciceroni,ac Bibulo cõem faceret : cum dixerit Cicero,nõ,diuisus fluuio,aut,diuisus aq̃s, sed,diuisus aquaꝝ diuortijs.quã illi uocem paꝝ diligẽter expenderant . diuortium aũt aquaꝝ ita fit . cadunt in montem aquæ pluuiæ.is mons cũ sit procliuis,utrinq; defluant,& decurrant,necesse est.ita fit,ut diuidantur,& eaꝝ quasi diuortiũ fiat.itaq; dixit de oratore libro I. Vt ex Apẽnino fluminum ; sic ex cõi sapientium iugo sunt doctrinaꝝ facta diuortia . ad Atticum aũt idem scribit,quod ad Cœliũ . inq̃t.n.libro V. 76 Ad Amanũ ꝯtẽdi,q̃ Syriam à Cilicia aquaꝝ diuortio diuidit . Liuius ẽt lib.38.ubi loq̃tur de Cn.Mãlio,Prope,inq̃t, ipsis iugis ad aquaꝝ diuortia castra posuisse.i.ad eũ locum,uñ aquę duas in partes diuisæ incipiũt destruere.à quo igitur loco ex Amano mõte Ciliciã uersus aquæ delabebantur, ad eũ usque locũ Cilicia p̃tinebat,& ex altera mõtis parte,eadẽ Syrię,quã Bibulus regebat,erat ratio ; terminum.n.habebat eum locũ, unde in eam ex Amano defluere aquæ incipiebant .

Alexãder ab Alexãdro Genialium dierum Lib. 2. cap.7.

TRibus erratis lapsum offendimus uiꝝ sanè eruditũ ep̃laꝝ familiarium Cic.interpretem non infacundũ, cuius scripta uulgo innotuere.Primo illa ad M.Cœlium ep̃la, in q̃ uerba sunt Cic.Oppugnaui q̃nq; & uiginti diebus,aggerib',uineis,turribus,oppidũ Pindenissum minutissimũ,tantis opib' ut mihi ad summã gl'iam nihil desit nisi nomẽ oppidi. Quid sibi Cic.uellet his ꝟbis,nõ satis asseq̃ uidebatur:cũ nomẽ oppidi nihil cẽseret aliud q̃ ip̃m oppidũ.ac si diceret.Ad summã mihi gl'iam nihil deest,nisi ut oppidũ, qđ oppugnare adort' sum,deniq; expugnẽ.Qđ tñ lõge abesse à uero intellu appaparet.Quid q̃so nomen oppidi cũ ipso oppido cõe habuit ? aut q̃d tã insolẽs,aut Cic.facundia tm̃ abesse potius, q̃ ꝟba planè exposito poetico sensu,& q̃si figuris circũscribere,aut coloribus infucare? Qđ tñ alr̃ intelligi oportere, ex ꝯtextu uerborũ liquere arbitror . Cũ.n.ex oppidis ui expugnatis Imp̃atores plerũq; noĩa ferrẽt,quippe cũ ex Coriolis Martius Coriolan', & ex Fidenis Sergius Fidenas,atq; ex Creta uicta Metell' Creticus dicti sint(q̃ sibi cognomenta in testimoniũ maxĩmæ et expertæ uirtutis,rerumq; gestaꝝ gl'iæ adoptarunt) sic Cic.cũ spem haud dubiam potiũdi h'ret oppidi.nihil deesse ad summam gl'iam,nisi nomen oppidi,& cognomentum ex Pindenisso asseuerat,uidelicet sicut Africani,Numantini,& Cretici, illi nomina tulere,sic ex Pindenisso ipse cognomentũ sꝑat.

PAVLVS MANVT.

ARGVMENTVM.

DIXIT *sibi præ solicitudine pene verba deesse , nimis cupere in vrbem reditum, & pantheras quas Cœlius petierat , esse captu difficilimas.*

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Vt ad Atticum scribit Cœlius Ciceronem hortatus fuerat, vt in prouincia maneret . In hac itaq; epistola causas reddit , cur id sibi non faciẽdum existimet . Deinde cum apud ædiles Rom. ludorũ procuratio esset , & ædilitatem suam populo spectabilem reddere cuperet Cœlius , & ob id pantheras à Cicerone petijsset , quid de illis possit , rescribit Cicero.

M. CICERO

M. CICERO IMP. M. COELIO,
AEDILI CVR. S. P. D. 11.

LOcus Est ic̄do Familiariū epist. nō enarratus ad hāc diē , sed oino exulceratus,& offusa caligine,iscitiæ tenebris ita obuolutus ut in Cicerone Cic.subinde quæratur.Veꝝ Oratoris uerba iā subsignemus.{Mea uero officia ei nō defuisse,tu es testis,qm̄ κωμικὸς μάρτυς,ut opinor,cecidit Phānia)Male feriati Comicū testē Phāniā auguratur, ex uetere Comœdia repetitū,in qua Phānia testis introduceret.referūtq; ad Cœliū. sensus,ut male cōceptus,mire friget,Cicer.elegātia indignus. Imò nec coit,et si uioléter omni pede ɔfabricatis inuētis nugalib.ad eū uerba retorqueas,pēsitēs modò legētes.Et qdem frequētissimi M.Tullio moris,ex ueterib'pleraq; aduocare ob scurus c' ferè modi est ad Cœliū illud: Repēte uero icessi oib' lætitijs,In quo Latinæ qdē rei sfatores,qd adserāt, min', ɔsti tutū hn̄t.Ex Cęlio ꝙo esse ea liq̄t ex Cic.2.de Fin.ut scias non esse hic Arietini oraculi ambagiosam historiā.Inibi aduocat & Trabea,de quo arbitror itidē sensisse Familiariū nono Cic. etiāī Grāmaticis inscita,inauditaq; est nomē clatura.Veꝝ ut à diuerticulo fabulā repetamus: Ego i Menādri comędia fuisse Phāniā,obseruasse uideor apud Plut.in cōmētatione, q̄ est de Tranqllitate.Ceteꝝ ad ,ppositā modò qōnem nihil . nam Phāniā hūc Ciceronianū nō aliū accipio, q̄ Appij, de quo ibi intelligit Orator,libertū,sicuti cōprobāt Cicer.uerba,epl̃a prima tertij Libri.quē hic Comicū testē dicit,nō, uti opinor, qa uetus Comœdia Phāniā habeat ueluti fidei inuiolatæ numē sanctius : (id.n.proculdubio cōmentum est uanissimū,& ad libidinē cōcepta diuinatio) sed quod libertus is ingenio esse lętiore,facetoq;,minime subdolo,aut iuido,& ,pindē iucūdo. admodū,& amœno . Expēde Cicer.uerba ex ea,quam modo aduocauimus,epl̃a:in nr̄am sñiam remis uelisq; eundū cēsueris.Is ergo apud Cœliū æq̄ssime Appij nām , Cicer.in eū studia & merita suauissime &uerissime apuerat,qd̄ ultro citroq; creberrime,sicuti mos fuit tp̄m illoꝝ,&nil ē noti°, cōmeaeret.

Cœl. Rhodiginus. Antiq. Lect li. 3. cap. 31.

ARGVMENTVM.

FAbium commendat Cælio , rogatq; ut patronis sit licet in re minus digna patrocinio eius , utpote minus ardua.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Fabium de meliore nota commendat , nempe animi uirtutibus & ingenio : & quo pacto res Romana habeat , requirit .

M. CICERO IMP. M. COELIO,
AEDILI CVR. S. P. D. 14 .

MARCO FABIO, *viro optimo, & homine doctißimo, familiarißime vtor : mirificeq; eū diligo, cum propter summū eius ingeniū, summamq; doctrinā, tum propter singularē modestiam. eius negociū sic uelim suscipias,ut si esset res mea. noui ego uos magnos patronos.hoiem occidat oportet,qui vestra opera uti velit . sed in hoc hoīe nullā*

accipio

accipio excusationem. omnia relinques, si me amabis, cũ tua opera Fabrius Vci volea, Ego res Romanas vehemẽter expecto, et desidero, ĩ primisq́, quid agas, scire cupio: nã iãdiu propter hiemis magnitudinẽ nihil noui ad nos afferebatur. Vale.

HVBER.

MARCO Fabio,) cõmendat Cic. Fabiũ Cœlio: ea ferè forma qua solet uti in cõmendãdis amicis rogatq́; ut eum in oĩbus rebus cõmendatũ habeat. {Fabio,) laudat Fabiũ à bonitate & doctrina. {Mirifice,) uehemẽter, mirabilr. {Cum pp.) dicit pp quæ eũ maxime amet. {Modestiam) ꝓbitatem. {Negocium) causam: quã fortasse ille habebat. Romæ: in qua ei opus erat auxilio Cœlij. {Suscipias,) defendẽdum capias. {Vt) sicut. {Si esset res mea:) quam nõ dubito tibi esse cõmendatissimã. {Noui,) iocatur cũ Cœlio, & fortasse ẽt serio loqtur {Vos). i. similes tui. {Patronos,) causidicos. {Hominẽ,) h.d. adeo estis magni patroni, ꝙ nõ suscipitis cãs nisi magnas: & in qbus agatur de capite alicuius: ex qbus plus emolumenti cõseqmini. {Hoiem. {Ordo est. Oportet ut is occidat hoiem, q uelit uti uſa opa. i. uſo patrocinio, & defensione. {Occidat h.) habeat causam capitalem. & magnam, qualis est de cæde hois. {Sed,) q.d. quãuis nõ nisi magnas cãs suscipere soleas. {In hoc h.) Fabio. {Accipio,) admitto. {Relinques,) non solũ postpones, sed omittes. {Res Rom.) qd Romæ agatur. {Hyemis.) tẽpestatis, quę ꝓhibeat quẽpiã ex Roma huc nauigare. Hyẽs aũt interdũ pro tpe ponitur, ut Virg. Geor. Hyẽs ignaua colono, interdum pro tẽpestate, & ui uẽtiꝛut idẽ in 1. Aen. Vicit. hyẽs. Itẽ Sępe illo aspera põti itercluſit hyems. {Nil n.) de reb' Romanis. {Ad nos,) huc in Cil. {Afferebat.) nũciabatur.

Hyems.

PHIL.

MArco Fabio uiro.) Multæ in hac snia repiuntur epſę Cic. imitatione dignissimę: uult Cœlio amici causam cõmendare, & initio quãta eam bñuolentia ꝓsequatur, ostẽdit. Inde cãm eius cõmendat, & hoiem. Postremũ: quanto cognoscendaꝝ reꝝ Romanaꝝ desiderio teneatur, adiungit. {Viro op. & hoie doc. Laus est à bonitate, & doctrina, sed cõtra rõnem dicẽdi, quod minus est scdo loco posuit: crescere. n. debet oro, Vir aũt maiorem uim hẽt, q̃ hõ, ut ad Marcellũ. Neq; monere te audeo p̃stanti prudẽtia uiꝝ, neq; ꝯfirmare maximi hoiem uirumq́; fortissimũ, Et ad Sextũ, Hortarer, ut & hoiem & uiꝝ esse meminisses. Præterea plus est bonũ esse, q̃ doctũ. Et Cic. primũ dixit optimo, inde doctissimo: eodẽ ordine est usus in epist. ad Thermũ: ut A. Manilio iã pridẽ utor familiarissime optimo uiro, atq; hoie gratissimo. Et ad eũdẽ alibi dixit. Hoc ipso uincit uiros optimos, hoiesq́; innocentissimos legatos tuos. Sed aĩaduertendũ est: ꝙ in omni cõpositione, ut ait Fabius, tria sunt necessaria. Ordo, iũctura, numerus, i ordine cauendũ, ne decrescat oro, & fortiori subiũgatur aliqd infirmi': ut sacrilegio fur. Augeri. n. debent sniæ, ut ibi Cicero. Tu inqt istis faucibus, ista gladiatoria totius corporis firmitate. Est et alius nãlis ordo, ut uiros ac fœminas, diẽ ac noctem, ortũ & occasum dicas q̃ retrorsum, quo ordine, & hic est usus Cic. & alibi, ut diximus. {Vtor) Cõe apud antiquos uerbum erat, ut hortor. Eodẽ modo cõsolor, & uereor, lege A. G. lib. 15. {Suspicias) supra te capias ad defendendũ. Antiqui susum ꝓ sursum dicebãt, & succipio pro suspicio, & sic Virg. posuit: ut suscepit ignẽ folijs, & suspicere & cape ita utimur: ut ad curas. sumptus: inimicitias suscipe potius referamus. Cape uero ad labores, molestias, & dolores potius accõmodemus. {Vt) tanquã: multis. n. modis hæc particula in orone colligitur, interdũ pro postq̃. Virg. Vt belli signũ, Aliqñ ꝓ sicut, hoc modo. Ita Pomp. rem. oppressit: ut Cæs. plerũque signat quo modo. Virg. Vt uidi, ut perij: hoc est post quã uidi: quo modo perij. Alias pro ꝙ. Interdũ causam amplectitur superioris sensus, ut do operã lĩis, ut doctus euadam. Interdũ ad exornandum oronem accipitur: ut Fabius. Quis credat me fecisse: ut stipitem filio negarẽ? hoc est qs credat stipitem me negasse filio. {Noui uos m. p.) Cõfutatio est, et patronos cãꝝ defensores dicimus, ut Terent. Huic opus est patrono, quem defensorẽ paro. Et eos, q seruos manumiserũt suos, ut M. Cauimus, & dñi ius oẽ, emittimus ægro, Munere dignus erat cõualuisse meo. Sẽsit deficiẽs sua p̃mia, meq́; patronũ Dixit ad infernas liber iturus aquas. {Vos,) ac si dixisset te, & tui siles. {Hoiem occi. op.) i. ut habeat cãm capitalẽ & arduã, q̃lis est de homicidio, qm parua cã nõ est digna patrocinio uſo, & eloquẽtia: q res graues defendere possitis, & soleatis, nõ leues: ut hæc ipsa est Fabij: quã tibi cõmendo. Est aũt loquẽdi modus, ad ostendẽdã magnam uiri auctoritatẽ: q rebus uilibus, & abiectis non se miseret: sed magis & grauib. qualis esset, siqs hoiem occidisset, & eũ iste defenderet: ut Cic. Milonẽ. {Sed in hoc h.) Fab. hoc est tametsi non nisi arduas causas suspicaris, tñ in Fabio meo nullã excusationẽ, ut uel paꝝ, uel magnũ sit negocium eius. {Tua o.) patrocinio, & defensione: opa est actio, op' est finis, & fructus. Sed interdũ opus ꝓ opa sumitur. Virg. Mollibus è stratis opa ad fabrilia surgit. {Hyemis) Varro latinum facit ab hiãdo appellatũ. At ego magis gręcũ puto: ab ὕω, qđ ẽ pluo denoiatum, & anni partẽ signat, & tẽpestatẽ, nũc anni.

Vtor.
Hortor.
Consolor
Vereor.
Vt.

Patronus

Opera.
Opus.
Hyems.

ASCEN.

FAbio &c.) Cõmẽdat Cœlio Fabiũ dicens. Ego utor familiarissime Fabio uiro optimo, & hoie doctissimo, & diligo eũ mirifice, cũ. s. ita sit, ꝙ pp summũ ingeniũ eius, & summã doctrinã, tũ sup. multo magis pp singularẽ modestiã eius. Ego uelim sup. ut suscipias. s. ad iuuandũ negocium eius sic, ut si esset res mea. Ego noui uos, hoc est te, & tui sileis magnos pa. i. defensores magnoꝝ reoꝝ. oportet sup. ut is, q uelit uti opa uſa, occidat hoiem. iocose id dictũ est. Sed ego nullã accipio. i. admitto, excusationẽ in hoc hoie. tu relinques oia, si amabis me, cum. i. qñ, Fabius uolet uti opera. i. diligentia, & labore tuo. Ego expecto uehementer, & desidero res Romanas. i. ut res Romanæ scribantur ad me, & cupio in primis scire quid agas. Nam pp magnitudinem hyemis nihil noui afferebatur. s. cũ hæc scriberẽ. iãdiu. i. à multis diebus, ad nos.

ARGVMENTVM.

RE bene gesta à Cicerone in Cilicia, procurauerunt Cælius, et Curio supplicationem ei decernendam, quam vbi matura decretã audiuit, gratias vtrique agit, dicitq́; se sperate triumphum. Deinde mentionem facit de Dolabella, cui se absente locata erat Tullia filia sua.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Missa est hæc epistola. Nam & diligentiam amicorũ agnoscit, & quid de Dollabella, & Tulliæ nuptijs sentiat, scribit. Et cur Cælium prouinciæ præfecerit, rationes reddit.

M. CICERO IMP. M. COELIO,
AEDILI CVR. S. P. D. 15

*NON potuit accuratius agi, neq; prudẽtius, quàm actũ est à te cum Curione de supplicatione. et mehercule confecta res est ex mea sententia, cũ celeritate, tum quod is, qui erat iratus, competitor tuus, & idẽ meus, assensus est ei, qui ornauit res nostras diuinis laudibus. quare scito me sperare ea, quæ sequuntur: ad quæ tu te para. Dolabellam à te gaudeo primũ laudari, deinde ẽt amari. nã ea, quæ speras Tullia mea prudentia temperari, posse, scio; cui epistola tua respondeant. quid, si meam legas, quã ego tum ex tuis literis misi ad Appium? sed quid agas? sic viuitur. quod actum est, dij approbent. spero fore iucundũ generum nobis. multum in eo tua nos humanitas adiuuabit. Resp. me valde solicitat. faueo Curioni. Cæsarem honestũ esse cupio. pro Põpeio emori possum. sed tamen ipsa rep. nihil mihi est carius. in qua tñ nõ valde te iactas. districtus. n. mihi videris esse, quòd et bonus ciuis, et bonus amicus es. Ego de prouincia decedẽs quæstorẽ Cælium præposui prouinciæ. puerum, inquis? at q̃storem, ac nobilem adolescentem, at oĩum fere exẽplo. neq; erat superiore honore *vsus, quem præficerem. Pontinius multo ante discesserat. à Q. fratre impetrari non poterat: quẽ tamen si reliquissem, dicerent iniqui, non me plane post annũ, vt senatus noluisset, ex prouincia decessisse, quoniam alterũ me reliquissem. fortasse et illud adderent; senatũ eos voluisse prouincijs præesse, qui antea nõ præfuissent; fratrem meum trienniũ Asiæ præfuisse. deniq; nunc solicitus non sum: si fratrem reliquissem, oĩa timerem. postremo non*

* alias ullus.

*tam mea sponte, quàm potentissimorum * uirorum exemplo, qui * omnes Cassios, Antoniosq́ complexi sunt. hoīem adolescentem non tam allicere Volui, quàm alienare nolui. hoc tu meum consilium laudes necesse est: mutari.n.non potest. De Ocella parum plane ad me scripseras, & in actis non erat. Tuæ res gestæ ita notæ sunt, Vt trans montem Taurum etiam de * Matrimonio sit auditum. Ego, nisi quid me Etesiæ morabuntur, celeriter, Vt spero, Vos Videbo. Vale.*

* alias duorū.
* alias iuuenes.
* alias matrimonio.

NON potuit) Re bene gesta in Cilicia à Cic. procurauerāt Cœlius, & Curio ei supplicationē decerni qđ cū obtinuissent, laudat Cic. eoꝝ in hac re & diligentiā & prudentiam, dicitq́; se sperare triumphum, deinde scribit de Dolabella gn̄o: & Tullia filia, quæ Dolabellæ absente Cic. locata fuerat, ut ipse Cic. scribit lib. 2. ad App. postea ōndit se esse solicitum de rep. & excusat se, ꝙ de ꝓuincia decedens Cœliū quendā adolescētem ei p̄fecerit, ostēditq́; id: tū optima rōne, tum exēplo, & imitatione excellentiū uiroꝝ hoc fecisse. {Accuratius,) diligētius: studiosius. {Supplicatione.) mihi decernēda ob rem bene in Cilicia gestā. Nam supra dixit. Hæc ætas habuit exitū latis felicē. {Cōfectā res) impetrata supplicatio, & decrēta mihi. {Ex snia) ut uolebā. {Tū c.) ꝑꝑ celeritatē dicit duplici de cā esse ꝯfectā rē ex snia sua primū ga celerit, deinde Quia Attil. cōpetitor ipsius Cœlij assēsus est huic rei. {Qđ is) Attil. innuit: de quo diximus sup̄. {Cōpetitor tu, & idē me.) hic.n. Attilius, q pauloante fuerat cōpetitor Cœlij in ędilitate, ut ēt fuisse cōpetitor Cic. in petitione ꝓuinciæ Cil. iō dicit. {Iratus,) ga nō potuit obtinere qđ uolebat. {Est ass.) fauit: dedit suffragium. {Ei) innuit Cur. cū quo Cœlius egerat de supplicatione. {Ornauit,) cōmendauit. {Res meas) gestas à me in ꝓuincia. {Diuinis,) maximis, immortalib᷑, habuerat.n. Curio orōnem de laudibus reꝝ gestaꝝ Cic. {Sperare) expectare. {Quę seq.) triūphū dicit se sperare: cū iam obtinuerit supplicationē. {Ad q̄,) ad quē triūphū. {para.) ut ita mihi adsis, sicut affuisti in supplicatione. {Dolabella.) locata erat Tullia Cic. filia matrimonio Dolabellæ eo tp̄e, quo Cic. pręerat Ciliciæ. Itaq; scripserat Cælius honorifice de Dolabella, & laudauerat eum apud Ciceronē: quare dicit, se gaudere optareq́;, ut sibi & filię suæ hęc affinitas sit felix. {Laudari à te) placere tibi cōmēdari. {Amari,) charꝯ esse. Nā ea scripserat Cęlius, Dolabellā esse temerariū: sicut eū appellauit supra Cic. sed sperare posse alıqñ ad meliora reduci. {Tulliæ,) uxoris eius prudentia, qđ Cic. affirmat fore dicens. {Scio) cōfido: ga noui filiā meā. {Posse temp.) mitigare, minui, ga uita naturæ, aut, ēt longi habitus minui gdē pn̄t: tolli aūt minime. {Ea q̄ spe.) s. posse temperari intelligit aūt prodigalitatē & temeritatē, alij tñ accipiunt, speras times, ut sit acyrologia, ut illud Virg. Hunc ego si tm̄ potui sperare dolorē, placet tñ magis prior sensus. {Cui) Tulliæ meæ. {Rn̄deant) ad eā dirigātur. i. cui fac ut tuæ literæ rn̄deant, hoc est ad eā, nō ad me mittanꝭ de Dolabella. {Quid si) dicit se ēt scripsisse de Dolabella ad Appiū, oportere eū ferre, quē fortuna sibi gn̄um dederit: nō ipse elegerit, erat.n. absens Cic. {Meam) ep̄lam. {Ad Ap.) puto esse illā ep̄lam 3. lib. q̄ incipit. Gratulor tibi prius. {Ex tuis l.) ꝑꝑ tuas lr̄as. i. nactus mām ex tuis lr̄is, gbus ad me de Dolabella scripseras multa. {Sed gd agas) prouerbialis dicēdi modus, cū irreuocabile est qđ semel actum. {Sic ui.) q.d. non cū ꝑfectis, sed q aliqua ex parte pn̄t rep̄hendi. Sic Persi. Sic uiuitur illa subter Cæs. cū uulnus habes. {Dij app.) dij fortunēt, & felix faciāt. {Qđ actū est,) hoc matrimoniū. {Fore Dol.) iucundū, ex quo ēt possim aliqñ uoluptatem & iucūditatē cape. {Nā spero) eū mutatū mores prudentia filiæ meæ: uxoꝝ.n. prudentia multū solet mederi uitijs maritorū {In eo) ut sit nobis iucūdus gener. {Humanitas) doctrina, sapiētia, uel Ingenij māsuetudo & facilitas. {Adiuuabit) si eū tuis ꝯsilijs moderat᷑ fueris. {Respub.) dicit Cic. se esse solicitū ualde de rep. & maxime ga quāuis amet Pōp. Cæs. & Cur. qui uñr eā ꝑturbare, tñ magis amat ipsam rēp. {Cupio Cæs. ho.) subaudi esse. i. opto: ut Cęs. ualde honoretur. Ter. in And. Vel qđ ipsi bn̄ cupio Glycerio. {Emori) uitam effundere: qđ plus est, q̄ uel fauere: uel honestissime cupe. {Iactas) exerces, immisces, laboras, tractū à nauigātib. q in mari tēpestate iactanꝭ. Nā sup̄ diximus, ꝑturbatio rei tēpestati cōparatur. {Districtꝯ) illigatus: in neutrā partē declinās. i. neq; ad istoꝝ: quos sup̄ noiaui, neq; ad reip. fauorē iclinatus {Qđ ga) reddit rōnem, quare Cœlius in neutrā pēdet partē: ga neq; remp. neq; amicos uellet deserere. {Bonus c.) cꝰ ostm̄ est remp. nō oppugnare, si nō possis tueri. {Bonus am.) ga nō uis ēt ꝑꝑ defensionē reip. amicitiā deserere: ergo dixit. {Videris d.) qđ uulgo dicimus: uideris mihi tenere pedē in utroq; calceo, et latēter eum carpit: ꝙ ꝑꝑ amicitiā remp. deserat. {Ego,) nūc dicit se discedentē ex ꝓuincia reliq̄sse loco sui Cœliū quendā adolescentē, qđ ne uideatur temere fecisse: excusat multis rōnibus factum suū. {Quæstorē) meū. {Præposui) p̄feci. s. loco mei. {Puerū) obiectio, quā sibi posset facere hic Cœlius: ad quē scribit. {In quis) tu ò Cœli. {Pueꝝ,) subaudi p̄posuisti ò Cic. non ꝙ esset puer, sed adolescēs. Sed ita solet nobis obijci, ut ꝓ adolescente puer qspiā dicatur. {Ad q̄st.) rn̄sio Cic. & h.d. pueꝝ gdē Cœliū p̄posui: sed tñ q̄storē meū: & nobilissimū adolescentē: & q cōpositis morib᷑ oium ferè possit esse exēplū. {Neq; erat.) subaudi qspiā. {Vsus,) functus. {Supiore,) q̄ hic Cœli. {Quē p.) .i. quē possem p̄ficere ꝓuinciæ, & est sensus, nō erat alius qui fuisset in maiore honore, aut dignitate, q̄ Cœlius. quē p̄ponerē: p̄ponebātur.n. q essent usi maiorib᷑ honorib. ut ōndet in ep̄la penult. hꝰ 2. lib. ad Thermū cū dicit. Habes.n. neminē honoris gradu supiorē. {Pontinius) antipophora est. ga occurrebat Cœl. rn̄suꝝ Pontiniū potuisse p̄fici: dicit eū è ꝓuincia discessisse, neq; Q. F. uoluisse remanere, neq; ēt sine rep̄hensione sua eū relinqui potuisse. {Impari) obtineri, ut p̄esset ꝓuinciæ me discedēte. {Alteꝝ me) dr̄. n. frater ferè alter, ego nō ausus fuissem discedere. {Fortasse) alia cā, ga frater eius ante triēniū Asiæ p̄posuisset, senatū aūt uoluisse eum p̄esse ꝓuinciæ: q antea nō p̄fuisset. {Deniq;) ꝯcludit se lōge meliꝰ p̄fecisse Cęl. adolescentē ꝓuinciæ, q̄ fratrē. {Oia,) infamia, rep̄hensionē et reliqua: q̄ de fratre pn̄t timeri. postremo excusat factū suū imitatione alioꝝ, & maxime. Pōp. & Cœl. {Cōplexi). s. amauerūt, charos habuerūt. {Cassios) ad Pōp. refertur: q plurimum amauit Cassiū. {Antonios) ꝑꝑ M. Ant. quē Cœl. charꝯ habuit {Hoīem a.) Cœli. {Non tā a.) hoc nō tā feci: ut hūc Cœli allicerē hoc bn̄ficio, q̄ alienarē negādo ei qđ merito possem p̄stare. {Hoc tu) familiariter cū amico loqtur: de re.n. acta deliberare stultū est. {Cōsiliū m.) ga maluerim p̄ficere ꝓuinciæ Cœli q̄ aliū. {Necesse est,) ga mutari nō pōt qđ ipse declarat. {De Ocella) gdā uolūt blādimēti cā appellatā uxorē Cœli ego uero puto esse nomē ꝓpriū nō uxoris, sed cuiusdā uiri: q aliqd in urbe egisset, qđ esset dignū referri in acta: quāuis relatū nō esset: & de eo à Cœlio nō satis planè ad se scriptū: & hic posterior sensus magis ꝓbabilis uꝛ, nā si de uxore intellexisset: dixisset de Ocella tua. {In actis,) i. gestis publicis, q̄ acta dicebātur. Iuuen. Fiēt ista palā, cupiēt & in acta referri. {Non erat,) ex hoc patet: ꝙ nō intelligit de uxore, ga in actis nō ponebātur nisi ea: q̄ ad reip. rōnes ꝑtinebāt. {Res tuæ g.) oia: q̄ agis. {Notæ,) celebres, claræ. {De mat.) qđ inter Dolabellā, & Tulliā filiā tuis auspicijs est factū. {Trās Tauꝝ m.) Taurus mōs Ciliciæ. q (ut inqt Solinus) ab indico primū mari surgit: deinde à scopulis Cœlidonis inter Aegyptiū & Pāphilū pelagus obiectus septētrioni dextero latere: læuo meridianæ plagæ: occidēti obuersus frōte ꝓfusa. Is quoquo uersus mari alluiꝭ: ꝓcedit in ꝓminētias, & pro gētiū & linguaꝝ uarietate plurifariā noiatur, eius noia uideātur apud ip̄m Solinū. ubi de Cilicia scribit, & de hoc mōte lōge multa. {Ethesiæ) uenti quos Strab. lib. 3. eosdē subsolanos. i. euros appellat: hoc uētos: li. 17. Idē dicit incipiēte æstate flare è borealibus plagis: & à pelago apud Alexādriā Aegypti urbē: quare Alexādrini optimā æstatē agūt. Diodorus idē uꝛ sentire dicēs. Nilū crescere incipere solstitio æstiuali: nōdū ethesijs flātibus: cū decrescat ęquinoctio auctumnali eisdem ethesijs quiescentibus. Idem affirmat Pomponius Mella lib. 1. ubi de incremento Nili tractat.

Frater.

Acta.

Taurus.

Ethesiæ.

ASCEN.

NOn potuit &c.) Re bn̄ gesta à Cic. in Cilicia, ꝓcurauerūt Cœliꝰ, & Cur. supplicationē ei decernēdā, ꝓ qua eis gr̄as agit, dicitq́; se sperare triumphū, demū nōnihil de Dolabella gn̄o suo meminit. Ordo est. O cœli, nō potuit agi accuratiꝰ. i. cū maiori cura, q̄ actū est à te cū Cur. de supplicatione. s. mihi ꝓ re bn̄ gesta decernēda. Est āt supplicatio quā rogationē, ac ꝓcessionē gn̄alē uulgo appellāt, q̄ ꝓ summa uictoria decerni solet, uñ magna oriꝭ illi gl̄ia, q eā peperit: & mehercule res est ꝯfecta, ex snia mea, cū. s. ita sit, ꝙ ꝯfecta est celeritate, tū q̄ is cō

petitor

petitor tuus.s.in ædilitate.i.q tecũ petiuerat ædilitatẽ, irat'.s. ꝙ repulsam accipet,& idẽ meus.s. cõpetitor in obtinẽda pro uincia,assensus est ei.s.aut Pomp.aut Cæs.aut alteri amico, q ornauit.i.decorauit res nr̃as diuinis laudib. Quare lcito spes rare ea,q̃ sequũtur.i.q̃ sequi solẽt supplicationẽ, uidelicet triũ phũ ad q̃.s.obtinẽda mihi tu para te.Ego gaudeo primũ Do labellã gn̄um meũ laudari abs te,deinde ẽt amari. Nã ea,q̃ tu speras,posse tẽperari.i.moderari prudẽtia Tulliæ meæ.s.filię, uxoris Dolabellæ,scio cui ep̃læ tuæ r̃ndeant.i.unde id te spes rare significes. Quid,sup.scriberes,aut diceres,si legas meam ep̃lam:quam ego misi.tũ.i.tunc,ex lr̃is tuis.s.excepta,ad Ap.* Et cum p ignorationẽ Cic.ad hęc Cœlius miraretur q.d.non debuisse ex lr̃is suis ep̃lam mitti,r̃ndet Cic.Sed qd agas:uiuit .s.nũc ferè ab oib' sic.i.ut talia faciãt.Dij imortales, approbẽt .i.secũdent,qđ actum est.Ego spero Dolabellã sup.fore.i.futu rũ esse generũ iucundum nobis. Tua humanitas iuuabit nos multũ in ea.Resp.i.status reip.solicitat me ualde. Ego Faueo Cur.q Cęs.oppugnat.Ego cupio honestissime.i.ut honestissi ma ꝯtingãt Cęs.possum.i.eo aĩo sum,ut possim emori p Põp. sed tñ nihil est mihi charius Rep.in q̃ tu nõ iactas.i.ostẽtas,te ualde. Tu.n.uideris mihi esse districtus.i.arctatus ne libere agas, ꝙ.i.qa tu es &c.i.sil' bon' ciuis,& ita nihil uis ꝯtra Rẽp. agere,& bonus amicus.s.eorũ,q cum Rep.cõtendunt,& ita ni hil uis cõtra eos agere.Ego decedẽs prouincia.s.Cilicia p̃pos sui puinciæ Cœliũ.s.alterũ quæstorẽ.i.qui erat quęstor,quem receptorẽ uulgo dñt.Tu inquis.i.dicis mihi sup.p̃posuisti pro uinciæ puerũ,sup.p̃posui,fateor:at.i.sed quæstorẽ,at.i.nobilẽ adulescentẽ,at exemplũ ferè oĩum.Neq; erat sup.alter in exer citu usus supiore.i.altiore honore,quẽ pręficerẽ.s.prouincię. Nã Põtinus discesserat multo ante, & nõ poterat impetrari à Q.F.s.meo,ut p̃ficeretur,quẽ tñ si reliquissem,iniqui dicerent me nõ decessisse ex puincia planè post annum,ut senatus uo luisset,qm̃ reliqssem.s.in prouincia alterũ me, qa frater dr̃ ferè alter.Et sup.iniqui adderent fortasse illud senatũ uoluisse eos p̃esse puincijs,qui nõ p̃fuissent antea,& sup.fratrẽ meũ fuisse Asiæ triẽniũ.i.p spatium triũ annorũ.Deniq; ego nõ sum nũc solicitus,& si reliqssem pro me in puincia fratrẽ, ego timerẽ oia.Postremo nõ tam spõte.i.ppria uolũtate,& inclinatione mea,q̃ exẽplo duorũ potẽtissimorũ.s.Cęs.& Põ.q cõplexi sunt .i.charos habuerũt,& fouerũt oẽs Cassios,ut Põp.& Antoniũ, ut Cæs.ego nõ tã uolui allicere.s.in amiciã meã hoiem adole scẽtẽ.s.Cœliũ,q̃ nolui sup.eũ alienare à me.Necesse est sup.ut tu laudes hoc ꝯsiliũ meũ,nõ põt mutari.i.alr̃ se hr̃e q iã factũ est.Tu scripseras ad me paũ.i.nõ satis planè.i.plene, de Ocel la.i.de actis Ocelię,&nõ erat.s.factũ eius in actis.s.ad me mis sis.Res tuę gestæ,ita sunt notæ,ut sit auditũ ẽt de matrimõio .s.tuo,trãs Taurũ montẽ.s.maximũ in ꝯfinio Cilicię.Ego uide bo uos celerit,ut spero,nisi Etesiæ.i.uẽti illi subsolani.i.Euri: ęstate tñ à Boreali flãtes,morabũtur.i.destinebũt ĩ mora me.

PAVLVS MANVT. EXemplo.) Antea,exemplum. nos ex uetustis libris,exem plo,sextum ab hinc annum correximus,& impressimus. {Pontinius,) Nam is quidem superiore honore usus erat:fue rat enim prætor Cicerone cos.itaque dixit ad Atticum episto la II. lib. VI. Fratrem solum habeo prætorium: Pontinius enim iam à me discesserat. {De Matrinio,) Locus est obscu rus, cuiusmodi in ipsius Ciceronis scriptis alij quoque sunt. quare etsi sensum non percipio,tamen ueterem lectionem li benter conseruo. omnino & libri sunt,in quibus legitur, De matrimonio: sed uetustiores habent,De Matrinio. quæ uox quid sibi uellet,cum minus constaret: fuisse opinor,qui Ma trinio delerint, & matrimonio ex ingenio reposuerint. for te autem,cum ad Cœlium ædilem scribat, de Matrinio scriba ædilicio,cuius meminit in oratione pro Cluentio, quidpiam significauit: sed nihil affirmamus.

ARGVMENTVM.

QVia Cicero perfunctus magistratu,cum è prouincia in vrbem redire pararet,intellexerat bella ciuilia inter Cæsarem & Pompeium orta, noluit in vrbem redire: sed in Cumanum se recepit, questus per literas ad Cælium missas de calamitatibus suorum temporum, quibus prohibebatur triumphare,imo locum se dignum in Rep. recipere. intellexerat Cælius eo consilio Ciceronem in Cumano mansisse, vt facilius posset ad Pompeiũ trãsire contra Cæsarem,quod ne faciat dehortatus erat Cælius per salutem filij & generi: vnde nunc se purgat Cicero, tamen adhæsurus Pompeio.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Excusat se à falsa suspicione Cælij, quam in contrariam voluntatem detorquet: tantum scilicet se à Cæsaris & Pompeij dissidijs dissidere, vt nihil pace & tranquillitate Reip. carius habeat.

M. CICERO IMP. M. COELIO, AEDILI CVR. S. P. D. 16

*MAGNO dolore me affecissent tuæ literæ, nisi iam & ratio ipsa depulisset omnes molestias, & diuturna desperatione rerum obduruisset animus ad dolorem nouum. sed tamen, quare acciderit, vt ex meis superioribus literis id suspicarere, quod scribis, nescio. quid enim fuit in illis præter querelam temporum, quæ non animum meum magis solicitum haberent, quàm tuum? nam non eã cognoui aciem ingenij tui; quod ipse videam, te id vt non putem videre. illud miror, adduci potuisse te, qui me penitus nosse deberes, vt me existimares aut tam improuidũ, qui ab excitata fortuna ad inclinatam, & prope iacentem * desciscerem; aut tam inconstantem, vt collectam gratiam florentissimi hominis effunderem, à meq; ipse deficerem, &, quod initio, semperq; fugi, ciuili bello interessem. quod est igitur meum triste consilium? vt discederem fortasse in aliquas solitudines. nosti enim non modo stomachi mei, cuius tu similem quondam habebas, sed etiam oculorum in hominum insolentium * indignitate fastidium. accedit etiam molesta hæc pompa lictorum meorum, nomenq; imperij, quo appellor. eo si onere carerem, quamuis paruis Italiæ latebris cõtentus essem. sed incurrit hæc nostra laurus non solum in oculos, sed iam etiam in voculas maleuolorum. quod cum ita esset, nihil tamen vnquam de profectione, nisi vobis approbantibus, cogitaui. sed mea prædiola tibi nota sunt. in his mihi necesse est esse, ne amicis molestus sim. quod autem in maritimis facillime sum, moueo non nullis suspicionem, velle me nauigare. quod tamen fortasse non nollem, si possem ad ocium: nam ad bellum quidem qui conuenit? præsertim contra eum, cui spero me satisfecisse; ab eo, cui tamen satisfieri nullo modo potest. deinde sententiam meam tu facillime perspicere potuisti iam ab illo tempore, cum in Cumanum mihi obuiam venisti. non enim te celaui. sed non ne tum prouidisti, quàm abhorrerem ab vrbe relinquenda? quod cum audissem; non ne tibi affirmaui, quiduis me potius perpessurũ, quàm ex Italia ad bellum ciuile exiturum? quid ergo accidit, cur consilium mutarem? non ne omnia potius, vt in sententia permanerem? credas hoc mihi velim, quod puto te existimare, ex his miserijs nihil aliud me quærere, nisi vt homines aliquando intelligant, me nihil maluisse, quàm pacem; ea desperata, nihil tam fugisse, quàm arma ciuilia. huius me constantiæ, puto fore, vt nunquam pœniteat. etenim memini in hoc genere gloriari solitum esse familiarem nostrũ Q. Hortensium, quòd nunquam bello ciuili interfuisset. hæc nostra laus erit illustrior, quòd illi tribuebatur ignauiæ, de nobis id existimari posse nõ arbitror. nec me ista terrent, quæ mihi à te ad timorem fidissime, atque amantissime proponuntur. nulla est enim acerbitas, quæ non omnibus hac orbis terrarum perturbatione impendere videatur: quam quidẽ ego à rep. meis priuatis, & domesticis incommodis libentissime vel istis ipsis, quæ tu me mones vt caueam, redemissem. Filio meo, quem tibi carum esse gaudeo, si erit vlla resp. satis amplum patrimonium relinquam memoriam nominis mei: sin autem nulla erit, nihil accidet ei separatim à reliquis ci-*

* alias desisterẽ

* alias dignitate.

nibus. nam quod rog. u. vt respiciam generum meum, adolescentem optimum, mihiq́ carissimum: an dubitas, cum scias quanti cum illum, tum vero Tulliam meam faciam, quin ea me cura vehementissime solicitet? & eo magis, quod in communibus miserijs hac tantum oblectabar specula, Dolabellam meum, vel potius nostrum fore ab ijs molestijs, quas liberalitate sua contraxerat, liberum. velim quæras, quos ille dies sustinuerit, in vrbe dum fuit, quàm acerbos sibi, quàm mihi ipsi socero non honestos. itaque neque ego hunc Hispaniensem casum expecto; de quo mihi exploratum est, ita esse, vt tu scribis: nec quidquam astute cogito. si quando erit ciuitas: erit profecto nobis locus. sin autem non erit: in easdem solitudines tu ipse, vt arbitror, venies, in quibus nos consedisse audies. sed ego fortasse vaticinor, & hæc omnia meliores habebunt exitus. recordor enim desperationes eorũ, qui senes erant adolescente me. eos ego fortasse nunc imitor, & vtor ætatis vitio. velim, ita sit: sed tamen togam prætextam texi Oppio, puto te audisse. nam Curtius noster dibaphum cogitat: sed eum infector moratur. hac aspersi, vt scires, me tamen in stomacho solere ridere. De Dolabella quod scripsi, suadeo videas, tanquam si res tua agatur. Extremum illud erit: nos nihil turbulenter, nihil temere faciemus. te tamen oramus, quibuscunque erimus in terris, vt nos, liberosq́ nostros ita tueare, vt amicitia nostra, & tua fides postulabit. Vale.

HVBER.

MAgno dolore) Functus Cic. magistratu prouinciæ cum in Italiam uenisset: ostendisset iã bella ciuilia exardere intendere inter Cæs. & Pompeium in Cumanũ se receperat: quia cum non esset locus in urbe auctoritati uirorũ: quia pudebat eum esse in urbe cũ contemptu qui in prouincia triumphum meruisset: quem tñ noluit: quia existimauit indignũ patria lugente triumphare: scripserat aũt ad M. Cœlium literas: quibus cõquerebatur de tpibus ita turbulentis: quibus lectis existimauit Cœlius Cic. contra Cæs. esse animatum pro Pomp. deinde quia erat in locis maritimis: suspicatus est eum elegisse illa loca: ut cõmodius posset ad castra Põpeij nauigare: quare hortatus fuerat ipm Cœlius ne immisceret se his bellis ciuilibus: maxime contra Cæs. idq́; faceret sui ipsius, & filij sui M. Cic. & gñi Dolabellæ, & filiæ causa. ad quæ oia ita rñdet Cic. plene: ut ostendat Cœlũ falso oia de se suspicatum: seq́; nihil unq̃ magis cupiuisse: q̃ pacem: quam ẽt si consequi non possit: uult tñ: ut oẽs intelligant se fugisse bella ciuilia. Reliqua uidebuntur in textu eplæ. {Tuæ lit.) quibus declarasti mihi magnas discordias ciuiles, & pericula reip. {Ratio,) prudens & cõsiderata cogitatio: ratione. n. docemur: non esse inconsolabiliter dolenda: quæ necesse est pati. {Depulisset,) amouisset ex animo meo. {Obduruisset) induratus esset: & assuefactus, & iam quodãmodo (ut ita dixerim) callum fecisset. {Ad dol.) tolerandũ. {Diuturna,) lõgi temporis: quod enim desperatur necesse est æquo aio ferre. Nam (ut ait Seneca.) Stultum est timere: quod uitare non possit. {Desperatione,) quia uidebam nullam esse de rep. spem: ideo induruerat aius meus ad dolorem. {Sed tñ) nunc ostendit eum falsò suspicatum esse Cic. studere partibus Pompeianis: uel profecturum ad bellũ. {Literis sup.) non puto eas lras esse in hoc uolumine, quicquid alij dicant. {In illis) literis meis. {Querelã temp.) querebar. n. de temporibus: quibus ciues ita essent inter se discordes: ut nullam hñt rationem reip. {Quæ) querela. {Haberet sol.) premeret solicitudine. {Quam tuum:) à quo scio amari remp. uel legatur. {Haberent:) & tunc intelligemus: quæ tpa non magis afferrent mihi solicitudinem q̃ tibi. Nam non probat animum eius non minus solicitum q̃ suum, & est sensus, ego non noui ingenium tuũ tale: ut non putem te uidere, & cognoscere: id quod ego ipse uideam. {Eã aciem:) id acumen. {Eam) .i. talem & tam hebetẽ. {Videre,) cognoscere. {Illud) accusat eum: q̃ facile crediderit Cic. desertu rũ Cæs. ut faueret Pomp. {Abduci,) persuaderi tibi. {Penitus) intus & incaute: ut dr. {Nosse,) prudentem & consideratum: {Improuidũ) incõsideratum. {Desisterem,) deficerem, discedere. {Excitata,) erecta. s. Cæs. q iam cogerat. Pomp. ex Italia discedere. {Inclinatã:) pendentẽ & ruinæ proximã. & ut diximus supra tractũ ab ædibus minãtibus ruinam. {Iacentem) quasi pstratam & sine spe: & intelligit fortunã Pomp. quę iã fuerat multis cladibus afflicta. {Aut ta inc.) subaudi existimares. {Incõstantem,) instabilem, mutabilem. {Vt eff.) abijcerẽ: translatio à rebus liquidis, quæ effundi solent. {Grãm,) beneuolentiam, amicitia. {Collectam,) cõparatam, acquisitã. {Hominis flor.) non Pomp. intelligit, sed Cæs. cuius gratiam sibi collegerat: ut uisum est in 1. lib. in epist. longa, ergo h. d. Cic. Miror q̃ cũ penitus nosce debeas qualis sim potueris tibi persuadere me esse, uel improuidũ, uel inconstantem. {Improuidũ,) ut desererem uictorẽ, & hærerem quasi uicto. {Inconstãtem,) ut amitterem grãm Cæs. clarissimi & florẽtissimi uictoris: quã ipse mihi collegi: & cõparaui ei fauendo. {Deficerem me,) relinquerem me, illi dr deficere se: q abijcit uel spernit ea, quæ ad tuendum sunt necessaria: nec perstat in proposito. {Initio:) quo bellũ est inceptum. {Semperq́;) in toto pcessu bellorũ. {Interesse,) id. n. uir inconstantiæ. ut nunc interessem bello: quod semper effugi & dãnaui. {Quod est,) facit interrogationẽ: quæ sibi fieri posset, & ad eum rñdet. {Cõsilium,) deliberatio. {Triste) quia his tpibus nihil põt deliberari, nisi triste. {Vt dice) subiectio interrogationis. {Solitudines) in loca sola, & deserta. {Nostu. n.) reddit rõnem huius subiectionis. {Stomachi mei) hoc est animi, & est trãslatio: qa ut stomachus facile mouetur, cũ sentit aliqd à quo abhorret: ita & aius delicatus. {Cuius) stomachi. {Similem,) q ita facile indignabaris, cũ uidebas aliquid, qd tibi displiceret, sicut ego nũc {Quondã,) nam assuefecisti. {Fastidium) molestia, tædiũ, indignatio. {Insolentiũ) arrogantium. {Fastidium oc.) indignatio uisus. {Indignitate) hoc est cũ uideo hoies insolentes esse indignitate. i. cũ nullam habeant dignitatem. {Accedit.) ad supradictas causas. {Hęc põpa lict.) quos habeo pp dignitatẽ impatoriam. Pompa oẽ spectaculum dr in lætis, & aduersis à Gręco πέμπω. i. mitto, dr. n. põpa nuptiarũ, pompa sacrorũ põpa funerũ, lictores uero dñr ministri cõsulis, proconsulis, psidis, prætoris, siue impatoris, cõsuli aũt dantur duodeni, alijs tñ seni. dicti, ut uoluit A. G. ex auctoritate Valgi, à ligando: q̃ cum magr̃atus Populi R. quempiã uerberari iussisset, crura eius & manus ligari uincirq́; à uiatore solita sint: ijsq́; q è collegio uiatorũ offm̃ ligandi hñet, lictor fit appellatus. Sed idem dicit Tironẽ Tulliũ M. C. libertũ scripsisse lictores à lino uel à licio dictos, nam q magistratibus (inqt) præministrabãt cincti erãt, addit alia multa A. G. q̃ licet apud eũ uidere. Nonius ẽt à ligando lictorẽ dictũ uoluit. Festus Pomp. q̃ fasces uirgarũ ligatos ferũ, & parẽtes magr̃atibus delinquentibus plagas inferũt. {Molesta,) grauis mihi, alij codices, & qdẽ uetusti hñt, accedit huic molestiæ. {Quo ap.) quia ab oibus dicor, impator. {Eo honore, ut nõ nominarer impator. {Quibus) suis q. d. ẽt incõmodis & minus claris. {Latebris, recessu aliquo, & loco ubi possem latere. {Laurus nra,) glĩa triũphi, quem merui ob res pclare gestas in Cilicia. Lauro aũt coronabantur triũphantes & uictores. {Incurrit,) obijcitur; hoc est nõ solũ clare uiuetur à maleuolis meis, sed ẽt de ea loquuntur ipsi maleuoli ut uolunt. {Voculas,) detractationes, oblocutiones. {Qd nram laurũ incurrere in loculos, & uoculas maleuolorũ. {Cũ. i. e) .i. q̃ uis ita esse scirẽ. {De prof.) discessu meo ex Italia. {Nisi uo. ap.) nisi uobis assentientibus, & laudantibus me ita facere. {Prædiola,) meæ possessiunculæ. {In ijs) prædiolis. {Molestus am.) si sim in urbe. {Maritimis) uicinis mari. {Mouet) facit, inijcit. {Enauigare,) naui discedere. {Quod,) enauigare. {Nõ no.) uellẽ. {Ad otiũ,) ad pacẽ, & ad tranqllitatem uitæ. {Qui,) quõ. {Cõuenit) cõsentaneũ est q. d. nullo modo, psertim cũ sim cupidior otij, q̃ belli. {Pręsertim) pbat quare nõ sit uerisile eum discedere. {Contra eum,) Cæs. {Satisfecisse,) signasse me ei esse amicũ, cum feci pro eo qd uolebat. {Ab eo) Põp. i. enauigare à Põp. i. à partibus Põpeianis ctra ipm Cæs. {Nullo mõ) pp incredibilia eius in me merita, ut diximus in 1. lib. sup epła lõga. {Sniam meã,) quã tibi exposui. {Iã ab illo tpe) post illud tps. {In Cum.) ubi habeo pdia mea {Venisti) obuiã mihi redeũti à Cil. {Celaui te.) .s. qd ai hñem. i. apte oia tibi exposui. dicimus aũt celo te hãc rẽ. Ouid. in Heroi. Hoc te celauimus unũ. Et de hac re. Cic. ad

Deficio me.

Pompa. Lictor.

Voculas.

Metellum

Metellũ lib.5. Scito te à fratre magnis de rebus fuisse celatũ.
{Prouidisti,)ꝓspexisti,& cognouisti.{Quã) quãtũ.{Abhor
rere ab)alienus esse à discedẽdo ab urbe,ex quo nũc debuisti
suspicari me esse nauigaturũ aliquò.{Qđ cũ aud.) te ꝓuidisse
me esse alienũ ab urbe relinquẽda.{Affirmaui,)certo ꝓmisi.
{Quiduis)quodcũque malũ.{Quid ergo,) infert ex supradi
ctis nullã habendã fuisse suspicionẽ de discessu suo.{Quid er
go acc.)cũ interrogatione legendũ est.{Cõsiliũ,) deliberatio
nem nõ discedendi ex Italia ad bellũ ciuile.{Oia,)subaudi ac
ciderũt.{Miserijs:)malis.{Aliqñ:)tandem.{Ea desperata).i.
pacis spe amissa.{Puto).s.spero futurũ.{Nunq̃,p.)ut semp la
ter me fuisse in hoc ꝓposito,& in eo perseuerasse.{Etenim,)
exẽplo extollit factũ suũ,& ꝯsiliũ fugiẽdi bellũ ciuile. Nam si
Hortẽsius gloriabatur nõ interfuisse bello, à quo ꝑꝑ ignauiã
obstituerat:q̃to magis gloriari põt Cic. q uolũtate ipsa bello
nõ interfuerit.{Hortensiũ,)oratorẽ optimũ:eũ cui Cato uxo
rẽ ad ꝓcreandã sobolẽ ꝯcessit familiarem Cic.ut ipse testatur.
{In hoc gñe,)in hac cã: in sili ꝯditione.{Illustrior,)clarior,
maior.{Ignauiæ)timiditati:est.n.ignauia cõtraria fortitudi
ni.{Id,)qđ simus ignaui:qa multa oñdi documẽta fortitudi
nis,& ꝯsulatu meo & in administratione ꝓuinciæ.{Nec me
ista.)rñdet ad ea,q̃ Cęlius dixerat esse respiciẽda ꝑꝑ suos: qb⁹
Cic.dicit se nõ terreri.{Proponũtur) cõmemorantur: & q̃si
ante oculos mihi ponũtur.{Fidelissime)qa scio te hoc & fide
liter & amanter facere:qa nolles incõmoda mea.{Ad timorẽ
mihi f.)ut terreras me.{Nulla est.n.) h.d.siquid mali ex hoc
bello accidet:oibus accidet: & hoc malũ si possem meis incõ
modis,& dãnis à rep.remouere,libẽter facerẽ.{Acerbitas,)ca
lamitas.{Perturbatione)tumultu ciuili.{Impẽdere,) immi
nere.{Priuatis) ꝓprijs.{Incõmodis,)damnis:iacturis.{Vel
istis).i.ẽt istis,& signat amissionẽ fortunarũ infelicitatẽ libero

Redimo.

rũ,& gñi Dolabellæ.{Redemissem,) remouissẽ,quasi dando
mea ꝓuata,ut resp.caretillis in cõmodis.illud.n.ꝓprie est re
dimere:ut captiuitatẽ tuã meis fortunis redimi.i.dedi fortu
nas meas ꝓ captiuitate tuas.{In memoria nois mei,)qa nul
lũ pulchrius,& p̃stantius relinq patrimoniũ à parẽtibus põt
suis filijs q rerũ p̃clare gestarũ gloria,& memoria:unde & ipse
Cic.lib.1.off.Licet.n.mihi M.fili apud te gloriari,ad quẽ i &
hæreditatis huius gloriæ & factorũ imitatio ꝑtinet.{Nulla
erit).s.resp. hoc est si ꝑdita & oppressa fuerit.{Separatim.)
Seorsum.i.nihil ei accidet,qđ nõ accidat ceteris.{Cum scias)
hoc est cũ duplici de cã scias eũ mihi esse charissimũ,& ꝑꝑ eũ,
quẽ sp amaui,& ꝑꝑ filiã meam,q̃ cũ sit mihi charissimã,neces
se est eius maritũ mihi charũ esse, nã gñi maximi amantur ꝑꝑ
filias.{Respiciã) tuear & ipsius respectũ habeam.{An dub.)
Ordo est,qđ rogas, ut respiciã &c. an dubitas:qn ea cura me
uehemẽtissime solicitet.{Eo magis,) solicitet.{Specula,non
pro loco edito & eminẽti in hoc accipitur:unde aliqd uidere
& speculari possumus,ut apud Virg.in Buc.Specula de mon
tis i altũ Deferat,sed blãdimẽti gr̃a usus est diminutiuo à spe,

Specula.
Recula.

ut sit. Hac specula,hac una parua spe,ut.n.à res recula: ita à
spes specula.Speculã aũt intelligit filiam Tulliã, in cuius ser
mone,& suauitate,ut ipse ad Ser.Sulpitiũ,lib.4.ait oẽs curas,
& molestias deponere ꝯsueuerat, nã ut ita ordinetur textus,
hac tñ oblectabar specula,Dolabellã meũ ab his molestijs ua
cuũ fore,nõ placet,neq; conuenit,cũ de filia fecerit mentitur
dicẽs an dubitas,cũ scias quanti cũ illũ,tũ uero Tulliã meam
faciã,qn ea cura me solicitet,deinde subdidit,& eo magis ꝙ i
cõibus molestijs, hac tñ oblectabar specula: quã sine dubio
intellexit de filia sua,sequentẽ aũt textũ ita ordinari. Dolabel
lã meũ uelim esse uacuũ ab his molestijs & cetera, oñdit infe
rius, ubi dicit de Dolabella: ꝙ scripsi sua deo uideas tanq̃ si
tua res agatur,nã sigñat uelle,ut opa Cœli liberetur.{Dola
bellã.)Ordo est,uelim Dolabellã fore uacuũ &c.{Velim) cu
pio & quasi te rogo.{Fore uacuum)caritur͂ ꝑ te & opa tua.
{Cõibus)q̃,nõ ad me solũ:sed ad alios quoq; ꝑtinent.{Libe
ralitate sua,)ad excusationẽ Dolabellæ dixit liberalitatẽ:cum
melius ꝓdigalitatem dixisset:põt tegi libertate,ut sit audacia
quadã & q̃si temeritate,nã liber dr̃ q nullius habito respectu,
qđ sentit dicit & facit.{Cõtraxerat,) sibi fecerat.In urbe dum
fuit.nã tũc cũ Cic.scribebat:erat i castris cũ Cæs.{Sustinuerit)

Liber.
Sustineo.

tolerauerit:nã sustinemus q̃ sunt oneri & molestię.{Acerbos)
graues.{Nõ ho.m.)qa multa oportuit me facere ꝓ eo,q̃ non
erãt satis ꝯueniẽtia dignitati meę.{Hispaniẽsem c.)hoc bellũ
qđ in Hispania nunc gerit à Cę.s.ꝯtra Petreiũ & Afraniũ,quos
apud Ilerdã obsederat.{Expecto)ut multi existimãt,q credũt
me expectare,ut pro euentu illi⁹ belli nouũ capiã ꝯsiliũ,& deli
berẽ qd mihi sit agẽdũ.Hispanũ dicimus hoiem ex Hispania,

Hispanus
Hispaniẽsis.

Hispaniẽsem uero,q licet sit i Hispania,tñ nõ est ex Hispania:
uñ dicim⁹ Romanũ exercitũ Hispaniẽsem.i.q in Hispania mili
tat.{Exploratũ,)certũ manifestũ.{Vt tu scr.) ꝙ Cæs.oino sit
futurus uictor.sic.n.ꝯijcimus à Cœlio scriptũ fuisse.{Astute)
callide,ut mearũ rerũ rõnem habeã,& nõ dignitatis publicæ.
{Locus)i ipsa ciuitate,sicut ceteris.{Nõ erit.)ciuitas.{Tu ip

Solitudo.

se,) qa ꝑdita ciuitate & rep.non magis erit tibi locus q̃ mihi.
{Solitudines,)recessus,loca remota.{Cõsedisse)cõstitisse,cõ
moratos esse.{Sed ego,)ꝙ fortasse oia erunt meliora q̃ dicit,
qa uaticinat, & non ex certa rõne dicit.{Vaticinor,)diuino.
{Et hæc oia,)q̃ tñ timoris nobis afferũt.{Exitus,)fines.{Me
liores)q̃ uaticinamur & putam⁹.{Recordor,)argm̃ ab ętate,
se.n.senẽ nunc desperare dicit,sicut olim adolescẽs uidit alios
senes desperasse,q̃ tñ meliora euenerũt, ex defectu.n.sangui
nis senes sunt timidiores,& iõ ut plurimũ desperãt,cũ adole
scẽtes ꝯtra ex abũdãtia sanguinis multũ audeãt & sperẽt.{Me
adol.)cũ ego essem adolescẽs.{Imitor,)eos, & facio sicut illi
faciebãt.{Aetatis u.)nã senes sp solẽt p̃dicere multa futura,et
ut diximus,prõptiores sunt ad desperationẽ & timorẽ, q̃ ad
spẽ.{Velim ita sit.)utinã ita sit,ꝙ uaticinet more senũ,ꝙ hęc
oia meliores habeãt exitus.{Sed tñ)hic locus est difficillim⁹
ꝑꝑ deprauationẽ textus: nã alij legũt togã p̃textã texi apio,
alij Appio,placet tñ melius,apio: ut sit sensus cõiunctus cum
supiori: hæc oia fortasse meliores habebũt exitus, sed tñ texi
togã p̃textã apio,hoc est impatoriã uestẽ meã texi amaritudi

Toga.

ne. Toga.n.uestis cõis oium Romanorũ tã mulierũ q̃ uirorũ.

Prætexta

Prætexta uero erat isigne magr̃atuum:ab Ethruscis à Tullio
Hostilio rege Romanorũ tertio ad R.trãslatum: quẽ habitum
eo tpe pueri nõ usurpabãt, sed postea à Tarqnio Prisco cũ de
Sabinis triũphasset: data est p̃texta cũ bulla aurea filio anno
rũ quatordecim,ꝙ hostẽ manu ꝑcussisset,& inde usurpatũ ut
pueri quoq; ea uterẽtur:qm̃ igr̃ erat insigne magr̃atuum, &
Cic.ꝓcõsul & impator in Cil.fuerat:ideo dixit.{Texi:)orna
ui.{Togã pr.)impatoriã dignitate.{Apio)Amaritudine q.d.
quã magis decebat tegi & ornari lauro,nã ut supradiximus,
licet meruisset triũphũ Cic.nõ tñ existimauit triũphãdum lu
gẽte patria. Apiũ.n.pro amaritudine & dolore posuit,est.n.

Apium.

herba amara.Virg.Florib⁹ atq; apio crines ornatus amaro,li
cet Seruius in eo loco exponat amaro.i.uiridi{Puto te aud.)
me texisse togã p̃textã apio.{Curtius nr̃.)is erat utriusq; ami

Dibaphũ.

cus.{Dibaphũ)purpurã bis tinctã sigñat nam δὶς bis, βάπτω
tingo sigñat,ponit tertiã ꝓ ueste duplicis coloris:utputo hic
intelligi,ut dicat Cic. Curtius cogitat uestẽ duplicis coloris:
sed eũ tinctor expectat,q faciet eã unius: metaphorice.n.loq
tur Curtiũ utriusq; partib⁹ & Cæsarianis & Põp. studere, sed
necesse fore ut unius tm̃ sit.{Infector)βάπτω tinctor.{Mora
tur)expectat.{Aspersi)leuiter tetigi,& iocatus sum.{In sto.)
in molestia,in indignatione.{Qđ scr.)ut sit liber à molestijs
suis.{Extremũ ep.)i.hæc erit ꝯclõ.{Turbulẽtor,) iracunde,
impetuose,temere,incõsiderate.{Liberos:)filios.{Lr̃as ad te)
Caninius Sallustius q̃stor erat Bibuli, q p̃erat Antiochiæ, is
ad Cic.duas epl̃as scripserat,unã plenã uarijs petitionib⁹& in
terrogationibus:qbus oibus rñdet Cic.ut ex p̃ma parte epl̃æ
colligitur,nã sup̃fluũ est numerare partes. In altera epl̃a peti
uerat Canin.à Cic.ut eũ Bib.p̃tori diligẽter ꝑ lr̃as suas cõmẽ
daret:qđ quãuis se facere dicat Cic.adducit tñ quasdã rõnes,
qb⁹ oñdit cõmẽdationẽ suã parũ põderis apud Bib.habiturã.

Ascen.

MAgno dolore &c.qa rediẽs è ꝓuincia itellexerat bella ci
uilia iter Cęs.et Põp.orta,noluit in urbẽ redire,sed in Cu
manũ agrũ se recepit, q̃stus ꝑ lr̃as ad Cœliũ missas de calami
tatibus tpum suorũ, qbus ꝓhibebatur triũphare, imo locũ se
dignũ in Rep.recipe.Intellexerat aũt Cœlius eo ꝯsilio in Cu
mano mãsisse,ut facili⁹ posset ad Põp.trãsire ꝯtra Cæs. qđ ne
faciat,dehortat⁹ erat idẽ Cœlius ꝑ salutẽ filij & gñi.Vñ nũc se
purgat Cic.nihilominus adhæsurus Põp. Ordo est. Lr̃æ tuæ
affecissent me magno dolore,nisi iã cũ allatæ sunt, & .i.sil'rõ
ipsa depulisset oẽs molestias.Et.i.sil'aius.s.meus obduruisset
.i.obduratus fuisset,diuturna desperatione rerũ,ad.i.ꝯtra, do
lorẽ nouũ.Sed tñ nescio quare acciderit,ut suspicareris ex su
periorib.lr̃is meis,id qđ scribis.s.me i Cumano mãsisse, ut ad

ꝑꝑlo pręirent. Id Lucilius, quem Varro testatur, ait. Ergo ꝑtorem est ante & ꝑire & eodem auspicio creabatur, quo ꝯsules, hinc & ꝯsulum collegas fuisse dicebant. {Offm̄) nunc beneficium. {Rhodonem) tororium Thermi. {Præstiti) accōmodaui ad id faciendum, qd̄ petitur. Sed huius uerbi sig̃fio peculiaris est melius esse. Itē excellere, unde dr̄ præstantia excellētia. Hi uero loci pleni sunt oēs beneuolentia, ut audituꝝ alliciant. {Indies) hoc est quotidie. Veꝝ indies, & indiem, & quotidie dr̄nt. Indies. n. ut plurimum cum comparatiuo iungimus, & αὔξησιν hēt, ut hoc loco, indies maiori curæ. Etiā sine comparatiuo, sed sua cum αὐξήσει. Indiem uero multi dūtaxat in pn̄ti die rōnem accipiunt, & cum hoc uerbo uiuo, ut plurimum ꝯiungi uolunt. Sic Fabius, non ut feræ, uolucres pn̄tis modo tpis memores indiem uiuunt. Veꝝ ego in longi tpis rōnem Terentianam Pythiam accepisse intelligo, cum ait. Credo, sed indiem illud Parmeno fortasse qd̄ minitaris: tu iā pendebis. Eodē modo in horas, & in horā dicimus. Quotidie uero tam cū αὐξήσει q̄ sine αὐξήσει, dici pōt, unde elegantia sermonis quotidie lego dicimus, indies lego non dicimus, & cum comparatiuo, ut paulopost. Mihi magis, magisq; quotidie de rōnibus tuis cogitanti. {Dignitatem) præturā in Hellesponto. Qd̄ aūt ibi magistratum gessisset, alię nobis ad eū lrę sig̃nauerunt. Oia (inquit) tibi cōmendo negocia eius, q̄ sunt in Hellesponto, & alibi. Siq̄d habebit cū aliquo Hellesponto ꝯtrouersiæ, ut in illam administrationē rejcias. {Integritate & cl.) de his ēt alia in ep̄la. Sed tn̄ cum non fugiat quanta sit in ꝑtore auctoritas, ꝑsertim ista integritate, grauitate & clementia, qua te esse in oibus ꝯstat. Sed mihi consilium summa perit, ut q̄storem relinquat in ꝓuincia suo loco non legatos. {Rōnibus) de rebus ad remp. pertinentibus, & honorem, & salutem tuam. {Aristoni) is. n. ad Cicer. pro hoc negocio à Thermo missus fuit, et idem dedit illi ꝯsilium, quod nunc dat Thermo. Grauissimas. s. inimicitias susceptuꝝ, si legatos quæstori præponeret. {Inimicitias) Caue dicas inimicitiam numero singulari. Nusq̄. n. inimicitiam leges, nisi apud Ennium, qui sic hēt. Ego eo ingenio natus sum, amicitiam atq; inimicitiam in fronte prōptam gero. {Adolescens) q̄storem dicit. {Ignominia aff.) si tu de prouincia discessurus alteꝝ reliqueris, q̄ quæstorem tuum. {Ignominia) iniuria. est. n. hæc nominis nota, atq; macula. {Habes) argm̄ ab auctoritate. Et est ratio quare sit ignominia. {Honoris gradu sup.) qm̄ quæstura pluris apud ꝑtorem erat q̄ legatio. Thermus. n. quæstorē habebat & legatos. Nam uice imperatoria quæstores in exercitu ex decreto ꝑꝑlo R. fungebantur. {Nobilitatem) raro sine adiuncto ponimus. Meson est. In laudem uergit, & in uituperationē, dicta quidem quasi noscibilitas, & nobilis quasi noscibilis: unde nobile scortum, nobilem latronē dicimus. Eiusdem sunt nāæ eximius & insignis: unde meretricē insignē & eximiam appellamus. {Hoc ipso) hac re quod est q̄stor. {Noscere) Antipophora est. Rn̄dit. n. tacite obiectioni, qua Thermus facere potuisset, & dat ei cōsilium: ut euitet inimicitias. {Perspicio) antiq̄ spicio sine compositione dicebant, hoc tpe sine compositione non utimur: & pro qualitate coniunctisig̃fionem amplectitur. {Tres fr.) habebat. n. quęstor eius fratres duos. Dictꝰ fr̄, quasi fere alter, unde Cic. de Q. fratre dixit ꝙ alteꝝ me reliquissem. Siue à lingua Græcoꝝ antiquissima φρητὴρ qui ἀδελφός hodie nūcupatur. {Summo loco natos) dat his auctoritatem & locum pro nobilitata gn̄is capimus, alias argm̄ sig̃nat extra notam eius nominis significationē. {Promptos) diligentes & strenuos. {Non indis.) eloquentes, maximam. n. uim habet ad concitandum ꝑꝑl̄m eloquentia. {Dn̄r) enim hæc omnia ad perterrendum Thermum, ne quæstori suo legatos anteferrat. {Per trién. f.) qm̄ tres erant fratres, & quisq; per se trib. pl. futurus erat. Triplex est. n. in his quæ tp̄s sig̃nant dicendi modus. Aut in accusatiuo sine præpositione. Terent. Tandem non ego illa careā si sit opus, uel totum triduum. Aut in abltō sine præpōne. Cicero Paucis. n. diebus eram missurus domesticos tabellarios: aut in accusatiuo cum præpositione. Quintil. Post imperatam studijs meis quietem, q̄ per 20. annos erudiendis iuuenibus impēderam. {Turbulenta) Metaphora, uidebat. n. Cæsarem & Pomp. uelle remp. occupare. {Tribunitios terr.) ex quo tres fratres dixit per triennium trib. pl. futuros, & bene terrores dixit maxima. n. erat tribunorum auctoritas, omnia. n. decreta Senatus

Præsto.
Præstantia.
Indies.
Indiem.
Quotidie
In horas
In horā

Nobilitas
Nobilis.
Eximius.
Insignis.
Perspicio.
Frater.

tus

tus Irrita habebantur, nisi per eos approbata fuissent. Adde ꝙ q.t.p. licet uocationem non hr̄ent, ut inquit Varro: non modo priuatum, sed ēt consulem in rostra uocari iusserunt. Sed quare ius uocandi non hr̄ent, cū summā coercēdi ptātem habuissent A. Gellius explicauit. Et alibi nos de tribunis locuti sumus. {Presertim) hac potissimum rōne. {Sine re) qm̄ iustū & honestū. {Offenderit) in aliquo errauerit. {Nihil tibi off.) in nullum detrimentum tuum siue dedecus cadet. Sed siqd mali & dedecoris erit, sibi erit. {Proficiscebar in Cil.) nam cū Ariobarzane rege ibi steterat. {Oportere) ꝯueuire, iure amicitiæ nr̄æ: qua motus hæc oīa ad te scribenda putaui. {Dij ap.) ꝙ tibi succedat. Dij bene uortāt: apud antiquos dici solebāt, qn̄ aliquid præter spem ueniebat: cum alr̄ euenire timuissent, quibus rebus ita se in utranq; partē uertentibus. Vertūnum deum præesse putabat antiquitas. {Si me aud.) mihi auscultabis: & si meis uerbis audiēs fueris. Nec ausim dicere. {Si meis uerbis audies) licet in captiui duo Plaut. dixerit. Haud audiebat facto, dicimus. n. audiēs sum tibi: ꝓ obedio tibi, & audiēs sum te, pro audio te. {Posteritatis otio ꝯs.) ut tu & posteri tui oēs tranqlle & qete uiuatis: hoc ꝯsequi poteris, si q̄storē istū beneficijs tuis afficies. Est. n. tibi ꝯsulere tibi ꝓuidere. Lucan. Consulite extremis augusto in tpe rebus, sed ad corporis & rerum extremarum magis q̄ ad animi bona ptinere uidetur.

Bene vertat.

ASCEN. OFficium &c.) Thermus ꝓprætor, seu proconsul Bithyniæ scripserat ad Ciceronem sibi eius officium in Rhodonem gratum fuisse, de se gaudere nunc dicit Cic. monetq; ne legatos quæstori, presertim tam nobili & potenti præferat. Ordo est. Ego gaudeo uehementer offm̄ meum erga Rhodonem, et cetera studia mea, q̄ præstiti tibi, ac tuis .s. amicis se esse grata tibi hoī gratissimo. Et scito dignitatem tuam esse mihi curæ in dies maiori, q̄ quidē dignitas tua amplificata est à teipso, integritate & clementia tua, sic ut nihil uideatur posse addi .s. ad eam. Sed illud meum ꝯsilium, quod ostendi Aristoni nr̄o .s. cōi amico, initio, ut .i. postquā, uenit ad me, placet mihi quotidie magis magisq;, uidelicet te suscepturum esse graueis .i. molestas tibi inimicitias, si adulescens .s. q̄stor tuus quē non noiat, potens & nobilis, affectus esset à te ignominia .s. in p̄ferendis illi legatis, & hercle erit ignominia sine dubio. Enim, pro qa. tu neminem habes superiorem gradu honoris. Autem .i. sed. ille .s. quæstor tuus, ut omittam .i. taceam nobilitatem eius, uincit hoc ipso, legatos tuos optimos, & hoīes innocentissimos, ꝙ est, & .i. simul quæstor, & .i. simul quæstor tu⁹. Quæstor aūt à conquirendo, & colligendo dictus est, qui publica uectigalia recipiat, & stipendium militibus ponit. Ego perspicio, ne forte id dicat aut cogitet. hoc addit, neminē iratum .i. licet sit iratus posse nocere tibi: sed tn̄ nolo, te hr̄e inimicos tres fratres natos summo loco .i. clarissimis natalibus: promptos .i. expeditos ad dicendum & faciendum, non indisertos .i. non imperitos artis dicendi, quos uideo .i. aīaduerto, fore deinceps .i. per ordinem tribunos pl. per triennium. Autem .i. sed, licet nemo tibi his rebus stantibus nocere possit, qs scit qualia tempora sint reip. futura? quasi dicat nemo. Quidem .i. certe, ea uidentur mihi fore turbulenta, sicut maxime fuerint, ut ex ultima epistola ad Cœlium ædilem patuit, igitur, cur .i. qua de causa: quasi dicat nulla iusta: Ego uelim te incidere in terrores tribunitios. q.d. licet nocere forte non poterunt, terrere tn̄ poterunt. Presertim cum possis anteferre legatis quæstorem sine reprehensione cuiusquam, qui .s. q̄stor, si præbuerit se dignum maioribus suis, ut spero & opto, supple eum se præbiturum esse, fuerit, supple id laus tua ex aliqua parte, quia tu primus eum ad dignitatem promoueris. sin .i. sed si: ipse offenderit .i. peccauerit totum sibi .i. detrimentum & dedecus suum, nihil tibi, quia tu eum, quem debes, prætuleris. Ego existimaui me oportere scribere ad te ea quæ ueniebant mihi in mentem quæ arbitrabar pertinere ad te, quod .s. hæc scribēs proficiscebar in Ciliciā, ego uelim dij approbēt id qd' tu egeris. Si audies me .i. obedies mihi, tu uitabis inimicitias, & ꝯsules .i. ꝓspicies, otio .i. paci, posteritatis .i. post te futurorum, quia ex simultate lacta longa surgere solet discordia.

A R G V M E N T V M.

GRatulatur Cœlio de quæstura per illū obtenta, dicitq; se gaudere quòd talem nactus quæstorem, cum non posset gratior aut acceptior, aut ētiam iucundior contingere, ut videlicet ex consuetudine crescat amicitia.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Gaudet ob quæstorem sibi datum, quem maxime cupiebat: & ut ad se veniat antequam è prouincia decedat, hortatur.

M. CICERO IMP. C. COELIO, L. F. QVAES. DES. S. P. D. 19

CVM optatissimum nuncium accepissem, te mihi quæstorem obtigisse; eo iucundiorem mihi eam sortem sperabam fore, quo diutius in prouincia mecum fuisses. magni.n. videbatur interesse, ad eam necessitudinem, quam nobis sors tribuisset, consuetudinem quoque accedere. postea quàm mihi nihil neq; à te ipso, neque ab vllo alio de aduentu tuo scriberetur; verebar, ne id ita caderet, quod ēt nunc vereor, ne ante, quàm tu in prouinciā venisses, ego de prouincia decederē. accepi autē à te missas literas in Cilicia, cū essem in castris, ad x.cal.Quint. scriptas humanissimæ; quibus facile & officiū et ingenium tuum perspici posset: sed neq; vnde, neque quo die data essent, aut quo tempore te expectarem, significabant: nec is, qui attulerat, à te acceperat; vt ex eo scirē, quo ex loco, aut quo tempore essent data. quæ cum essent incerta; existimaui tamē esse faciundum, vt ad te statores meos, & lictores cum literis misterē: quas si satis opportuno tempore accepisti; gratissimum mihi feceris, si ad me in Ciliciam quāprimum veneris. nam quod ad me Curius, cōsobrinus tuus, mihi, vt scis, maxime necessarius, quod item C. Virginius, propinquus tuus, familiarissimus noster, de te accuratissime scripsit. valet id quidem apud me multum, sicuti debet hoīum amicissimorum diligens cōmendatio: sed tuæ literæ. de tua presertim dignitate, & de nostra cōiunctione, maximi sunt apud me pōderis. mihi quæstor optatior obtingere nemo potuit. quamobrē quæcunque à me ornamenta in te proficiscentur; ut oēs intelligant, à me habitam esse rōnem tuæ, maiorumq; tuorum dignitatis. sed id iā facilius consequar, si ad me in Ciliciam veneris. quod ego et mea, & reip. & maxime tua interesse arbitror. Vale.

CVM &c.) C. Cœlius adolescens nobilissimus & optimus designatus fuerat quæstor Cic. in Cilicia: quare primum Cicero se ualde gaudere ondit. Deinde quia iandiu neq; à Cœlio, neq; à quoquam alio literas acceperat de eius aduētu in Ciliciam, & appropinquabat finis magistratus Cic. dicit se uereri, ne Cœlius tn̄ differat aduentum suum: ut ipse Cic. ante discesserit ex prouincia. Ex quibusdam aūt literis eius dicit se nihil percipere potuisse, quia in his neq; dies neq; locus erat scriptus unde essent datæ. deniq; ondit Cic. ꝙ licet Cœlius à quibusdam sibi amicissimis fuerit cōmendatus: nulla tn̄ cōmendatio, maior apud se esse potest de eius dignitate, q̄ literæ ipsius. Quamobrem rogat ipsum, ut ueniat quamprimum. pollicetur. n. se omnia in eum collaturum, quod facilius efficere poterit, si fuerit in Cilicia apud eum. {Optatissimum) gratissimum, iucundissimum. {Te obtigisse) te uenisse, electum esse. {Eam sortem) eam fortunam: ꝙ obtigisses mihi quæstor, nam sorte eligebantur. {Eo) tanto. {Quo) quanto. {Diutius) longiori tempore, quia multum tpis fuerat hic Cœlius cum Cicero in prouincia: antequam factus esset questor. {Magni Interesse) plurimi referre, magni esse ponderis & momenti. {Consuetudinem) ꝯuersationem, quam habuissemus ante sit in prouincia. {Necessitudinem) coniunctionem .s. quæsturæ. {Sors) fortuna. {Accedere) addi, adiungi .i. uidebatur mihi esse maximum quiddam: quòd ad conuersationem: quæ antea inter nos fuisset in prouincia: adiūgeretur etiam

HVBER.

ista

ista necessitudo quæsturæ: quã fortuna î q̃ te q̃storem meum esse uoluit nobis dedisset.{Scriberetur)pro scribebatur,elegã ter apud Cic.sæpe ita legitur.{De aduentu tuo)q̃n esset futu rus.{Verebar)timebã uel dubitabã.{Caderet) accideret,sim plex pro cõposito.{Decederẽ) abirem de puincia ante tuum aduētum. {Accepi) dicit ex eius lr̃is cognouisse eius ingeniũ optimum:sed non quo tpe esset uēturus.{Humanissime) eru ditissime.{Officium)erga me.{Ingenium) eruditissimũ.{Per spici) cognosci.{Sed neq; signãbant) non indicabant.{Vñ) ex quo loco:an Roma,an aliunde.{Quo tpe)an sero an cito. {Nec is)nec ille.{Attulerat)ad me lr̃as tuas.{Acceperat à te) sed ab alio:cui fortasse tu ante dedisses ferendas.{Ex eo)ga q accipit literas ab eo. qui scripsit aut misit: scit quo loco: & quo tempore sint datæ quod scire nõ possunt: qui interdum per iter ab alijs accipiunt.{Quæ)de aduentu tuo.{Statores) ut diximus supra,satellites.{Lictores) ministros meos,ut di ctum est supra:existimaui faciendũ:ut mitterẽ:eleganter uti tur Cic.pro existimaui mittendo:existimaui faciendum,ut te admonerem,pro existimaui te admonendum:& sic de reliqs. {Opportuno)idoneo,ut possis accelerare: antequam ego fi nito magistratu discedam.{Quamprimum)raptissime,celer rime.{Nam quòd) dicit nullius literas cõmendatitias de Cœ lio plus apud se ualere,quàm literas ipsius Cœlij licet istorũ, quos nominat literas plurimum ualere dicat. {Necessarius) amicus. {Propinquus) sanguine, non habitatione. {Valet) potest: & habet magnum pondus. {Sicuti debet commen datio) quia commendatio amicissimorum nostrorum mul tum apud nos ualere debet. {De tua,) quasi dicat si multum ualerent pro dignitate alterius, quanto magis pro tua. {De nostra) coniunctione, de nostra beneuolentia, & necessitu dine huius tuæ quæsturæ. {Maximi ponderis) maximæ au ctoritatis,maximi effectus. {Quæcunque ornamenta) om nes honores ponitur enim hic quæcunque simpliciter pro o mnia,neque habet aliquam uim relatiui in hoc loco.{Profi ciscentur in te,)uenient ad te,in te conferrentur.{Habitam ra tionem)habitum respectum,habitam considerationẽ. {Tuo rum maiorumq;) qui homines clarissimi fuerunt. {Conse quar)efficiam.{Interesse)utile esse: hunc autem Cœlium eũ sine dubio esse puto,quem Cicero de prouincia discedens,p uinciæ præposuit,ut uisum est in epistola quæ incipit.Nõ po tuit accuratius,unde apparet non esse obseruatum, ut episto læ in hoc uolumine eo ordine ponerentur,quo essent scriptę, nam hanc scriptam ante memoratam ad Cœlium ædilem o mnibus sanè intelligentibus facillime constat. Itemq; est de multis alijs in alijs libris dispositis & maxime,quæ sunt in se quenti libro ad Appium scriptæ:qui fuit proconsul et impera tor in Cilicia ante Ciceronem cum in præcedentibus appa reat eum iam fuisse in prouincia & successisse Appio debue rat igitur hic tertius liber: qui sequitur, præponi secundo.

PHIL. Vm optatissimum) Voluptatem ostendit, quam ceperat, quòd Cœlius sibi quæstor obtigisset,& molestiam q̃ ni mis tardare uidebatur.timebat.n.ne antequam Cœlius in p uinciam ueniret,ipse de prouincia decessisset.Demum omnia pro eo se facturum pollicetur, & maxime hortatur, maturet accessum, & id reip. ac utriusq; ipsorum plurimum interesse cõmemorat.Is est ille Cœlius, quẽ Cicero de prouincia dece dens prouinciæ præposuit, ut in superiori dixit ep̃la ex quo apparet has ep̃las non esse ordine collocatas. Inquit.n. ego de prouincia decedens,quæstorem Cœlium p̃posui,puinciæ. {Nuncium)tam pro eo qui nunciat,q̃ pro re ipsa quæ nũcia tur,mascul.genere dicimus.{Eam)sortem,fortunam,quòd.s. mihi quæstor obtigisset.Eo & quo.tanto & quanto. Magni enim facta propositione rationem adiũgit pro qua maxime has dictiones locare solemus.nam.n.nanq;.{Magni).i.plu rimæ utilitatis,& magni momenti.{Necessitudinem)coniũ ctionem & amicitiam. Est.n. necessitudo, ut inquit Gel.ius quoddam & uinculum religiosæ coniunctionis: & eiusdem significationis dicit esse necessitas,à qua necessarij aliquo iu re affinitatis:atq; familiaritatis cõiuncti appellantur. Altera utriusq; uocabuli sigñantia nota est oibus.Quod aũt necessi tas pro iure amicitiæ ac affinitatis uinculo posita sit,Cesar in Plancia rogatione ofidit his uerbis.Equidem mihi uideor p nr̃a necessitate,non labore,non opera, nõ industria defuisse. Est aũt sensus:mihi quid præstantissimum esse uideatur: qd' ad nr̃am consuetudinem,quæ diu inter nos fuit,ẽt ista necessi tudo & coniunctio quęsturæ accederet,quam sors ipsa,& for tuna nobis dedit,ut q̃stor meus esses. {Consuetudinem) Cic. nunq̃ dixit pũersationem.{Accedere)adiũgi in Ciliciam hu ius prouinciæ initium dñt esse Coracesium oppidum,sed Ar temidor' Celederim ciuitatem.(Ad X.cal.Quint.)circiter 20. diem Iunij.{Sed) animaduerte cum dicimus decimo calẽdas & ad decimum calendas.nam per decimo calendas dies cert' ōnditur:qui est decimus à calẽdis futuri mensis.Sed cum di cimus:ad decimum calendas,non ipsum decimum diem acci pimus:qui est ante calẽdas futuri mensis, sed aliquem diem illis proximum.Itaq; ad pro circiter accipiendum est.Quinti lis uero mensis à numero appellatus est,qui erat qntus à Mar tio:à quo annus cepit initium.Inde q̃m Cæsar eo mẽse natus est,in eius honorẽ Iulius noiatus est: & qui sequitur sextilis dicebatur: nunc Augustus ab Octauio Augusto dictus est. September Germanici nomen accepit. Inde Octobrem Domi tianus iussit suo noie appellari.Sed ubi infaustum:ut ait Ma crobius uocabulum uisum est.ex oi ære uel saxo placuit era di.Menses quoq; usurpatione tyrannicæ appellationes exuti sunt.Cautio postea principium diri ois infausta uiuentium menses à septem usq; ad decem prisca noia reseruauit.{Faciũ dum)(caue dicas fiendum.{Statores)hos,uernaculo sermone prouisionatos dicimus,à sistendo uel stando appellatos: ut Iuppiter stator,q̃ stare fecerit fugientes Romanos: & q ap paritores magistratuum nuncij tabellariiue fuerint statores appellati sunt.{Lictores)à ligãdo appellatos uult Gel.ex opi nione Valgi.Ruf.Tiro tñ Ciceronis libertus à linio: uel à li tio:quo cincti erant & magistratib.ministrabant. lictores di ctos refert.{Propinquus) ad genus,& sanguinẽ. uicinus ad loca.{Cõsobrinus) quasi sororius dictus est.Sobrini.n.sunt ex duabus sororib.ex fratre.Consobrini uero ex frẽ ac sorore, cũ alter ex fratre,alter ex sorore natus sit. Ac ex duob' fribus patrueles noiantur.{Necessarius)amicus.(Maxime)Põpeius qd' plurimũ facio pro cuiuscũq; cõmendatione: sed pfertim p dignitate & honore tuo.{Proficiscentur) pferẽtur.{Orna menta)honores & cõmoda. {Habitã esse rõnem)hr̃e rõnem, cum genitiuo positum significat respectum hr̃e,sed q̃n abl̃m ponimus cum hac præpositione cum: significamus habere commercium,atq; negocium.Cicero in Carmine maiore. Ra tionem habet cum terra: quæ nunquam recusat imperium.

ASCEN. Vm optatissimũ &c.)Gratulatur Cœlio Lucij filio,non quidem superiori sed alteri, qd' sibi q̃stor sit designat'. Ordo est.Cum ego accepissem nuncium optatissimum, utpote te obtigisse .i. forte quadam euenisse q̃storem mihi .i. in prouincia mea mecum sperabam eam sortem.i.sortionem fore mihi iucundiorem eo.i.tanto quo.i.quanto,fuisses diu tius mecum in prouincia,non .n. solebant quæstores assidue aut statim esse in puincia sed cũ pecunia publica recipienda, & militibus persoluenda esset: enim.i.quia,uidebatur.s.mihi interesse .i. referre magni ad eam necessitudinem .i. uinculũ amoris,quam sors tribuisset nobis,quoq;.i.etiam Consuetu dinem .i. familiarem conuersationem accedere .i. addi. Sed supple. Posteaquam nihil scriberetur mihi,neq; à teipso,ne que ab ullo alio,de aduentu tuo, uerebar, quod ẽt nunc ue reor,ne id caderet.i. eueniret ita. ne: prout. priusquam ue nisses in prouincia,decederem de prouincia. Accepi aũt,cum essem in castris,ad .i. circiter. Decimum .s. diem,calendas .i. ante,aut inter calendas,quintiles .i. Iulias, literas missas à te scriptas humanissime,quibus & officium,& ingenium tuum possit perspici facile.Sed literæ illæ neq; significabant.i. neq; exprimebant, unde.i.de quo loco, neq; quo die essent datæ, aut,quo tempore ego expectarem te.Nec is qui acceperat eas, attulerat,supple eas, à te, ut scirem ex eo,ex quo loco, & quo tempore essent datæ. Quæ .s. loco,& quo tempore &c.cum essent incerta, tñ .i. nihilominus ego existimaui esse faciens dum ut mitterem ad statores meos .i. satellites,& nuncios ad hoc paratos,quales sunt, quos postos dñt Galli & lictores .i. ministros publicos,cum insignib' suis,cum literis meis,quas si accepisti tempore satis opportuno,ut.s. ea quæ mandarem exequi posses,tu feceris mihi gratissimum si ueneris, quãpri mum .i. ualde cito ad me in Ciliciam. Nam quòd Curtius con sobrinus tuus.i.sororis patris tui filius, necessarius mihi ma xime.i.maxima necessitudine deuinctus mihi,ut scis item q̃ C.Virg

Margin notes: Coracesium. Celederis. Quintilis. Stator. Lictor. Propinquus. Vicinus. Consobrinus. Sororius. Patrueles. Habere rationem. Necessitudo. Necessitas. Necessarius.

C. Virginius propinquus: id est, consanguineus tuus familiaris noster scripsit accuratissime de te, id quidem ualet multũ apud me. Tantum enim ualuit, ꝙ eum postea uicarium reliquerit, sicut diligens cõmendatio hominum amicissimorum debet .s. multum ualere, sed literæ tuæ presertim de tua dignitate & de nostra cõiunctione .s. per uinculum amicitiæ, sunt apud me maximi ponderis. Nemo potuit obtingere .i. forte euenire mihi, quæstor optatior .s. quàm tu, quamobrem quæcunque ornamenta proficiscentur à me in te, hoc est, quibuscunque te ornabo, ut omnes intelligant rationem .i. respectum & curam dignitatis tuæ, & maiorum tuorum esse habitam à me .s. in te ornando. Sed ego consequar iam facilius, id .s. ut te ornem pro dignitate tua, si ueneris ad me in prouinciam, quod .s. te uenire in prouinciam priusquam discessero. ego arbitror interesse .i. in re, & utilitate esse, & mea, & reipublicæ & maxime .i. præcipue tua. Quia decreuerat eum derelinquere uicarium, donec successor adueniret, quod etiam ex superioribus fecisse constat.

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM, AD APPIVM,

LIBER TERTIVS.

ARGVMENTVM TERTII LIBRI.

TERTIVS Fere liber scribitur ad Appium Pulchrum. Sed norit lector non seruatũ esse ordinem temporum in epistolarum libris. Nam argumenta secundi libri erant ante argumenta tertij. Appius enim erat ante Ciceronem in Cilicia prouincia, & tamen epistola secundi ex Cilicia à Cicerone fere missa sunt.

ARGVMENTVM.

Commendat primum Phaniæ prudentiam: tum amorem suum in Appium modeste commemorat, & Appium mirifice laudat, & Cilicẽ libertum eius satis extollit. Et ultimo Valerium, quẽ prius quod se iuriscõsultum diceret, risit: nunc quod bonus uir sit, laudat.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Principium epistolæ apodioxis est De republica nihil scribo, quamuis Iupetiern nam Phania tibi rem omnem aperiet. Deinde animum suum erga Appium declarat. Sunt & aliquot commendationes personarum, sed præcipue L. Valerij iureconsulti.

M. CICERO APPIO PVLCHRO IMP. S. P. D. 1

*SI IPSA RESP. TIBI NARrare posset, quo modo sese haberet non facilius ex ea cognoscere posses, quàm ex liberto tuo Phania: est homo non modò prudens, uerum ẽt, quod uidi, curiosus. quapropter ille tibi omnia * explanabit: id enim mihi et ad breuitatem est aptius, & ad reliquas res prouidentius. De mea autem beneuolentia erga te etsi potes ex eodem Phania cognoscere, tamen uidentur etiã aliqua mea partes. sic enim tibi persuade, carissimum te mihi esse eum propter multas suauitates ingenij, officij, humanitatis tuæ, tum quòd ex literis tuis, & ex multorum sermonibus intelligo, omnia, quæ à me profecta sunt in te, tibi accidisse gratissima. quod cum ita sit; perficiam profecto, ut longi temporis usuram, qua caruimus intermissa nostra consuetudine, & gratia, crebritate, & magnitudine officiorũ meorum sarciam. Idq́ me, quoniam tu ita uis, puto non inuita Minerua esse facturum: quam quidẽ ego si forte de tuis sumpsero, non solum Pallada, sed etiam Appiada nominabo. Cilix libertus tuus antea mihi minus fuit notus; sed ut mihi reddidit à te literas, plenas & amoris, & officij, mirifice ipse suo sermone subsecutus est, humanitatem literarũ tuarum. Iucunda mihi eius oratio fuit, cum de animo tuo, cũ de sermonibus, quos de me haberes, quotidie mihi narraret. quid quæris? biduo factus est mihi familiaris, ita tamen, ut Phaniam ualde sim desideraturus. quem cũ Romam remittes, quod, ut putabamus, celeriter eras facturus; omnibus ei de rebus, quas agi, quas curari à me uoles, mandata des uelim. L. Valeriũ iurisconsultum ualde tibi cõmendo, sed ita etiam, si non est iurisconsultus: melius enim ei cauere uolo, quam ipse alijs solet. ualde hominem diligo. est ex meis domesticis, atque intimis familiaribus. omnino tibi agit gratias: sed idem scribit, meas literas maximum apud te põdus habituras. id eum ne fallat, te etiam atque etiã rogo. Vale.*

* alias explicabit.

SI IPSA RESP.) Rogatus Cic. ab App. Pulchro imperatore in Cilicia: ut sæpe ad eum scriberet. quid in rep. ageretur, dicit: se breuius scribere, quia Phania eius libert⁹ uir curiosissimus omnia diligentissime explanabit: quem summopere laudat. Itaq; hac causa de rep. parcius scribit: de amore aũt suo erga eum ita summatim scribit: ut dicat eum sibi carissimum, & pp humanitatẽ eius, & pp gratitudinẽ. Itaq; pollicetur se esse resartuꝝ quicqd intermissum est & officijs, & literis. Postea laudat ẽt Cilicẽ libertum Appij. ita tñ ut ei uideatur anteponere Phaniam: de quo in principio eplæ dixit. Postremo cõmendat ei L. Val. quendã iuris ꝓfessorem: quem & gratum erga Lent. esse oñdit, & maximã hr̃e fiduciam in lr̃is Cic. de se commendatitijs ad Lent. {Ipsa) q̃ optime se nouit. {Narrare poss.) hr̃et linguam ut posset ipsa statum suum exprimere. {Q ão) in quo statu. {Facilius) clarius. {Liberto) libertus is dr̃ qui cum esset seruus manumissus est, & libertate donatus. {Ita est non m.p.) intelligens memor eoꝝ q̃ uidit: aut audiuit. Nã prudentiæ tres sunt partes: intelligentia p̃sentium, memoria ptõꝝ, prouidentia futuroꝝ. {Curiosus) sollicitus, diligens in inuestigandis rebus. {Quod ui.) i. quantũ uidi & cognoui. {Explanabit) Planè declarabit. Id. n. dicit duplr̃ sibi prodesse, quod Phania oia Ap. explanabit. {Id) .s. ꝙ oia tibi explanabit. {Ad br. lit.) ut breuius scribam: prima cõmoditas. {Et ad rel. res). i. ceteras in rep. tractandas: secũda cõmoditas. {Prouidentius) aptius & utilius. {De mea) dicit sua interesse aliquid scribere de suo erga Appium amore: licet Phania possit ẽt aliquid referre. {Aliquę m.p.) aliquantulum mea interesse, & esse ex aliqua parte offm̃ meũ. {Persuade t.) certissimum habe, ꝯfide. {Suauitates) delectationes ingenij quo plurimũ polles; ego aũt ualde delector ingeniosis. {Humanitatis)

HVBER.

Libertus. Tres partes.

manitatis,) doctrinæ,officij, quod assidue p̄stas lo seruanda
amicitia nr̃a. Tum alia cã quare habet ip̃m amicissimum q̃a
nouerit ip̃m gratissimum acceptoꝝ à se bñficioꝝ.{Accidisse)
euenisse.{Quæ.p.)l.quę collata sunt à me in te,{Quod)quę
res.i.ꝙ oia,quæ in te cõtulit tibi acciderint gratissima.{Effi-
ciã,)consequar re ipsa,& affectu faciam.{Sarciam,) reficiam,
emendem. Trãslatio sumpta à uestibus,q̃ scisse & ruptę,dñr re
sarciri.Ter.in Adel.Vestes scindit,resarciẽtur, ita p translatio
nem dñr resarciri res,q̃ sunt interruptę & intermissæ.{Vsurã)
usumfructũ.{Qua usura.{Intermissa,) interrupta,cessante.
{Et grã,)beneuolẽtia,et hæc sunt q̃bus uult resarcire usuram
tp̃is.s.grã ad amorem crebritate,& magnitudine: ut frequen
tiora,crebriora & maiora fiant,q̃ consueuerunt.{Id) ut resar
ciam,& grã & crebritate,& magnitudine offõꝝ.{Nõ inuita
Min.)nõ repugnaote nã & ingenio meo,nam Minerua ple-
runq; apud Cicer.pro ingenio ponitur.Item Horat.Tu nihil
inuita facies dicésue Minerua.{Q̃m tu ita uis,) q̃m ita tibi
placet,& sentis:ꝙ non inuita Minerua oiam faciam.{Quam
quidem)Mineruam.i.promptitudinem ingenij.{De tuis)scri
ptis,& officijs sumpsero.i.si sumpsero idem ingenij offm̃:qđ
pręsto,non solum appellabo illam Mineruam tuã.{Pallada)
hoc est suo nomine:sed Appiada:ut à te accipiat nomen,q.d.
ingenium,& mansuetudinem quandam Appianam. Appias
aũt habet formam patronymici ab Appio.hęc Appias Appia
dis.{Cilix)laudat hunc libertum.Serui.n.plerunq; à prouin
cijs accipiunt oomina.ut à Cilicia Cilix:à Syria Syrius: eadẽ
nomina retinẽt facta liberti.{Minus notus)incognitus{Sed
ut)sed postq̃ amoris tui erga me illis lr̃is demonstrati.{Miri
fice,)ualde.{Sublecutus,)imitatus nam sicut tu humane scri
pseras: ita & ipse humane mecum locutus est.{Suo ser.) quẽ
mecum habuit de te.{Iucunda)grata.{Oratio,) sermo.{Cũ
de.)hoc est,cum maxime mecum loqueretur,& ꝙ me amas,
& ꝙ de me quotidie honorifice loquaris.{Quos,)sermooes.
{Haberes,)diceres.{De me,) de mea cõmendatione honorifi
ce.{Biduo)duobus diebus,q.d.breui spatio tp̃is.{Ita tñ) sub
audi est factus familiaris,& præponit Phaniam huic Cilici.
{Sim desideraturus,)expectaturus.{Quem,)Phaniam.{Cũ
remittes,)ex Cilicia.{Quod)remittere ip̃m Romam.{Celeri
ter,)breui.{Vt putabamus,) quia sciebamus multa esse, quæ
Romæ esses missurus.{Des mãdata,)ei mandes & cõmittas.
{Agi)tractari.{Lucium Val.)cõmendat ei amicũ & familia-
rem suũ.{Iurisconsultum)iurisperitũ & sapientem.Ita.n.se ap
pellabat: ut dictum est,ut ultima ep̃la primi libri.{Sed ita ẽt)
subaudi emendo.{Si,) quamuis.{Nõ est,) Nam arrogat sibi
id nomen:dicit ergo Cic.eum tibi cõmendo, ẽt si non est in-
quem profitetur.{Cauere,)consulere,prouidere.{Quam ipse
alijs,) quia pp imperitiam iuris plerunq; amittit causas quas
suscipit defendendas.{Hominem,)Valerium.{Intimis,) pro

Intimus.

pinquioribus:ab intra.n.deducitur intimus.Oratio ostendit
eum esse gratum erga Appius,quia gratias agit Appio de ijsi
quæ erga eum fecit.{Idem.)Lentulo.{Scribit,)ad me ex Cili
cia.{Literas)commendatitias.{Id,)ꝙ meę lr̃æ habebant ma
gnum põdus apud te.{Ne eum f.)ne hac opinione decipiat.

PHIL.

SI ipsa resp.)fuerat olim inter Cic.& Ap.singularis beneuo
lẽtia,& iucundissima cõsuetudo:quę aliquantulũ intermis
sa:hic nunc lr̃is reuocatur in grãm. Meminit ueteris inter se
ꝯsuetudinis:& ita narrat oia: ut simultatis oblitus esse uideat.
Ap.in Cil.p̄cons.& impator erat exercitus:ad eum Phania se
cõfert:cui dat Cic.ad Appiũ lr̃as breuiores,q̃ instituerat: q̃m
relatuꝝ esse Phaniam oia diligẽtius putabat:quę in rep.gere
bantur. Tãgit adhuc quædam de amore suo in Ap. quẽ dicit
esse sibi charissimũ, & loogi tp̃is usurã:qua caruerũt lr̃aꝝ cre
britate resartuꝝ.Laudatur & itẽ Phania,& in calce lr̃aꝝ ei L.
Valer.cõmẽdat.Resp.Rom.apud Dion.inq̃t se audire multas
esse apud Græcos,et Barbaros reꝝ publicaꝝ formas:tres uero
ex oibus esse ab eis:q utantur summe laudatas: nec ullam tñ
eaꝝ esse syncerã:ueꝝ pestes adesse quasdã unicuiq; ingenitas,
ita ut difficilis fieret optima electio,uidebatq; eos p ocium co
sultãtes dicere utrũ se ab uno gubernari,an à paucis uellent:
an ꝯstitutis legibus pp̃lo permittere reip.patrociniũ.{Narra
re,)tanq̃ res animata.{Qũo.)quo in statu & fortuna.{Pru-
dẽs)ut meminit oia q̃ uidit et audiuit in rep.Prudẽtiæ partes
sunt:memoria,intelligẽtia & prudẽtia.{Curiosus,)diligẽs &
accuratus ad indagãdas & p̄seuerãdas res.{Id.n.)ꝙ Phania
sit ita prudens,& ꝙ facilius oia explicabit.{Ad reliquas res)
prouidẽtius.cum ea quæ sunt secreta reꝝ in rep.tractanda: q̃
tuis lr̃is cõmitti non possint,ipse tibi oia explicabit.{De mea
a.b.)Id nũc ipse nõ diceret: nisi simultas inter eos fuisset ex-
orta intermissa amicitia.{Meę p.)officia et effectus,partes.n.
numero pluratiuo, idem sigñant quod offm̃, ut meæ partes
sunt,hoc est meum offm̃ & ad me attinet:ad me pertinet,mei
muneris est.{Persuade,)certissimũ puta.Suademus facilia,p-
suadem⁹ difficilia.Et suadere faciẽtis est,p̄suadere perficiẽtis.
Ingenijs,)optimæ nãæ & est [illegible]. Officij.quo me prose-
queris.{Humanitatis:)nunc mansuetudinẽ,quã græci φιλαν-
θρωπίαν dñt,alĩs eruditionem sigñat, in qua sigñatione nũc ẽt

Humanitas.

capere possemus, unde humanitatis studia nũcupatur.i.eru-
ditionis,quã παιδείαν Græci uocant:qđ in Ca.maiore uĩ acce

Suadeo. Persuadeo.

pisse,cũ ait.Non solũ Athenis cognomẽ deportasse se:sed pru
dẽtiam & humanitatem intelligo.Quod tñ aptius Varro de
mõstrauit. Praxiteles,inquit,q pp artificium egregiũ memi-
ni est paulũ modo humaniori ignotus.{Vsuram) cõmerciũ

Vti. Vsura.

illius tp̃is:quo simul usi nõ sumus. Et uti ponitur pro uiuere
Terent.dederit unde utatur.i.uiuat,sic usura dr̃ ẽt uita,ut est
illud.Vnius usura more gladiatoris isti uim dedisset{Sarciã)
reficiã,à scissis uestibus ducta metaphora:q̃ resarciri dñr: qñ
scissæ sunt.{Q̃m tu ita uis,)ita uideris petere à me:{Non in.
M.)nõ repugnante nã.Sic Maro.Quid faciã: crassa Minerua
mea est, & Horat. Tu nihil inuita facies, dicésue Minerua.
Quam,)Mineruã,et promptam nãm.{Non solũ Pal.)sed Ap
pia,allusit,utriq; nomini Mineruæ.quæ ẽt Pallas noiatur, &
Appiũ:unde à Minerua dixit Pallada:ab Appio Appiada, ut
q.d.ingeniũ quoddam Appianũ,et Minerua à uerbo πάλλειν
qđ est quatio Pallas noiata,& ab Appio Appias. Quòd aũt
uim mi ouat,Minerua nũcupatur.{Cilix,)Phania. Errãt qui
aliũ credunt,Seruoꝝ noia multis sumebãtur modis.Aut à na
tionibus:ut Cilix Misiæ Syrus,aut à maioribus:ut Pseudulus
Dauus,aut à negocio:ut Dromo aut ab accidentibus, ut Les-
bia,aut ex spẽ formæ ut Pinatius,nec mutabãt noia,& si liber
ti fiebãt.{Lr̃aꝝ)tuaꝝ. Nota ꝙ sicut uerba bene in fine adure
scunt:sic ẽt pronomina.{Iucunda,q̃ mihi lætitiam: & uolu-
ptatẽ attulit.{Quotidie)nõ semel,sed assidue.{Quid quęris)
q̃d opus pluribus.{Sed ita).s.tibi cõmendo.{Etsi non esset
iurisc.)quãuis non sit iurecõsultus.id.n.sibi nominis arroga
bat.{Cauere,)prouidere,cõsulere,iocatur Tullius cõmendã-
do Vale.App.Erat hõ fortasse non multum eruditus,ideo sic
de ipso loquitur.Solet interdum cum amicis iocari,cum esset

De Cicer. faceti⁹s.

admodũ facetus,in Lent.n.gñum suum inquit. Quis gñum
meum gladio alligauit? Et in Vatiniũ consulem. Magnũ,in-
quit, ostentum anno Vatinij factum est: quod illo consule
nec bruma,nec æstas,nec autũnus fuit.Item in eundẽ. Volui
in consulatu tuo uenire,sed nox me cõprehendit.Item semel
interrogatus post Cæsaris uictoriã:cur in electione partis er-
rasset:r̃ndit iocatus in Cæs.Præcinctura me decepit. Et itẽ ad
Cassiũ de Cęs.morte.Vellem Idibus Martijs me ad cœnam in
uitasses,p̄fecto reliquiaꝝ nihil fuisset: nunc me reliquiæ urã
exercẽt.Plurimũ his iocis Cic. delectatus est,ex q̃bus Tiro li-
bertus libros fecit.Dr̃ aũt iurecõsultus,& iurisc. à consultãdo
appellatus unde ẽt consultor.Sed cõsultus est:qui doctus,&

Iurecons. Cõsultor. Cõsultus, Etiam.

sapiens dignus quidẽ à quo petatur consiliũ, tam participio
q̃ nomine.Consultor uero:q consilium dat alijs,& q ab alijs
consiliũ capit.{Hoiem,)Illum L.Valerium.Etiã atque ẽt,pro
uehementer:Interdum ẽt significat adhuc.Terent. Non satis
me pernosti ẽt qualis sim Simo.Et alibi: nil suspicans ẽt mali.

ASCEN.

SI ipsa Resp.&c.)Hæc est prima 3.lib. ep̃la ad Appiũ Pul
chrũ,ad quem reliquæ ferè scribentur.Est aũt amicitiæ re
cõciliatiua,et imitatiõe digna.Primũ cõmendat Phanię
prudentiã, deinde amorem suũ in Appiũ modeste cõmemo-
rat,& Appio mirifice laudat,tũ Cilicẽ libertum eius extollit,
& demũ Vale.laudat.Sanè,q̃a Cic. Appio in Ciliciam succes-
sit,unde 2.lib.ep̃læ missæ sunt,cõstat argumẽta tertij libri an
te secũa argumenta euenisse. Vnde nõ texitur hæc historia in
ep̃laꝝ serie.Ordo aũt uerboꝝ hic est:Si ipsa resp. posset narra
re tibi ò Appi q̃uo ipsa h̃ret sese,tu posses facilius cognoscere:
.s.id ex ea quam ex Phania liberto tuo,ita.i.usqueadeo,est ip
se hõ,noo modo.i.non solũ prudens,ueꝝ ẽt, quod,i:quantũ
uidi,uir æquus.i.iustus,& curiosus.i.solers scrutator rerum,
qua pp ille explanabit tibi oia.i.negotia Reip.id.n.est mihi,

&.i.simul aptius ad breuitatem,& prouidentius.i.consultius
ad reliquas res. Et si.i.qq̃,tu potes cognoscere ex eodem Pha
nia de beneuolentia mea ergà te , tñ etiam aliquæ partes uñr
meæ.i.ad me spectare,ut insinuem tibi . Enim.i.quia persua=
de tibi sic,te esse charissimum mihi,cum.s.ita sit,q̃ pp multas
suauitates ingenij,officij,humanitatis tuæ,tum.i.multo ma=
gis, q̃ intelligo ex literis tuis , & ex sermonibus multoꝝ oia
quæ profecta sunt à me,in te.i.omnia beneficia, quæ in te cõ
tulerim,accidisse gratissima tibi . Quod.i.quæ res.s.omnia à
me perfecta tibi gratissima accidisse,cum sit ita,ego perficiam
profecto,ut sarciam.i.reficiam,hoc est reficiam profecto ulu=
ram.i.usumfructum, cõmercium & mutuum nři usum longi
temporis.i.quo,& qua uti potuissemus,& non sumus usi per
longum tempus,utpote quo caruimus consuetudine.i.fami=
liari conuersatione intermissa.i.ad tempus omissa,sarciam in
quit,& gřa,& crebritate.i.fauore meoꝝ,& frequentia,& ma=
gnitudine officioꝝ.s.in te collocatoꝝ,& ego puto me factu=
rum,id q̃m tu uis,ita.s.ut id putem, Minerua.i.naturali indu
stria mea , ac ui ingenij mei non inuita.i.astipulante . Vnde
Flaccus. Tu nihil inuita facies,dicésue Minerua.quam.s.Mi=
neruam.si ego forte sumpsero de tuis.s.rebus ordinádis, ego
nominabo non solum Pallada,ut uulgo dř. sed etiam Appia
da,hoc est nomine à te ducto,ut sit Minerua Appias,aut qua
si Appij filia,aut q̃ ad Appium pertinens,nam forma patro=
nymici fœminei sæpe pro possessiuo utimur. Cilix.i.homo è
Cilicia,non Phania, sed alter, libertus tuus , fuit mihi minus
motus antea . sed ut reddidit mihi lřas à te.s.missas plenas,et
amoris , & officij.i.honorifici obsequij, ipse subsecutus est.i.
comprobauit sermone suo mirifice humanitatem literaꝝ tua
rum. Oratio eius fuit iucunda mihi , cũ narraret mihi quoti=
die,de animo tuo.s.in me , de sermonibus, quos hřes de me i.
Quid quæris.s.exitũ rei,ipse factus est mihi familiaris biduo
.i.spatio duoꝝ dierum, ita tñ ut sim ualde desideraturus Pha
niam,ergo non idem est,quod Phileticus tñ asserit , quem.s.
Phaniam,cum tu remittes Romam , quod facturus eras.s.cũ
hæc scriberemus,celeriter,ut putabamus,uelim,sup. ut des ei
mandata.i.ut dñt , cõmissiones de omnibus reb⁹ quas uelles
curari à me . Ego cõmendo tibi L. Valerium iurisconś. quo
nomine eũm irrisit in ultima epist. 1.lib. quæ ideo forte ad fi
nem huius erat ponenda,q̃ non sub. Lentulo,sed sub Appio
in Cilicia esset,unde nunc addit. Sed ita sup.cõmendo eum ;
etiam si non est iurisconsultus,ego.n.uolo cauere.i.consule=
re,& prouidere melius ei,hoc addendo . posset.n.dicere Ap=
pius se nullum Valerium iurisconsultum illic nosse . q̃ ipse so
let.s.cauere alijs.s. quos defendit . Ego diligio hominem ual
de : ipse est ex meis domesticis , atque intimis familiaribus :
Ipse agit . omnino tibi gratias.s.de impensis beneficijs , sed
idem scribit meas literas habituras maximum pondus apud
te.rogo te ẽt atque etiam ne id,quod scribit fallat eum. Vale.

ARGVMENTVM.

*IN hac epistola utitur conciliatione argutissima , eo quòd Appio succes=
sor designatus sit: quòd quia Appio non satis placere nouit,dicit sibi eue
nisse præter opinionem,& contra spem : visus tamen illi fore,& optandum
fuisse, vt tam amicum habeat successorem. Nam successor si æmulus fuerit,
posset abeunti negocium facere . Diligenter legenda est hæc doctis .*

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

*Veritus Cicero , ne Appij animum à se alienaret , quòd ei in prouincia
succederet, callide lenimenta quædam excogitat , quibus animum illius , vt
alibi scire licet, irritabilem placet , & sibi concilset . Deinde petit , ut pro=
uinciam ei ita tradat, vt quam facillima ratione eam administrare posset .*

M. CICERO PROCOS. APPIO
PVLCHRO IMP. S.P.D. 2

*CVM & contra voluntatem meam ,
& præter opinionem accidisset ,vt mi
hi cum imperio in prouinciam profici-
sci necesse esset : in multis , & varijs
molestijs , cogitationibusq́ meis hæc
vna consolatio occurrebat , quòd ne-
que tibi amicior,quàm ego sum , quis-
quam posset succedere ; neque ego ab vllo prouinciam accipe-
re,qui mallet eam mihi quãmaxime * aptam , explicatamq́
tradere. quòd si tu quoque eandem de mea voluntate erga te
spem habes : ea te profecto nunquã fallet . à te maximopere
pro nostra summa coniunctione,tuaq́ singulari humanitate
etiam atque etiam peto,& quæso, vt, quibuscũque rebus po-
tes, (potes aũt plurimum) prospicias , & consulas rationibus
meis . vides ex s. c. prouinciã esse habendam . si eam , quoad
eius facere potueris , quam expeditissimam mihi tradideris :
facilior erit mihi quasi decursus mei temporis . quid in eo ge
nere efficere possis , tui consilij est . ego te,quod tibi veniet in
mentem mea interesse, valde rogo . pluribus verbis ad te scri
berem, si aut tua humanitas longiorem orationem * expecta
ret ; aut id fieri nostra amicitia pateretur ; aut res verba de
sideraret, ac non * pro se ipsa loqueretur . hoc velim tibi per
suadeas ; si rationibus meis à te prouisum esse intellexero, ma
gnã te ex eo, & perpetuam voluptatem esse capturum. Vale.*

* alias apertã.

* alias expeteret.

* alias per.

HVBER. CVm &c.)Nec quæras ordinem epřaꝝ,non.n.ex
tat:nam supra Cic.in prouincia proconsulẽ fuis
se legimus:nunc uero nondũ profectum uide=
mus. Successit Appio, & illi priusquam in pro=
uinciam se contulisset hac epřa blandiendũ pu
tauit. Sciebat.n.Appium moleste latuꝝ dari sibi in prouincia
successorẽ maxime Cic. cuius administratione eius laudes &
bene gesta faciie obscurari possent: optabat ẽt Appius in pro
uincia diutius pmanere. Quapp nunc Cic. contra uoluntatẽ
suã sibi accidisse conatur ostendere ut in prouinciã proficisca
tur:sed ad cõsolationem suam hoc dũtaxat unũ inquit acces
dere: q̃ nemo unq̃ Appio succedere potuisset . q essẽt ei ami=
cior q̃ Cic. nec Ciceroni quispiã tradere prouinciã quam ex=
peditissimã maluisset,q̃ Appius,& ad id faciendũ , & ad mu=
tuũ inter se amorem conseruandũ uehementer hortatur. Hác
ob causam Cic.in Ciliciam mittebatur: qm̃ maximus Parthi=
ci belli timor instabat.{Cõtra uol.) Inuitus.n.ab urbe disce=
debat.{Cũ imperio:præessem exercitui,cõtra Parthos. {Hæc
una,)pcipua & quasi sola.{Occurrebat,)eueniebat mihi ue=
niebat in mentẽ.{Quod neq;)hæc est illa consolatio . {Qui
mallet,) magis uellet qua tu . {Explicatam,) liberam ĩ oibus
cõtrouersijs solutam.{Ab ullo,)à quoq̃ alio. Qđ dixit qd spe
ret ab Appio : nũc dicit quod si App. eandem habuerit spẽ de
eo minime falletur.{Ea.)spes.{Nunq̃,)pro non: ut Nunquã
hodie effugies,& Nunq̃ hodie oẽs moriemur inultim. possu
mus tñ intelligere nunq̃ nullo tpe.{Ea te.) adiurat nũc ipm
Appium:ut ei tradat prouinciã.{Quæso,)rogo.{Peto,)gra=
tis exigo.{Cõiunctione)amicitia. Prospicias:prouideas ĩ qđ
declarauit:cũ dixit,consulas,nã consulere hoc in loco pro,p=
uidere accipitur.{Rationibus)utilitatibus & negocijs.{Pote
ris au.)parenthesis est.{Ex sen.)nõ mea uoluntate,sed q̃a ita
senatus decreuit.{Si.e.) Ordo est: si tradideris eã mihi quã ex
peditissimam, quod quidẽ facere poteris : quasi decursus mei
tpis erit facilior. q.d.administratio ĩ translatio est,ideo dixit
quasi. Qđ quasi quam rẽ.s.tradere eã mihi expeditissimam .
{Tui c.)tuæ deliberationis.i.tuũ est consulere & deliberare.
{In eo g.)in hoc negocio cõponendæ, & expediendæ puin
ciæ:quã mihi tradas.{Ego)sensus & ordo est. Ego ualde ro=
go te id:quod ueniet tibi in mentẽ : interesse mea: hoc est mi
hi esse utile,& ad me pertinere.{Veniet in mentẽ)cogitabis .
{Pluribus,) dicit tribus de causis se nõ pluribus ad eum scri=
bere.{Si aũt,)prima causa,humani.n.uiri nõ expectant lon=
gam orationẽ.{Aut enim a.)amico.n.satis est signãre : quid
ab amico uelit.{Pateretur:)sineret,permitteret.{Id scribere,)
ad te pluribus.{Aut res,)tertia cã.i.si res egeret uerbis: hone
sta.n.res nõ eget multitudine uerboꝝ:quia sponte sua ipsa se
cõmendat.{Ac nõ)subaudi si.{Ipsa)res.{Nõ lo.) pro se. pro
cõmendatione sua:uř aũt honesta res loqui pro se. quia inui
tat,& quodãmodo cogit hoies ad se suscipiendam aut facien
dã.{Hoc uelim,)pollicetur remuneratiõnem huius petitionis ,
si eã impetrauerat,q̃a Appius capiet magnam,& perpetua uo
luptatẽ eo q̃ fecerit,q̃a cognoscet se pstitisse offm̃ grato uiro.

Nunquã.

ASCEN. CVm &c.)Designatus Cic.impator in Cilicia, & successor
Ap.cũ eius ingeniũ nosset : q̃ ægre laturus esset dari sibi
succes[s]orem ;

successorem: qua uoluisset diutius esse in ꝓuincia, & maxime Cic. q singulari ꝓuidentia potuisset laudes Appij, siquas esset adeptus in administratione ꝓuinciæ, obscurare, existimauit Cic. hac epl'a Appiũ esse leniendũ, & sibi cõciliandũ. Itaq; ad excusationẽ suam ondit ꝙ cõtra uoluntatem suã & opinionẽ accidisset ei, ut impator in Ciliciã proficisceretur, succederetq; Appio. in multis & uarijs molestijs suis hãc consolationẽ accipit: ꝙ neq; quisq̃ posset succedere Appio: q esset ei amicior q̃ ipse Cic. nec Cicero posset succedere alij qui mallet ei tradere ꝓuinciam liberã & expeditam, q̃ Appius, quod quidẽ ita de se affirmat esse, hortaturq; Appiũ, ut eodem modo erga eũ sit affectus: ut ei ꝓuinciã tradat liberam, & expeditã: ut facilior sit ei administratio: quod si fecerit, pollicetur, & affirmat fore: ut Appius magnã ex hac re capiat uoluptatẽ. {Contra uol.) qa nolebã, hoc negociũ ꝓuinciæ administrandæ, cũ multo libẽtius essem Romæ. {Opinionẽ) qa nunq̃ opinatus essẽ: ut q solitus sum gerere ꝯsulatũ ad proconsulatũ & minorem magr̃atum eligerer. Ac euenisset. Cũ imperio, cũ dignitate imperiali, & exercitu. In ꝓuincia, Cilicia, cui tu p̃es. {Necesse esset) cogerer ex senatusc. {In mul.) ad numerũ, quia multas habebat molestias. Varijs,) diuersis ad qualitatẽ. {Necesse est,) quasi cogeretur à senatu. {Cõsolatio,) solatiũ & solamẽ in re est: cõsolatio in uerbis. {Occurrebat) in mentẽ ueniebat: alias obuiare sig̃ñat. Iuuen. Occurrit matrona potẽs. {Amicior) ab eo, qđ est amicus amicior, errãt q amicior dñt. {Quæso:) nũc rogãtis est: al's obiurgãtis. {Quoad eius) hoc est inquãtum. Sic in rhetoricis. Cũ assensione adiutorũ: quo ad eius fieri poterit. {Cõiunctione.) familiariter. {Rationibus,) utilitatibus, & negocijs. {Decursus) administratio ꝓuinciæ μεταφορικῶς. {Tui ꝯs.) ad te pertineret ꝯsilio tuo decernere. {Gñe,) expediẽdæ ꝓuinciæ. {Pluribus,) tres. n. cãs adducit nõ plura scribere oportere. {Rationibus) negocijs, & est remuneratio bñficij, si hoc qđ petit Cic. faciet Appius: magnę. n. uoluptati est se cognoscere grato, & bono uiro bñficiũ p̃stitisse, & sic à sensu cõtrario: magno dolori est igrato, & malo uiro bñficiũ p̃stitisse, {Magnã u.) remuneratio, q̃ secuta est: si qđ petitũ est, ꝯferet.

Solatio. Solamen. Consolatio. Occurrit. Quæso.

ASCEN. Cum & cõtra &c.) Argutissime sig̃ñat Appiũ gaudere debere se illi successorẽ esse designatũ, cum sciat Appiũ id minime uelle, uel quod ꝓuinciã, sibi ꝓrogari mallet, uel minorem successorẽ dari, ne Cic. sui nois splendore & uitæ integritate, famã ac gl'iam Appij deprimat: dicit ergo ꝯtra uoluntatẽ suã accidisse, sed qa accidit, securatũ, ut Appio gratum sit, Ordo est. Cũ accidisset, & .i. pariter cõtra uolũtatem meã, & .i. pariter p̃ter opinionẽ, ut necesse esset mihi ꝓficisci in ꝓuinciam sup. tuã, quod tñ non dicit, cũ impio .i. tanq̃ imperatori, hæc una ꝯsolatio, quã dicturus est, occurrebat mihi in multis, & uarijs molestijs, & cogitationibus meis, uidelicet ꝙ neq; qsq̃ amicitior. Errãt ego q amicitior dicãt tibi, q̃ ego sũ posset succedere tibi, neq; ego: sup. possẽ accipe ꝓuinciã ab ullo, q mallet .i. uellet magis. s. q̃ tu, tradere mihi eã, q̃ maxime .i. summe aptã & explicatã .i. euacuã, & expeditã oĩbus curis & impedimẽtis. Qđ si tu quoq; hẽs eãdẽ spẽ de uoluntate mea erga te, ꝓfecto ea. s. spes. nunq̃ fallet te. Ego peto à te, & qlo .i. qro. maximo ope .i. maxima diligẽtia, & opa, ẽt atq; ẽt .i. iterũ atq; iterũ. pro summa nr̃a ꝯiũctione, & tua singulari humanitate .i. ꝑ uel p summã ꝯiunctionẽ nr̃am, & singularẽ humanitatẽ tuã, ut ꝓspicias, & ꝯsulas rõnib .i. reb' meis in ꝓuincia obeundis. qbuscũque reb' tu poteris, poteris aũt plurimis. Tu uides, qa scit ei scriptũ esse ꝓuinciã esse hñdam .i. oportere hr̃i à me, ex senatusc. si tradideris mihi eã expeditissimã .i. minime implicatã: qđ qdẽ poteris facere: facilior erit mihi q̃si decursus .i. leuis trãsitus, mei tp̃is. Est tui ꝯsilij .i. ptinet ad ꝯsiliũ tuũ ꝓspicere, qđ possis efficere in eo gñe. Ego rogo ualde te. s. ut facias, id qđ ueniet tibi in mẽtem .i. quod ꝯsiderabis interesse .i. i utilitate esse mea. Ego scriberẽ ad te plurib' uerbis, si aut humanitas tua expectaret orationẽ longiorẽ, aut nr̃a amicitia pateretur id fieri: aut res desideraret uerba, ac ipsa. s. res non loqueretur ꝑ se. Ego uelim sup. ut psuadeas tibi hoc, si intellexero esse ꝓuisum .i. consultũ, rationibus .i. rebus meis à te ite capturum ex eo .i. ex ea re uoluptatem, & magnam, & perpetuam.

ARGVMENTVM.

Significat se sollicitasse sicut Appij legatus monuerat, ut supplementum præsidij firmioris pro tuenda prouincia scriberetur: deinde Appium rogat, ut ea omnia faciat, quæ nouerit conducibilia homini amico in prouinciam illam successuro, ad quam se destinatũ norat. Demũ tacite significat, cur opus sit supplemento, utpote quia intellexerat Appiũ multos dimisisse.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Petit ut si quos milites Appius nondum dimiserat, eos uero ne nunc dimittat, ne uacuam prouinciam obtineat. Senatum enim negare ullam conscriptionem militum.

M. CICERO PROCOS. APPIO PVLCHRO IMP. S. P. D. 3

*AD xi. cal. Iun. Brundusium cum venissem, Q. Fabius, legatus tuus, mihi præsto fuit, eaq; me ex tuis mandatis monuit, quæ non modo mihi, ad quem pertinebant, sed vniuerso senatui venerant in mentem, præsidio firmiori opus esse ad istam prouinciam. censebant. n. oẽs ferè, vt in Italia supplementum meis, & Bibuli legionibus scriberetur. id cum Sulpitius cõsul passurum se negaret, multa nos quidem questi sumus: sed tantus consensus senatus fuit, ut mature proficisceremur, parendum vt fuerit: itaq; fecimus. Nunc, quod à te petij literis ijs, quas Romæ tabellarijs tuis dedi, velim tibi curæ sit, vt, quæ successori cõiunctissimo, & amicissimo cõmodare potest is, qui prouinciã tradit, ea, pro nostra * cõstantissima voluntate erga te, cura, ac diligentia tua cõplectare: vt oẽs intelligant, nec me beneuolentiori cuiquã succedere, nec te amiciori potuisse prouinciam tradere. Ex ijs literis, quarũ exemplum ad me misisti, quas in senatu recitari voluisti, sic intellexeram, permultos à te milites esse dimissos: sed mihi Fabius idem demonstrauit, id te cogitasse facere, sed, cum ipse à te discederet, integrum militum numerũ fuisse. id si ita est; pergratũ mihi feceris, si istas exiguas copias, quas habuisti, quàm minimum ĩminueris. quæ de re s. c. quæ facta sunt, ad te missa esse arbitror. equidẽ pro eo, quanti te facio, quicquid feceris, approbabo: sed te quoque cõfido ea esse facturum, quæ mihi intelliges maxime esse accõmodata. Ego C. Pontinium, legatum meũ Brundusij expectabam: eumq; ante cal. Iun. Brũdusiũ uenturũ arbitror. qui cũ uenerit; * quæ primũ nauigandi nobis facultas data erit, ea vtemur. Vale.*

** alias consociatissima.*

** alias cum primum.*

AD xvi. cal.) Electus imperator: ut diximus Cic. proficiscens in Ciliciã: cum esset Brundusij: dicit se edoctum à Q. Fabio legato Appij ex eius mandatis: opus esse pluribus militibus ad tuẽda ꝓuinciam: rogabatur, ut daret operã: ut hi milites mitterẽtur. Itaque scribit hoc uenisse in mentem: nõ sibi ad quem ptineret, sed uniuerso senatui: scr; id diligenter agitasse, anteq̃ discederet Roma: sed nihil potuisse confici ante discessum: quia oẽs instabant ut celeriter discederet. Postea uero rogat App. sicut in p̃cedenti epist. ut studeat ei tradere prouinciam quã expeditissimam. Deinde qa scripserant App. ad senatũ se dimisisse multos milites. Fab. aũt dixerat eũ nondũ dimisisse, sed tantũmodo cogitasse dimitteret, rogat eum, ut si nondũ dimisit, nolit ullo pacto dimittere, nec uelit imminuere ullas paruas, quas hẽt: ne Cic. inueniat postea ꝓuinciam uacuã, & spoliatam militibus, quod à senatu ita decretum esse dicit. Postremo dicit se nauigaturũ Ciliciam uersus: cum primũ C. Pontinus legatus suus uenerit Brundusiũ, oppidũ est (auctor Pomp. Mella) in Calabria. {Mihi præsto fuit,) mihi præsto se obtulit. {Ex mãdatis tuis,) s. in mandata tua, ita. n. ei mandaueras. {Ad quem p.) qui debuerant hæc multo magis, q̃ alijs cogitare. {Firmiori,) ualidiori. {Præsidio,) militum munitione, nã ut supra diximus, quæ ad tutelã locorũ ponuntur, præsidia appellamus à præsidendo, quod ante ponantur, q̃ periculum adueniat. Nam subsidia dñr, qui laborantibus periculo mittuntur, ergo firmiori præsidio, maiori copia militum. {Istam,) ubi tu es, & subaudi, tuendã. {Cẽsebant,)

HVBER. *Præsidia. Subsidia.*

scebant,)dicit quo pacto uenerat in mentem senatui, quia ferè oẽs iudicabant:ut milites conscriberẽtur in Italia:qui supplerent legiones & Bibuli,& Cicero. {Censebant,) iudicabant. {Scriberetur,) uerbũ militare, scribi.n.& conscribi dñr milites,q ad militię stipendium capiuntur. {Supplementum,)ga cũ legiones contineret sex milia sexcentos interdum sex milites:interdum deerat legitimus numerus,& qui conscribebãtur ad supplendas illas legiones:dicebantur supplementum. {Meis,)quas habeo in Cilicia. {Bibuli,)qui præest Syriæ:quę est meæ ꝓuinciæ finitima. {Se passuꝝ,) se permissuꝝ:ut scriberetur supplemẽtũ. {Nos)ego Cicero. {Multa,)multũ. {Sed, cõsensus,)cõis uoluntas,& cõcors sñia. {Vt ꝓf.) ut discederemus Roma.& ueniremus in Ciliciã. {Parendũ,ut).s.ut obediendũ,& obsequendum fuerit. {Itaq;) duę sunt dictiones.i. & ita fecimus:quia celeriter discessimus facta nulla pętone de hoc supplemento conscribendo. {Literis,)superiorem eplam signãt:in qua idem petiuit. {Cõmodare)cõmodum facere,ut notauimus supra in epist.quæ incipit. Lřas à testatore. {Tradit)finito magřatu,q pôt,si uult facere multa cõmoda successori. {Ea)q:ę pôt accõmodare. {Cõplectare,)conficias. {Prõ nřa,)adiurat eũ. {Exemplũ,)copiã.ut usitgo dřẽtaꝝ.n.quas ad senatũ Ap.scripserat: miserat et exemplum ad Cic. {Recitari,)pnũciari. {Dimissos) licẽtiatos: gra.n.declarationis utor uerbis minus usitatis. {Demõstraui,)signãuit,narrauit. {Cogitasse,)deliberasse,in aio dimittere. {Integrũ)nulla ex parte diminutũ: nullis adhuc militib' dimissis. {Cum d.à te)nam qd post eius discessum feceris,nõ satis sciri pôt. {Id si ita est,). ut adhuc sit integer numerus militũ. {Istas co.exi.) istũ tuũ. paruũ exercitum. {Quanimi.)i.nulla oino ex parte. {Imminueris,) pro :m ninues,dimittẽdo aliquos. {Qua de re) .s.ut nõ diminuas istas copias. {Quæ fa.)i.quæ senatus decreuit. {Pro eo quãti te facio,)pro tanto: quanti te facio.i.pro meo erga te amore pro tanto,quãti te existimo. {Approbabo)laudabo,affirmabo ratũ habebo. {Quicq d)siue bene : siue male factũ. {Accõmodata,)utilia. {Facultas)ptãs. {Ea,)facultate.

ASCEN. A D X I.&c.) Significat se sollicitasse sicut Appij legatus monuerat,ut supplemẽtũ præsidij firmioris pro tuẽda ꝓuincia scriberetur. Deinde rogat Appiũ ea curet quæ sibi cõducibilia norit. Demũ tacite innuit,ideo supplemẽto opus esse,q intellexerat Appiũ multos dimisisse. Ordo est. Cum ego uenissem Brundusiũ.i.in eam urbẽ maritimam Italiæ,ad XI. Cal.Iunius, Q.Fab.legatus fuit mihi ꝓsto.i.pñs,& monuit me ex tuis mãdatis,ea quæ uenerant in mentem, nõ mihi ad quẽ pertinebit,sed uniuerso senatui uidelicet opus esse ad istã prouinciã.s.quam regis,utpote Ciliciã tutãdam,pñdio.i.ꝓtectione & custodiã militũ fideliũ,firmiori.s.q habeas.Enim.i. ga,oẽs ferè.s.patres ꝯscripti,cẽsebãt.i.iudicabãt.ut supplemẽtũ scriberetur in Italia,legionib' meis.i.mihi decretis,& legionibus Bibuli.i.Bibulo,ut Antiochiã ducat, assignatis.Idq;.i. et id,cũ Sulpitius ꝯsul.s.anni illius,negaret se passuꝝ id.i.talẽ descriptionẽ militũ,nos qdẽ.i.certe,qsti.i.questi sum' mlta, sed tñ ꝯsensus senatus fuit,ut ꝓficisceretur.s.in ꝓuinciã,matu re.i.celerif, ut fuerit parẽdũ.i.ut necesse fuerit parere senatui, & nos fecim' ita.i.statim ꝓfecti sumus. Nũc uelim id sit tibi curæ,qd peti à te ijs lřis,qs dedi Romæ tuis tabellarijs,ut cõplectare.i.suscipias ꝓ nřa ꝯstãtissima uolũtate erga te,cura et diligẽtia tua,ea q is q ꝓuinciã tradit,ꝓt,cõmodare.i.cõmode facere,successori sup.sibi ꝯiũctissimo.i.necessitudine amicitię, ut oẽs intelligãt,nec me potuisse succedere cuiq bñuolẽtiori, nec te potuisse tradere ꝓuinciã amicior.i. magis amico hoĩ. Ego intellexerã ex ijs lřis,quaꝝ exẽplũ.i.qđ dñr duplũ,& imperiti copiã misisti ad me,& sup.ęs uoluisti recitari in senatu sie,uidelicet ꝑ multos milites esse dimissos à te.Sed idẽ Fab.s. legatus tuus demřauit mihi.te cogitasse facere id,sed integrũ numeꝝ militũ fuisse,cũ ipse discederet à te.Sed.i.ita.si dimiseris multos,tu feceris mihi ꝑ gratũ , si iminueris q minimũ.i. ualde paꝝ,& q minime potes istas.s.tuas copias.s.militũ exiguas de q re ego arbitror missa esse ad te ea,q facta sunt:senatusc.i.ꝑ decretũ senat'. sup ea re,quæ tu ꝑfeceris,Eg de:ego qdẽ,approbo qcqd feceris ꝑ eo.i.tãto,qti te facio,sed ego ꝯfido te quoq; factuꝝ sup. esse ea q tu intelliges esse accõmodata mihi maxime. Ego expectabã Brũdusij C.Pontiniũ legatum meũ.i.ad Ciliciã regendã mihi datũ.& arbitror eũ uentuꝝ Brundusiũ añ Cal.Iun.q.d. itra decẽ dies,q eũ uenerit,cũ.i.ubi primũ,fa

cultas nauigãdi erit data.s.à Deo,& nã nobis nos utemur ea.

PAVLVS MANVT. PRO nřa constantissima uoluntate erga te.) Nihil muto.Cicero.n.id agit,ut ostẽdat,etsi Appij ꝯsuetudine ꝑ inimicitias P.Clodij nõ sit usus,nunq tñ ei se fuisse inimicum,neq; suã in illum pristinam uoluntatẽ unq fuisse immutatã. epla & huius libri IX. ita scribit,cõscientia meæ constantis erga te uoluntatis. itaq; de hac lectione non arbitror esse dubitãdum. {C.Pontinium, legatum,) Ciceronis Ciliciæ pro cõsule quæstores fuere L.Messinius,C.Cœlius:legati Q.Cicero eius frater,C.Pontinius,M.Anneius,L.Tullius:tribunus mil.Q. Fuffidius : præfectus euocatorum Antonius : præfectus fabrum Q. Lepta : scriba M. Tullius : accensus Pausanias : apparitor M. Marcilius. de quæstoribus, legitur in his epistolis 29: & 141 de legatis 245. de tribuno mil.209. de præfecto euocatorum 34: de præfecto fabrum 35: de scriba 74: & ad Atticum 70. de accenso 35.de apparitore.223:

ARGVMENTVM.

Rursus indicat beneuolentiam suam in Appium Pulchrum,& grauium uirorum auctoritate comprobatam : eiusdem Appij in se, hoc est in Ciceronem animi beneuolentiam & studium commemorat. Quo circa multas causas affert, cur Appium non uulgariter obseruet : & quod Cn Pompeius sit filia Appij socer, & M. Brutus gener. Deinde Clodium consulturum indicat se cum consilium ad Appium scripturum.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

De mutuo Ciceronis & Appij amore,extant in hac epistola testimonia.

M. CICERO PROCOS. APPIO PVLCHRO IMP. S.P.D. 4

*PRIDIE non. Iun. cum essem Brundusij, literas tuas accepi : quibus erat scriptum,te L.Clodio mandasse, quæ illum mecum loqui Velles. cum sane expectabam,Vt ea, quæ à te afferret, quamprimum cognoscerem. Meum studium erga te, & officium, tametsi multis iam rebus spero tibi esse cognitum, tamen in ijs maxime declarabo, quibus plurimum significare potuero, tuam mihi existimationem, & dignitatem carissimam esse. mihi & Q. Fabius Virgilianus, & C. Flaccus L. F. & diligentissime M. Octauius Cn. F. demonstrauit, me à te plurimi fieri: quod egomet multis argumentis iam antea iudicaram, maxime eg illo libro augurali, quem ad me, amantissime scriptum, suauissimum misisti. mea in te * omnia summa necessitudinis officia constabunt. nam cum te ipsum, ex quo tempore tu me diligere cœpisti, quotidie pluris feci: tum accesserunt etiam coniunctiones necessariorum tuorum: duos enim duarum ætatum plurimi facio, Cn. Pompeium, filiæ tuæ socerum, & M. Brutum, generum tuum. collegij quoque coniunctio, præsertim tam honorifice à te approbata, non mediocre uinculũ mihi quidem attulisse Videtur ad Voluntates nostras copulãdas. sed, si Clodium conuenero, ex illius sermone ad te scribam plura; & ipse operam dabo, Vt te quamprimum Videam. Quod scribis, manendi tibi causam eam fuisse, Vt me conuenires: * id mihi, ne mentiar, gratum est. Vale.*

** alias oĩa sum ma.*

** alias id mihi Vehemẽter gr.*

HVBER. PRIDIE,) cum Cic.adhuc esset Brundusij, dicit se expectare Lent.Clod. quem Ap. scripserat se ad eũ mittere cum multis mandatis suis: ut intelligat qd afferat ab ipso App.& quãuis existimet animum amoremq; suum in App. esse ei satis cognitum,tñ dicit se declaratuꝝ in ijs in quibus poterit maxime sibi esse curæ : eius auctoritatem, & dignitatem. Addit et intellexisse à quibusdam , quos nominat in epistola : se plurimi fieri ab Ap.quod etiam multis signis dicit se intellexisse,sed præcipue quia App. ad eum Auguralem librum scripsisset. Itaque pollicetur se omnia pro eo facturum, quem ut amet dicit multas esse causas: quas cõnemorat. {Pridie no.) quarto

quarto die Iunij.{Mã.)mandata dedisset,cõmisisset.{Quæ) subaudi ea.{Illũ)Clod.{A te af.)quæ noie tuo esset mihi narraturus.{Studiũ)promptam uoluntatẽ aium.{Maxime)præcipue.{Sig͂nare)ostendere.{Existima.)auctoritatem.{Egómet)ẽt sine demonstratione eoꝝ.{Argumẽtis)signis.{Augurali)in quo de iure augurali tractasti:nã in eo erat Ap.peritissimus.{Amantissime) cũ summo amore.{Necess.) amicitiæ.{Consta.)apparebant.Nã dicit quare oia necessitudinis officia debeant in eũ constare: q̃a ex quo incepta est inter eos beneuolentia.Cic.non solum ꝑꝑ ipsum semꝑ pluris fecit: sed ẽt ꝑꝑ Pomp.& Brutũqui essent ipsi Appio affinitate coniũcti.{Acces.)additæ sunt.{Duos.n.) declarat q̃ sint hi necessarij.{Duaꝝ æta.)Pomp.n.iã senex:Brutus aũt iuuenis erat.{Soceꝝ)nã filio Pomp.nupserat filia Appij: alterx Bruto.{Collegij cõ.)q̃a Cic.& Ap. fuerant collegæ in collegio xugurum.{Hon.)q̃a semꝑ me honorasti:ut supra in epist.q̃ incipit. Raras tuas,ubi dicit de Ap. presertim in ipsa collegij & laude & scientia studiosum mei.{Non me.)maximũ.{Copulãdas)cõiungẽdas.{Ex ser.)fm sermonẽ illius.i.fm ea.q̃ mihi retulerit noie tuo.Manẽdi,in Cil.diutius q̃ fueras facturus.{Eã c.) eum respectũ,ut cõuenires,alloquereris me priusq̃ istinc. discederes.{Ne men.)ut ueꝝ dicã.Scripserat Ap. se fuisse discessuꝝ citius ex prouincia:nisi expectasse Cic. cũ quo loq̃ uolebat:eaq́; cã se mansisse diutius:qđ Cic.scribit sibi gratũ fuisse.

ASCEN. PRidie nonas &c.) Rursus indicat beneuolentiã suam in App. Pulchrũ, cõmemoratq́; se grauium uiroꝝ testimonio cõprobatum hr̃e App.in se amorem. Quapꝑ multas causas affert cur Ap.nõ uulgariter colat.Ordo ẽt.Ego accepi lr̃as tuas pridie.i.die imediate ꝑcedẽte nonas Iunij,q̃ sunt.V.eiusdẽ mensis die,cũ essem Brundusij, ergo nondũ discesserat illinc,q̃bus erat scriptũ te mandasse L.Clodio sup.ea q̃ uelles illũ loqui mecũ.Ego expectabam sanè.i.multũ eum.s.Clodiũ, ut cognoscerẽ quamprimũ.i.ualde celeriter,ea quę afferret.s. in mãdatis à te.Tametsi ego spero,meum studium erga te & offm̃, esse iam cognitũ tibi multis rebus.tñ ego declarabo.s. studiũ & offm̃ meum erga te. Maxime in rebus,q̃bus potero sig͂nare,plurimum.i.abũdantissime,existimationẽ.i.iudiciũ, & auctoritatẽ tuam,& dignitatem tuã,esse charissimã mihi. Q.Fab.Virgilianus,& C.Flaccus filius Lucij:sup.demõstrauerũt,& M.Octauius Filius Cnæi.s.Octauij mõstrauit diligẽtissime,me fieri.i.ęstimari,plurimi.l.maximo ꝑtio,aut uirum maximi ꝑcij à te. Quod.i.quam rẽ egomet,hoc est ego ꝑ me ipsum iudicarã pro iudicauerã ante multis argumentis.i.approbationibus,aut medijs approbandi, & maxime illo libro augurali.i.de arte augurandi, quem scriptũ amantissime ad me.i.ad illustrationẽ nois mei, tu misisti mihi suauissimũ.l. iucundissimum. Oia mea officia necessitudinis.i.coniunctionis necessariæ tecũ constabunt.i.euidentia erũt in te,summa .i.maxima.Vnde licet nõ apte dixeris oia summa officia, qđ tñ non penitus absurdum sit, tñ aptissime dicere licet oia officia mea constãt aut sunt in te summa.Nam cũ.s.ita sit,ꝙ ego feci quotidie pluris te ipsum,ex sup.eo tp̃a.i.post id tp̃s, quo tp̃e tu cœpisti diligere me,tum.i.multo manifestius, accesserunt ẽt cõiunctiones.i.deuinctiones necessarioꝝ tuoꝝ. Ego .n.facio plurimi,duos.s.uiros,aut ꝓceres duaꝝ ętatum.s.Cn. Põpeium soceꝝ filiæ tuæ,quia filia tua nupsit filio eius,& ita Pomp.iã seniorẽ,& M.Brutũ gñum tuũ.i.cui filia tua nupsit, & ita Iunior est.Vñ eos duaꝝ ętatũ dixit.ꝯiũctio.i.cõmerciũ aut societas,collegij.s.auguralis,ꝑsertim approbata à te.s.i li. tuo aut scia,& uita tua,tã honorifice, uť mihi quidẽ attulisse nõ mediocre,imo ingẽs uinculum, ad copulãdas uoluntates nr̃as. Sed si ego conuenero.i.adiero Clodiũ.s.Lent.non Publium qui summus inimicus Cic. erat, ego scribã plura ad te ex sermone illius,& ipse.i.ego dabo opam,ut uideã te quamprimum.i.ualde cito: Quod scribis eam fuisse tibi causam manendi.s. in prouincia, ut conuenires me.i.loquereris mecum id mihi gratum est, ne mẽtiar,si aliter dixero.

ARGVMENTVM.

PRimũ dicit se Trallibus conuentum ab Lucilio cũ literis et mandatis Appij. Deinde eundem aptissimum fuisse ad indicanda ea qua maximopere scire uolebat. Tum gratias agit Appio de beneficijs in se collatis, et de beneuolo animo in prouincia resignãda: et ut ne eum offendat, iter suũ quod facturus sit, docet. Demũ quod de Scæuola scripserat Appius, argute refellit.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Collaudat Appij voluntatem, quod eius rationem in prouincia accipiẽda habuisset. nam id superioribus literis petierat. Deinde se iter ad Appiũ directurum, quocunque ille vellet, scribit.

M. CICERO PROCOS. APPIO PVLCHRO IMP. S. P. D. 5

*TRALLXS veni ad VI. cal. Sext. ibi mihi præsto fuit L. Lucilius cũ literis, mandatisq́ tuis: quo quidem hoĩe neminem potuisti nec mihi amiciorem, nec, vt arbitror, ad ea cognoscenda, quæ scire volebam, aptiorem, prudentiorem'ue mittere. ego aũt & tuas literas legi libenter, & audiui Luciliũ diligenter. nunc, quoniam & tu ita sentis; (scribis.n.quæ de nostris officijs ego ad te scripserim, etsi ea iucũda fuerunt, tamen, quoniam ex alto repetita sint, non necessaria te putasse) & re vera, confirmata amicitia, & perspecta fide, cõmemoratio officiorum superuacanea est: eam partem orationis prætermittam. tibi tamen agam, vt debeo, gratias: animaduerti.n.& didici ex tuis literis, te oĩbus in rebus habuisse rationem, vt mihi consuleres, restituereiq́, & præparares quodã modo omnia, quo mea ratio facilior & solutior esse posset. hoc tuũ officium cum mihi gratissimũ esse dicam; sequitur illud, vt te existimare velim, mihi magna curæ fore, atque esse iam, primũ vt ipse tu, tuiq́ oẽs, deinde etiam vt reliqui scire possint, me tibi esse amicissimum. quod quibus adhuc nõ satis est * perspectum, y mihi nolle magis hoc aĩo nos esse, quàm non intelligere videntur. sed profecto intelligent: neque enim obscuris personis, nec paruis in causis res agetur. sed hoc fieri melius, quàm dici, aut scribi, volo. Quòd itinerum meorũ ratio te non nullam in dubitationem videtur adducere, visurus'ne me sis in prouincia: ea res sic habet. Brundusij cum loquerer cum Phania liberto tuo, veni in eũ sermonem, vt dicerem, me libenter ad eã partem prouinciæ primũ esse venturum, quò te maxime velle arbitrarer. tunc mihi ille dixit, classe te velle decedere: perfore accõmodatum tibi, si ad Sidam, maritimã partem prouinciæ, nauibus accessissem. dixi me esse facturũ: itaq́ fecissem, nisi mihi L. Clodius noster Corcyræ dixisset, minime id esse faciendũ; te Laodiceæ fore ad meum aduentum. erat id mihi multo breuius, multoq́ cõmodius, cum presertim te ita malle arbitrarer. tua ratio postea est cõmutata. nunc, quid fieri possit, tu facillime statues. ego tibi meũ consilium exponam * prid. cal. Sext. puto me Laodiceæ fore: vbi perpaucos dies, dum pecunia accipitur, quæ mihi ex publica permutatione debetur, cõmorabor. deinde iter faciam ad exercitum: ut circiter id. Sext. putem me ad Iconium fore. sed, si quid nunc me fallit in scribendo, (procul.n.aberã ab re ipsa, & locis) simul ac progredi cœpero, quàm celerrimis potero, & quam creberrimis literis faciã, vt tibi nota sit omnis ratio dierum, atque itinerum meorũ. oneris tibi imponere nec audeo quidquam, nec debeo: sed, quod tuo cõmodo fieri possit, vtriusque nostrum magni interest, prius vt te conueniã, quàm decedas. quam facultatem si quis casus eripuerit; mea tamen in te omnia offitia constabunt, non secus, ac si te vidissem. tibi de nostris rebus nihil sum ante mandaturus per literas, quàm desperaro coram me tecum agere posse. Quod te à Scæuola petysse dicis, vt, dum tu abesses ante aduentum meum, prouinciæ præesset: eũ ego Ephesi vidi; fuitq́ mecũ familiariter triduũ illud, quod ego Ephesi cõmoratus sum: nec ex eo quidquã audiui, quod sibi à te mandatũ diceret. sane vellem potuisset obsequi voluntati tuæ: non.n.arbitror noluisse. Vale.*

* alias perspicuum.

* alias propter.

HVBER.

TRALLES,) sigñat Cic.se accepisse Ap.literas: quas libẽter legerit: & audiuisse diligẽter L.Lucilíũ:quem Ap.ad se misisset,cũ multis mãdatis, quẽ hoiem plurimũ laudat: agitq; grãs Ap. de officijs inter se collatis.Deinde oñdit q̃ti faciat, ꝙ cognouerit Ap.ↄsuluisse eius rõnibus administradæ ꝓuinciæ.sicut ab eo petiuisse duab' eplĩs supius declaratis . Et qm̃ scripserat in p̃cedenti eplã se ea ca remãsisse in ꝓuincia:ut ↄueniret Cic.& lĩris q̃bus nũc rñdet: dicebat se nũc dubitare,ꝙ iter esset facturus,Cic.ꝓfecturus in ꝓuinciã se accõmodatuꝝ iter suũ ad uolũtatẽ Appij:paucis tñ oñdit:qđ' iter facere istituerit, [illegible] ꝑm ꝓcessũ factuꝝ certiorẽ ipm Ap.de omni rõne suoꝝ itineꝝ,magniq; interesse dicit,ut prius colloquãtur, q̃ ipse discedat: Postremo qm̃ scripserat Ap.& rogauerat Scæuola,quẽdã,ut uellet p̃esse ꝓuinciæ se abñte,donec Cic.uenisset . caute & honeste oñdit Cic.id nõ esse ueꝝ : q̃a inuenit hũc Scæuolã Ephesi:neq; ei aliq̃d de ea re dixit:qđ' fecisset.si fuisset ueꝝ,ꝙ App.ab eo id petiuisset.{Trallis,)urbs Asiæ sita est in uertice quodã plano,q̃ ꝓmõtoriũ nã munitũ hẽt:eius circuitus satis bñ septus est:ea optime habitaẽ,& ab oib.opulẽtis,siq̃ alia asiaticaꝝ urbiũ hãc aũt ab Argiuis ↄditã dñt,& à Tracib' quibusdã.Hæc Stra.lib.4.quo ẽt auctore sunt aliæ Trallis i Phrygia Meandrũ fluuiũ traseũtẽ in medio ferẽ itinere,ubi sunt Cariæ fines.Declinatur aũt tm̃ pluratiuo numero, & mittit tam nominatiuo:q̃ accusatiuo I is tm̃ sicut Alpbis:Syrtis. Sardis, auctor Priscianus.{Quo hoie)laudat hũc L.Luciliũ.{Aptiorẽ)magis idoneũ.{Cognoscẽda).s.mihi.{Scire,) intelligere ex mãdatis tuis.{Prudẽtiorẽ,)quẽ uulgo dicimus magis discretũ. {Nũc aũt,)scripserat.Cic.de officijs inter se & Ap. mutuo collatis antea quæ Ap.supuacanea esse dicebat:q̃a confirmata amicitia nõ est opus hac cõmemoratione offõꝝ . Itaq; nũc Cic.ↄfirmat ita esse: & ideo nullã facit amplius de eis mẽtionẽ:tm̃ agit ei grãs.{Nũc.)Ordo est.Nũc eã partem oronis p̃termittã,qm̃ tu ita sentis:scribis.n.&c.{Sẽtis,)iudicas: ita tibi uĩ.{Scribis.n.) p parẽthesim oia dicta sunt usque ad eũ locũ.eã partẽ oronis.{Ex alto,)ex remoto,lõge.{Repetita,)inchoata.{Et re ue.) ex psona sua ↄfirmat sniam Ap. dicit.n.re uera ita est:inter eos q̃ hñt inter se firmã amicitiã, & q̃ fidem mutuã pspexerũt:supuacaneũ est cõmemorare p̃terita officia {Eã partẽ or.)de cõmemoratione offõꝝ.{Aiaduerti,)pspexi, didici,itellexi.{Rõnem,)ↄsideratiõnẽ.{Cõsuleres)ꝓspiceres, ꝓdesses.{Restitueres)ordinares.{Ratio,) uia,modus administrãdæ ꝓuinciæ.Solutior liberior,expeditior.{Offm̃,) p̃parationis & ordinationis rõnum ꝓuinciæ.{Seq̃tur,) ↄñs est,nã si est mihi gratissimũ:qđ' fecisti ꝓ me,ↄñter dẽs existimare te esse mihi magnæ curæ.{Primũ) duplici rõne dicit eũ sibi magnæ curæ esse:primũ ut ipse App.& eius ꝓpinq:scđo ut & ceteri oẽs intelligãt:ꝙ sit ei amicissimus.{Qđ',)me esse amicissimũ tibi.{Quib')añs est ij:ut sit ij:q̃bus nõ est.{Satis ps.) bñ cognitũ.{Magis n.)magis dolere:& nõ esse ↄtẽti.{Hoc aio) ita amico & ↄiũcto.{Quã nõ int.)q̃a re uera intelligũt: quo aio simus.sed q̃a dolẽt,nolũt clare itelligere.{Intelligẽt)ẽt inuiti.{Res age.)oõdetur bñuolẽtia.{Obscuris)Ignobilibus, i q̃bus minus apparẽt bñficia collata.{Paruis)parui põderis, sed i maximis.{Sed hoc).i.malo hæc rebus & effectu oñdere, quã uerbis.{Fieri,)à me:qđ rñdet alij parti eplæ Appij.{Rõ) dispõ,institutio.{Adducere in d.)facere te dubitare. {Sis uis. me:)anteq̃ discedas.{Ea res).s.rõ meoꝝ itineꝝ.{Brundusij,) dicit nũc nõ satis esse certũ,qđ' iter faciet,ut ↄueniat.Appium qm̃ Phania eius libert' dixerat eũ discessuꝝ naui.Itaq; fore ei accõmodatũ:si Cic.ad illã maritimã partẽ accessisset & nauigasset:ex qua esset discessurus Ap.qđ cũ ita instituisset Cic.facere:oñdit se postea alr se itellexisse à Lẽt.Clo.q̃ fuerat,ab Ap. ad Cicer.cũ multis mãdatis missus ab eo.n.intellexit Cic.Appiũ fore Corcyræ ad aduẽtũ: suũ qđ' q̃dẽ erat cõmodũ Cicer. q̃a iter erat.breuius.Postea uero dicit Appiũ mutasse,ꝓpositũ itineris prius instituti: ꝑmittit tñ ei:ut statuat q̃d fieri possit. {Quò)ad quã partẽ.{Te uelle).s.me uenire.{Classe,) nauib. {Perfore)futuꝝ:subaudi dixit.{Accõmodatũ) utile & cõmodũ.s.tibi.{Maritimã)uicinã mari.{Partẽ)uñ eras discessurus. {Itaq;)duæ partes,hoc est,& ita fecissẽ.{Corcyræ,)aduerbialiter ponit.i.cũ esset Corcyræ: q̃ insula est i mari Ionio olim cũ Phæa patria Alcinoi regis.{Minime)nullo pacto.{Id esse fac.)ut accederẽ ad illã partẽ maritimã . {Te Laodiceæ f.)i.te futuꝝ Laodiceæ,subaudi nisi dixisset . est aũt Laodicea urbs Syriæ,teste Põp.Mella,in ea parte, cui Antiochiæ cognomẽ. {Id)uenire Laodiceã.{Accõmodatius,)aptius.{Te ita m.) i. potius uelle:q̃ id,qđ' dixisset Phania.{Arbitrari,)q̃a mihi ita dixerat Lẽt.uir prudẽtissimus,cui mãdata dederas.{Tua rõ) tuũ,ꝓpositum.{Statues)iudicabis.{Possit fi.)an possis me uidere an nõ,q̃a id erit ꝑm rõnem tui discessus.{Cõsilium)deliberationẽ{Accipit)à me.{Ex publica p.)q̃a illic erat accepturus pecuniã:q̃ postea Romę erat reddẽda ei,q̃ mutasset,ita.n. iusserat senatus:iõ dixit,ex publica ꝑmutatione,qđ uulgo dicimus p lĩras cãbitionis.{Deinde)postq̃ accepo dictã pecuniã {Iconium)oppidũ Cappadociæ, optime olim habitatũ fortunatiorẽ regionẽ hñs,alteꝝ est in Asię in põtica regione apud Trogetẽ lacũ:auctor Strab.{Siq̃d fallit me,)siq̃d erro.{In sc. .s.itinere qđ sum facturus.{Procul.)parenthesis.{Simul ac.) postq̃,ut primũ.{Progredi)ꝓcedere ulterius ꝓuinciã uersus. {Quã cr.)pluribus.{Oneris.)sigñat.Cic.latẽter Appiũ fugere ne ↄueniatur:iõ dicit magni interesse,ut cõueniat,& colloquãtur:sed nõ audere tñ ei instare, nisi quãtum cõmodo ei uafieri possit.{Nec d.)q̃a nõ sum ita de te meritus : ut liceat tibi aliq̃d oneris imponere.{Quòd)q̃ res.s.ut ↄueniamus.{Tuo cõmodo)tua cõmoditate.{Quã fac.)quã possibilitatẽ.{Constabũt)apparebũt.i.faciã tñ oia quæ pro te debuero.{Secus,) alr minus.{Ac.)quã ut nõ secus ac iussi faciũt.{Mãdaturus,) cõmissurus.{Desperato.)spẽ amisero.{Agere)loq.{Corã) in p̃ñtia.{Qđ te,)latẽter innuit falsum esse: qđ scripserat de successore ꝓuinciæ.{Eũ.)Scæuolã.{Ephesi,) q̃ urbs est Ionię celeberrimo Dianæ tẽplo clara.{Mecum,) apud me.{Triduũ,) totos tres dies.{Illud).s.triduũ. {Quod) q̃a tm̃ triduum cõmoratus sum Ephesi.{Nec ex eo.) Scæuola. {Quicq̃,) quod ab eo petiuisses:ut tibi succederet,qđ' declarat dicens . {Qđ' mandatum).s.ut tibi succederet,quod quidẽ dixisset mihi, si esset ueꝝ:& ita latẽter & callide conuincit eum mẽdacij.{Potuisse)subaudi Scæuolã.{Voluntati tuæ)in succedendo tibi.

Iconium.

Ephesus.

ASCEN.

TRalles ueni &c.)Primũ dicit se Trallibus cõuentũ ab Lucilio cum lĩris & mandatis Appio. Deinde eundẽ aptissimum fuisse ad indicãda ea,quæ maxime scire uolebat. Tñ grãs agit Appio de bñficijs eius,ac demum qđ Appio de Scæuola scripserat,refellit . Ordo aũt est.Ego ueni Tralles.i.in eã urbẽ Asię ad xiii.cal.sext.i.August.ibi L.Lucilius fuit p̃stõ.i. p̃ñs & paratus mihi ad expediẽda ea,quæ uellet mecũ agere; cum lĩris & mandatis tuis.Quo quidem hoie.neminem.i.nõ aliquem hoiem, non potuisti mittere aliquẽ nec amiciorẽ mihi,nec(ut arbitror)aptiorẽ ad cognoscenda.s.ex eo,ea q̃ uolebã scire,ue pro uel,prudentiorem.Ego aũt & legi literas tuas libenter,& audiui Lucilium diligẽter. Nunc qm̃ tu sentis ita , scribis.n.ea,quæ ego scripserã ad te de officijs nr̃is etsi ea fuerunt iucũda tibi , tñ qm̃ repetita sunt ex alto.i.ex primordijs causaꝝ,amicitia cõfirmata.i.postq̃ amicitia est confirmata,et fide facta,aut potius pfecta.i.perfecte cognita,cõmemoratio officioꝝ est superuacanea.i. superflua , ego præter mittam eã partem oronis.s.quæ esset de cõmemoratione bñficioꝝ. Tñ .i.nihilomin' ego agam tibi grãs,ut debeo. Animaduerti.n. & didici ex lĩris tuis,te habuisse in oibus rebus rõnem.i.considerationẽ & ꝓpositum,ut consuleres.i.quasi cõsulendo prodesses,mihi,& ut restitueres.s.ablata,& præparares quodam modo oia tam uetera,q̃ restituta , quo.i.ideo,ut mea ratio.i. meũ negocium in ꝓuincia,possit esse facilior & solutior.i.liberior & expeditior.Cum ego dicã hoc offm̃ tuum esse gratissimum mihi,illud seq̃tur,ut uelim te existimare, fore.i.futuꝝ esse atque esset.s.nũc,mihi magnæ curæ,iam primum.i.illud primũ,ut tu ipse, & oẽs tui, deinde ẽt ut reliqui possint scire, me esse amicissimum tibi,quod.s.me esse amicissimum tibi, ij quibus nõ est adhuc perspectum satis, uñr mihi nolle magis non esse hoc.s.tã beneuolo aio , q̃ non intelligere , quia licet intelligãt,tñ quia inuident nobis, & nolint nos esse concordes,& dissimulant se perspicere amicitiã nr̃am . Sed profecto ipsi intelligẽt,neque.n.res agetur personis obscuris,nec caussis puls.Sed ego uolo hoc fieri meli', q̃ dici aut scribi.Quòd ratio itineꝝ meoꝝ uĩ te adducere in nõnullam dubitationẽ, ne.i.an,sis uisurus me in ꝓuincia,ea res habet sic.Cũ ego loquerer Brundusij,cũ Phania liberto tuo,ueni in eum sermonẽ,ut diderem me libẽter uentuꝝ esse primũ ad eam partẽ ꝓuinciæ,quo.i.in quã,ego arbitrarer te uelle maxime.s.me uenire :

nire tūc ille.s.Phania dixit mihi, pfore.i.multū fore accōmodatū tibi, si accessisse nauibus ad illā partē maritimā, puīciǽ, quo.i.ad quā, uelles decedere classe, ego dixi me esse factūrū sup.id. Et ita fecissem, nisi Lent. Clodius nr.i.cōis amicus dixisset Corcyræ.i.in Corcyrę insula id minime.i.nequaq̄ faciēdum, & nisi dixisset, sup. te fore ad.i.ulq, ad meū, aduentum. Laodiceæ, Quæ est urbs Syriæ, teste Pomp. Mella in parte eius Antiochiæ cognomē est. Id.s.iter.erat mihi breuius multo, et multo cōmodius ꝑlertim cū arbitrarer te malle.i.magis uelle ita.s.me facere. Sequētia statim explanabo. Sanè Corcyra est insula i mari Ionio, unde mirādum est, q nomē insulæ in genitiuo posuit, quasi aduerbialr nisi dixerimus in ea insula ut bē esse eiusdem nominis, quod sæpe cōtingit, ut de Rhodo supra diximus. Tua ratio.i.propositū tuum cum rōne, est mutata.i.mutatū postea, núc tu statues.i.cōstitues, et ordinabis facillime qd posset fieri, ego exponā.i. declarabo tibi meū ꝯsiliū. Ego puto me fore Laodiceæ prid. Cal. Sext.i.ad primum diē Augusti p dies paucos, dū.i.donec pecunia q̄ debetur mihi ex ꝑmutatione publica, uulgo cābium dnt, alij bancā, accipitur.s.à trapezitis aut negociatoribus quā restituendā acceperāt, deinde iter faciam.i.iterabo ad exercitū, ut putem me fore ad Iconiū oppidum Cappadociæ optime habitatū olim, circiter Idus Sextiles.i.decimum tertium diē Augusti. Sed si quid fallit.i.decepit me nunc in scribendo.i.dum hæc scribo, ego.n. absum procul à re ipsa, & locis, faciā q̄.i.quantum, potero celerrime, & q̄ creberrimis.i.plurimum crebis līis, ut oīs ratio dieꝝ atq; itinerum meoꝝ sit nota tibi simul ac.i. statim postq̄.i.aut potius eodem tpe, quo cœpero progredi. Ego nec audeo, nec debeo imponere tibi quicq̄ oneris, sed quod possit fieri sup. cōmodo tuo, interest.i.refert magni, utriusq; nrm.s.& tua & mea ut cōueniam prius te q̄ decedas.s.de prouincia. Quā facultatem.s.cōueniendi, siquis casus eripuerit, tum.i.nihilominus, oīa officia mea cōstanter fient in te, nō secus.i.non alr, ac.i.q̄, si uidissem te. Ego nihil sum mandaturus tibi de negotijs nr̄is per līas ante q̄ desperato pro desperauero me posse agere tecum corā.i.in pręsentia. Quod dicis te petisse à Scæuola, ut præesset prouinciæ, dum.s.donec, tu abesses ante aduētum meū, sup. non est ſperādum, quia Ego uidi eum Ephesi, q̄ urbs est Ioniæ, olim pp templum Dianæ clarissima, & fuit mecū familiariter triduum illud, qd ego cōmoratus sum Ephesi, nec audiui ab eo quicquā, quod diceret mandatū sup. esse sibi à te i Aūt.i.sed ego uellē sane.i.multū, aut sano ꝯsilio, sup. eū potuisse obseq. uoluntati tuæ, nō.n. arbitror sup. eū noluisse obseq.i.obtēperare uolūtati tuę. Vale.

ARGVMENTVM.

Sicut visum est in superiori epistola, Appius visus erat dubitasse, utrum Ciceronem videret in sua prouincia antequam discederet: & ideo Cic. exposuit ei rationem & propositum itineris sui: & quod pararet Appium conuenire Laodiceæ in finibus prouinciæ: sed Appius longe aliter fecit, quod hic conqueritur Cic. Nam in interiorē partem prouinciæ se recepit, et ille, licet magistratu abisse debuisset, cum Ciceronem haberet successorem, officio tamen adhuc fungebatur, iura reddens, et prouinciam tractans perinde ac si ad se adhuc pertineret: quod tamen factum Cicero, ut se Appio amicū significet, non solum non moleste ferre, sed etiam comprobare se scribit, ut qui ab onere prouinciæ regendæ interea per amicum leuaretur. Accusat aūt Appium, quod tres cohortes dimiserit, cum tamen Cicero eū rogauerit, ne id faceret. Queritur etiam grauiter, quod nullo pacto ferre potest, quo Appium conueniat: dicit tamen se facturum, ut omnes intelligant se Appio verum amicum fuisse: rogatq; ut Appius erratum suū corrigat, & ut Appium sui conueniendi modum doceat, vbi sit, et quid facturus, scribit.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Expostulat cum Appio quod promissi fidem non seruet.

M. CICERO PROCOS. APPIO PVLCHRO IMP. S. P. D. 6

QVAm meum factum cum tuo comparo, etsi nō magis mihi faueo in nostra amicitia tuenda, quàm tibi, tamen multo magis meo facto delector, quàm tuo. ego enim Brūdusij quæsiui ex Phania, tuum mihi uidebar et fidelitatem erga te perspexisse, & nosse locum, quē apud te is teneret, qua in partem prouinciæ maxime putares [illegible] ut in succedendo primum venirem. cum ille mihi respondisset, nihil me tibi gratius facere posse, quàm si ad Sidam nauigassem: etsi minus dignitatis habebat ille aduentus, & ad multas res mihi minus erat aptus; tamen me ita dixi esse facturum. idem ego cum L. Clodium Corcyræ conuenissem, hominem ita tibi coniunctum, vt mihi, cum illo cum loquerer, tecum loqui viderer: dixi ei, me ita facturum esse, vt in eam partem, quam Phania rogasset, primum venirem. tūc mihi ille cum gratias egisset, magnopere à me petiuit, vt Laodiceā protinus irē: te in prima prouincia velle esse, vt quā primum decederes: quin, nisi ego successor essem, quem tu cuperes videre, te antea, quàm tibi successum esset, decessurū fuisse. quod quidem erat consentaneū cum ijs literis, quas ego Romæ acceperā: ex quibus perspexisse mihi videbar, quam festinares decedere. respondi Clodio, me ita esse facturum, ac multo quidem libētius, quàm si illud esset faciendum, quod promiseram Phaniæ. itaque & consilium mutaui; & ad te statim mea manu scriptas literas misi: quas quidē ex tuis literis intellexi satis mature ad te esse perlatas. Hoc ego meo facto valde delector: nihil.n. potuit fieri amantius. considera nunc vicissim tuum: Non modo ibi non fuisti, vbi me quamprimum videre posses; sed eò discessisti, quò ego te ne persequi quidem possem triginta diebus, qui tibi ad decedendū lege, vt opinor, Cornelia constituti essent: vt tuum factum illis, qui, quo aīo inter nos simus, ignorant, alieni hominis, vt leuissime dicam, & fugientis cōgressum, meum vero coniunctissimi & amicissimi esse videatur. ac mihi tamē ante, quàm in prouinciā venissem, reddita sunt à te literæ: quibus etsi te Tarsum proficisci demonstrabas, tamen mihi non dubiā spem mei cōueniendi afferebas: cum interea, credo equidem, maleuli homines, (late.n.patet hoc vitium, et est in multis) sed tamen probabilem materiem nacti sermonis, ignari meæ constantiæ, conabantur alienare à te voluntatem meā, qui te forum Tarsi agere, statuere multa, decernere, iudicare dicerent; cū posses iam suspicari, tibi esse successum: quæ ne ab ijs quidem fieri solerent, qui breui tempore sibi successum iri putarent. horum ego sermone non mouebar: quin etiam (credas mihi uelim) si quid tu ageres, leuari me putabam molestia: & ex annua prouincia, quæ mihi longa videretur, propè iam vndecim mensium prouinciam factam esse gaudebam, si absenti mihi vnius mensis labor deeractus esset. illud, vere dicam, me mouet, in tanta militum paucitate abesse tres cohortes, quæ sint plenissimæ, nec me scire vbi sint. molestissime aūt fero, quòd, te vbi visurus sim, nescio: eoq̄ ad te tardius scripsi, quòd quotidie te ipsum expectabam: cū interea ne literas quidem vllas accepi, quæ me docerent, quid ageres, aut vbi te visurus essem, itaque virum fortem, mihiq; in primis probatum, Antoniū, præfectum euocatorum, misi ad te, cui, si tibi videretur, cohortes traderes: vt, dum tempus anni esset idoneum, aliquid negocij gerere possem. in quo tuo consilio vt me sperarem esse vsurum, & amicitia nostra, & literæ tuæ fecerant: quod ego ne nunc quidem despero. sed plane, quando, aut vbi te visurus sim, nisi ad me scripseris, ne suspicari quidem possum. ego, vt me tibi amicissimum esse & æqui & iniqui intelligant, curabo. de tuo in me animo iniquis secus existimandi videris non nihil loci dedisse. id si correxeris, mihi valde gratum erit. & vt habere rationem possis, quo loco me, salua lege Cornelia, conuenias: ego in prouinciam veni pridie cal. Sex. iter in Ciliciam facio per Cappadociam. castra moui ab Iconio pridie cal. Sept. nunc tu & ex diebus, & ex ratione itineris, si putabis me esse conueniendum, constitues, quo loco id commodissime fieri possit, & quo die. Vale.

BER.

CVM meũ,) Maxima pars huius epl'æ ex præcedenti epl'a aperitur: in qua cũ uideretur dubitare Appius uisurúsne esset. Cic. ante discessũ suũ ex ꝓuincia, exposuit Cic. rõnem & propositũ itineris sui: & cõmemorat oẽm institutionẽ & disputationẽ factam inter se & Appiũ, & lr̃is et nuncijs de rõne itineris in quo & offm̃ suũ laudat, ꝙ quantũ potuit intelligere uoluntatem Appij studuit ei satisfacere: ut eũ cõueniret, cũ eũ longe alr̃ fecisse queratur, q̃ ne cõueniretur à Cic. nõ expectauit eum Laodiceæ ueluti constituerat: quæ erat in finibus ꝓuinciæ, sed in interiorẽ ꝓuinciam se recepit itinere multoꝝ dieꝝ: ubi quáuis esset iam functus magr̃atu, reddebat iura: & prouinciã tractabat quasi ad se ꝑtineret: cum id nõ liceret facere iam dato sibi successore, quod tñ Cic. ostendit se non modo nõ moleste tulisse ueꝝ ẽt gauisum esse, q̃ uideret se leuatũ molestia administrationis ꝓuinciæ unius mẽsis: quo ille administrasset, quasi adhuc esset ꝓcõsul. Deinde accusat eũ, ꝙ dimiserit tres cohortes, cũ esset rogatus à Cic. ꝑ lr̃as, ut uisum est supius, ne id faceret, & grauissime cõqueritur ꝙ nullo pacto scire possit ubi eũ conueniat, dicit tñ se factuꝝ, ut oẽs intelligãt se bonũ amicum fuisse: cũ Appius alr̃ fecerit quod erratum rogat eũ: ut uelit corrigere. Postremo ostẽdit ubi sit, & quod iter faciat. {Cũ m.f.) id quod ego feci. {Cõparo.) ad cõparationẽ adduco utrum sit magis ex officio. {Non f.m.) nõ magis tueor partẽ meam q̃ tuã, quod uulgo dicimus nõ magis do ius mihi q̃ tibi, & est ornate dictũ. {Delector m.f.) laudo qđ ego feci, q̃ id quod tu fecisti. {Ego.n.) repetit nũc oẽm disputationẽ itineris factã per nũcios & lr̃as, & primum q̃ dixerat Phanias libertus eius, & Lent. Clodius: quẽ ille miserat cũ mãdatis, ut uisum est plene in pręcedentibus epl'is: deinde quod scripserat ipse Appius ad Cic. cũ adhuc esset Romæ, in quibus oĩbus dicit se studuisse quãtum potuit satisfacere eius uolũtati. {Et nosse l.) scire, quẽ locum ille hr̃et apud te q̃a erat ex intimis Appij, cuius ꝯsilio maxime utebatur, laudat aũt eũ Cic. ut probet fuisse credẽdum quod ille dixisset. {Quã in.p.) textus hic est facilis: & in supiore epl'a declaratus. {Sydã,) Syde urbs Lyciæ portum hñs, auctor Põp. Mella lib. 1. {Minus d.) minus honoris. i. etsi nõ erat mihi satis honestus aduentus meus Sydã. {Minime a.) i. ẽt incõmodus ad multa facienda. {Tñ,) q̃a intellexerã te ita uelle. {Ita f.) i. uentuꝝ Sydam. {Idem e.) q.d. in eo quod Phania dixisset. offm̃ amicitię & beneuolentiæ erga te declarare constituerã. {Corcyræ,) ut in superiore epl'a. {Tecũ). i. ut uiderer audire alteꝝ te: uel potius te ipm̃, ita uidebar nosse mentẽ tuam, & quicq̃d in pectore habes. {Te.u.e.) subaudi dixit. {In p.p.) in prima parte ꝓuincię Italiã uersus. {Quin.) ꝓ quinetiã. i. insuper ꝑter Id. {Te f.d.) subaudi dixit, nisi ego essem tibi successor, quẽ præcipue cuperes uidere. Quod q.) te cupe me uidere, neq; uelle alr̃ discedere, nisi me cõuenisses. {Erat ꝯs.) cõueniebat, cõcordabat. {Festinares) propares. {Ita.s.) ut Laodiceã irem. {Quod p.Pha.) .s. ut irẽ Sydam: sicut ille dixerat te uelle. {Consiliũ,) sñiam, ne irem Sydã. {Mea.) q.d. propria, ut ostenderẽ tibi promptũ aium meum in obsequẽdo tibi quocunq; iuberes me uenire. {Satis m.) satis tempare. Nã mature dr̃ fieri, teste. A.G. auctore Nigidio, quod neq; citius, neq; serius fit. sed mediũ est q̃d dã temperatũ: unde scite Virg. 1. Aen. dixit. maturate fugã. i. nõ celeriter, sed tẽperate facite, ne ex celeritate euersæ forent naues Troianoꝝ. {Ex tuis.) quas ad me scripsisti ex argumẽto meaꝝ. {Hoc ego.) repetit cõmendationem & offm̃ sui facti. {Amãtius,) cũ maiori, amorosius. {Cõsidera.) inspice. {Vicissim) cõtra, sicut meum aperui. {Tuũ.) factũ. {Nõ m.) oñdit ꝙ nõ solum fefellit fidẽ in eo quod ꝓmiserat, quia non uenit ad loca constituta, sed ẽt ita abijt longe, ut Cic. nõ possit eum ꝑsequi triginta diebus: nã ut diximus in interiorẽ ꝓuinciam se receperat: quæ quidẽ erat maxima. {Lege cor.) qua permittebatur, ut finito annuo magr̃atu, liceret tm̃ esse in prouincia triginta dies. {Cõstituti.) decreti. {Ad).s. ut tibi succederetur, nam alr̃ non essent tibi cõstituti. {Vt) subauditur: ita discessisti, ut diximus lõge, ut illi: q̃ nesciunt aium nr̃m inter nos cõiũctissimum dicant factum tuũ fuisse hoĩs alieni à beneuolẽtia. {Leuissimi,) nullius existimationis, uel ẽt incõstãtissimi. {Et fug.c.) collocutionẽ amici & ꝯuentionẽ. {Meũ,) factum, subaudi ut. {Videat) putetur. {Cõiũctissimi,) ꝯtra id qđ dixit alieni. {At mihi:) adhuc ꝯuincit eũ incõstantię ex ꝓmissione lr̃aꝝ suaꝝ, q̃bus ille promittebat fore, ut ꝯueniret Cic. licet ire. {Tarsum,) quã urbẽ diximus esse Ciliciæ: erat aũt in interiore parte. {Nõ d.) q.d. certã. {Cũ int.) laudat Cic. constantiã suã aduersus inconstantiã Appij: ꝙ eũ multi tentarẽt alienare eũ ab Appio, dicentes Appiũ Tarsi ita statuere, iudicare, decernere quẽadmodum antea: cum esset proconsul: quod uideretur ꝑiudicare dignitati Cic. dicit tñ se nunquã moleste tulisse, sed potius gauisum esse. {Late.n.) parẽthesis {Hoc uitiũ) maleuolẽtiæ, & detractionis. {Late p.) in multis locis regnat. {Nacti.) adepti. {Probabilẽ) uerisilẽm, & latẽter mordet Ap. quẽ licet maleuoli, tñ ob aliquã iustã causam accusarent. {Ignari meę c.) qui nesciebãt me ita esse constantẽ, ut nõ facile eoꝝ detractionibus mouerer: nec uerbis ab amicis alienarer. {Conabãtur.) frustra tentabãt, & uolebãt. {Qui) maleuoli. {Agere foꝝ) foꝝ multa sigñat, ut scribit Festus Pomp. at agere foꝝ dr̃ ꝑfectus prouincię, cũ ciuitatibus conuocatis de eaꝝ negocijs & cõtrouersijs cognoscit, ergo foꝝ agere iura reddere, & cãs audire. {Statuere.) facere statuta. {Decernere.) firmiter deliberare, sancire: unde & decreta dñr sanctiones quædam eoꝝ: q̃ hñt auctoritatem, ut principũ: ꝯsulum. senatus. {Iudicare) de causis & cõtrouersijs ferre iudicia, q̃ nõ debuisses facere cum posses. {Suspicari) opinari. {Esse suc.) datũ tibi successorẽ: ad quẽ ꝑtinet supradicta facere. {Quæ suc.).s. foꝝ agere statuere &c. {Ne ab his q.) q.d. si hæc nõ facerẽt, q̃ breui expectarent successorẽ: quãto minus tu facere debuisti, q̃ poteras existimare iã tibi esse successum. {Non m.) nõ irascebar tibi, {Credas uelim) h.d. q̃a uix est credibile, ut magistratui successuro placeat ꝑdecessorẽ suum agere: q̃ ad se pertineãt. {Si quid a.) siquid statueres & iudicares, ut audiebam à te fieri. {Leuari) exornerari. {Molestia) labore. {Et ex annua.) Sẽsus est, & ex administratione uni' anni, qđ tp̃s ur̃ mihi longũ, gaudebã iã unũ mẽsem esse ꝯfectum re administrãte, remanetq; mihi tp̃s breuius, & molestiã q̃ erat annua redactã esse in 11. menses. {Prouinciã 11.m.) i. administrationẽ 11. mẽsiũ {Esse f.m.) q̃a iã unũ mẽsem administrasses. {Lõga) q̃a ꝯtra uolũtatẽ meam mittor i ꝓuinciã. {Labor) administratiõis. {Detract') diminutus tua administratione. {Illud) eũ accusat de tribus cohortibus dimissis. {Mouet) turbat, molestum est. {Paucitate m.) in tã exiguis copijs militũ, ut in supioribus epl'is dixit. {Abesse) à prouincia. {Nec me sc.) subaudi mouet me, nec scire. i. quod nesciã ubi sint. {Plenissime) integerrime, ꝯscripto ab ipsis cohortibus supplemẽto. {Molestissime) q.d. licet quod dixi moleste ferã, tñ hoc molestissime fero ꝙ &c. {Eo.) ꝑ. {Teipm̃) p̃ntem, nõ amplius lr̃as tuas, aut nũcios. {Interea) dũ te expecto. {Ne l.q.) quod minus est quã teipm̃. {Edocerent) instruerẽt, informarẽt. {Forte) magni animi hoiem. {Probatũ) spectatũ & mihi gratũ. {Prefectũ euoc.) q̃ ꝑest euocatis militibus. Tria aũt erãt militię gña: ut Ser. in 1. & in 7. Aen. declarauit. legitima eoꝝ q̃ singuli iurabãt ꝓ rep. esse facturos, nec discedebãt nisi cõpletis militiæ tp̃ibus. tumultus uero eoꝝ, q̃ ad unũ bellũ militabãt: utputa si fuissẽt bellũ gallicũ, uel italicũ: in q̃bus ex periculi uicinitate erat timor multus. Euocatio uero fiebat cũ ad diuersa loca diuersi ꝑ cogẽdos mittebant exercitus. {Cui) Antonio. {Traderes) cõmitteres meo. noie. {Si tibi uid.) si putares tradẽdas. i. mãsuete. n. cũ eo loq̃tur tanquam cũ hoie supbo, ne irritet eũ ad irã. aut indignationẽ: qđ fortasse fecisset, si dixisset cui traderes cohortes sicut debes. {Tp̃s anni) q̃a erat æstiuũ tp̃s aptũ bellis gerẽdis. Erat. n. Augustus mensis: ut in supiori epl'a uisum est, & in fine huius. {Aliq̃d neg.) aliq̃d belli. {In quo) in qua re. s. ut possem gerere aliq̃d negocij. {Amicitia) q̃ mihi dabat spẽ de te optimam. {Et lr̃æ.) q̃bus multa mihi pollicebaris. {Fecerãt) ꝑsuaserant mihi. {Tuo ꝯs.) ut ẽt mihi consuleres qũo mihi esset agendũ. {Qđ).s. me usuꝝ tuo ꝯsilio. {Ne des.) nõ sum sine spe. {Qñ) quo tp̃e. {Aut ubi) quo in loco. {Suspicari) opinari, existimare, multo minus scire. {Aequi) boni & amici. {Iniq̃) maleuoli & inimici. {De tuo) accusat eũ, ꝙ dederit mãm maleuolis suspicãdi de aio suo erga Cicer. alr̃ quã sit, q̃a existimauerunt eũ esse alienatũ. Ordo est. uideris dedisse nõ nihil loci iniq̃s existimãdi secus de tuo aio in me. {Nõ nihil l.) i. aliq̃d occasiõis {Secus,) alr̃: uel q̃ ego dederim, uel q̃ sit, q̃a existimant te esse alienatũ à me cũ, nõ sis. {Id).s. ꝙ dedisti occasionem &c. {Si cor.) si emandaueris, ut nũc des occasionẽ existimandi bene. {Et).s. subaudi gratum erit. {Habere rationem.) constituere.

{Salua

da.

gin.

Maturo.

Forum.

Decernere.

Decretũ.

Tria militiæ genera.

{Salua lege Corn.)quæ nõ plures, ꝗ̃ triginta dies ꝯstituebat ei,postꝗ̃ uenisset successor.{In ꝓ.)in Asiam.{Per Capp.)quę est Asiæ regio regnum Ariobarzanis.{Castra) exercitũ,milites,interdum.n.pro loco ubi stant milites,interdum pro militibus ipsis ponuntur castra : ut nos castra mouemus. {Iconio)oppido,ut diximus Cappadociæ.{Ex diebus) quibus dixi me mouisse castra: & est sensus,computatis diebus mei itineris, & diebus quibus per legem Corneliam licet tibi esse in prouincia,si existimabis ꝙ possis me ꝯuenire,ꝯstitues quo loco,& quo die id commodissime fieri possit.s.ut me cõuenias.

Castra — *Iconium.*

ASCEN.

CVm meum &c. Conqueritur Cic.ꝙ Appius uisus sit occasionem q̃sisse ne conueniatur à se, & nolle magistratu abire,cum illo adhuc fungatur in ꝓuincia,quod tñ Cic.in æquiorẽ partem accipit : Accusat tñ Appium, ꝙ tres cohortes dimiserit,& rursus ꝙ Appium conuenire non põt, pollicetur tñ se amicitię in illum partibus functuꝝ.Ordo est. Cum.i.qñ,ego comparo fcm̃ meum cũ tuo,etsi.i.quanq̃,ego non fauco magis in amicitia nostra tuenda .i.ꝓtegenda mihi q̃ tibi,tñ ego delector multo magis meo facto quam tuo. Ego.n.quæsiui ex Phania.s.liberto tuo.Cuius.s.Phaniæ ego uidebar mihi,& .i. sił perspexisse fidelitatem erga te,& .i. sił nosse.i.cognoscere,locum.i.gradum ęstimationis,quem is teneret erga te,in quam partem prouinciæ ipse putaret te uelle maxime,ut ego uenirẽ primum in succedendo.s.tibi,cum ille .s.Phania,rñdisset mihi,me nihil gratius posse facere tibi,q̃ si nauigassem ad Syriam.i.urbẽ illam Lycię,aut portũ eius,hẽt .n.portum urbs ea,etsi.i.q̃q̃,ille aduentus.s.in Sydam,hẽbat minus dignitatis,& erat minus aptus.s.q̃ ceteri,mihi ad multas res.s.honeste gerendas,tñ ego dixi me esse factuꝝ ita.s.ut ille ꝯsueuerat.Ego cum ꝯuenissem Corcyræ.i.in ea insula,aut urbe eius Lentulum Clod.hoiem ita coniunctũ tibi , ut cum loquerer cum illo, uiderer mihi loqui tecum , dixi me factuꝝ esse idem.i.eandem rem,aut idem dixi ita,ut uenirẽ primũ in eam partem,quam Phania rogasset,tunc ille cum egisset gřas mihi petiuit à me magnopere , ut irem protinus Laodiceam, & sup.dixit,te uelle esse in prima prouincia.i.in prima parte Romam uersus,ut decederes quamprimũ.i.ualde cito.qn .i. insuper dixit,te fuisse decessuꝝ,nisi ego essem successor,quẽ tu cupes uidere antea quã successum esset tibi.Q đ.s.dictum Lẽtuli,erat quidem.i.certe ꝯsentaneum.i.ꝯsonum,& eiusdẽ snię, cum ijs lřis.s.tuis,quas ego acceperam Romæ.Ex qbus.s.lřis ego uidebar mihi ꝑspexisse.i.clare uidisse,& intellexisse,q̃ .i. quantũ,festinares decedere.s.è ꝓuincia,unde decedere nõ est ꝑ se mori,sed de loco,aut offõ , aut ꝓuincia cedere , sicut nec defungi est mori,sed à reꝝ functione abire, qđ morientes faciunt. Ego rñdi Clodio.s.Lentulo me factuꝝ esse ita,ac quidẽ multo libentius,q̃ si illud,qđ ꝓmiseram Phaniæ,esset faciendum.Itaq̃.i.& ita,ego,& .i.sił,mutaui ꝯsilium & misi statim ad te lřas scriptas manu mea,quas quidem ego intellexi ex literis tuis: esse ꝑlatas ad te satis mature.i.tempestiue,aut cito. Hoc &c.Ego delector ualde hoc facto meo,qđ ꝑnarratũ est. Enim pro qa, nihil potuit fieri amantius .i. magis amanter, aut cũ maiore amore meo in te.Considera nunc uicissim tuũ .s.fcm̃.Tu non mõ.i.non solũ non fuisti.s.Laodiceæ, ubi posses uidere me q̃primũ .i. ualde cito,sed discessisti eò quò ego ne quidem.i.non ẽt,triginta diebus.i. spatio triginta dierum possem ꝑsequi.i.ad ꝯsumationem seq, hoc est sequendo attingere te . Qui.s.triginta dies essent ꝯstituti tibi, ut opinor, ad succedendum tibi.i.qbus lege Corn. decedendũ tibi erat prouincia.Hoc,aut ut,fcm̃ tuum uideatur illis qui ignorant quo aio sumus inter nos.i.q ignorant beneuolentiam nřam mutuam,esse hois alieni, ut dicam leuissime .i. cũ leuissima nota simultatis,aut hois fugientis ꝯgressum meũ, nõ ꝯiunctissimi & amantissimi mei. Atñ lřæ sunt redditæ mihi à te.s. scriptæ anteq̃ uenirem in prouinciam,qbus.s.lřis,etsi .i. q̃q̃ demonstrabas te proficisci Tarsum .i. ad urbem Ciliciæ, tñ afferebas mihi non dubiam.i.certam spẽ,ꝯueniendi mei.i. ꝙ ꝯuenires me,cũ interea,credo equidem hoies maleuoli.Nã hoc uitium .s.maleuolentiæ & inuidiæ pater .i. extenditur late.& est in multis,sed tñ.i.nihilominus,quamuis maleuoli suspicari possent,nacti mãm probabilem sermonis .s. de nobis faciẽdi,aut quem de nobis habuerunt,ignari constantiæ meæ, conabantur alienare uoluntatẽ meã à te,q dicerent te agere Tarsi Foꝝ .s.iudiciale,statuere.i.statua ꝯdere,decernere,& iudicare multa,cũ posses suspicari successum esse iam tibi. Quę.s.iam dicta officia,foꝝ agere,statuere &c.solerẽt qdẽ.i.certe,fieri ab ijs, q putarent succedi.i.successionẽ fieri sibi breui tpe.i.ut Hubertinus intelligit.post breue tp̃s.nã qñ decedendũ est solẽt diligẽtissime reliq̃ munera ꝓuĩciæ explere,sed Appius sero id tũc fecisset,cũ sibi successũ esse suspicari debebat. Alijs uř hoc discere,Appiũ eo aio id facere ꝙ putaret successionẽ Cicer.breui tpe fore.i.paꝝ duraturã , & ita noluisse intermittere munera ꝓuinciæ.Ego nõ mouebar.s. à ꝯstitu amore , sermone hoꝝ.i. hmõi hoium q n ẽt(uelim credas mihi)ego putabã me leuari .i.deonerari,molestia.i.molesto negocio,si tu ageres,qd.i.aliqd in ꝓuincia.s. Et gaudebã ꝓuinciã esse factã mihi ꝓpè .i. q̃si.11.mẽsiũ ex ꝓuincia annua.i.12.mẽsiũ,q̃ uideretur mihi lõga,gaudebã nq̃ si labor unius mẽsis esset detractus mihi abñti.Illud dicã ꝟe,mouet .i. afficit dolore me tres cohortes q̃ sint plenissimæ.i.ꝑfectissimæ abesse .i. dimissas à te in tãta paucitate militũ,nec me scire ubi sint,ut uidelicet eas reuocẽ. At.i.sed,ego fero molestissime,ꝙ nescio ubi uisurus sum te,& eo.i.idcirco,scripsi ad te tardiꝰ ꝙ expectabã quotidie teipm̃, cũ iterea ne qdẽ.i.nõ saltẽ,accepi ullas lřas.s.à te q̃.i.lřę docerẽt,me qd ageres,aut ubi uisurꝰ essẽ te, Itaq;.i.& ita,ego misi ad te uiꝝ fortẽ & ꝓbatũ mihi in ꝑmis,uidelicet Antoniũ ꝑfectũ.s.militũ euocatoꝝ.i.q ꝑ euocationem militãt. Tria.n.ut Seruiꝰ docet,erãt militũ gña.legitimũ unũ,coꝝ q singuli iurabãt ꝓ Rep.se eẽ facturos, & ij nõ discedebãt nisi cõpleto militiæ tpe:alteꝝ tumultꝰ, eoꝝ uidelicet , q orto tumultu ad unũ bellũ militabãt,ut in bel.Gal.& Italico:tertiũ euocationis,cũ ad diuersa loca diuersi ꝑꝑ cogẽdos mittebãtur exercitꝰ.Cui.s. ꝑfecto euocatoꝝ tu traderes cohortes, si uideretur tibi .i. ita faciẽdũ,ut possẽ gerere aliqd negocij, dũ.i.donec tp̃s anni esset idoneũ.s.ad bellũ gerẽdũ.In quo.s.negocio gerẽdo,& amicitia nřa,& lřæ tuæ fecerãt,ut sperarẽ me esse usuꝝ ꝯsilio tuo. Sed planè.i.oĩno,ne qdẽ.i.ñ saltẽ suspicari possũ, ubi aut qñ sim uisurꝰ te.Ego curabo,ut æq & iniq intelligãt me eẽ amicissimũ tibi.tu uideris dedisse iniqs nõnihil loci.i.occasiõis, & q̃si ansam,existimãdi.i.iudicãdi,secꝰ.i.ałr de aio tuo i me si tu correxeris id,erit ualde gratũ mihi . Et ut possis hře rõnem.i. modũ,quo ꝯuenias me,lege Corn.salua.i. itra trigesimũ diẽ, ego ueni in ꝓuinciã ꝑd. cal. Sext.i. ultimo die Iulij, & facio iter i Ciliciã ꝑ Cappadociã. Ego moui castra ab Iconio oppido illo Cappadocię,ꝑd.cal.Sep.i.ult.die Augusti,nũc tu ꝯstitues,& ex diebꝰ& ex rõne itineris,si putabis me eẽ ꝯueniẽdũ, quo loco et quo die,is.s.ꝯuẽtꝰ nř possit fieri cõmodissime.Val.

ARGVMENTVM.

DEcesserat Appius ex prouincia, & iam Romam se receperat, unde ad Ciceronem legatos cum literis plenis querimonia miserat, quod Cic. edicto impediuisset ædificationem, quam prouinciales facere cœperant in memoriam & gloriam Appij, exactis tributis ex prouincia. Ad quod respondet Cic. plene, & se excusat callide, accusans Appium, quod prouinciã ita oppresserit, ut plures sint qui recusent, quam qui uelint pro ædificatione illa tributa soluere. Deinde purgat quod Appio honorificentia gratia non exierit obuiam, affertq; multas rationes, quare id fecisset, & facere noluisset, si Appius iter indicasset. Verum quia Appius Lentuli nobilitatem Ciceronis nouitati superbe prætulisset, id animose refellit Cicero.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Appius tumens nobilitate sua, erat enim hoc gentilitium illi, & ob id Ciceronem propemodum contemnens, multa indignitatis aduersum se exempla à Cicerone perpetrata callide confingit, cum non haberet aliud quod ad Ciceronis expostulationem responderet, Hæc Cicero ita eleganter confutat, ut superbiam omnem, quam illi adscribebat, in eundem retorqueat.

M. CICERO PROCOS. S. D. APPIO PVLCHRO. 7

PLVRIBVS uerbis ad te scribam, cum plus otij nactus ero. hæc scripsi subito, cum Bruti pueri Laodiceæ me conuenissent, & se Romam properare dixissent. itaque nullas ijs, præterquam ad te, & ad Brutũ, dedi literas. Legati Appiani mihi uolumẽ à te plenũ q̃relæ iniquissimæ reddiderunt, quòd eorũ ædificationẽ literis meis

impeḋ

impedissem. eadem epistola petebas, ut eos quamprimum, ne in hiemem inciderent, ad facultatem ædificandi liberarem: & simul peracute querebare, quòd eos tributa exigere vetarem prius, quàm ego re cognita permisissem: genus enim quoddam fuisse impediendi; cum ego cognoscere non possem, nisi cum ad hiemem me ex Cilicia recepissem. ad omnia accipe: & cognosce æquitatem expostulationis tuæ. Primum, cum ad me aditum esset ab iis, qui dicerent à se intolerabilia tributa exigi; quid habuit iniquitatis, me scribere, ne facerent ante, quàm ego rem, causamq́ cognoscerem? non poteram, credo, ante hiemem: sic enim scribis. quasi vero ad cognoscendum ego ad illos, non illi ad me venire debuerint. tam longe, inquis? quid? cum dabas * iis literas, per quas mecũ agebas, ne eos impedirẽ, quo minus ante hiemẽ ædificarent; non eos ad me venturos arbitrabare? tãetsi id quidem fecerunt ridicule: quas n. literas afferebant, ut opus æstate facere possent, eas mihi post brumã reddiderunt. sed scito, et multo plures esse, qui de tributis recusent, quàm qui exigi velint; & me tamẽ, quod te velle existimẽ, esse facturum. De Appianis hactenus. A Pausania, Lentuli liberto, * accenso meo, audiui, cum diceret, te secum esse questum, quòd tibi obuiam non prodissem. scilicet contempsi te; nec potest fieri me quidquã superbius. cum puer tuus ad me secunda fere vigilia venisset; isq́ te ante lucẽ Iconium mihi venturum nunciasset; incertumq́, utra uia, cum essent duæ: altera Varronẽ, tuum familiarissimum, altera Q. Leptam, præfectum fabrum meum, tibi obuiam misi: mandaui utrique eorum, ut ante ad me excurrerent; ut tibi obuiam prodire possem. currens Lepta venit, mihiq́ nunciauit, te iam castra prætergressum esse. confestim Iconium veni. cetera iam tibi nota sunt. an ego tibi obuiam nõ prodirẽ? primũ, Ap. Claudio? deinde, imperatori? deinde, more maiorum? deinde, quod caput est, amico? pśertim cum in isto genere multo ẽt ambitiosius facere soleam, quàm honos meus & dignitas postulet. sed hæc hactenus. Illud idem Pausania dicebat te dixisse: Quid? Appius Lentulo, Lentulus Appio processit obuiam, Cicero Appio noluit? Quæso, etiam ne tu has ineptias, homo, mea sñia, summa prudentia, multa ẽt doctrina, plurimo rerum usu, addo urbanitatem, quæ est virtus, ut Stoici rectissime putant, ullam Appietatem, aut Lentulitatem valere apud me plus, quàm ornamenta virtutis, existimas? cum ea cõsecutus nondum eram, quæ sunt hominum opinionibus amplissima; tamen ista vestra noĩa nunquam sum admiratus; viros eos, qui ea vobis reliquissent, magnos arbitrabar. postea vero quàm ita & accepi, & gessi maxima imperia, ut mihi nihil neque ad * honorẽ, neque ad gloriam acquirendum putarem; superiorem quidẽ nunquam, sed parem vobis me sperauis esse factũ. nec mehercule aliter vidi existimare vel Cn. Pompeium, quem omnibus, qui unquam fuerunt, vel P. Lẽtulum, quem mihi ipsi antepono. tu si aliter existimas; nihil errabis, si paulo diligentius, (ut, quid sit * ἐξοχὴ, quid sit * ἀγχοίεια, intelligas) Athenodorus Sandonis filius quid de his rebus dicat, attenderis. sed, ut ad rem redeam, me tibi non amicum modo, verum etiã amicissimum existimes velim. profecto oĩbus meis officiis efficiã, ut, ita esse, vere possis iudicare. tu aũt si id agis, ut minus mea causa, dũ ego absum, debere videaris, quàm ego tua laborarim: libero te ista cura. * παρ' ἐμοί γε καὶ ἄλλοι, οἵ κέ με τιμήσουσι, μάλιστα δὲ μητιέτα Ζεύς. sin autem natura es * φιλαίτιος. illud non perficies, quo minus tua causa velim: hoc assequere, ut, quam in partem accipias, minus laborem. Hæc ad te scripsi liberius, fretus conscientia officii mei, beneuolentiæq́, quam à me certo iudicio susceptam, quoad tu voles, conseruabo. Vale.

[Marginal notes: * alias ... as. | * alias ... à Ca... onio au... ini. ... vel, in ... ccessu ... neo au... lini. | * alias honorẽ enim ad gratiã. | * i. ex cellẽtia. | * i. nobilitas. | * i. apũd me quidẽ, et alii, qui me colẽt maxĩe uero cõsiliarius Iupiter. | * i. q̃rulus.]

PLVRIBVS) Discesserat Appius ex ꝓuincia: & iam Romã se recepat, unde ad Cic. legatos cũ lr̃is plenis q̃rimoniæ miserat, ꝙ Cic. edicto impedisset eoꝝ ædificationẽ, quam facerent in memoriam & gl̃iam Appii, exactis tributis ex prouincia: ad q̃d rñdet Cic. plene, & se excusat, callide accusans Appium: ꝙ prouinciam ita opp̃sserit, ut plures sint, qui recusent soluere tributa ꝓ hac ædificatione: q̃ qui uelint. Deinde q̃a q̃stus erat Appius, ꝙ Cic. ei uenienti ex ꝓuincia obuiam non exisset: diceretq́; id fecisse: ꝙ se ꝯtẽneret. Primum Cic. se excusat diligenter: oñditq́; se usum oĩ diligentia, ut in hoc satisfaceret offõ suo: sed culpam fuisse Appii, q̃ non reddiderit eũ certiorẽ, qua uia esset uenturus, oñditq́; multas fuisse cãs quibus ei obuiã ꝓdire debuerit, quas cõmemorat: ipsum tñ Appium quodãmodo irridens, & q̃m cõmemorauerat Appi⁹ Lent. exisse sibi obuiam. Cic. aũt noluisse, quasi cõparatione Lent. nobilissimi deprimeret Cic. irritatus Cic. cõparatione ei⁹ supbiam apta rep̃hensione retundit: oñdens se nulla re esse inferiorẽ uel Appio, uel Lentulo, q̃a uera nobilitas nõ ꝯsistit in uetustate, & splẽdore g̃nis: sed in uirtutib⁹, & recte factis, q̃bus dicit se ei parẽ esse, idq́; opinione clarissimoꝝ uiroꝝ: ita esse affirmat. Postremo dicit: ꝙ si ꝯtemnetur ab ipso Appio: hẽbit tñ alios, nõ eo inferiores à q̃bus honorabitur, se tñ seruatuꝝ bñuolẽtiã suã in eũ q̃diu ille uolet. {Plus ocii) plus cõmoditatis tp̃is. {Nactus ero) habuero. {Cito) raptim, ꝓperanter. {Pueri) serui. {Præter) i. ad aliũ neminẽ p̃ter q̃ ad te. Postponenda est. n. dictio, q̃, nã nisi postponatur: dicetur p̃ter te: & non p̃ter ad te. {Legati) hi. n. ab Apamea ad Cic. missi fuerant pp ædificationem, quã essent facturi in bonorem Appii. {Volumen) inuidiose dixit ꝙ non lr̃as, sed uolumen. i. uerbosissimam ep̃lam. {Plenum q̃relæ) tuæ q̃rimoniæ. {Eoꝝ) legatoꝝ. {Liberis meis) q̃bus scripserã, ne q̃d facerent, priusq̃ ego rẽ cognouissem. {Eadem ep̃la) quã supra appellauit uolumẽ. {Liberarẽ) liberos facerẽ, darẽ eis licentiam, quia impediebantur mandato Cic. {Ne hiemẽ) cũ incõmodissime fiunt ædificationes pp frigora. {Inciderent) deuenirẽt. s. tp̃e ædificationis. {Et sil̃). i. ẽt. {Peracute) callide, astute quasi innueres tibi iniuriam fieri. {Tributa) q̃ imposita erant pp illam ędificationem. {Exigere) reposcere. {Vetarẽ) ꝓhiberem. {Permisissem) ꝯcessissem. s. exigere tributa. {Re cognita) honesta te intellecta. {Genus). i. q̃d acute dixit eum esse q̃stum: cum. n. Cic. uetaret ædificationẽ priusq̃ rẽ cognouisset, dicebat Appius hũc esse quendã prohibendi modũ, ꝙ cum non posset Cic. cognoscere rẽ pp remotionẽ locoꝝ. uetebat, tñ ædificationem fieri donec cognosceret, q̃d q̃dẽ q̃d aliud est, q̃ quodãmodo apte dicere se nolle fieri. {Quoddã g.) quandã rõnem, quẽdã modũ. {Me r.) rediissem. {Ad hiemem) ad hyberna, tp̃e. n. hiemis recipiũt se milites in hyberna. {Accipe) audi, ut Accipe nunc Danaũ insidias. {Ad oĩa) q̃ ut scribis. {Æq̃tatẽ) ironice. q. d. q̃ nulla est, sed potius iniq̃tas. {Expostulationis) q̃rimoniæ. {Aditũ ad me) uentũ ad me. Dicimus. n. adeo te, & ad te. {Intolerabilia) nimis grauia. {Exigit) pp istam ędificationẽ. {Quid iniq̃tatis) q̃d iniustitię. q. d. nihil. {Habuit). s. hoc {Me scribere) ad eos q̃ exigebant tributa. {Ne facerent) ne exigerẽt ea. {Rem causamq́;). i. cãm rei. {Non pot.) obiectio. {Quasi uero) uerba ironica ꝯfutationi apta. {Ad me. (q̃ essem ꝓconsul cuius op̃a agebant. {Tã longe) obiectio, q̃ posset ab Appio fieri. {Quid) ꝯfutatio obiectionis. {Quid) subaudi dices. {Nõ au.) Arbitrabare existimas. q. d. imo existimabas. Hoc ergo infert Ci. quare nõ ita poterãt uenire ad me lõge, ut hæc eã cognosceretur, sicut erant uẽturi: allaturi ad me lr̃as tuas. {Tãetsi) q̃q̃. {Ridicule). i. irrisorie. {Post br.) cũ iam esset ptm̃ tp̃s æstatis, quo tp̃e petebatur i lr̃is, ut possent ædificare. {Bruma) breuior pars hiemis, à breuitate dieꝝ dicta, quasi βραχὺ ἦμαρ. {Recusent) renuãt, ut exigatur. {Hacten⁹) s. dcm̃ sit. {A Pausania) accusat nũc arrogãtiæ Appiũ, & se excusat. {Lẽtuli) is. n. p̃fuerat Ciliciæ ante Appium: nam ei Appius successerat. {Secũ) cũ ipso Pausania. {Prodissem) exissem. {Obuiã) cũ discederet ex ꝓuincia: & ego uenirẽ. {Scilicet) dictio apta ad ironiã: ut. Scilicet i sup̃is labor est. {Cõtẽpsi te) ita. n. dicis. {Nec põt f.) dicis nibil oĩno me eẽ sup̃bius, q̃ dedignatus sim tibi obuiã ꝓdire. {Cũ puer) incipit Cic. se excusare, ꝙ usus sit oĩ diligẽtia, ut exiret obuiã, sed nesciuisse uiã: qua ille esset uẽtur⁹. {Puer) seruus. {Secunda uigilia) Nox. n. apud milites in uigilias

[Marginal notes: HVBER. | Scilicet.]

Noctem in vigilias diuidi primã, secunda, & tertia vigilia.

lias diuidit:qm̃ seruant castra uicissim per uigilias, & diceba
tur prima,secunda,& tertia uigilia,& ipsi custodes dicebatur
uigiles. {Incertumq;) uel nunciasset, uel ẽt mihi incertum.
{Vtra)qua. {Ambæ)tm̃ duæ. nã ambo non dr̃ nisi cũ pcesse
rint duæ dictiones,ut Cic.& Virg.ambo docti.uel hęc dictio
duo:ut uidi duos hoĩes,ambos mihi amicissimos,uel postre
mo cũ de his loqmur, q̇ tm̃modo sunt duo, ut ambos pdidit
ille oculos: & ambas aures,& ambas manus. {Prefectũ fab.)
q̃ pesset fabris, hoc est architectis meis,uel fabris lienarijs, q̃
in castris hr̃i solent ad faciendas machinas. {Fabrum) p fa
broꝝ p syncopam. {Vtriq;) & Leptæ,& Varroni. {Excurre
rent)approparent. {Prodirẽ) pdire possem. {Prætergressum)
transiuissem. {Cetera)q̃ à me facta sunt p offõ amicitiæ. {An
obuiam)nunc oñdit multas sibi fuisse cãs,qua re ei obuiã p
diret,irridet tñ eũ. {An nõ pd.)i.nõne debuerã pdire obuiã.
{Primum Ap.Cl.)q.d.nobilissimo ciui. {Deinde imp.) gerẽti
dignitatem & magistratum amplissimũ. {More ma.)institu
to maioꝝ nr̃oꝝ,q̃ uoluerunt,ut successores discedentib.magi
stratibus obuiã pdirent. {Qđ caput est)qđ est summũ oium,
nam uis amicitiæ oibus ante dictis præstat. {In isto gñe) p̃
standum offm̃ meũ honorandi magr̃atus. {Ambitiosius) qa

Ambitiosius.

interdũ plus facio q̃ debeo,qđ solent facere ambitiosi, ut sibi
postea reddãtur uicissim pares honores. {Hactenus di.sint)
.i.satis. {Quid ni).s.certe & exprimit aũt affectũ ai indignan
tis. {Appius Lẽ.)q.d.nobilissimi non indignati sunt se uicis
sim honorare pdeundo obuiã alter alteri. {Et Cic.nol.) q.d.
ignobilis,& nouus ciuis. {Quæso)interrogantis est cũ repre
hensione {Has) .i.subaudi dixisti. {Visu) expientia,qua dr̃es
esse sapientior. {Vrbanitatem) q̃ græce dr̃ [illegible] moꝝ facili
tas & honestas,media inter scurrilitatẽ & austeritatem. {Stoi
ci)ut oñditur in ęthicis. {Putant) opinantur. {Appietatẽ) cũ
ꝯtemptu dicit gentẽ uel nobilitatem Appioꝝ, & Lentuloꝝ:
qa dixerat Appius Lent.Lentulus Appio pcessit obuiã. {Va
lere apud me)pluris à me fieri. {Ornamẽta u.) uirtutẽ ipsam;
quæ uere ornat hoiem. {Amplissima) maxima.s.honores &
dignitates. {Opinione) qa s̃m Stoicos non sunt bona. {Ista
uestra noia) Appioꝝ,& Lentuloꝝ:q̇ ita iactatis. {Viros ma.)
excellentes:q̃ uirtute sua nobilitassent familiã suã. {Ea) noia.
{Postea q.)ante non admitabat: sed post q̃ administraui im
peritia & magistratũ amplissimos,ita ut nihil deesset ad ho
norem & ad gr̃am pp̃li acquirendam:nõ putaui me superio
rẽ uobis.i.uobis anteponendum: qui habuistis uestros ma
iores claros. {Sed parem) æqualem nec oino inferiore. {Nec
m.h.)locus ab auctoritate ne uideatur ipse temere de se p̃sum
psisse,& iudicasse. {Lentulum) cũ, qui p̃fuerat Ciliciæ anteq̃
Appius,ad quẽ scriptæ sunt ep̃læ primi lib. {Alr̃) q̃ Pomp. &
Lent.qui iudicant me esse uobis parem. {Paulo dil.)acutiore

Excellentia. Nobilitas

iudicio [illegible].i.excellentia [illegible] .i.nobilitas, q̇ differt ab ex
cellentia quæ est gñis & maioꝝ. Nobilitas uero est gñis,et sui
ipsius,ut oñdit Iuuen. Tota licet ueteres exornẽt undiq; cerę

Athenodorus.

Atria nobilitas sola est,atq; unica uirtus. {Athenodorus) A
thenodori ut scribit Str.lib.14.duo fuerunt: quoꝝ unus Cor
dilion dictus est:alter Sandonis filius à uico quodam Cana
nita dictus.Cæsaris prætor fuit,& in summo honore apud il
lum habitus, is nobilitatem sola uirtute metiebatur. {Vt ad
rem)qa inter multas cãs,quas dixerat sibi fuisse,ut ei obuiã p
diret,dixerat deinde q̇ caput est, amico, postea diuerterat ad
eum rep̃hendendum. {Ita) .s.me tibi esse amicissimum. {Tu
aũt)ego inquit,oibus officijs faciam,ut intelligas me tibi esse
amicissimũ. {Tu aũt)si agis id:ut in abñtia mea uidearis mi
nus dr̃e & esse obligatus mea cã,q̃ ego laboraui tua cã,nõ cu
ro.nolebat.n.Appius uideri dr̃e Cic.qui multũ antea eius cã
laborauerat,& dedignabatur eũ laudare,à quo fuerat & mul
tum & sæpe laudatus. {Laborauerim) curauerim effecerim.
{Tua).s.cã. {Libero)absoluo. {Ista c.)ne uidearis debere mi
hi: hoc est non curo,qui si non honorabor ab Appio, hono
rabor ab alijs, qđ declarat uerbis Agamẽnonis apud Home.
in 1.Iliad.sic loquentis aduersus Achillem [illegible]

Versus Homeri.

[illegible] .i. apud me quidẽ & alij,
qui me honorabunt:maxime aũt ꝯsiliarius Iuppiter. {[illegible]
[illegible]) q̃rulus uel litiũ cupidus & amator [illegible] amicus [illegible] cã
& accusatio. {Illud nõ p.)hoc est non asseq̃ris,nõ obtinebis.
{Quo m.) duæ sunt partes. {Quo).i.Velim. tua cã.i.mĩnorẽ
p te,& utilitate tua habeã uoluntatẽ. {Assequere)p̃ficies. {Vt
mi.)laborẽ.ut minus curẽ. {In quã p.)an in bonã an ĩ malã.
{Accipias).s.id qđ tua cã uelim. {Liberius) apertiorib.& plu
ribus uerbis. {Fretus) tutus ꝯfisus. {Officij mei erga te) quo i
nulla re tibi defuit. {Et ben.)meæ erga te. {Certo iud.)nõ te
mere. Susceptam inceptam. {Quoad) quousque, quandiu.

Quoad. ASCEN.

Pluribus uerbis &c. Discedendo Appius ex prouincia cũ
Apameæ esset,inde ad Cic.legatos miserat cũ lr̃is plenis
q̃relaꝝ,q̇ Cic.edicto impediuisset ędificationẽ,quã Apa
meani cœpant, ĩ gl̃iolam memoriã Appij,exactis tributis ex
pũincia. Ad qđ rñdet Cic.se purgans,& Appiũ callide accu
sans,q̇ pũinciã opp̃sserit. Deinde purgat, q̇ Appio non ierit
obuiã,refellitq;,q̇ Lẽtuli nobilitatẽ suæ nouitati tãtope p̃tu
lerit Appius. Ordo est. Ego scribã ad te plurib.uerbis.i.q̃ nũc,
cũ nactus ero plus otij. Ego scripsi hęc subito,cũ pueri.i.serui
Bruti ꝯuenissent.i.uenissent ad me Laodiceæ.i.in ea urbe An
tiochiæ,& dixissent se pperare.i.pperãter iter parare Romã.
Itaq;.i.& ita,ego nullas.i.nõ ullas:nõ dedi ijs.i.eis ullas lr̃as
p̃terq̃ ad te,& ad Brutũ. Legati Apameani.i.ab Apamea urbe
Antiochiæ. Sũt tñ q̃ Appiani legũt,sed errãt,ut patebit ĩ ep̃la,
q̇ incipit. Vix tãdẽ. reddiderũt mihi à te.s.missum,uolumẽ.i.
libellũ plenũ q̃relæ iniq̃ssimę.i.iniq̃ssimæ,q̇.i.qa ego impedi
uissem lr̃is meis ædificationẽ eoꝝ.i.legatoꝝ.ut potuisse dice
re sui. Tu petebas eadẽ ep̃la,ut liberarẽ.i.liberos facerẽ & po
testatẽ eis facerẽ ad facultatẽ ædificandi.i.ut possint ædifica
re,q̃ primũ.i.ualde cito,statim uisis lr̃is tuis, ne incederent in
hyemẽ,qa magna ædificia fieri nõ solent, & q̃rebare.i.q̃reba
ris sil̃ pacute.i.multũ subtil̃r,q̇ ego uetarẽ eos exigere tribu
ta.s.ad ædificationẽ p̃ficienda (erat aũt in honorẽ Appij cœ
pta) prius.i.anteq̃ ego pmisissem te cognita, hoc est, q̇ non
prius exigerẽ,q̃ permisissem,& nollẽ pmittere nisi re cogni
ta. Autẽ.i.sed q̃rebare.i.q̃rendo dicebas,fuisse quoddã genus
.i.formam,aut rõnem impediẽdi.i.me nõ aliud q̃siuisse, q̃ ut
impedirem ædificationem, cum ego non possem cognoscere
.s.rem nisi cum ad hyemem recepissem me ex Cilicia, in hye
me autem, ut dixi, ædificatio minus apte fieret. Accipe: sup.
responsum ad omnia & cognosce æq̃tatem,quam nullã pu
tas,expostulationis tuæ .i. manifestæ postulationis iniuriaꝝ
de me primũ cũ aditũ.i.accessum esset ad me,ab ijs.s.Cilicib',
q̃ dicerẽt tributa intolerabilia.i.grauissima exigi à se,qd iniq
tatis habuit me scribere.i.q̇ scriberẽ,ne.i.ut nõ facerẽt,anteq̃
cognoscerẽ rẽ & cãm? Credo,sic.n.scribis, nõ poterã sup.co
gnoscere rẽ,& cãm añ hyemẽ: & est p ironiã dcm̃,uñ addit.
Quasi uo ego debuerim ire ad illos.s.legatos,q̃ pecuniã exi
gebãt,& illi nõ debuerint uenire ad me. Ings.i.scio, q̇ iã di
cis,uenirẽt illi ad te,tã lõge? Quid:modus interrogãdi,cũ da
bas ijs lr̃as,p q̃s mecũ agebas, ne impedirẽ eos,quo minus.i.
ut nõ,aut,qa ædificarẽt ante hyemẽ,nõ arbitrabare eos uẽtu
ros ad me? Tãetsi.i.nihilominus tñ,ẽt si nõ arbitratus esses,i
psi fecerũt qdẽ.i.uenerũt ad me,ridicule.i.stulte, ita ut rideri
possent. Enim.i.qa,ipsi reddiderũt mihi post brumã.i.breuis
simũ tp̃s lucis,hoc est post mediũ hyemis, eas lr̃as q̃s affere
bãt,ut possent facere opus æstate.s.durãte. Sed scito, &.i.sil̃,
plures multo esse,q̃ recusent.s.exactionẽ de tributis, q̃ q̃ uelit
sup.ea exigi,& tñ.i.nihilominus, me esse factuꝝ qđ existimẽ
te uelle. Hacten' sup.rñdi,aut scripsi de Apameanis.s.legatis.
Ego audiui à Pausania liberto Lẽtuli,ac à Cęsonio,cũ dicerẽt
.i.audiui eos dicẽtes,te q̇stũ .i. ꝯquestũ esse secũ,q̇ nõ pdissẽ
obuiã tibi.s.redeunti ẽ pũincia. Scilicet.i.scire licet,q̃obrẽ qa
ꝯtẽpsi te,nec qcq̃ põt fieri sup̃bius me. Cũ purr.i.seruus tuus,
uenisset ad me secũda uigilia noctis, & is nũciasset te uẽtuꝝ
Iconiũ.i.in eã urbẽ Cappadocię,añ lucẽ,& icertũ sup.eẽt utra
uia.i.qua duaꝝ uiaꝝ.s.uẽturus esses,cũ duæ.s.uiæ essent,ego
misi altera uia obuiã tibi,Varronẽ familiarissimũ tuũ,& alte
ra.s.uia Leptã p̃fectũ meũ fabrũ p fabroꝝ,& mandaui utriq;
eoꝝ,ut excurrerẽt.i.extra ordinẽ,ac põpã p̃currerẽt ad me, ut
possẽ pdire obuiã tibi. Lepta currẽs uenit & nũciauit mihi,
te iã p̃tergressũ eẽ castra.s.Romana. Ego ueni ꝯfestim.i.cũ fe
stinatione Iconiũ.i.in eã urbẽ Cappadociæ. Cetera sunt iã no
ta tibi.q.d.scis q̇ p te steterit,quo min' te ꝯuenirẽ. An.i.utrũ
uerisile est q̇ nõ pdirẽ obuiã,primũ Ap.Claudio.s.Pulchro:
q.d.hoi nobilissimo,deinde imperatori, deinde more maioꝝ
.i.ex uetere instituto, deinde qđ est caput.i.p̃cipuũ momẽtũ
rei,amico,p̃sertim cũ soleam facere in isto gñe.s. officiorũ, ẽt
multo ambitiosius .i. copiosius & curiosius,q̃ honor me' &
dignitas

dignitas sup. mea postulat. Sed hæc hactenus sup. sint dicta. Illud &c. Idē Pausania. s. libertus Lētuli dicebat te dixisse illud. Quid ni? i. cur non ita fieret: est ironia. Appius, sup. ꝓcessit obuiā Lentulo redeunti è ꝓuincia, cū ille succederet, Lent. ꝓcessit obuiā Appio. s. ex eadē redeūte, hoc est nobilissimus nobilissimo, Cic. hō nouus noluit. s. ꝓcedere obuiam Appio. Quæso. i. q̄ro ex te, túne, sup. effutiuisti. has. i. hmōi inepiias, hō, cū sis hō, mea sñia. i. quantū ego de te sentio, summa prudētia. i. hñs summā prudentiā, ēt multa doctrina. i. hñs multā doctrinā & plurimā, usu reꝝ addo urbanitatē. i. asteismō, hoc est moꝝ honestatē, q̄ in urbib. potius q̄ in agro est q. s. urbanitas est uirt', ut Stoici putāt. i. cēsent rectissime, existimas, i. iudicas tu ullā Apietatē. i. nobilitatē & gētilitatē Appioꝝ, aut Lentulitatē. i. nobilitatē Lētuloꝝ, ualere plus. i. esse maioris æstimatiōis apud me q̄ ornamēta uirtutis? q. d. lōge erras, nā cū nondū ꝯsecutus erā ea, q̄ sunt amplissima opinionib'. i. f̄m opiniones hoium uidelicet ꝯsulatū & triūphos, tñ. i. nihilomious. ego nunq̄ sum admiratus. s. tanq̄ rē admiratione dignam, ista. s. q̄ iactatis noia uestra, sed sup. arbitrabar uiros, q reliquissent uobis ea. s. noia præclara, magnos, nam nisi illi magni fuissent, nō reliquissent posteris suis noia p̄clara. Vero. i. sed postea, q̄ ego accepi. i. audiui, & gessi impia maxima. ita ut putarē nihil deesse mihi, neq; ad honorē sup. acqrendū, neque ad gl'iam acqreodā, speraui me esse fcm̄ nunq̄ qdem superiorē, sed parē uobis. Nec mehercule ego uidi uel Cn. Pōpeiū, quem antepono oibus, q unq̄ fuerunt, uel Lentulum quē antepono mihi ipsi, existimare. i. cēsere & iudicare alr. s. q̄ ꝙ par uobis factus essem. Tu ò Appi si existimas. i. iudicas alr, nihil errabis, si ut intelligas quod sit ἐξοχὴ exoche. i. excellentia, qd sup. sit εὐγένεια. i. nobilitas & bona natiuitas. attenderis. i. aiaduerteris. quid Athenodorus filius Sandonis, additur aūt id qa ut Str. refert fuit ēt alter Cordylion dictus: hic aūt Sandonij filius fuit præceptor Cæsaris dicat de his rebus, quia nobilitatē uirtute mittebatur, dicebatq; qd' Iuuen. Tota licet ueteres exornēt undiq; ceræ Atria, nobilitas sola ē, atq; unica uirtus. sed ut redeā ad rē. i. qd' ad utilitatē faciat: Ego uelim sup. ut existimes, me non modo. i. oon tm̄, amicum tibi, uerum ēt amicissimum. Profecto ego efficiam oibus officijs meis, ut tu possis iudicare ita esse uere. Tu aūt si agis. i. prætēdis id, ut tu uidearis dr̄e minus sup. laborare mea causa. dū. i. donec ego absum, q̄ ego laborauerim ꝓ laborauerim tua sup. causa, ego libero te ista cura. i. sum contentus, ut mea causa nō labores: nā, ut inquit Agamēnon Homericus ad Achillem iratū in primo Iliad. παρ' ἐμοί γε. i. apud me καὶ ἄλλοι. i. & alij sup. sunt οἵ κέ με τιμήσουσι q me honorabunt μάλιστα δὲ, maxime aūt μητίετα ꝯsiliarius Ζεὺς Iupiter. q. d. Cic. si tu minus honorabis, me honorabunt alij, si aūt es nā. i. per nām φιλαίτιος. i. querulus tu non pficies quo minus. i. ut oon uelim. s. laborare, aut ꝓdesse in cā tua, aut sic quo. i. ut uelim minus sup. ꝑpea io causa tua, sed sup. tu assequere. i. obtinebis hoc, ut laborē. i. curē minus in quā partē accipias. s. hæc à me scripta, siue in bonā, siue in malam. Ego scripsi has ad te liberius. i. multū libere, aut liberi', q̄ par est, fretus ꝯscia officij mei, & beneuolētiæ sup. meę. quā susceptā certo iudicio à me, ꝯseruabo quoad. i. quādiu tu uoles.

ARGVMENTVM.

HAEC *epistola fere tota est respōsiua epistolæ Appij: præterquā in fine. Conquestus .n. fuerat primum, quod Cicero vultus iudicio significasset se nō esse amicū Appij: quod Cicero dicit se non intelligere, cū nihil eiusmodi fecerit. Deinde cōquestus fuerat, quòd Cicero legatos impediuisset, qui Appium venturi erant laudatum in senatu: de qua re se diligenter excusat. Addiderat Appius, quod famæ suæ in prouincia, detraxisset: id Cicero pernegat, innuens ab Appio excogitatum: aut si ab aliquo maleuolo audierit, leuem esse quod crediderit. Postremo gratum sibi dicit, quod de rebus vrbanis sit admonitus: rogatq; vt cum Hortensio agat, ne prouincia prorogetur in annum. Docetq; Appium vbi sit, & quid noui fiat in Cilicia.*

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Et hæc epistola in refutandis Appij falsis insimulationibus, vtpote de suspicione taciturnitatis, de legatis prohibitis, de fama imminuta, cōsistit. Sed ita tamen refutat, vt non tam Appio mendacium impingat, quam falsis delatoribus, quibus citius quam decebat virum probum, aures concessisset. Monet tamen sub finem, vt amicitiam tueatur & defendat.

M. CICERO PRO COS. S. D.
APPIO PVLCHRO. 8

ETSI, *quantum ex literis tuis intelligere potui, videbam te hanc epistolam, cum ad vrbem esses, esse lecturū, refrigerato iam leuissimo sermone hoīum prouincialium: tamen, cū tu tam multis verbis ad me de improborū oratione scripsisses, faciendū mihi putaui, ut tuis literis breui respondere. Sed prima duo capita epistolæ tuæ tacita mihi quodam modo relinquenda sunt: nihil .n. habent, quod aut definitum sit, aut certum, nisi, me vultu, & taciturnitate significasse, tibi non esse amicū; idq; pro tribunali, cū aliquid ageretur, & nō nullis in conuiuijs intelligi potuisse. hoc totū nihil esse, possum intelligere: sed cū sit nihil, ne quid dicatur quidē intelligo. illud quidē scio, meos multos, & illustres & ex superiore, & ex æquo loco sermones habitos cū tua summa laude, & cū magna significatione nostræ familiaritatis, ad te vere potuisse deferri. Nā quod ad legatos attinet: quid à me fieri potuit aut elegātius, aut iustius, quàm vt sumptus egentissimarū ciuitatum minuerē sine vlla imminutione dignitatis tuæ, præsertim ipsis ciuitatibus postulantibus? nam mihi totum genus legationum tuo nōe proficiscētium notum non erat. Apameæ cum essem, multarū ciuitatum principes ad me detulerunt, sumptus decerni legatis nimis magnos, cū soluendo ciuitates non essent. hic ego multa simul cogitaui. primum, te, hoīem non solum sapientem, verum ēt, vt nunc loquimur, vrbanum, non arbitrabar genere isto legationum delectari. idq; me arbitror Synnadis pro tribunali multis verbis disputauisse: primum, Ap. Claudium senatui, populoq; R. non Myndensium testimonio (de ea enim ciuitate mentio facta est) sed sua sponte esse laudatum: deinde me ista vidisse multis accidere, vt eorum causa legationes Romam venirent; sed his legationibus non meminisse vllum tempus laudandi, aut locum dari: studia mihi eorū placere, quòd in te bene merito grati essent; consilium totū videri minime necessarium: si aut vellent declarare in eo officiū suum; laudaturum me, si quis suo sumptu functus esset officio; concessurum, si legitimo; non permissurum, si infinito. quid .n. reprehendi potest? nisi quod addis, visum esse quibusdam, edictum meum quasi consulto ad istas legationes impediendas esse accommodatum. iam non tam mihi videntur iniuriam facere ij, qui hæc disputant, * quàm, si cuius aures ad hanc disputationem patent. Romæ composui edictum. nihil addidi, nisi quod publicani me rogarunt, cum Samum ad me venissent, vt de tuo edicto totidem verbis transferrē in meum. diligentissime scriptum caput est, quod pertinet ad minuendos sumptus ciuitatum: quo in capite sunt quædam noua, salutaria ciuitatibus, quibus ego magnopere delector. hoc vero, ex quo suspicio nata est, me exquisiuisse aliquid, in quo te offenderem, tralatitium est. neque .n. eram tam desipiens, vt priuatæ rei causa legari putarem, qui & tibi non priuato, & pro re non priuata sua, sed publica, nō in priuato, sed in publico orbis terræ * consilio .i. in senatu, vt gratias agerent, mittebantur. * neq;, cum edixi, ne quis iniussu meo proficisceretur, exclusi eos, qui me in castra, & qui trans Taurum persequi non possent. nam id est maxime in tuis literis ridendum. quid enim erat, quòd me persequerentur in castra, Taurumue transirent; cum ego Laodicea vsque ad Iconium iter ita fecerim, vt me omnium illarum diœcesium, quæ cis Taurum sunt, omniumq; earum ciuitatū magistratus*

* alias quàm is
* alias concilio
* alias neq; &c. cum.

magistratus, legationesq́ conuenirent? nisi forte postea cœperunt legare, quàm ego Taurum transgressus sum; quod certe non ita est. cũ.n. Laodicea, cum Apamea, cũ Synnadis, cum Philomeli, cum Iconij essem; quibus in oppidis oĩbus cõmoratus sum: oẽs iam istius generis legationes erant constitutæ. atque hoc tamen te scire volo, me de isto sumptu legationum aut minuendo, aut remittẽdo decreuisse nihil, nisi quod principes ciuitatum à me postulassent, ne * in venditionẽ tributorũ, & illam acerbißimam exactionẽ, quam tu nõ ignoras, capitum, atque hostiorũ inducerentur sumptus minime necessarij. ego aũt, cum hoc suscepissem, non solũ iustitia, sed etiã misericordia adductus, vt leuarẽ miseris perditas ciuitates, & perditas maxime per magistratus suos; non potui in illo sumptu non necessario negligens esse. tu, cũ istiusmodi sermones ad te delati de me sunt, non debuisti credere. sin autẽ eo genere delectaris, vt, quæ tibi in mentem veniant, alijs attribuas: genus sermonis inducis in amicitiam minime liberale. ego, si in prouincia de tua fama detrahere vnquam cogitassem, non ad generum tuum Lentulum, neque ad libertum tuũ Brundusij, neque ad præfectum fabrũ Corcyræ, quẽ in locum me venire velles, retulissem. quare potes, doctißimis hoĩbus auctoribus, quorum sunt de amicitia gerenda p̃clarißime scripti libri; genus hoc totum orationis tollere: Disputabant; ego contra disserebã: Dicebant; ego negabã. an mihi de te nihil esse dictũ vnquam putas? ne hoc quidẽ, quòd, cũ me Laodiceam venire voluisses, Taurũ ipse trãsisti? quòd ijsdem diebus meus conuentus erat Apameæ, Synnadis, Philomeli, tum Tarsi? non dicã plura; ne, in quo tẽ obiurgem, id ipsum videar imitari. illud dicam, vt sentio: si ista, quæ alios loqui dicis, ipse sentis; tua summa culpa est: sin alij tecum hæc loquuntur; tua tamen, quòd audis, culpa nõ nulla est. mea ratio in tota amicitia nostra constans & grauis reperietur. quòd si quis me astutiorẽ fingit: quid potest esse callidius, quàm, cũ te absentem semper defenderim, cum p̃sertim mihi vsu venturũ non arbitrarer, vt ego quoque absens à te defendendus essem; nunc cõmittere, vt tu iure optimo me absentem deserere posses? vnum genus excipio sermonis, in quo persæpe aliquid dicitur, quod te putẽ nolle dici: si aut legatorũ tuorum cuipiam, aut præfectorum, aut tribunorum mil. male dicitur: quod tamẽ ipsum nõ mehercule adhuc accidit me audiente, vt aut grauius diceretur, * aut in plures, quàm mecũ Corcyræ Clodius est locutus; cũ in eo genere maxime q̃reretur te aliorum improbitate minus felicẽ fuisse. hos ego sermones, quòd & multi sunt, & tuam existimationem, vt ego sentio, non offendunt, lacessiui nunquã, sed non valde repreßi. si quis est, qui neminem bona fide in gratiam putet redire posse: nõ nostram is perfidiam coarguit, sed indicat suã: simulq́ non de me is peius, quàm de te, existimat. sin aũt quem mea instituta in prouincia non delectant; & quadã dißimilitudine institutorum meorum ac tuorũ lædi se putat, cum vterq; nostrũ recte fecerit, sed non idẽ vterq; secutus sit: hunc ego amicũ habere non curo. liberalitas tua, ut hoĩs nobilißimi, latius in prouincia patuit: nostra si angustior; & si de tua prolixa, beneficaq́ natura * limauit aliquid posterior annus, propter quandã tristitiam temporum; non debent mirari homines, cum & natura semper ad largiendum ex alieno fuerim restrictior, & temporibus, quibus alij mouentur, ijsdem ego mouear, me esse acerbum sibi, vt sim dulcis mihi. De rebus vrbanis quòd me certiorẽ fecisti, cũ per se mihi gratum fuit, tum quòd significasti tibi oĩa mea mandata curæ fore: in quibus vnũ illud te præcipue rogo, vt caues, ne quid mihi ad hoc negocij aut oneris accedat, aut tẽporis: Hortensiumq́, nostrum collegam, & familiarẽ, roges, vt, si vnquam mea causa quidquam aut sensit, aut fecit, de hac quoque sui t bima decedat: qua mihi nihil potest esse inimicius. De nostris rebus quod scire vis: Tarso nonis Oct. Amanũ versus profecti sumus. hæc scripsi postridie eius diei, cum castra haberẽ in agro Mopsuhestiæ. si quid egero, scribã ad te: neque domum vnquã ad meos literas mitto, quin adiungam eas, quas tibi reddi velim. De Parthis quod quæris, fuisse nullos puto. Arabes qui fuerunt admixto Parthico ornatu, dicuntur omnes reuertisse. hostem esse in Syria negant vllum. Tu velim ad me quamsæpissime & de tuis rebus scribas, & de meis, & de omni reip. statu: de quo sum solicitus, eo magis, quòd ex tuis literis cognoui, Pompeium nostrum in Hispaniam iturum. Vale.

alias indictionem.

alias aut impurius.

alias elimabit.

HVBER.

ETSI) Hæc ep̃la ferè tota est r̃ñsiua ep̃læ Appij. nisi in fine. Conquestus.n. fuerat primum, quod Cic. uultu, & taciturnitate sig̃nasset se non esse amicum Appij: quod Cic. dicit se non intelligere, q̃a nihil fuit. Deinde ꝯquestus erat, ꝙ cum ciuitates prouinciæq́; decreuissent mittere publico sumptu legationes Romam ad laudandũ Appiũ in senatu, Cic. edicto suo, & decreto ꝓhibuisset ipsas legationes, de qua re se excusat diligẽter. Addiderat Appius ꝙ Cic. de eius fama in ꝓuincia detraxisset, qđ oĩno negat Cic. & dicit Appiũ aut hoc improbe finxisse, aut si audiuit ab aliquo, eũ errasse tñ, ꝙ nimis temere, & leuiter crediderit. Postremo oñdit sibi gratũ esse: ꝙ admonitus fuerit de rebus urbanis ab Appio, quem rogat, ut agat cũ Hortẽsio familiari suo, ut oĩno nõ approbet ꝙ Cic. remanet in ꝓuincia p duos annos. Breuius demũ admonet Appiũ ubi nũc sit, & q̃d noui sit in Cilicia. {Videbã) intelligebam. {Hãc) meã. {Ad urbẽ) in urbe. Sig̃nat.n. nũc in loco, ut prima qđ ad Troiã ꝓ charis gesserat argis. {Refrigerato) remisso i diminuto: cessante, sicut ꝯtra feruere ponitur ꝓ crescere & frequentari. Leuissimo sermone.i. leuissimoꝝ hoĩum sermone. {Prouincialiũ) illius ꝓuinciæ.i. Cilicũ, q̃ gaudẽt inter nos dissidiũ ponere. {Multis ꝟ.) lõgiore ep̃la. {Faciendũ puta).i. iussum est mihi. {Breui).i. paucis uerbis. {Capita) cap̃la, primæ partes, uel clausulæ primæ. {Tacita) sine ulla mẽtione & r̃ñsione. {Diffinitũ) determinatũ. {Certum) expressum i usit.n. esse somnia quæ in principio ep̃læ scribis. {Vultu) faciei qualitate, qua possumus sig̃nare aĩum nr̃m, ut puta si rideamus, cũ quispiam detrahit de honore alterius: sig̃namus nos non esse ei amicos, q̃a non rideremus. Cũ uero ꝑ illas detractiones obducimus, aut rugamus frontẽ, oñdimus nos amicos, q̃ nolumus audire eius detractiones, dep̃hendi aũt uultu animi qualitatẽ oñdit Iuu. Deprehendas aĩ tormenta latentis in ægro Corpore, dep̃hendas & gaudia sumit utrunq;, Inde habitum facies. {Taciturnitate) q̃a si detrahẽtibus nihil ꝯtra r̃ñdemus: uidemur ꝯfirmare ergo. {Vultu) oñdendo lætitiam cũ tibi detrahebatur. {Taciturnitate) tacẽdo, & quodãmodo affirmando q̃ de te dicebantur. {Id) me nõ esse tibi amicum. {Pro trib.) i. in tribunali. Nã ꝓ hic ꝓ in ponitur. In tribunali aũt.i. cũ ius redderẽ. {In cõ.) q̃bus interfuerã. {Hoc t.) qđ dicis me sig̃nasse uultu & taciturnitate in tribunali & in ꝯuiuijs me nõ esse amicũ tibi. {Nihil eẽ à me) nunq̃ à me eẽ fctũ. {Ne q̃d d.) q̃a ex nihilo nihil p̃t elici. {Illud) dixit se nulla re oñdisse se esse inimicũ Appio, nec unq̃ ei detraxisse, nũc dicit se ẽt eũ sæpe laudasse. {Illud) qđ seq̃tur.i. meos sermones. {Habitos) dictos à me. {Illustres) claros, honorificos. {Ex sup.l.) in tribunali. {Ex æquo) inferiore, ut i ꝯuiuijs & ceteris locis. {Laude tua) cũ magna tua cõmẽdatione. {Ex sig.) demr̃one, testificatione. {Qđ ad leg.) r̃ñdet alij parti ep̃læ de impeditione legationũ. {Elegãtius) dignius. {Aut iust.) cũ maiori iustitia. {Egentissimaꝝ) pauperrimaꝝ. {Sũptus) q̃ imponebantur ꝓ mittẽdis legationib. {Postulãtibus) à me, ut iminuerẽ sumptus eaꝝ, neq;.n. mea spõte motus sum ut id facerẽ. {Genus leg.) i. quales essent oẽs legati, q̃ ꝓficiscũtur Romã. {Tuo n.) tua cã: ut te laudarẽt. {Principes) primates. {Detulerunt ad me) renũciauerũt mihi. {Decerni) statui i ꝓuincia. {Soluẽdo nõ es.) soluere nõ possẽt, soluẽdi facultatẽ ñ hñent. {Hic) tẽpis ẽ.n. aduerb. tpis: ut Hic Regia grauẽ gẽmis, auroq; poposcit,

Ad vrbẽ significare nũc in loco.

Soluendo non essent

Hic Implicuitq;

impleuitq; mero paterã,al's loci : ut Hic illius arma, hic currus fuit{Vrbanum)ciuilẽ,cultis morib. Vt nunc loqmur,qa uerbũ erat tpib.Cic.nouum:ut oñdi Quint.lib.8.ubi tractat de ornatu orõnis,& adducit hũc locũ Cic.{Isto gñe leg.)i.talibus legationib. q̃ nulla necessitate ꝓficiscerentur, sed tm̃ ut te laudarẽt.{Synnadis)qđ ẽ oppidũ Phrygiæ ad Cariç fines: uñ marmora effodiuntur:q̃ Synnadica dñr.{Id).s.te nõ delectari hoc gñe legationum.{Primũ).s.dicebã.{Appiũ Cl.)s.te {Myndesium)Myndum oppidum Cariæ.{Spõte) per ipm̃.i. sua cã & nõ testimonio legationum.In ea.n.dicit q̃re potius dixerit Myndesium q̃ alioꝝ pplõꝝ, qa in ciuitate mẽtio facta est de hac re.{Senatui)à senatu:dtũs ꝓ abltõ.{Deinde).s.dicebã.{Accidisse)ꝯtra eoꝝ uoluntatẽ euenisse.{Eoꝝ c.) ut eos laudarent.{Tps) occasionẽ dari.{Laudãdi) eos quoꝝ cã uenissent{Studia)dicebã mihi placere uoluntatẽ eoꝝ : ꝙ essent grati erga te: pp merita tua bñ administratę ꝓuinciç,sed. {Cõsiliũ)deliberationẽ ꝓficiscẽdi Romã tua cã.{Minime)nec qa, ut dixi, tua spõte satis est laudatus senatui & pplõ R. {Offm̃ suum).i.si uellẽt demõstrare se eẽ gratos,sicut eos eẽ decet.{Laudatuꝝ)subaudi dixi.{Esset fun.off.) uenisset Romã ad laudãdũ te.{Sũptu suo ꝓ.) nõ aũt sumptu publico,q exigitur ꝯtra uoluntatẽ multoꝝ. {Cõcessuꝝ) ꝑmissuꝝ,ut fungeretur offõ. {Legitimo).s.sũptu.i.honesto,moderato.{Infinito) nimio, & imoderato.{Esse.n.) q.d.quosdã existimasse. {Quasi cõ.) q.d.debita opa & tm̃mõ ad hoc,ut impedirẽ legationẽ,& nõ ꝓdessem ꝓuinciæ.{Accõmodatum) adaptatũ scm̃.{Iam)inceptiua particula in hoc loco.{Disputãt)ꝓferunt.{Hæc tal.) s.me fecisse edictũ de industria, ut impedirẽ legationes tua cã ꝓfecturas.{Cuius)alic⁹.{Patẽt)sunt expositæ,qđ est signũ inconstantiæ amoris nõ ueri.Nã inqt Cic.in Lęl.de amic.Addẽdũ eod.ut nec criminib.inferẽdis delectetur amicus: nec credat oblatis,q̃ ptinent oĩa ad inconstãtia. Idẽ in eodẽ lib.paulo inferius.Iam deinde non solũ ab alio oblatus criminationes repellere,sed neq; ipm̃ quidẽ esse suspiciosum sp aliqd existimãtẽ ab amico esse uiolatũ.{Edictũ) decretũ. {Publicaui) q publica tractãt & ꝯducũt.{Samum)Samos tm̃mõ dr̃ ꝓ insula.Same uero & Samus ꝓ urbe dr̃,auctor Str.lib.10.{Romæ)cũ essem Romæ, ubi nihil suspicabar de hmõi legatiõib. {Addidi)occurrit obiectionũ ne diceret eũ forte postea ꝯsulto id addidisse.{Caput)caplm̃,qđ ego transtuli de tuo edicto in meũ.{In cap.)de minuendis sumptib.{Noua)à te nõ cogitata.{Salutaria) utilia.{Quibus)salutarib. {Delector) qa cũ p̃sim ꝓuinciæ : oĩa refero ad eius utilitatẽ.{Offenderẽ te) facerẽ ꝯtra te.{Trãslatitiũ)fictitiũ i me falsò trãslatũ.{Neq;.n.) reddit rõnem quare hoc sit translatitiũ.{Priuatæ rei)sed potius cã publica.{Legari) mitti subaudi eos.{Qui mitt.) Romam.{Tibi.n.p.) q gesseras magfatum. {Non priuata sua,) non ipsoꝝ tm̃ prouincialium.{Edixi) decreui,statui.{Iniussu)sine meo mãdato.{Exclusi) excepi.{Perseq me) uenire ad me : q eram admodũ longe.{Tauꝝ)montẽ quem Cic.transierat.{Ridiculũ)dignũ risu,qa sine rõne dcm̃. {Quid.n.er.) h.d.nullam fuisse cãm,quare eum ꝑsequerentur trans Tauꝝ, qa ante q̃ transiret Tauꝝ ita egerat iter suum,ut non mõ illæ legationes : uerum ẽt legationes oĩum ciuitatum potuerint eum conuenire.{Ad Ic.)unde paulo ante mouerat castra, ut in superioribus eplĩs oñdit.{Diœcesium)diœcesis scribitur ꝑ œ,diphthongum & sigñat gubernationem, administrationem. nam διοικέω sigñat guberno, ergo diœcesium, iurisdictionum,gubernationum ꝓuinciæ.{Cis) citra. {Magratus) officiales.{Philomeli)qđ est oppidũ Phrygiæ in magna planicie à septentrione,auctor Strabo.{Istius g.)hmõi q̃ mitteretur causa laudandi te. {Atque) dicit se nihil decreuisse sua sponte de hmõi legationibus nisi qđ postulationibus principum ciuitatis coactus est facere.{Remittendo) pro dimittendo.{Postulauissent)rogassent.{In uend.trib.) quia plerunq; uenduntur tributa ijs,qui postea ea exigunt sine ulla clemẽtia.{Acerbissimam)crudelissimam,accipiendo pignora, subhastando bona eoꝝ,qui debent tributa. {Capitum atq; ost.) quæ ꝑ capita & ꝑ ostia fit & imponitur.{Inducerentur)imponerentur : & quasi in malam ꝯsuetudinem reducerentur. {Minime nec.)& ideo non tolerabiles : nam sumptus necessarij ẽt si sint graues æquius tolerantur.{Ego aũt cum hoc suscepissem) aggressus essem : ut defenderem.{Adductus)motus.{Miseris)calamitatibus.{Perditas)afflictas,consumptas.

Vrbanus

Synnadis

Synnadica.

Marmora.

Iam.

Diœcesis.

Philomelum.

*etiam iucunda est, ea * tribui, quæ debeantur; tum uero etiã num remanere in ciuitate nostra studia prope omnium consensu erga fortes, & industrios uiros: quæ mihi ipsi una semper tributa merces est laborum, & uigiliarum mearũ. illud uero mihi permirũ accidit, tantam temeritatem fuisse in eo adolescente, cuius ego salutem duobus capitis iudicijs summa contentione defendi, ut, tuis inimicitijs suscipiendis, obliuisceretur patroni oĩum fortunarum, ac rationum suarum; præsertim cum in omnibus uel ornamentis, uel præsidijs redundares; illi, ut leuissime dicã, multa deessent: cuius sermo stultus & puerilis erat iam antea ad me à M. Cœlio, familiari nostro, perscriptus: de quo item sermone multa scripta sunt abs te. ego aũt citius * cũ eo, qui tuas inimicitias suscepisset, ueterem coniunctionem diremissem, quàm nouam conciliassem. neque.n. de meo erga te studio dubitare debes: neque id est obscurum cuiquã in prouincia, nec Romæ fuit, sed tamen significatur in tuis literis suspicio quædam, & dubitatio tua: de qua alienũ tempus est mihi tecum expostulandi, purgandi aũt mei necessarium. ubi.n. ego cuiquam legationi fui impedimento, quò minus Romam ad laudẽ tuam mitteretur? aut, in quo potui, si te palam odissem, minus quod tibi obesset, facere? si clã, magis aperte inimicus esse? quòd si essem ea perfidia, qua sunt ij, qui in nos hæc conferunt: tamen ea stultitia certe non fuissem, ut aut in obscuro odio apertas inimicitias, aut, in quo tibi nihil nocerem, summã ostenderem uoluntatem nocendi. ad me adire quosdam memini, qui dicerent, nimis magnos sumptus legatis decerni. quibus ego nõ tam imperaui, quàm censui, sumptus legatis quammaxime ad legem Corneliã decernendos. atque in eo ipso me non perseuerasse, testes sunt rationes ciuitatum: in quibus quantum quæque uoluit legatis tuis datum, induxit. te aũt quibus mendacijs hoĩes leuissimi onerarunt? non modo sublatos sumptus, sed etiam à procuratoribus eorũ, qui iam profecti essent, repetitos, et ablatos, eamq́ causam multis omnino nõ eundi fuisse. quererer tecum, atque expostularem, nisi, ut suprascripsi, purgare me tibi hoc * tuo*

* alias tribui uideo. q̃

* alias ab eo.

*tẽpore, quàm accusare te, mallem, idq́ putarem esse rectius. itaque nihil de te, quòd credideris: de me, quãobrem non debueris credere, pauca dicã. nam si me uirum bonum, si dignum ijs studijs, eaq́ doctrina, cui me à pueritia dedi, si satis magni animi, non minimi cõsilij in maximis rebus perspectum habes: nihil in me non modo perfidiosum, & insidiosum, et fallax in amicitia, sed ne humile quidẽ, aut ieiunũ debes agnoscere. sin aũt me astutum, & occultum lubet fingere: quid est, quod minus cadere in eiusmodi naturam possit, quàm aut florentissimi hoĩs aspernari beneuolentiam; aut eius existimationem oppugnare in prouincia, cuius laudem domi defenderis; aut in ea re animum ostendere inimicũ, in qua nihil obsis; aut id eligere ad perfidiam, quod ad indicandum odium apertissimũ sit, ad nocẽdum leuissimum? quid erat aũt, cur ego in te tam implacabilis essem, cum te ex fratre meo ne tunc quidem, cũ tibi prope necesse esset eas agere partes, inimicũ mihi fuisse cognouissem? cum uero reditum nostrum in gratiam uterque expetisset: quid in consulatu tuo frustra mecum egisti, quod me aut facere, aut sentire uoluisses? quid mihi mandasti, cum te Puteolis prosequerer, in quo non expectationẽ tuam diligẽtia mea uicerim? quòd si id est maxime astuti, oĩa ad suam utilitatem referre: quid mihi tandem erat utilius, quid cõmodis meis aptius, quàm hominis nobilissimi, atque honoratissimi cõiunctio, cuius opes, ingeniũ, liberi, affines, propinqui mihi magno uel ornamento, uel præsidio esse possent? quæ tamen ego omnia in expetenda amicitia tua, nõ astutia quadam, sed aliqua potius sapientia secutus sum. quid illa uincula, quibus quidem libentissime astringor, quanta sunt? studiorum similitudo, suauitas consuetudinis, delectatio uitæ, atque uictus; sermonis societas, literæ interiores. Atque hæc domestica. quid illa tandem popularia? reditus illustris in gratiam; in quo ne per imprudentiam quidẽ errari potest sine suspicione perfidiæ: amplissimi sacerdotij collegium; in quo non modo amicitiam uiolari apud maiores nostros fas non erat, sed ne cooptari quidem sacerdotem licebat, qui cuiquã ex collegio esset inimicus. quæ ut omittam tam multa, atque tanta: quis unquã tanti quenquam fecit, aut facere potuit, aut debuit, quanti ego Cn. Pompeium, socerum filiæ tuæ? etenim, si merita ualent: patriam, liberos, salutem, dignitatem, memet ipsum mihi per illum restitutum puto. si consuetudinis iucunditas: quæ fuit unquam amicitia cõsularium in nostra ciuitate coniunctior? si ulla amoris, atque officij signa: quid mihi ille non cõmisit? quid non mecum cõicauit? quid de se in senatu, cum ipse abesset, per quenquam agi maluit? quibus ille me rebus non ornatissimum uoluit amplissime? qua denique ille facilitate, quã humanitate tulit contentionem meam pro Milone, aduersantem interdum actionibus suis? quo studio prouidit, ne qua me illius temporis inuidia attingeret, cum me cõsilio, cum auctoritate, cum armis denique texit suis? quibus quidem temporibus hæc in eo grauitas, hæc animi altitudo fuit, non modo ut Phrygi alicui, aut Lycaoni, quod tu in legatis fecisti, sed ne summorũ quidem hominum maleuolis de me sermonibus crederet. huius igitur filius cũ sit gener tuus; cumq́, præter hanc coniunctionẽ affinitatis, quàm sis Cn. Pompeio carus, quamq́ iucundus, intelligam: quo tandem aĩo in te esse debeo? cũ præsertim eas ad me is literas miserit, quibus, ẽt si tibi, cui sum amicissimus, hostis essem, placarer tamen, totumq́ me ad eius uiri ita de me meriti uoluntatẽ, nutumq́ conuerterem. sed hæc hactenus: pluribus.n. etiam fortasse uerbis, quã necesse fuit, scripta sunt. Nunc ea, quæ à me * perfecta, quæq́ instituta sunt, cognosce. atque hæc agimus, & agemus magis pro dignitate, quàm pro periculo tuo: te.n. ut spero, propediem censorẽ audiemus: cuius magistratus officia, quæ sunt maximi animi, summiq́ consilij, tibi diligentius, & accuratius, quàm hæc, quæ nos de te agimus, cogitãda esse censeo. Vale.*

* alias profecta, quæq́ constituta.

CVM est) Cũ intellexisset Cic. Ap. ambitus accusatũ esse, eũ hac epi. ꝯsolat᷒ est. dicẽs se ita ꝯfidere & i eius inocẽtia, & i ꝓsidio amicoꝝ eius: ut nõ dubitet istũ laborẽ & uexationẽ accusationis fore ei honori, & q̃a inuidoꝝ quoq; maleuolẽtia triũphũ obtinere Ap. nõ poterat: quẽ scripserat se ꝯfidere adeptuꝝ eẽ, hortat᷑ ẽt Ci. ut ęquo aĩo id ferat: se aũt pollicere oĩno defensuꝝ ei᷒ nomẽ & dignitatẽ i ꝓuincia: neq; de h.d. se posse rogari sine iniuria. Rogat deinde Ap. ut det opam, ne q̃d tpis sibi ꝓroget in ꝓuincia: ut possit Romæ suũ fauorẽ ei ꝓstare: & quoniam

HVBER.

et qm̄ scripserat Ap. se cognouisse incredibilē bn̄uolētiā oīum ordinū erga se rn̄det Ci. se minime mirari, cū talis sit, q mereat̄ fauorē oīum bonoꝝ uiroꝝ. Multis postremo ꝟbis se excusat Cic. ꝙ nō impediuisset legationē, q̄ Romę mittebat̄ ad laudes ipsi' Appij, & adducit rōnes, quare id facere nec uoluerit, nec debuerit usq; ad finē epist. {Allatū) nūciatū. {De te.) de audacia, impudētia. {Facesserēt n.) darēt tibi laborē & īpedimētū.

Negociū.

nā negociū ꝓ labore plerūq; ponit̄. {Grauit̄ c.) uehement̄ ꝑturbatus. {Primo nū.) statim, ut primū audiui. {Qđ) qa, & est rō quare ꝑmo nūcio sit grauit̄ cōmotus. {Prĕter m.o.) i. tā ꝑter meā spē, oia. n. existimasse, poti' tibi euētura q̄ hoc ut accusareris. {Vt) postq̄. {Collegi m.) diligētius ꝯsideraui {Cetera) reliqua, q̄ ꝑtinēt ad defensionē tuā. Cetera aūt dixit, qa accusationē nō poterat uitare, q̄ iā facta erat. {In te ip.) i. quē scribā, & sapiētissimū & inocentē. {In tu. am. & p.) q defensionē tuā fortissime suscipent. {Mul.) subaudi & qđ' multa. {Veniebāt in m.) cogitabant̄ à me. {Quāobrē). i. ꝑꝑ q̄ multa, nā quā

Quāobrē

obrē cū ponit̄ causatiue tā plurali rn̄det q̄ singulari. {Singulari sic) Vnū est q̄obrē oēs te amādū putēt. i. ꝑꝑ qđ unū. {Plurali sic) Quattuor sūt quāobrē impator maxime laudet̄. i. ꝑꝑ q̄ q̄ttuor. {Istū l.) istā uexationē. {Honori) ad honorē {Fore) futuꝝ. {Illud) dicit se multū doluisse, cū uideret Ap. inuidoꝝ maleuolētia triūphū, ut sperauerat, obtinere nō posse. {Illud) q. d. præ ceteris oībus incōmodis tuis. {Inui. cō.) non aūt tua culpa, qa eū optime merueras. {Qđ) hoc relatiuū refert sensū totius clausulę: ut sit qđ. i. triūphū tibi ereptū esse inuidoꝝ ꝯsilio. Quāti ego iudicaui faciēdū, q nunq̄ in talib. felicitatē esse existimaui: neq; i maxime expetēdis esse duxi {Facies sap.) qa si nō magnificeris. nō multū ēt cruciaberis: ꝙ eis ꝑueri[illegible]nam ijs q̄ expetēda existimātur moleste caremus. Hor. i epist. Siqd mirabere ponas iuitus. {Ages tri.) ex dolore inimicoꝝ. i. triūphabis de dolore inimicoꝝ q nollēt te triūphare: neq; intelligit eū esse re uera triūphū: quē meruerat actuꝝ: sed tm̄ modo habituꝝ triūphū de dolore inimicoꝝ: si ipse æquo aio tulerit hāc iniuriā, & de ereptione triūphali. {Neruis) robores; uirib. Ter. ubi tu neruos intēdas tuos: q locus nō est, ut qdā existimāti obscœne intelligēdus, sed neruos robur & uires. {Sapia. t.) ut sapient̄ te geras ut facias inimicos tuos pœnitere temeritatis suæ. {Intēperātiæ) temeritatis: qua usi sunt in te. {Cōtestās) adiurās, & in testimoniū adducēs. {Cōfirmo) certifico. {Malo. n.) parēthesis. {Malo,) est sensus: sum magis ꝯtentus ꝓmittere tibi ꝓ dignitate q̄ pro salute, q̄ pluris solet fieri q̄ dignitas, qa illa semel amissa nunq̄ recupatur: dignitas uero p̄t recupari. {In hac ꝓ um.) Cilicia. {Præfuisti) quā administrasti añ me. {Dep̄catoris). s. me suscepturū officia atq; partes deprecatoris qa pro te p̄cabor quæcūq; uidebo esse necesse. {Laborādo) qa ꝓping maxime solēt suscipere laborē pro nobis. {Authoritate ch.) qa q charus est plurimū ualet auctoritate: quāplurima & maxima plerūq; efficiūtur. {Grauitate,) uenerationei q̄ mihi hr̄ ꝑꝑ nomē impatoris, quo appellor, & est ordo, ꝯtestās oēs deos, sic ꝓmitto atq; ꝯfirmo de me, me in hac ꝓuincia cui p̄fuisti, susceptuꝝ officia atq; partes dep̄catoris rogādo ꝓping: laborādo hois: ut spero chari apud ciuitates auctoritate, impatoris grauitate: hoꝝ aūt genitiuoꝝ cuiuslibet subaudiēdū est officia atq; partes, & est distributio, exornatio rhetorica: qa negocia q̄dā certa in plures ꝑsonas distribuūtur & articulos, qm̄ singula uerba interuallis distinguūtur, cæsa ōrone. {Chari) dilecti. {Vt spero) uitat arrogātiā, ne affirmet se esse chaꝝ ciuitatib. dicit aūt Cic. se nihil p̄termissuꝝ esse qđ pro Ap. efficere possit ut postules, possis familiarit̄ & iure quodā amicitiæ petere. {Expectes) speres, credas oino te impatuꝝ. {Vincā) sensus, plura in te bn̄ficia ꝯferā: q̄ tu cogitare possis. {A te,) noie tuo.) Nimis magnæ) ꝑꝑ cām sequētē, qa existimabā mihi iniuriā fieri: cū à te rogabar. q potius uel petere familiariter: uel iubere debuisses. {Pōp.) filię tuæ soceꝝ {Brutū g. t.) hos. n. duos cū magnificaret Cic. ꝑꝑ eos ꝯcedit necesse esse, ut & Ap. q eis affinitate ꝯiūctus erat in oi re tueret̄ {Quanq̄ in cō. quo.) q. d. ēt si nō accidisset: ut nūc in ꝓuincia ōn̄derē tibi meū erga Pō. & Bru. amorē & obseruātia, tū ēt rōne in ꝯsuetudine: hoc ē ꝯuersatione quotidiana tibi declarassē {Sicut p.) qa cū ero Romę, faciāq; conosces q̄ti faciā & Pō. & Bru. qa eoꝝ cā nihil erit, qđ' pro te nō suscipiā. {Sed qn̄). i. qm̄: nā qn̄ hoc loco causatiuū est nō tpale {Ita ac.) ita euenit, ut ꝑꝑ negocia tua: et hic in ꝓuincia & Romę: ꝑꝑ accusationē uel ereptionē triūphi ꝑspicere q̄ti facerē Pō. & Bru. & te. {Facinus & ad). i. ꝯfiteor me et male fecisse, & fecisse ꝯtra decus et honorē meū: siqd p̄termisero: qđ' pro te à me fieri debeat. {Pōtinus) hic fuerat cū Appio in Cil. & postea remāserat cū Cic.

Quando.

hūc aūt ab Ap. optime tractatū dicit Cic. esse in eū & gratū & bn̄uolū. {Tui b.) erga ip̄m Pōtinū. {Præstat) exhibet, on̄dit. {Quā d.) ꝑꝑ singulare bn̄ficiū à te acceptū {Coactus m.) suis re. i. nō libēter, sed cōpulsus negocijs suis magni ponderis & momēti. {A me in.) i. q oino noluisse ip̄m discedere. {Vt ui.) . i. postq̄ cognouit {Interesse t.) tuū esse cōmodū, ad rē tuā ꝑtinere. {Reuertit.) redit: dicim' āt reuerti & reuersus sum. reuerto āt raro legim'. Reuertor. n. utimur frequētius. {Talia) sensus est satis clarus talis, cū uideā te habituꝝ talia studia, hoc ē tales uolūtates & aios prōptos taliū uiroꝝ: q̄lis est Pōtinus: q oia diligēter facit: q̄ ad tuā utilitatē ꝑtinere existimat. {Non p. d.) i. oino ꝯfido: qđ' hæc. {Solicitudo). i. anxietas: quā nūc tibi p̄bēt iuidi tui erit tibi {Amplitudo). i. icremētū dignitatis & ꝯuertet̄ in honorē tuū. {Sin u.) ꝓcurabat. n. Appius ut cēsores crearent̄, iter quos & ipse creari uolebat. {Gesseris) administraueris. {Vt de.) ꝑꝑ imitationem illius ꝓaui tui clarissimi cēsoris Appij cęci. {Et p.) qa es sapiētissim' & doctissim'. {Prę sidio) adiumēto, plurimū. n. ꝓdest posteris uirt' & glīa maiorū suoꝝ: quoꝝ cā & memoria multa assequūtur: q̄ alr̄ asseq nō possēt. {Pugna) ꝯtēde ꝯtra eoꝝ sn̄iamq; in alteꝝ annū administrationē ꝓuinciæ mihi ꝓrogari uolunt. {Hic) in ꝓuincia. {Istic q.) ēt Romæ ubi tu es: nā ut sup̄ dixim' hic ad ꝑsonā loquētis refert̄, istic ad ꝑsonā scđam: illic ad ꝑsonā abn̄tē {Satisfe.) fecerim' ꝓ te, q̄ debuerim' & potuerim'. {Nauare) diligent̄ p̄stare. {Volūtate. s. bona & prōpta. {Mi. mi.) minime digna admiratiōe. {Et) ꝓ sed ponit̄. {Eadē) q̄ scripsi. {Cū t.) i. & tribui. {Tū). i. & sed magis sign̄at q̄ cū: ut sępi' dixim'. {Studia) uolūtates prōptas, {Quę. m.) qđ' p̄miū. s. studioꝝ. {Oim p. c.) qa sp̄ habuisti studia propè oium bonoꝝ. Dicit aūt se duplici de cā gaudere, & qa ea tribuūtur Ap. q̄ debentur, & qa uideat adhuc prōptas uolūtates erga uiros bonos remanere ferè omniū ꝯsensu. {Laboꝝ) quos pro tuēda rep. suscepi {Vigiliaꝝ) ꝑꝑ studia lr̄aꝝ: q̄ maxime uigilijs ꝯsecutus sum: uel uigiliaꝝ: cū diligētia mea & uigilātia opp̄ssi ꝯiurationē Catil. Iuu. Sed uigilat ꝯsul: uexillaq́; ur̄a coercet. {In eo ado) qdā intelligūt Dolabellā à quo Ap. fuisset accusatus. Alij malūt Vatiniū: qđ' magis probo licet & Dolabella fuerit acerrim' inimicus & oppugnator Ap. {Salutē.) uitā. {Duob' p. c.) qa bis accusatus est capitis Vatinius, & bis à Cic. defensus. {Obliuisceret̄,) q cū sciret te à me amari: debuerat rōne mei: q fuerā eius patronus, et defensor desistere à te accusando. & oppugnādo, & à suscipiēdis inimicis tuis. {Ornamētis) ꝑꝑ honores à te administratos optime. {Vel p.) propter nobilitatē familię, & multitudinem propinquoꝝ & amicoꝝ: q̄ oia solēt esse p̄sidio. maior. n. respectus solet hr̄i hoꝝ ijs, q oibus p̄dictis abūdāt. {Redundares,) abūdares: plen' esses. {Illi.) Vatinio accusatori tuo. {Vt l. d.) . i. ne iniuriose dicā et acerbe. {Multa d.) ecce q̄uo leuissime dixit, nouit. n. dicere: cū ille nihil eoꝝ hr̄et: quod fuisset acerbi' & iniuriosius. {Stultus) insipiēs. sine ꝯsideratione. {Puerilis) sine rōne, qa pueroꝝ loquacitas est sine rōne. {De quo). s. sermone. {Itē.) ēt. {Ego aūt) sensus est. Si ille q tuas inimicitias suscepisset, fuisset mihi ꝯiunctissimus: potius diremissem & dimisisse ueterē cōiūctionē cū eo cā tui, q̄ ꝯciliassem nouā: ut intelligeret quāti te facerē. {Diremissem) diuisissem, abstulissē. {Conciliassem) coniunxissem. {Studio) uolūtate. {Id) studiū meū. {Obscuꝝ) incognitum. {In prouincia & Rom. ubi on̄di oibus quo aio in te essem. {Dubitatio) de meo studio erga te. {Alienum) nō aptū, nec cōgruum: qa alia sunt mihi faciēda. {Expostulādi) cōquerēdi. {Purgādi) excusandi. {Necessariū) ne tacēdo uidear esse in culpa. {Vbi. n.) incipit excusare quod ei obijcerat Ap. ꝙ impedisset legationes: q̄ pro laudibus eius Romā mittebātur: quod probat optimis rōnibus, & argumētis oino esse falsum. {Quo m.) ut nō. {Ad tuā l.) ut te laudaret in senatu Rom. {Aut) rō approbabilis: si inqt palā te odissem: in quo potui tibi minus nocere q̄ impedimento hmōi legationis. {Palā) aperte. {Sic.) impediēdo ea, quæ pertinerent ad laudem tuam. {Magis a.) magis clare, cum deberē quærere potius esse occulte inimicus. quia te palam non oderam. {Quod si) confutat rōne aduersarioꝝ, qui cum essent perfidi nun erubescant hæc dicere de Cicerone: & h. d. si etiam essem

Reuerto. & reuertor.

Hic. Istic. Illic.

Et. Cum. Tum.

ita pfidus sicut sunt illi q in me hæc ꝯferunt: tñ non essem ita stultus & demẽs, ut cum odiũ meum sit in te occultũ: uellem in occulto odio sumere inimicitias aptas: illud.n.esset stulti: nec ẽt essem ita stultus: ut uellẽ ostendere me hr̃e summã uoluntatẽ nocendi in eo quo nihil tibi nocerẽ. {Sapiẽs.n.) si uidet se nõ posse nocere: dissimulat ẽt uolũtatẽ nocẽdi: qđ ego ẽt fecissem, quẽ scis nõ esse stultũ. Nocerẽ nihil) qa sit ẽt impediuissem legationẽ, tu tñ nihil amisisses de dignitate tua: & ita: nihil tibi nocuisset. {Ad me.) has fere snias ẽt dicit supra i epl̃a, q̃ incipit. Etsi quãtũ. {Adire m.) notãdũ est elegãti ssime iũgi huic uerbo memini pn̄s tp̄s infinitiui. ut hic & memini audire: memini legere. Rarissime aũt memini audiuisse memini legisse: nisi necessitate carminis: ut apud Virg. I Geor. Nãque sub œbal ę memini me turribus altis Corcyrã uidisse senẽ. {Impaui.) iussi. qđ si fecissem fortasse posses me accusare. {Cẽsui) pbaui, iudicaui. {Ad l.c.) i. ƀm legẽ Cor. q̃ sumptũ legatis diffiniebat. {In eo ip.) i. in ea snia. i. ut sumptus ad legẽ Cor. decerneret. {Nõ p.) nõ pmãsisse. {Rõnes) cõparationes. {In q.) ciuitatib. {Quantũ uo.) uõ aũt quantum decernebat lex Corn. sicut ego ꝯsueuerã prius et ita apparet ꝙ uon pseueraui in ea snia. {Quib.) qualibus q.d. pfide ꝯfectis & cõpositis, & cũ admiratione legẽdũ est. {Onerarũt) impleuerũt. {Leuissimi) uilissimi, nullo honore digni. {Sublatos) remotos ipsis legatis. {Repet.) Exactos, reuocatos {Procura.) gestorib' negocioꝝ: quos uulgus factores appellat. {Profecti ess.) uenissent Romã. {Ablatos) ereptos {Eamq; c.) qa uiderẽ me uel tollere sumptus legatis pfecturis: uel repetere à pcuratoribus eoꝝ. qa iã essent pfecti multos noluisse pficisci Romã ad te laudandũ. {Atq;) pro & ponitur, nã expostulare q̃ti sig̃nat. {Id.) s. pugnare me potius q̃ quæri. tecũ. {Rectius) honesti'. {Nã si.) utitur argumẽto qđ græce dilẽma dr̃: latine uero diuisio. cũ rem se mouẽtes à re utrãque absoluimus, rõne substa. Dicit. n. qđ siue bonus uir & syncerus, siue malus & astut' ab Ap. est existimatus, nihil tñ oĩno fuisse facturus existimãdus est. {Nã si.) prima pars argumẽti {Studijs) humanitatis & eloquẽtiæ, q̃ nõ pñt nisi in uiꝝ bonũ cadere: qa oratorẽ uiꝝ bonũ esse oportet, & ad iustitiã hoc retulit: pp q̃ maxime: ut ipse in officijs inqt, uiri boni noiantur. {Magni. a.) satis fortẽ in grauitate ꝯstãtiaq; seruãda, qđ ad fortitudinẽ & magnificentiã ptinet. {Nõ mi) uitauit arrogãtiã ne diceret de se maximi ꝯsilij. {In m. r.) in qbus maxime cognoscitur bois prudẽtia i maximis aũt dixit pcipue pp opp̃ssam coniurationẽ. {Perspectũ) cognitũ: qđ plus est q̃ existimare. {Nihil) subijcit rõnem pmæ partis. {Perfidiosum) & insidiosum. cũ pfidia & insidijs factũ: qđ esset ꝯtra iustitiã & fortitudinẽ: qa quem fortẽ dicimus: eundẽ bonũ & iustũ phi ẽt uolunt. {Ne hu.) quod esset simplr ꝯtra fortitudinẽ & magnificentiã, cuius est ut res magnas & excelsas expetere & gerere: ita res humiles oĩno ꝯtẽnere: ergo humile retulit ad id qđ dixerat magni animi, aut ieiunũ. {Insatiabile) ut sup̃ diximus. Iuuen. Hinc ieiunũ odiũ {Sin aũt) altera pars. {Astutũ) simulatorẽ. {Finge.) facere mẽtiri, cũ nõ sim. {Quid est) subiectio rõnis h' scdæ partis: q̃ dissluit ppõnem. i. se nõ esse astutũ nec occultũ. {Eius. na.). i. in oẽs talis nãæ, qa astuti & occulti nõ aspernãtur bñuolentiam hoium potẽtũ & florẽtissimoꝝ: sed potius eã captant: ẽt deos oderint. {Asper.) respuere: ꝯtẽnere: fastidire. {Aestimationẽ) auctoritatẽ, reputationẽ. {In p.) ubi nimis possẽ tibi nocere. {Domi.) Romæ. {Defen.) scdã psona pro tertia pro defenderit aliqs: hoc est defenderim ego. {Aut) alia rõ. {Nihil ob.) nihil nocere possis. qa hoc esset ꝯtra astutiã. {Aut.) alia rõ. {Indicandũ od.) qđ astutus potius occultaret. {Leuissimũ) minimũ, qa si hoc fecissẽ, indicassẽ aptissime odiũ meũ in te: neq; tñ ibi multũ nocere potuissẽ. {Quid erat) postq̃ Ci. arguit ex īgenio & nã sua hoc nõ fuisse faciẽdũ, ꝙ Ap. ei obijciebat: nũc arguit ex partib. & causis Appij, ꝯtra quẽ oppugnãdũ oñdit nullã fuisse cãm: cũ cognouerit eũ nõ fuisse sibi inimicũ: tunc cũ maxime esse posset eo tp̃e: quo Cic. oppugnabat Clodiũ: q erat de familia Appij. {Implacabilis) iratus, inimicus {In te.) ꝯtra te. {Fratre m. t.) cui oĩno credo. {Prope) ferre. {Necesse esset) qa sine rep̃hensione nõ possumus deserere ppinquũ: cum agit de eius salute. {Eas p.a.) i. id facere, ut. s. esses mihi inimicus: qa oppugnabã Clod. gẽtilẽ tuũ, cuius cã erat ferẽ necesse te mihi inimicũ esse. {Cũ ue.) alia potior cã. {Vterq; expet.) uter q; desiderasset & q̃sisset, tũc maxime firma debet esse recõciliatio: cũ ex utriusq; uolũtate puenit. {Quid) q.d. nihil, oĩa. n. feci: q̃ me rogasti {Egisti) rogasti. {Frust.) sine effectu. {Sẽtire) iudicare: ex snia mea in senatu dicere. {Mandasti) dixisti faciendũ: cõmisisti: mãdamus. n. uerbis. {Puteolis) ciuitas Cãpaniæ, & ƀm Festũ dicta est ab aquæ calidæ putore, licet alij putẽt à multitudine puteoꝝ earundẽ aquaꝝ grã factoꝝ, dicta est aũt Dicæarchia à iustitia administrationis & gubernationis, & ꝯdita est à Samijs ut uoluit Eusebius eo tp̃e quo Tarquini à Bruto ab urbe expulsi sunt. {Prosequerer) assidue sequerer, tecum uenirẽ. {In quo) qđ mihi mãdasses. {Nõ uic. exp.). i. non facerẽ plus q̃ sperasses, & putasses me esse factuꝝ. {Qđ si) cõmoratio est exornatio, pmanet. n. in hoc: ut pbet cõtra astutiã fuisse: ut eũ oppugnaret. {Si est). i. qa est, affirmatiue. n. ponitur hæc dictio si. {Maxime.) qa cũ alios curet: aut curare uideatur astutus, maxime tñ utilitatẽ suam quęrit. {Tandem) cõpendiosam sig̃nat ꝯclonem. {Aptius) cõuenientius. {Hois,) tui Appij. s. {Nobilissimi) ex familia. {Honoratissimi) pp doctrina, uel pp dignitates administratas. {Cuius o.) hęc oia quæ sequũtur in Ap. esse sig̃nat. {Opes) ingeniũ, articulus est, exornatio. {Ornamẽto) honori. {Præsidio) adiumẽto adꝯsñda ea quæ uellẽ. {Quæ tñ,) occurrit obiectioni, qa negauerat se esse astutũ, ne respectus & enumeratio supradictoꝝ uideatur eũ mouisse, dicit se esse secutuꝝ supradicta oia nõ astutia, sed sapiẽtia, qa sapiẽtis est ea ꝯsiderare in amico. {Quid) subaudi dicã. {Vincula) urgẽtissimæ & strictissimæ eã. {Quãta) q.d. maxima. s. {Studiol.) humanitatis & phiæ. {Similit.) qa itẽ ut eis delectaris, sicut ego. {Cõsuetudinis) conuersationis, q̃ ut Cic. in Lælio de amicitia inqt: auget beneuolentiam. {Vitę) ac uictus. uita cũ multa alia sig̃natitũ uero teste Donato, fortunã accidentẽ uiuẽtibus, & accipit pro morib' uiuendi: ut hic. Victus aũt ꝗ bo: ut est digestis de uerboꝝ sig̃ione ꝯtinetur: q̃ esui, potui cultuiq; corporis atq; hmõi necessaria sunt: utrũq; igr̃ dicit sibi fuisse cũ Ap. s. uitæ & uictus ꝯsuetudinẽ. {Sermonis) collocutionis: q̃ maxime: uel ꝯtingit, uel auget bñuolentiã. {Lr̃æ int.) secretiores. {Hęc) sup̃dicta. {Domestica). s. sunt. {Popularia) magis nota pplo & q̃ sint declarat. {Reditus) restitutio in p̃am, cũ inter eos: ut supra uisum est: fuissẽt magnæ simultates. {Illustris) clarus, oĩbus notus {Per imp.) p ignorãtiã, & est sensus: in quo ẽt qcq̃ errare p imprudẽtiã possum putari potius errasse pfidia q̃ imprudẽtia. {Sacerdotij) auguralis dignitatis: q̃ apud antiquos sacerdotium erat. {Amplissimi) maximi & dignissimi. {Violari) offendi. {Fas) licitũ. {Sed ne o.) i. nec eligi qdẽ, qđ min' est Sacerdotẽ augurẽ {Ex col. aug.) qa erat hoꝝ sacerdotiũ collegiũ {Quę) añ dicta oia. {Omittã) p̃tereã. {Tã m.) tot numero. {Tãta) tã magna: tãti põderis: q̃ me poterãt phibere ab inferẽda tibi iniuria. {Quis unq̃) addit aĩs cãs i qbus oñdit tibi nullo pacto fuisse offendẽdũ Ap. s. respectu Põp. & Bruti quos Cic. oñdit sibi esse charissimos: quoꝝ cã innuit oportuisse ẽt Ap. esse sibi charũ, q esset ei affinitate ꝯiunctus. {Et. n. si mer.) bñficia maxima. {Valẽt) ad obligationẽ amoris. {Patriã, l.) articulus qa cũ opa Põp. sit hæc oia ꝯsecutus: pp restitutionẽ. Dicit se existimare hæc oia sibi à Pomp. restituta. {Si ꝯs.) alia rõ de beneuolẽtia sua erga Pomp. s. iucũda ꝯsuetudo: qa fuerunt omniũ ciuium Rom. coniunctissimi. {Iucũditas) suę uitæ et subaudi ualet. {Signa) indicia. {Cõmisit) credidit: meæ fidei tradidit: qđ est signũ amoris. {Cõicauit). s. mecum. i. qd est cuius me participẽ nõ fecerit: quod nõ fecisset nisi me summope amasset. {Agi) tractari. {Maluit) potius uoluit. s. q̃ per me. {Cũ abs.) cum nõ esset in urbe. {Qnibus r.) q.d. oĩbus. {Ornatissimum) honoratissimũ. {Amplissime) Cum magna dignitate. {Qua) quali: admiratiue q.d. incredibili. {Facilitate) mansuetudine. {Tulit) passus est. {Contentionem) orõnem uehemẽtissimam pro defensione Milonis: qui Clodium interfecerat. {Actionibus) institutionibus: gestis illius Pomp. {Quo st.) qua diligentia q.d. maxima. {Inuidia) hoies liuidi. {Illius t.) quo defendebã homicidam Milonẽ. {Attingeret) læderet: qa disposuit armatos ad defensionem meã, ut tutò possem dicere: hoc idẽ ostendit in exordio orõnis Milonianæ. {Cõsilio) sapientia. {Armis) quæ pro templis disposuerat: ut diximus. {Texit) defendit. Virg. Nec Apolinis insula texit. {Quib' t.) clodianis. {Phrygi aut Lec.) alicuius leui hoĩ & mẽdaci, quales sunt Phryges & Lycaones: nã Phrygia & Lycaonia regiones sunt Asię. {Qđ) quã tẽ. s. credere leuissimis hoibus {In l.)

qui

Expostulo. Quid sit dilemma.

Mandasti. Puteolis.

Vita. Victus.

q dicebantur à me impediti.{Fecisti)credidisti. {Summoꝶ)
quoꝶ dignitas potuisset excusare Pō. si eis de me,credidisset.
{Maleuolis ser.)sermonibus maleuoloꝶ: q apud eū de me de
trahebāt:q bus quidē ille non credidit.{Huius)Pōp.{Quo)
q.d.optimo & amicissimo.{Debeo) pp supdictas causas oēs.
{Cū p.)addidit aliā causam:q a Pōp.miserat lr̄as ad Cicer. ut
eius cā hr̄et cōmendatā dignitatē Appij.{Is)Pōp. {Placeret)
redderet amicus.{Cōuert.)traducerē.{Demeriti)q tot & tan
tis me efficit bn̄ficijs.{Nutū)signū & signonem: q̄ mihi solo
nutu faceret.{Hacte.)dicta sunt.{Perfecta)peracta, ad exitū
deducta.{Instituta)incepta.{Pro d.)pro honore tuo ampli-
ficādo.{Quam pro p.)i.q̄ ut tibi noceamus, & periculū ali-
quod afferamus.{Propediē)cito.{Censorē).s.factū & creatū.
{Cuius m.)s.cēsuræ.{Officia)administrationem.{Quæ sunt
m.a.)qa censuræ offm̄ ad uiros maximi animi pertinet:quia
cēsores dr̄ magistri moꝶ:dicti à censendo.i.arbitrando: qa
illis summum erat arbitrium alioꝶ moꝶ: licet Festus dicat di
ctos,ꝙ quisq; tanti suā existimare soleret : quantū illi censuis
set:qđ quidem non est absurdum,nam & reꝶ erant cēsores et
moꝶ.{Agimus,) facimus.{Accuratius) maiori cura : qa hoc
magis pertinebit ad laudem tuam , si diligenter cogitaueris
qūo geras officia cēsuræ:potiusq̄ quæ me ꝯtra te fecisse dicis.

ASCAN. CVm est ad nos . Cum intellexisset Cic. Appium ambitus
accusari,ꝯsolatur eum dicens , se confidere eam curam &
iniuriam aliqn̄ ad honorem eius factuꝶ.Et quia triumphum
sibi inuidoꝶ obtrectatione ereptum questus erat , hortatur
magno id aīo ferat,pollicetur se eius nomen in ꝓuincia pro-
tectuꝶ. Rogat deinde Appium,ut det operā nequid sibi tp̄s
ad prouinciam prorogetur.Dicitq; se non mirari fauorem o-
mnium ordinū in Appium,cum eo dignissimus sit.Postremo
accuratissime attestatur se nō impediuisse legationem ꝓuin-
cialiū ad laudandum App.in senatu mittendam, ut cū ordi-
ne patebit.Ordo est.Cum.i.qn̄ allatum est ad nos. Sunt q le-
gant cum nobis allatum est,cuius eadem est sn̄ia . sed forma
dicendi minus Ciceroniana,de temeritate eoꝶ qui facessserint
.i.fecerint tibi negociū.i.curam & molestiam purgandi te de
crimine ambitus:quo accusabātur,q largitionibus,precibus,
minis,ꝓmissis,alijsq; corruptionib.magr̄atum petebant,cu-
ius ꝯuicti de saxo Tarpeio,ut Mallius Capitolinus olim,p̄ci-
pitabātur.Etsi.i.q̄q̄ cōmotus sum grauiter primo nuncio, ꝙ
.i.qa,nihil potuit accidere,tam.i.tm̄,contra opinionem meā,
q̄ sup.illud tn̄, ut.i. postq̄ collegi me.i.uires animi mei ex ea
cōmotione.Cetera.i.quæ restarent.s.ut absoluaris,uidebātur
mihi facillima,ꝙ habebam maximam spem in teipso.i.inno
centia ac dignitate tua,& magnā spem in tuis.s. amicis & ne
cessarijs,& multa ueniebāt mihi in mentē.i.occurrebant cogi
tationi meæ,quaobrem.i. ob quæ putarem istū laborē.s.pur-
gādi,fore.i.futuꝶ esse tibi ēt.i.insuper, honori.i.ad honorē.
Ego tuli.i.passus sum,illud planè.i.oino moleste,ꝙuidebam
triūphum certissimū & iustissimū esse ereptū tibi,hoc ꝯsilio in
uidoꝶ. Quod.i.quā ereptionem triūphi factā esse tibi, si tu fa
cies.i.æstimabis tanti,quāti ego iudicaui semꝑ faciendū esse,
hoc est minimi. Quia Cic.nunq̄ in talibus felicitatem consti
tuit,nec triūphum inter expetenda locauit,tu facies sapiēter ,
& tu uictor.i.uoti cōpos spernēdo,sicut Christiani boni uin
cunt mūdum, ages triūphum iustissimū ex dolore inimicoꝶ
.s.tuoꝶ,quibus dolebit ꝙ tibi nō doleat,& ꝙ tam constanter
cōtumeliam erepti triūphi feras.Ego.n.uideo fore opus pla-
nè.i.oino,neruis.i.uiribus,cōstantia,& sapientia tua uehemē
ter,ut pœniteat inimicos tuos,intēperantiæ.i.imodestiæ, aut
potius petulātiæ & insolentiæ . Ego obtestās.i.in testimoniū
uocans oēs deos,ꝓmitto atq; ꝯfirmo tibi de me susceptuꝶ pro
dignitate tua,malo.n.dicere sic, q̄ pro salute.s.tua.i. q̄ dicere
me susceptuꝶ pro salute tua,non.n.putat salutem in periculo
esse,aut si putat,euitandi mali hoīs gr̄a dicere nō uult,in hac
ꝓuincia cui tu præfuisti, officia atq; partes.i.munera et debi
ta obsequia deprecatoris.i.p̄cantis,ne culpæ detur,rogando
.s.pro te.officia ꝓpinqui.s.ꝯsanguinitate,laborando.s.pro te,
officia hoīs chari,ut spero.s.me esse apud ciuitates, auctorita
te.i.ꝑ auctoritatē meam intercedēdo,& officia,ac partes im-
peratoris,grauitate.i.ꝑ grauitatem,qua utar in te laudando.
Ego uolo sup.ut postules,expectes oia.s.officia à me.ego uin
cā.i.supabo,cogitationes tuas officijs meis.i.plus faciā ꝑ te q̄
cogitare poteris.Q.Seruilius reddidit mihi à te.s.datas ꝑ bre
ues lr̄as quæ tn̄ uisæ sunt mihi nimis longæ , ego.n.putabā
iniuriā fieri,cum rogabar.s.à te.Ego nollem sup.ut tp̄s acci-
disset,in quo posses ꝑspicere.i.clare,uidere,quanti ego facerē
te,quanti ego facerem Pomp.s. soceꝶ filiæ tuæ , quem unum
præ omnibus,ego facio,ut debeo plurimi, quanti facerē Bru
tum,q̄q̄ perspexisses,in quotidiana consuetudine.i.conuersa
tione.s.cum in urbe fuissem & perspicies.s.qn̄ adero.sed qm̄:
sup.tale tempus accidit,siquid.s.officij,fuerit prętermissum à
me,ego confitebor facinus.i.factum turpe cōmissum,et dede
cus admisum.s.à me.i.me incurrisse in ipsum.Pontinus. Ar
gumento à beneuolentia Pontini sumpto,argumētatur mul
toꝶ studijs rem Appij adiutum iri. Fuerat is Pontinus cū Ap
pio in Cilicia,& cum discedere pararet , quia intellexit Appij
interesse,uti illic diutius eius nomen defensurus maneret, ab
itinere reuersus est.Ordo est.Pontinus(opinor publicanū es-
se)q tractatus est à te in Cilicia.s.præstanti,& singulari fide,
cuius beneficij tui.i.in eū,ego sum testis.præstat.i.exhibet ti
bi memoriam.i.gratitudinē, sicut memores gratos dicimus ,
& beneuolentiā quam debet , q cum coactus maximis rebus
suis decessisset à me inuitissimo, qa uoluissem eum retinere :
tn̄,ut.i.postq̄.uidit.i.cognouit,interesse tua.i.in re,& utilita
te tua,esse reditum suū in prouinciam: conscendens iam na-
uem.s.ut in Italiā transfretaret:reuertit.i. redijt Epheso Lao-
diceam . Cū ego uideam te habituꝶ esse innumerabilia talia
studia.i. fauores in te. ego nō possum planè.i.oino dubitare
qn ista solicitudo sit futura tibi amplitudini.i.ad amplitudi-
nem,& maiorem dignitatē.Si uero efficis, ut censores creen-
tur,etsi tu gesseris censurā:ergo ut ꝯn̄s esse,si censores creen-
tur,Appiū censorem fore,quod ex eo forte argumētatur Cic.
ꝙ nouit Appiū id maximopere contendere,aut quia q anno
p̄terito prouinciam laudabilr̄ rexerit , censuram ferè adeptus
sit:ita ut debes ne à maioribus tuis p̄cipue ab Appio Cęco de
gn̄es,& potes,qa uir prudens,ego uideo id futuꝶ summo prę
sidio,nō solum tibi:sed sup.ēt omnibus tuis.Sunt qui legant
summo te p̄sidio,ut sit:Video te futuꝶ summo præsidio , &c.
sed decentius dr̄ quæsturam laudabilr̄ gessisse , futuꝶ Appio
præsidio,q̄ ip̄m Appium sibi.Pugna.i. quasi pugnando con
tende,& enitere illud: uidelicet neqd tp̄is prorogetur nobis
.s.in ꝓuincia,ut cum satis fecerimus tibi hic,ubi nunc sumus,
possimus nauare.i.grauiter exercere , nr̄am beneuolētiam in
te quoq;.i.ēt istic.s.Romæ,ubi tu es. Ex hoc loco potuit Val
la facile agnoscere,quod de hic,& istic p̄cipit. Et quæ tu scri-
bis ad me de studijs oium hoium,atq; ordinum erga te, acci
derunt mihi minime miranda,qa miramur qm̄ causam igno
ramus,aut quæ tā magna sunt,ut uix agnoscamus, aut tā bo
na,ut imitemur,& acciderunt maxime iucunda, & eadē sunt
perscripta ad me à familiaribus meis. Itaq; capio magnā uo-
luptatem,cum.s.ita sit,ꝙ capiam uoluptatē ea tribui,quæ de
beātur tibi cuius amicitia est mihi nō solum ampla.i.honori
fica,sed ēt iucunda.tum uero.i.tunc magis uerum est, ꝙ uo-
luptatē capiam,studia.s.hoium,remanere ēt nunc q.d.in per
ditissimus tꝑibus, in ciuitate nr̄a, erga fortes & industrios.i.
solertes uiros,ꝓpè.i.quasi,consensu oium quę merces.s.ꝙ stu
dia hoium ferè sint erga fortes & industrios:est tributa semꝑ
mihi ipsi,una.i.sola,laboꝶ & vigiliaꝶ meaꝶ.Vero.i.sed,illud
accidit mihi permiꝶ.i.ualde miꝶ , tantā temeritatem fuisse in
eo adulescente,cuius salutem.i.uitā ego defendi summa con-
tētione in duobus iudicijs capitis.i.in qbus agebatur de peri
culo capitis eius,uidelicet Vatinij , ut ipse obliuisceretur tuis
inimicitijs suscipiēdis.i.dū tuas inimicitias suscipet , patroni
.i.ꝓtectoris oium fortunaꝶ & rōnum,uidelicet mei q.d.Cic.
si ad me respexisset,cū sciret me tibi summū esse amicū,non su
scepisset tecū inimicitias,p̄sertim cum tu redūdares oībus uel
ornamētis,uel p̄sidijs,& sup.multa deessent illi,ut dicā leuissi
me.i.minime grauiter in eū,qa si ueꝶ uellet aperte dicere,di-
ceret illi oīa deesse. Cuius.s.adulescētis,utpote Vatinij sermo
stultus & puerilis erat iā antea ꝑscriptus ad me à M.Cœlio fa
miliari nr̄o , de quo itē sermone multa scripta sunt abs te.i.à
te,sed abs uenuste p̄ponitur q,& t.Ego aūt sup. si Romæ fuis
sem citius diremisse.i.soluisse & dirupisse, ueterē ꝯiunctionē
cū eo,q suscepisset tuas inimicitias,citius inq̄.q̄ ꝯciliasse nouā
.s.cū eo,si nō fuisset ꝯiūctus.neq;.n.debes dubitare de studio
meo erga te,neq; id.s.studiū meū in te est obscuꝶ cuiq̄ in pro
uincia,nec fuit.s.cū illic essem,obscuꝶ cuiq̄ Romæ.Sed tn̄ su-

ſpicio quędã ſignatur tuis lĩis,& dubitatio tua,de qua tp̃s eſt
alienũ.i.importunum, expoſtulãdi tecum.i.arguendi te iniu
riarũ,quod inique luſpiceris,ac dubites:tp̃s aũt purgandi mei
.i.ut me purgẽ,eſt neceſſarium.Nam q̃ obiecit,uera nõ erant.
Vnde dicit. Enim.i.q̃a,ubi fui ego impedimẽto cuiq̃ legatio
ni,quo minus.i.ut nõ mitteretur Romã ad tuam laudẽ? Aut
ſi ego odiſſem te palã,in quo potui minus facere,q̃ obeſſet.i.
noceret tibi ſi eſſem tã magis aperte inimicus? quod ſi eſsẽ ea
perfidia,qua ſunt ij,q̃ conferunt hæc in nos,tñ ego certe non
fuiſſem ea ſtultitia,ut aut oſtenderẽ in odio obſcuro, ſi obſcu
re te odiſſem,inimicitias apertas, aut oſtenderẽ ſummã uolũ
tatem nocendi,ſup.in eo,in quo nihil nocerẽ tibi,ut in impe
diẽda legatione.Ad me & cetera.Memini,hoc uerbũ,ut dixi,
p̃ſte gaudet.i.memoriam teneo quoſdam adire.i.q̃ quidam
adirent me q̃ dicerẽt nimis magnos ſumptus decerni.i.decre
to p̃torio.attribui legatis.ſ. Romã mittendis q̃bus ego nõ tã
impaui.i.iuſſi auctoritate imperatoria,q̃.i.quantũ , cenſui.i.
p̃baui & iudicaui tanq̃ ꝯſilij dator,ſumptus decernẽdos quã
maxime.ſ.fieri poſſet, aut proxime ad legẽ Corn.i.ſ̃m legem
Corneliã,quæ diffinierat ſumptus legatis decernẽdos. Atque
me nõ perſeueraſſe.i.p̃manſiſſe,in eo ipſo.ſ.iudicio,aut ꝯſilio
meo, teſtes ſunt rõnes.i.ſupputationes ciuitatũ , in quibus.ſ.
rõnibus,quæq̃ ciuitas indixit.i.inſcripſit ſup.tñ quantũ uo
luit gratũ ſup.eſſe legatis,nõ quantũ lex Corn.uelit.Aũt pro
ſed , q̃bus.i.qualibus mẽdacijs hoies leuiſſimi.i.uaniſſimi,o-
nerarũt te:uidelicet ſumptus legatorũ nõ modo.i.non ſolum
ſublatos.i.ſubductos & imunitos,ſed ẽt repetitos, & ablatos
à p̃curatoribus eorũ,q̃ iam profecti eſſent.i.diſceſſiſſent,& eã
cauſam fuiſſe multis oĩno non eũdi? Quererer tecũ.i.de te, at
que expoſtolarẽ tecũ.i. agerẽ de iniurijs niſi ut ſupra ſcripſi,
nollẽ purgare me tibi hoc tp̃e tuo.ſ.aduerſo,& periculoſo,cũ
potius iuuandus ab amico,q̃ accuſandus ſis,q̃ accuſare te,&
niſi putarẽ id.ſ.ut me purgẽ,eſſe rectius,q̃ ut te accuſem. Ita-
que nihil ſup.dicã de te,q̃ credideris.ſ.nõ credenda de me,et
ſup.dicã pauca,quamobrẽ nõ debueris credere.ſ.talia de me.
Nã ſi tu habes perſpectũ.i.euidẽter cognitũ et exploratum in
maximis rebus,me:ſup.uirũ bonũ,et dignũ ijs ſtudijs & ea do
ctrina,cui dedi,aut dedidi.i.addixi me à pueritia,ſit: ſup.per
ſpectũ habes me eſſe uirũ ſatis magni animi,& nõ minimi ꝯſi
lij in maximis reb⁹, quod ſupiori quadrat,uidelicet particulę
p̃ſpectũ,tu nihil debes agnoſcere in me,nõ modo.i.non ſolũ
p̃fidioſum.i.plenũ perfidiæ,& inſidioſum,& fallax in amici-
tia,ſed ne quidẽ.i.nõ ſaltẽ humile.i.uile,& abiectũ.Nunq̃.n.
humile laudatur à ueterib.aut ieiunũ.i.timide & diſſimulanẽ
dictũ,aut factũ,ut uiri minus ĩtegri ſolẽt.Sin aũt.i.ſed ſi libet
.ſ.tibi fingere,nõ.n.id uere dicere poſſet,me ſup.uirũ ẽt aſtutũ
.i.uerſipellẽ,& p̃niciose callidũ,& occultũ.i.tectũ & fraudulẽ
tẽ,q̃d eſt q̃ minus poſſet cadere in nãm hmõi.ſ.tam aſtutã &
duplicẽ,q̃,aut aſpernari beneuolentiã hoĩs florentiſſimi, q̃lis
erat Appius,aut oppugnare in p̃uincia exiſtimationem.i.au
ctoritatẽ,aut ęſtimationẽ.i.famã eius cuius laudẽ defenderis
domi aut oñdere alum inimicũ in ea re,in qua nihil.i.i nullo
obſis.i.noceas? Id Cic.callide nõ ſemel aſſerit,ut ſaltẽ id credi
diſſe putetur,nã Appius credidit plurimũ obſuiſſe;ſi.n.legati
ĩp̃m laudaturi Romã ueniſſẽt forte ambit⁹ accuſatus nõ fuiſ-
ſet.Aut eligere id ad p̃fidiã.ſ.exercendã; quod ſit aptiſſimũ ,
aut potius aptiſſimũ ad iudicandũ.i.p̃dendũ odiũ. latens.ſ.
prius in aĩo,& ſup.leuiſſimũ.i.minimi momẽti & ualoris ad
nocendũ? Aũt.i.ſed q̃d erat,cur.i. quãobrẽ ego eſſem tam im
placabilis in te?cũ cognouiſſẽ ex fratre meo.ſ.Q. Cicerone ;
te ne quidẽ.i.nõ ſaltẽ tunc fuiſſe inimicũ mihi,cũ eſſet tibi,p-
pẽ.i.quaſi neceſſe agere eas partes.ſ.inimici,hoc eſt cũ agerẽ
reũ P.Clodiũ p̃pinquũ tuũ, nã hic Appius dictus eſt Clodi⁹,
cognomẽto Pulcher.Cũ uero uterq̃ nr̃m expetiſſet reditũ in
g̃ram.i.reconciliationẽ:q̃d egiſti mecũ modeſtius dicit, q̃ q̃d
petiſti à me in ꝯſulatu tuo.i.cũ ꝯſul eſſes fruſtra.i.ſiue obten-
tione eius,q̃d uoluiſſes me facere,aut ſentire?q.d.nihil . Q̃d
mãdaſti mihi cũ p̃ſequerer.i.honorifice ſequerer te, Puteolis
.i.cũ eſſemus Puteolis urbe Italiæ,in quo ego non uicerim.i.
ſupauerim diligẽtia mea expectationẽ tuã q.d.nihil q̃d ſit.i.
ſup.hoĩs aſtuti,maxime referre oĩa ad utilitatẽ ſuã,q̃d tãdem
erat mihi utilius,q̃d aptius cõmodis meis,q̃ ꝯiũctio hoĩs no
biliſſimi,atq̃ honoratiſſimi,c⁹ opes,igeniũ,liberi,affines , p-
pinq̃,poſſẽt eſſe mihi magno,uel ornamẽto,uel p̃ſidio? q.d.

nihil.Quæ tñ oĩa ego ſecutus ſum in expetẽda amicitia tua,
nõ aſtutia quadã.i.malitioſa calliditate,ſed poti⁹ ſapia.Quid
illa uincula.ſ.neceſſitudinis, q̃bus ego aſtringor libẽtiſſime,
q̃ta ſunt?q.d.maxima nimirũ,uidelicet,ſiĩtudo ſtudiorũ,ſua-
uitas ꝯſuetudinis,delectatio uitæ,atq̃ uictus.i.ꝯiũctus, ſocie
tas ſermonis lr̃ę interiores.i.ſecretiores.ut de re augurali,aut
alia quis arcana,atq̃ hęc domeſtica.ſ.negocia? Quid tãdem
ſup.ſunt dicẽda aut cẽlenda,illa pp̃laria.i.pp̃lo nota, & plau
ſibilia,uidelicet redit⁹ i g̃ram.i.recõciliatio nr̃a.illuſtris.i.cla
ra & p̃ſpicua oĩbus.in quo.ſ.reditu,ne q̃dẽ.i.non ẽt aut ſaltẽ,
põt errari.ſ.ab aliquo.i.error aliq̃s cõmitti p imprudentiã.ſ.
licet eſſet p imprudẽtiã,& nõ p malitiã,ſine ſuſpicione p̃fidię
q̃a ſiq̃d peccetur poſt recõciliationẽ,licet p ignorantiã factũ
fuerit,putabitur p p̃fidiã factũ:itẽ collegiũ.i.cõpar munus et
ſocietas ſacerdotũ ampliſſimi.ſ.auguralis,in quo.ſ.collegio ,
nõ modo.i.non ſolũ,fas nõ erat apud maiores nr̃os amicitiã
uiolari.i.ut uiolet,ſed ne q̃dẽ.i.nõ ſaltẽ,aut non ẽt licebat,o-
ptari.i.eligi ſacerdotẽ,q̃ eſſet inimicus cuiq̃ ex collegio.Notũ
eſt elegãter iter ne,& q̃dẽ id poni,cui q̃d ꝯuenire maxime uĩ,
& tñ nõ ꝯuenit,ut ne Deus q̃dẽ facta infecta facere põt,ne o-
ptare q̃dẽ licebat &c.hac aũt Cic.frequẽter,& elegãter utitur.
Quę.i.popularia,aut neceſſitudinũ uincula,ut omittã tã mul
ta,Atq̃ tãta.i.tã magna.ſ.alia. Quis unq̃ fecit,aut facere po-
tuit,aut debuit unq̃ tãti quẽquã,q̃ti ſup.feci Cn.Põp.ſocerũ.i.
patrẽ mariti filiæ tuæ.Etenim ſi merita ualẽt.i.ad aliquẽ ma-
gni faciẽdũ,ut certe ualere debẽt: Ego puto patriã qua dona
tus erat,libertos,ſalutẽ,dignitatẽ memetip̃m reſtitutũ mihi p
illũ. Si iucũditas ꝯſuetudinis ſup.ualet ad hoc,q̃ amicitia ꝯſu
lariũ ſup.uirorũ.i.eorũ,q̃ aliq̃ñ ꝯſulatũ geſſerũt,fuit unq̃ i nr̃a
.i.Romana ciuitate ꝯiũctior,q̃.ſ.nr̃a.i.mea,& Põpeij?q.d.nul
la.Si ulla ſigna amoris atq̃ officij,repete ualẽt ad hoc, Quid
ille.ſ.Põp.non cõmiſit.i.credidit,ac mãdauit mihi?q.d.nihil
& ita oĩa cõmiſit:q̃d nõ cõicauit mecũ?q.d.ẽt nihil,& ita oĩa
cõicauit mecũ.Quid maluit agi p quenq̃ aliũ.ſ.q̃ p me,de ſe
in ſenatu cũ ipſe abeſſet?q.d.nihil p quencunq̃.In q̃bus reb.
ille.ſ.Põp.nõ uoluit me ornatũ ampliſſime? q.d.in nullis nõ
uoluit,et ita oĩbus uoluit.Legi põt ſine negatione in eadẽ tñ
ſnia ſic.In q̃bus rebus ille uoluit me ornatũ ampliſſime. q.d.
in oĩbus.Et ſic quadrat cũ ſequẽti particula,priore modo quẽ
magis ſequor cũ p̃cedentibus. Deniq̃.i.ut ſimul multa dicã ;
ac tãdẽ ꝯcludã,qua felicitate?q.d.maxima: q̃ humanitate.i.
mãſuetudine , ille tulit.i.paſſus eſt ꝯtẽtionẽ meã pro Mil.ad-
uerſantem interdũ actionibus ſuis ? q.d.ẽt maxima.Põpeius
aũt, pp affinitatem cũ Clodianis interdũ pro Clodio egerat ?
Quo ſtudio.i.qua diligẽtia,ſup.Põp.,p̃uidit.i.p̃ſpexit & ca-
uit,ne qua inuidia.i.moleſtia illius tp̃is,attingeret me: cũ te-
xit.i.p̃texit me,ꝯſilio.ſ.ſuo,cũ texit me auctoritate.ſ.ſua,deni
que cũ texit me armis ſup.ſuis:nõ eſt igr̃ ordo,texit cũ armis
ſuis,ſed cũ.i.q̃ñ.pro quo ẽt quũ ſcribitur,texis armis ſuis &c.
q.d.maximo nimirũ ſtudio.Quibus quidẽ tp̃ibus.ſ.pp factio
nes multorũ periculoſas,hæc.i.hmõi grauitas, & hæc altitu-
do animi fuit i eo,nõ modo ut nõ crederet de me alicui Phry
gi,aut Lycaoni.i.nato in Phrygia,aut Lycaonia quod tu fe-
ciſti in legatis.ſ.quos illi credidiſti à me p̃hibitos.ſane Phry
gia,& Lycaonia regiones ſunt Aſiæ,& plurimæ urbes,in qui
bus ſe Cic.egiſſe in ſupiorib⁹ cõmemorauit,ſunt Phrygię, ſed
nec q̃dẽ,quod tñ magis debuiſſet,credidit maleuolis ſermoni
bus holum ſummorũ de me.Priuſq̃ cetera p̃ſequar,aperiẽdus
eſt mihi locus de uſu negationũ: nã cũ Laurẽtius Valla argu
tiſſime doceat has particulas nõ ſolũ,non tñ affirmatiuã cõ-
ſtituere orõnem,niſi altera ſubdit̃ negatio,dũ.n.dico,nõ mõ
te diligo ſed ẽt amo,nõ nego me diligere te,ſed tñ diligere,et
ita negatio nõ cadit i uerbũ,ſed i particulã reſtrictiuã. Guliel
mus tñ Budęus uir acutiſſimo igenio,& multa exercitatione
p̃ditus,quãplurimis exẽplis p̃bat ſummos uiros dictis ꝑticu
lis tanq̃ negatiuis uſos,ut uidere eſt i annotationib.Pãdecta
rũ.id aũt mirũ eſt aut Vallã nõ aiaduertiſſet, aut illos cõmiſiſ
ſe,niſi dicam⁹ Vallã putaſſe errore impitorũ librariorũ negatio
nẽ ſublatã, q̃ tñ repetẽda nõ eſt,ubi p̃ncipali ũbo negatio p̃p
ponit̃,ut hoc loco,ſed ne ſummorũ q̃dẽ,tũc.n.negatio p utra-
que clauſula agere cẽſebit̃:quapp cũ repetij,& putẽ ſic loq̃ po-
tuiſſe ſi uoluiſſet,nõ modo,ut Phrygi alicui aut Lycaoni etc.
Phryges ãt & Lycaones,ut Cretes,& ceteri ferę Gręci mẽdaces
ſunt unde Gręca fide mercari apud comicos eſt p̃ſti pecunia

Græcis

Græcis.n.pp mendacia & pfidiam non creditur. Igitur.i.ut ad rem redeā,filius huius Pōpeij,cui tñ tribuo,cum sit gener tuus.i.maritus filiæ tuę,cumq; intelligam,q̃.i.quantū carus, quamq;.i.& quantū iucundus sis Cn.Pompeio pter hanc cō iunctionem affinitatis,quia filius eius tibi gener est, quo tan dem aio debeo esse in te pſertim cū is .s. Pompeius miserit ad me eas.i.hmōi lr̃as,quibus.i.cuiusmodi, ēt si essem hostis tibi,cui sum amicissimus,tñ.i.nihilominus placarer .i. fierē amicus & tranqllo in eum aio,& ꝯuerterē me totum ad uolūtatē,& nutum.i.signū uoluntatis eius.i.talis uiri meriti,ita.i. talr de me.sed hæc sup.scripta sunt hactenus .i. in hanc usq; partē,& hunc locū aut hoc tp̄s.Sunt.n.scripta fortasse pluribus uerbis,q̃ fuit necesse. Nunc.i.deinceps cognosce ea,quæ sint pfecta.i.consummata à me. Quæq;.i.& ea,q̃ sint instituta.i.incepta.Atq; nos agimus,& agemus hęc magis ꝓ dignitate.s.tua.i.ut nihil detrahatur de dignitate tua, q̃ ꝓ piculo tuo.i.ut euites piculū salutis tuæ,qđ nullū putamus tibi impendere,eñ pro qa,nos audiemus ꝓpediem.i.statim,qa ꝓpē est dies(ut spero)te censorē,cuius.s.censuræ,magr̃atus.i.magistralis honoris & ptātis, officia,quæ sunt maximi ai, ne .s. formidet potentes notare,& summi ꝯsilij, ne in meritos notet,ego censeo esse cogitanda tibi.i. à te diligentius.i.maiore opa,& accuratius.i.maiore cura,q̃ hęc q̃ nos agimus de te.i. ut accusationē ambitus expugnes,aut q̃ hæc,q̃ nos in ꝓuincia agimus .i. disputamus,de te, de qbus supra ꝯquestus erat qđ nō amice agerētur à Cic.Cēsor dr̃ arbiter moꝝ & reꝝ, qa officij erat mores taxare,& ab ordine pristino si meruerint amouere,& ornamenta,ut equos & phaleras adimere. ṕterea quantū aliqs licet possideret æstimare,& ꝓ eo cēsum iponere.

PAVLVS MANVT.

SI clā, magis apte inimicus esse) Cū antea legeretur, sic iā magis apte inimic⁹ essem:Petrus Danesius Parrisiēsis,uir doctrinę singularis,cuius ego iudiciū tāti facio,ut tū de mū aliqd ꝓbē,cū ipsi ꝓbaui,aiaduertit,corruptū esse locū, & sniam secutus,nihil adiunātib.uetustis libris, ex ingenio felicissime correxit. { Ad me aūt adire quosdā memini,nimiꝝ ex Epicteto,q dicerēt) Licet alij credāt,qđ lubet.ego tres illas dictiones,nimiꝝ ex Epicteto,Ciceronis esse nō existimo, neque hactenus in uetustis libris inueni,q̃ q̃ & multos,et uetustissimos inspexerim. { Quæ à me pfecta,quæq; instituta sint,cognosce) Alij,q̃ à me ꝓfecta.placet,pfecta ꝯsentiētib. antiqs libris: ut hoc dicat, exponere se uelle non solum q̃ pro Appio iam pfecerit,sed etiam quæ instituerit. exposuit autē,opinor, in commentario, quem literis adscriptum mittebat.

ARGVMENTVM.

PRimum dicit Cicero sibi gratissimum,iucundissimumq; fuisse, quod ex literis Appij intellexit, quod tamen antea ex nuncijs & fama cognouerat, cū absolutū esse maiestatis,hoc est criminis ambitus: cuius, vt supra vidimus, fuerat accusatus: & eo magis se esse lætatum, quod intellexit cū ab vniuersa Rep. esse defensum: & quod Pōpeij & Bruti singularem fidē, & beneuolentiam laudauit. Deinde alteris eius literis respōdens significat gratissimum quoque sibi fuisse,quod Appius formam Resp. ad se misisset epistola sua expressam, vt facile potuerit cognoscere quo in statu esset Resp. & quo animo esset Appius erga eam. postea vero dicit se in tantis negocijs nō expectare libros augurales,quos promiserat, sed orationes eius expetere. Demum purgat,quod stomachosas visus erat scripsisse literas.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Principium est, gratulatorium, quod accusatione aduersariorum non succubuerit, Deinde laudat Appium, & confirmat,quod bene de rep. senserat, & erga eam optime sit affectus. postremo veniam petit, si forte quid stomacho maiore ad Appium scripserit.

M. CICERO IMP. APPIO PVLCHRO, VT SPERO, CES. S. D.

ostendit:cum hæc scriberet:eum creatum esse censorem. Quã pro re censoriam dignitatem hic aliquantulũ uideamus. Censores eodem rogabantur auspicio, quo etiam consules: atque prætores: & magistri morum dicebantur: censui & morib⁹ regendis castigandisq; lustrisq; condendis præerant: quibus sub quinquennio tota ciuitas cum supplicijs publicis lustra-batur, præcedebatq; censoris scriba, & seculare carmen decan-tabat.ut dij remp. in annos redderent meliores, quotq; Ro-mani ciues in illo lustro fuissent censebantur: quod primo Seruius Tullius instituit, cum omnem exercitum perfecto cẽ-su, sue, tauris tribus lustrauit, quo quidem lustr. M. L X X X. ciuium censa dñr: qui arma ferre possent: hinc quinq; anno-rum spatium lustrum appellatum, quod Olympias græce dr. Duo tñ censores erant: ad quorum censionem .i. iudicium to-ta ciuitas censeretur. Est .n. censere iudicare, arbitrari, & in-terdum suadere: & decernere: unde censores nominati. Ve-quid proprie fuerit cẽsoris officium, Liu. 24. lib. docet his uer-bis. Censores uacui ab operum locandorum cura pp inopiã ærarij, ad mores hominum regendos animaduertunt: casti-gandaq; uita, quæ uelut diutius morbis ægra corpora ex se gignunt. Nata bello erant: & quenq; à magistratu senatuq; abdicare poterant: si eo indignus uideretur. Quod ex Cato-ne maiore censorio. T. Flaminij frater expertus est, ex senatu eiectus, qui exhortatione meretricis quempiam reum securi feriri iussit & inde mortui censoris loco alius subrogari non poterat. Is aũt primum in urbe magistratus institutus est à se-natu: cum nulla per multos annos ciuium censura, nullum in urbe lustrum factum fuisset, ut inuenirentur: qui huic rei gerundæ præessent, duo tñ censores creati sunt, Papyrius: & Sempronius, Gegaino Maretino & T. Quinto Capitolino Coss. per quinquennium id munus duraret: institutum est, quod tandem Mamertius Æmylius dictator ad annum redegit. In lio Virg. & M. Appio Coss. {Quasi diu.) tanquam prænoscẽ-rem, & præulderem, est autem id artificiose dictum à Cicero-ne: quo uult latenter intelligi Appium non tam beneficia in Ciceronem & eius familiam præstitisse, ꝙ reddidisse. Et est sen-sus. Cum in te aliqñ beneficia conferebam: quasi diuinabam quod necesse esset aliqñ mihi, itidem in me faceres: quod ego ĩn te feci & ipsa abs te beneficia acciperem. Sed dicit Appium longe maiora ac plura, ꝙ acceperat, reddidisse. Diuina re pro-prie est uera dicere de futuro: unde prouerbium esse ueteres uoluerunt, diuinare sapientem. {Tali in off.) defendendi ho-noris. {Fore exp.) flagitandum, omnes Ciceronis eplæ: quas ipse legerim sic hñt: sed fore eum participio futuri tpis iungi non satis dicam: licet quidam posuerint, ut ante diximus. {Inseruiebam) studium meum pbebam. Seruimus dominis, inseruimus amicis. illud .n. coacti facimus: hoc uero uolunta te & beneuolentia. {Dicam tñ) hoc adduxit, ne Appio expro-brasse beneficia uideretur. {Plus) laus à gratitudine. {Oratio nis) quam in senatu egit Appius in tutando honore Cicer. {Sententia) bene de me sentiendo. {Contentus) nil ultra req-rendo. {Domum) nunc ipsum domicilium, & tam quartæ, ꝙ secundæ inflexionis est, sed quartę parietes, secundæ locum, quem quis tenet in domo significat. {Conueniendis) dando consilium pro me ipso. {Nullum onus officij cuiquam reli-quum fecisse) quod nihil omnino reliquerit alijs faciendum, quod ad honorem, & cõmodum Ciceronis pertineret, qd.n. faciendum erat: ipse solus Appius diligenter obiuit: & sic di-ctum est reliquum fecisse pro reliquisse, ut sæpissime apud Te rent. missum facere pro dimittere. {Hæc) .s. quæ tu mihi præ-stitisti, & meis. {Ampliora) pluris facienda. {Quam illa ipsa) .s. honores mei. {Hæc) .s. quæ tu mihi & meis præstitisti. {In signia) honores & dignitates, & est exornatio sententiæ & ra-tio superioris propositionis. {Sine uirtute) ut M. Ter. Varro, qui sine uirtute uirtutis insignia, hoc est consulatum, quem cum Paulo Æmilio gessit consecutus est. {Talium uiro) qua-lem te ipsum esse cognosco. {Sola uirtus) qm uirtute prædıti non nisi cum præditis uirtute conueniunt. {Itaq; mihi ppo-no fructum amicitiæ nræ ipsam amicitiam) hoc est ꝙ pluris facio ipsam amicitiam, ꝙ illud quod à te cõsecutus sum & fru ctum qui ex ipsa amicitia nascitur, & ipsam amicitiam oibus fructibus anteferendam puto. Non .n. pp utilitatem amici es se debemus, sed pp ipsam amicitiam: per se .n. ipsam colẽda est amicitia, non pp aliud. {Vberius) qm etsi innumerabiles fru-

Censores. Lustrum. Olympias. Censere. Diuinare Prouerb. uetus. Seruio Inseruio.

ctus ex ea nascuntur: tñ non pp illud colitur amicitia. {Nam tibi) aperit uim amicitiæ. {Rep.) duobus constat, publico & priuato. {Profiteor) quasi polliceor, atq; demonstro. Idẽ Cris-pus. Idẽ uelle, atq; idẽ nolle ea demũ firma amicitia est. {In quot.) uita ꝯiunctum in re priuata. Vterq; siſibus studijs & moribus tenebatur. Amicus .n. mihi aliquis esse non pōt, nisi mei siſis existat. Est .n. amicus, ut ante diximus, qui mihi usu uitæ siſis: pio ac fideli amore ꝯiungitur. {Quæ col.) oratoria & pħica studia. Est .n. studium ad aliquam rem assidua, & uehemens animi cum magna uoluptate occupatio. {Ves-lim) pp Dolabellam id dicere uř: quem sciebat ab Appio nõ amari. {Tanti f.) existimare. {Qđ tñ ipm) .s. ꝙ tu tanti meos facere possis: quanti ego tuos facio. {Nihil ad te) .q.d. parum refert, an Dolabella te amet, aut non amet: cum tibi pax eius amicitia prodesse & pax inimicitiæ obesse possint. {Onus n.) ad ipm attinet, ꝙ rogo illum abs te ob amorem nrm non ex-pellas. {Habeas) tibi ꝑsuadeas. {Renouata) facta affinitate cũ Dolabella, ꝙ gener meus est factus. {Quam gcꝗ esse d.) licet Dolabellam nõ ames, non tñ diminutum est aliqd de amore meo erga te. {Eo b.) ꝙ .s. te censorẽ esse sperabã, ne caderem in censoriam notã, cũ censor fit mores hoium iudicare: ne si lõs gior extitisset epla accusatione digna uideretur, nã uel leuissi ma ex cã censores nota afficere solebãt hoies. unde eqtem R. nõ nimis comptum, & nitidũ, & equum macilentũ hñtem à censoribus interrogatũ: cur ipse tã splendidus & equus tam macilentus esset, rñdentẽ: qm ego me ipm curo, equum uerõ Statius meus, ignominia affecerunt. {Aduersus) .p apud Ter. Et id gratũ fuisse aduersum te habeo ğrãm dř. n. & aduersus & aduersum. {Magim mo) censorem. Est .n. mos tam bñ ꝙ male uiuendi consuetudo: significat interdum similitudinẽ, ut in morẽ apri genuinum fregit. Magistri ideo appellati, ꝙ magis ꝙ cæteri oẽs possint, unde magistus ꝙ per impia potẽ tiores sunt. Antiq magistrare pro regere & moderari dicebat.

Studium.

Qvasi diuinarẽ, Grãs quodãmodo agit Appio, ꝙ se abs̃te plurima i familiã suã bñficia ꝯtulerat, quocirca ꝓfitetur se cũ Appio in oib. conatux annixuꝶ; ut Dolabellam i cões partes trahat. Et demũ dicit se sperare Appiũ Censorẽ esse, uñ epist. tota bñuolẽtiæ significatiua est. Ordo aũt est. Ego inseruie bã honori tuo, cũ agebatur .i. disceptabatur de reb. tuis gestis .s. in ꝓuincia, sic qsi diuinarẽ studiũ tuũ fore aliqñ expetẽdũ mihi i tali .i. ꝯsili offõ, ubi fore cũ futuro uř adhærere. Sed, tu reddidisti plus ꝙ accepas .s. bñficij. Quis .n. nõ pscripsit q.d. nemo, hoc est unusꝗsꝗ pscripsit ad me, te nullũ onꝰ officij reli-cisse cuiꝗ reliquũ .i. religsse cuiꝗ faciẽdũ, cũ tu uniuersum fol⁹ obires, nã solũ auctoritate oronis & snia. gbus erã .i. fuissẽ, ut in Ser. decies cẽtena dedisses: Nil erat .i. fuisset in loculis. Vir. l Geor. Laurus erat ꝓ esset. ꝯtẽtus .i. tali .i. tã excellẽti uiro, sed et opa, ꝯsilio, ueniẽdo domũ .s. meã, & sup. ꝯueniẽdis in uisitãdis colloquẽdi gra, meis .s. familiarib. Hæc .s. officia tua sunt .i. re-putãtur aut æstimãtur, mihi ampliora multo, ꝙ illa ipsa .s. sup plicationes [illegible]ꝓphos, pp ꝙ laboratur .i. cũ labore fiũt. em p ga, multi [illegible] sunt isignia uirtutis, ut honores seu magi stratus, & tr[illegible] Sine uirtute, ga alij ul, alij malis artib. alij fortuna, se[illegible] a uirtus põt asseq tãta studia taliũ uiroꝶ, accurate lo[illegible] magni uiri interdũ indignis leula studia impẽdũt, & [illegible] udia interdũ ꝑferũtur. sed nõ à talib. uiris. Itaq; ego ꝓpono .s. ꝯstituo mihi fructũ .i. ultimũ finẽ expetẽ-dæ amicitiæ, ipsam amicitiã .i. nihil ampli⁹ peto in amicitia ꝙ ipsam amicitiã, ꝙ .s. amicitia nihil est uberius .i. abũdãtius ꝑser-tim in ijs studijs .s. auguralis & legalis sciæ, gbus uterq; nrm deuinctus .i. obligaꝰ est. Nã ego ꝓfiteor me tibi, &c .i. sı̃ sociũ in rep. de ꝙ sentimus, & ꝯiunctũ sup. fore in uita quotidiana, cũ ijs artib. & studijs ꝙ colim⁹. Ego uelim fortuna tulisset ita ut tu posiis facere oẽs meos tãti quãti ego facio oẽs tuos. h.d. pp Dolabellã gñum suũ Appio inimicũ qđ ipm .s. te posse oẽs meos tãti facere, tñ .i. nihilominus nõ despero .s. aliqñ fore ne scio ꝙ diuinatione .i. quo psagio al. Sed hoc nihil ad te sup. ꝑ tinet, onꝰ hoc est nrm .i. nobis id curãdũ est ut ita fiat. Velim sup. ut hẽas .i. certũ teneas, illud .s. qđ iã dicã, uidelicet ꝙ intel liges, hac rẽ nouata, potius aliqd additũ, ꝙ detractũ esse ad meũ studiũ erga te, cui .s. studio, nihil uidebaꝰ posse addi. Ego sperabã cũ scribebã hæc, te iã esse cẽsorẽ, eo .i. & ꝑpea hæc epist. est breuior, & modestior .i. tẽperatior i uer bis, ut .s. eẽ debet, aduersus .i. erga magim morũ, hoc ẽ cẽsorẽ.

ASCEN.

M. TVLLII

M. TVLLII CICERONIS

EPISTOLARVM AD SVLPICIVM, ET ALIOS,

LIBER QVARTVS.

ARGVMENTVM.

REVERSVS *Cicero è prouincia, offendit motus ciuilis belli inter Caesarem & Pompeium: qui vtriusque amicos concilians sibi, Pompeium mitigare satagebat vt compositis rebus triumpharet: qua spe deposita, in Campanum agrum secessit, raroq; in vrbem redijt: cum incertus esset vtrius partes sequeretur. Nam Pompeij opes in meliore causa fractas videbat, Caesaris in minus iusta florentes. Quocirca tandem a Rep. & Pompeio contra Caesarem stetit, ei manifeste significans nihil sibi Rep. charius. Itaque cum abesset ab vrbe, scripsit ad eum Trebatius, Seruium desiderare eũ, vt de Reip. cõmodis inter se agerent: cui respondens nunc Cicero, innuit id sero futurum, se facturum tamen, vbi Seruio conuenire videbitur.*

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Suasoria est epistola, vt Seruius omnem curam iuuandae Reip. deponat.

M. CICERO SER. SVLPICIO S. D. 1

CAIVS TREBATIVS, familiaris meus, ad me scripsit, te ex se quaesisse, quibus in locis essem; molesteque ferre, quòd me propter valetudinem tuam, cum ad vrbem accessissem, non vidisses; et hoc tempore velle te mecum, si propius accessissem, de officio vtriusque nostrum communicare. Vtinam Serui saluis rebus (sic enim est dicendum) colloqui potuissemus inter nos. profecto aliquid opis occidenti reip. tulissemus. cognoram enim iam absens, te haec mala multo ante * prouidentem, defensorem pacis & in consulatu tuo, & post consulatum fuisse. ego autem, cum consilium tuum probarem, & idem ipse sentirem, nihil proficiebam. sero enim veneram: solus eram: rudis esse videbar in causa: incideram in hominum pugnandi cupidorum insanias. nunc, quoniam nihil iam videmur posse opitulari reip. si quid est, in quo nobismet ipsis consulere possimus, non vt aliquid ex pristino statu nostro retineamus, sed vt quàm honestissime lugeamus: nemo est omnium, qui cum potius mihi, quàm tecum, communicandum putem. nec enim clarissimorum virorum, quorum similes esse debemus, exempla, neque doctissimorum, quos semper coluisti, praecepta te fugiunt. atque ipse antea ad te scripsissem, te frustra in senatum, siue potius in conuentum senatorum esse venturum, ni veritus essem, ne eius animum offenderem, qui a me, vt te imitarer, petebat. cui quidem ego, cum me rogaret vt adessem in senatu, eadem oĩa, quae a te de pace, & de Hispanijs dicta sunt, ostendi me esse dicturum. rem vides, quo modo se habeat; orbem terrarũ, imperijs distributis, ardere bello; vrbem sine legibus, sine iudicijs, sine iure, sine fide, relictam direptioni, & incendijs. itaque mihi venire in mentem nihil potest, non modo quod sperem, sed vix iam quod audeam optare. sin autem tibi, homini prudentissimo, videtur vtile esse, nos colloqui: quamquam longius etiam cogitabam ab vrbe discedere, cuius iam etiam nomen inuitus audio; tamen propius accedam. Trebatio mandaui, * si quid tu eum velles ad me mittere, ne recusaret: idque vt facias, velim: aut, si quem tuorum fidelium voles, ad me mittas: ne aut tibi exire ex vrbe necesse sit, aut mihi accedere. ego tibi tantum tribuo, * quantum mihi fortasse arrogo: vt exploratum habeam, quidquid nos communi sententia statuerimus, id omnes homines probaturos. Vale.

* alias ꝓuidētē.
* alias siquidē.
* alias tãtum.

HVBER.

CAIVS Trebatius,) Reuersus Cic. Romam ex Cilicia: ubi cũ maxima laude prouinciã gesserat, cum offendisset ciuiliũ discordiarũ motus: & Caesaris atq; Põpeij dissensionẽ utriusq; amicos ꝯcilians, Põpeiũ mitigare nõ desistebat: sed cũ nihil ꝓficere uideret, abiecta spe triumphi in praediola sua circa campaniam & oram maritimam cum fascibus & lictoribus: quos ppl's R. ei concesserat. ut esset remotus ab oculis uulgi, & à ꝑfani tumultu se ꝯtulerat. Inde aũt raro ad urbem ueniebat: qm̃ incertum erat quid sibi esset agendum, q. in Põpeio fractas opes: & non ꝓbanda ꝯsilia: in Caesare uero flagitiosam belli cãm esse uidebat. Itaq; cum ad alterũ rõne salutis inclinandum esse uideret: cupiditate pacis ab utroq; reuocabatur. Tandem tñ honestatem utilitati anteposuit, & ita cum Caesare post fugam Pompeij locutus est, ut apte ostẽderet nihil esse sibi ipsa rep. charius. Itaq; cũ iam orbis terrarũ arderet bellis ciuilibus, & ad eum scripsisset C. Trebatius Ser. Sulpitium moleste tulisse, ꝙ eum, cũ ad urbem accessisset, uidere non potuisset ꝙ mala ualetudine laborasset: cupere aũt eum & uidere & alloq; de eo: qđ utriq; esset agendũ: Rñdet Cic. ꝙ si potuissent colloqui re integra & salua, profuissent aliquid reip. qm̃ cum sp cupidum pacis esse cognouit, sicut et ipse fuit. Sero autem nũc esse ꝯuenturos pro rep. hortatur tñ conueniant, ut si reip. iam ꝯsulere non pñt: saltem rebus suis consulant: polliceturq; se esse uenturũ ad urbem, si opus fuerit: etsi Seruius cũ eo colloquẽdum existimauerit. {Trebati⁹) is iurisconsultus fuit amicissimus Cic. à quo Caes. cum esset in Gallia diligẽtissime cõmendatus est, ut uidebimus inf. lib. 7. {Quaesisse) interrogasse uñ & qõ ꝓ interrogatione ponitur. {Valetudinem) s. malam, nam ualetudo bona dr. Hor. lib. 1. eplarũ. Quid faueat dulci nutricula manus Alumno, Quam sapere, & fari possit: quae sentiat, & cui Gra, fama, ualetudo cõtingat abunde. distinguitur aũt uel epitheto: ut bona ualetudo: uel mala: uel distinguitur locis: ut his duobus exemplis praecedentibus, nam in hac epla necessario intelligimus malam ualetudinẽ, apud Horat. uero bonam. {Ad urbẽ) ex ꝑdijs meis. Velle te, subaudi scripsit. Hoc tempore tam turbulento. {De officio) de eo quod utrunq; nostrum facere oporteat. {Vtinam) dolet Cicero perniciem publicam nimis progressam esse antequam colloqui potuerit. {Saluis) integris, nondum ita afflictis. {Occidenti) pereunti ad exitum labenti occasus, enim de rebus maioribus dr. Virg. An. Testor in occasu Troiae nec tela nec ullas Vitauisse uices Danaum. {Absñs) cum adhuc essem in Cilicia. {Haec mala) bellorum ciuilium. {Prouidentem) à longe cognoscẽtem. {In ꝯsulatu) fuerat. n. cõsul cum Marco Marcello eo anno, quo Cic. fuerat in ꝓuincia. {Probarem) laudarem. {Consilium tuum) de pace querenda,

Trebatius.
Quaestio.
Valetudo

renda, Idem sentirem, idem uellem quod tu. s. pacem. {Proficiebam,) assequebar, nihil poterã facere. {Sero) quia iam erãt inflãmati animi ita ut non facile restringi possent. Solus, alij enim erãt cupidiores belli q̃ pacis. {Rudis) nouus, nõ instructus reꝝ: quæ Romæ geruntur: q̃a absueram diu. {Inciderã,) incurreram: casu deueneram. {Insanias) insani. n. sunt i q̃ bellum malunt q̃ pacem. {Opitulari) opem ferre, subuenire. {Cõsulere) prouidere. {Ex pristino statu) ex solita dignitate, quia uideo ferè impossibile esse. {Quam h.) quanto maiore honore fieri poteri. {Lugeamus, simus in mœrore ꝑꝑ calamitates reip. {Nemo o.) ad maiorem sigñonem addidit omniũ q. d. ne ex amicissimis quidem. {Qui cum). i. cum quo, est aũt anastrophe. {Cõicandum) conferendum, colloquendum. Ordo aũt est. Nunc qm̃ uidemur nihil opitulari posse reipub. nemo omnium qui cum potius cõicandum putem, q̃ tecum, siquid est in quo & cetera. {Exempla) propositiones claroꝝ dictoꝝ, aut factoꝝ quibus maxime excitantur animi hoium. {Quorum) claroꝝ uiroꝝ. {Similes,) imitatores, siñs aũt cum ad morum imitationem refertur genitiuo iungitur, ut Pyrrbus nõ fuit siñs Acbillis, & uersus Lucani non sunt similes uersuum Virgilij. Horatius in sermonibus. Similesq́; meoꝝ Mille die uersus describi posse Trebati. cum uero ad formam refertur, datiuo iungitur Virgi. Aen. Os humerosq́; deo similis. {Fugiunt.) ignorantur à te. eleganter. n. dicimus non fugiunt me ꝑcepta Cic. pro quod est scio præcepta Cic. {Imo p.) correctio. {In conuentũ) quia conueniebant quidem senatores, sed nequaq̃ erat senatus, quia ibi non ualebant sniæ, quæ pro rep. dicerentur. {Frustra) quia non admitteretur quod sentires: & agẽdum esse diceres. {Ni ueritus essem) nisi timuissem. {Eius). s. Cæsaris. {De Hisp.) quæ fuerant decretæ Pomp. & uniuersa Africa simul, quam ꝑ legatos administrabat auctor est Plut. in uita Cęsar. & idem in uita Cic. sic inquit. Cic. in ꝑdijs cõmorantem Cæs. uidit, & nõnulla aduersus eũ quęstus, tandem rogauit ut ad urbem adesset, cui Cic. nihil summisse: nihil nisi cũ dignitate & magno aio respondit. oñdens quas snias dicturus foret, si adesset, quas reip. calamitates ploraturus. non. n. placere senatui exercitũ Pop. R. contra alium mitti. Item Pop. R. exercitũ in Hispanias duci non in Græciam transportari &c. {De Hisp.) quas nolebat Cæsar administrari à Pomp. ꝑ legatos, sed uolebat ut ipse proficisceretur: de quare, quod dixerat Ser. idem dicit Cic. se fuisse dictuꝝ, quid aũt dixisset non exprimit, sed possumus conijcere idem dictũ fuisse à Seruio de Hispanijs, quod scribit Hircius primo cõmentario belli ciuilis rñsum à Pomp. si Cęsar in Galliã reuertatur, si Arimino excedat, se in Hispanias ꝓfectuꝝ. {Q ũo) q. d. pessime. {Ardore) cõparatur. n. frequenter bellũ incendio. {Imperijs di.) in diuersas partes missis, nã ut Appian. lib. 2. inquit, Cęs. Lepidũ Aemilium urbi præfecerat: tribunum aũt M. Ant. Italiæ exercitibusq́; qui circũ eam essent præsidere uoluit, Curionem Catonis loco Siciliæ imperare. Quintum Sardiniæ, ad Illyricos. Cæs. misit Antoniũ, Licinio Crasso Galliam, quæ intra alpes est, regendã tradidit &c. Pomp. aũt ex Capua Nuceriã, ex Nuceria deinde Brundusiũ se cõtulerat, ut Ionio mari superato in Epirũ traijceret, in eum itaq; locũ delatus belli apparatũ aggrediebatur, gentibus oibus, prætoribus, dynastis, regibus ac ciuitatibus ꝑ lrãs imperat, ut q̃ maxima quisque põt celeritate ad bellũ se conferat: & hæc quidem magna gentium multitudine diligentiaq́; parabantur. Pomp. exercitus in Hiberia consederat, omnibus in promptu paratis &c. Ideo nunc Cic. dixit orbem terraꝝ ardere bellis, imperijs distributis. {Vrbem). s. Romam. {Relictam) quia Pomp. & ceteri senatores fugerant. {Direptioni) depulationi. Nam, ut inquit Appia. thesauros usq; in illam diem à nemine cõtactos militibus Cæs. rapere concessit. {Sine leg.) qm̃ uoluntate aut potius libidine uictoris, nõ aũt legibus oia agebantur. Luc. lib. 3. Phœbea palatia complet Turba patrum, nullo cogendi iure senatus E latebris educta suis, nõ consulæ sacræ Fulserũt sedes, non proxima lege potestas. Prætor adest, uacuæq́; loco cessere curules. Omnia Cæsar erat &c. {Quid sperem) quia omnia uñr desperanda. {Optare) qđ est facilius quàm sperare speramus. n. quæ uñr possibilia, optare autem etiam impossibilia licet: sed rem ad tantam calamitatem deductam dicit: ut non solum habeat quid speret, sed neque etiam quid audeat optare, quia quanuis optare possimus quod fieri nõ potest, stultum tamen est. {Colloqui) simul loqui. {Longius). s. quam nunc sum. {Inuitus) quia semper renouat mihi dolores. {Propius) ad urbẽm. {Mãdaui) cõmisi, ut ita dicam. {Ne recusaret) ne respueret. s. uenire. {Quid). i. propter aliquid. {Quem) aliquem. {Accedere) ad urbem, ad quam inuitus uenio. {Tribuo) do auctoritatem & fidem. {Arrogo). i. mihi temere attribuo. i. sicut fortasse arrogantes de me præsumo, ita uere de te existimo & iudico. {Exploratum) certum. {Communi sententia) tuo & meo iudicio. {Probaturos) approbaturos & dicturos recte statutum.

Exempla — *Similis.* — *Bellum incendio sæpe comparari.* — *Sperare. Optare.*

ASCEN. Caius Trebat. &c. Reuersus è Cilicia offendit Cic. motus belli ciuilis inter Cæsarem & Pomp. attamen utriusque amicos ad concordiam solicitans Pompeium mitigare satagebat, ut compositis rebus triumpharet. Qua spe deposita in Campanum agrum secessit, raroq́; in urbem redijt, cum incertus esset utrius partes sequerereretur. Nam Pompeij opes in iustiori causa fractas uidebat, Cæsaris in minus iusta florẽtes. Quocirca tandem pro rep. cum Põpeio contra Cæs. stetit, ei manifeste sigñans nihil sibi Rep. charius. Itaque cum abesset ab urbe, scripsit ad eum Trebatius, Ser. Sulpitium desiderare eundum de reip. cõmodis inter se agerent, cui rñdens innuit id serò futuꝝ, se factuꝝ tñ, ubi Seruio conueniens uideatur. Ordo est. Caius Trebatius familiaris meus, qui sub Augusto postea ꝑꝑ legalem sciẽtiam in bonore fuit, scripsit ad me, te quæsisse ex se in q̃bus locis essem, & sup. te ferre moleste, ꝙ non uidisses me, cũ ad urbem accessissem, ꝑꝑ ualetudinem tuã. s. malam, & scripsit te uelle hoc tp̃e cõicare mecum de officio utriusque nr̃m. s. circa reip. curam, si accessissem proprius. s. ad urbem aut ad te. O Serui utinam potuissemus colloqui inter nos rebus. s. publicis & nr̃is saluis. Sic. n. est dicẽdum, hoc est dixi rebus saluis, q̃a mihi saluæ non uñr: profecto nos tulissemus aliquid opis. i. auxilij, reip. occidenti. i. tendenti ad interitum. Ego. n. absens cognoram pro cognoueram, te prouidẽtem hæc mala, multo ante. s. q̃ euenirent, fuisse defensorem. i. protectorem pacis &. i. tum in consulatu tuo, &. i. tum post consulatum. s. tuum. Ego aũt cum probarem consilium tuũ, & ipse. i. egomet, aut ꝑ me sentirem idem, ego nihil ꝓficiebã: . i. utilitatis faciebam. Enim pro quia, ueneram. s. è prouincia, serò. i. nimis tarde, ego eram solus. s. in ea snia, uidebar esse rudis. i. minus expertus in causa, incideram. s. improuisus in insanias hominum. i. Cæsaris, & Pompeij, cupidoꝝ pugnandi, alij legũt. rudis, etsi uidebar, incideram tñ in hominum &c. Sed id minus placet non. n. illud tñ congruit cum propriore particula, non. n. ideo minus uidebatur incidere posse in insanias illas, ꝙ rudis esset. unde potius legam, incideramq́;. uel rudis, ut esse uidebar, incideram &c. Nunc qm̃ nihil. i. nõ aliquid. Nos non uidemur posse iam opitulari Reip. i. auxiliari aliquid. i. in aliquo, siquid est in quo possimus, aut possumus consulere. i. consulto prodesse, & opitulari nobismetipsis, nõ sup. id dico, ut retineamus. i. quasi sperem non posse retinere aliquid ex pristino. i. priore & prius à nobis habito, statu nostro, sed, ut lugeamus. s. statum nr̃m, ac Reip. quàm honestissime. i. ualde honeste. nemo est oium. s. mortalium, qui cum. i. cum quo ego putem potius cõicandum sup. esse mihi sup. cõsilium meum, quàm tecum. Nec. n. exempla uiroꝝ clarissimorum. i. nobilissimoꝝ: quorum similes esse debemus. s. in moribus (unde in genitiuo dixit) neq; præcepta doctissimorum. i. nobilissimoꝝ, quoꝝ siñs esse debemus. s. in sniam tuam, hoc est te non latent: illis aũt duobus maxime prudentes euadimus. Atque ipse. i. ego, scripsissem antea ad te, te uentuꝝ esse frustra in senatum, siue potius in conuentum senatoꝝ. Nõ. n. senatum iam putat cum libertas decernendi ablata sit, ni. i. nisi essem ueritus, ne offenderem animum eius. s. Cęsaris, qui petebat à me, ut inuitarem te. s. ad ueniendum in senatum. cui. s. Cęsari, quidem. i. certe, cum rogaret me, ut adessem in senatu, ostendi me esse dicturum. i. decreturum, omnia, quæ dicta sunt à te, de pace, & de Hispanis. s. administrãdis per legatos, non per Pomp. ipsum, ut uolebat Cæsar. Tu uides rem. i. statum Reip. quo habet, aut habeat se, utpote uides orbem terrarum ardere bello, imperijs distributis. s. Cæsarianis, & Põpeianis, & uides urbem. s. Romam relictam direptioni & incendijs, sine legibus, sine iudicijs, sine iure, sine fide. Itaque nihil potest uenire mihi in mentem. i. nihil possum cogitare, non modo. i. nõ solum, quid sperem. i. sperare debeam. sed iam uix

sup.in mentem uenit, quid audeam optare, ut supra dixi, cum in plus se extendat, minoris difficultatis est optare, ꝙ sperare. Optamus.n. omnia, quæ utilia sunt. speramus duntaxat ea, quæ ob merita nostra, aut ex benignitate eius, à quo ea spera mus, nobis contingere posse confidimus. Sin aút.i. sed si, nos colloqui, ut tibi homini prudentissimo esse utile, ꝗꝗ ego eos gitabam discedere ab urbe, etiam.i. adhuc longius, ꝗ sum, cu ius.s. urbis, ego audiam inuitus etiam nomen, tñ accedam propius. Ego mandaui Trebatio, si tu uelles eum mittere, quid.i. aliquid, ad me, ne recusaret.s. mittere illud, et uelim, ut facias id.i. mittas ad me aliquid per Trebatium, aut si uoles mittas ad me quem.i. aliquem tuorum fidelium, ne necesse sit, aut tibi exire ex urbe aut mihi accedere.s. urbem. Ego tri buo tibi tantum.s. prudentiæ & authoritatis, quantum arro go.i. arroganter sumo fortasse mihi ut habeam exploratum .i. certissimum, quicquid nos statuerimus, sententia commu ni omnes homines probaturos id.

ARGVMENTVM.

Sicut in superiore epistola vidimus, Seruius Sulpitius cupiebat loqui cum Cicerone de Officio cõmuni in tumultu bellorum ciuilium. de qua re scripserat ad Ciceronem breuiter per Philotimum, sperans eundem plura cum Cicerone cõmunicaturum: sed is literas per alium misit. quod in huius principio reprehendit Cicero: deinde dicit, quod Posthumia Seruij vxor, & Seruius eius filius laudent, si ad se in Cumanum ueniret Seruius. Deinde quia Seruius consuluerat, quid esset optimum factu in Rep. id dicit esse difficillimum dictu, si vtilitati consulendum sit: facillimum vero si ho nestati, innuens pro Rep. honeste decertandum, & discedendum ab urbe: sed consultandum Seruio, ad qua loca se potissimum conferat: quod si iam deliberatum habeat, quid agẽdum putet, non opus est ad Ciceronem uenire, si cum Cicerone id consultare velit, eum in Cumano expectet.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Consulit Seruio, vt ab vrbe discedat.

M. CICERO SER. SVLPICIO S. D. 2

*D III. cal. Maias, cum essem in Cumano, accepi tuas literas: quibus lectis, cognoui non satis prudenter fecisse Philotimum; qui, cum abs te mandata haberet, vt scribis, de omnibus rebus, ipse ad me non uenisset, literas tuas misisset: quas intellexi breuiores fuisse, quod eũ perlaturum putasses. sed tamen, postquam literas tuas legi, Postumia tua me conuenit, & Seruius noster. his placuit, vt tu in Cumanum venires: * quod etiam, mecum, vt ad te scriberem, egerunt. Quòd meum consilium exquiris: id est tale, vt capere facilius ipse possim, quàm alteri dare. quid enim est, quod audeam suadere tibi, homini summa auctoritate, summaq; prudentia? si, quid rectissimum sit, quærimus: perspicuũ est. si, quid maxime expediat: obscurum. sin ij sumus, qui pro fecto esse debemus, vt nihil arbitremur expedire, nisi quod rectum, honestumq; sit: non potest esse dubium, quid faciendum nobis sit. Quod existimas meam causam coniunctã esse cum tua: certe similis in vtroque nostrum, cum * optime sentiremus, error fuit. nam oĩs vtriusque consilia ad concordiã spectauerunt. quã cũ ipsi Cæsari nihil esset vtilius; gratiã quoque nos inire ab eo, defendenda pace, arbitrabamur. quantum nos fefellerit, & quem in locũ res deducta sit, vides: neque solum ea perspicis, quæ geruntur, quæq; iam gesta sunt, sed et qui cursus rerũ, qui exitus futurus sit. ergo aut probare oportet ea, quæ fiunt; aut interesse, et si non probes. quarum altera mihi turpis, altera etiam periculosa ratio uidetur. Restat, vt discedendum putem: in quo reliqua videtur esse deliberatio, quod consilium in discessu, quæ loca sequamur. omnino cum miserior res nunquam accidit, tum ne deliberatio quidem difficilior. nihil enim constitui potest, quod non incurrat in ma*

* alias qui.

* alias idem.

gnam aliquam difficultatem. tu, si videbitur, ita censeo facias: vt, si habes iam statutũ, quid tibi agendum putes, in quo non sit coniunctum consilium tuum cum meo, supersedeas hoc labore itineris. sin autem est, quod mecum cõicare velis: ego te expectabo. tu, quod tuo cõmodo fiat, quamprimum velim venias, sicut intellexi & Seruio, & Postumia placere. Vale.

HVBER.

D iij. Cal.) Sicut in superiori epistola uidimus. Ser. Sulpitius cupiebat loqui cum Cicer. de officio utriusque ipsorum in tumultu bellorum ci uilium. & de hoc scripserat ad Cicero. per Philotimum quendam: sed eo breuius: ꝙ putaues rat ipm Philotimum allaturũ literas ad Cic. eiq; reliqua expo siturum coram, sed cum Philotimus misisset literas per aliũ, Cic. ostendit eum male fecisse. Deinde dicit quemadmodum Postumia uxor Seruij & Seruius eius filius laudabant: ut ipse Seruius ueniret ad Cic. in Cumanum: ut cum eo loquere tur rogarentq; Cic. ut ad eum ita scriberet. Deinde rñdens Ser. Sulpitio qui quærebat quod esset eius consilium his mise ris temporibus: dicit id esse difficillimum, si utilitati consulẽ dum sit, si uero honestati, esse satis perspicuum. Et ita signat omnia esse suscipienda pro defensione reip. & consuluit esse discedendum Roma: sed consultandum esse ad quæ loca ma xime se conferre debeat. Quòd si idem Ser. sentit, dicit non esse necesse, ut ad se ueniat. Sin uero habeat aliam sniam, eũ se expectare dicit. {Cumano}.i. in agro Cumano: habebat enim iuxta Cumas Cicero prædia sua: appellat autem locum absolute Cumanum: eo ꝙ esset in agro Cumano, sicut Tuscu lanum à Tusculis oppido. Est autem Cumæ oppidum in littore campano conditum ab ijs, qui ex Chalcide urbe Euboeę uenerunt, quæ hodie dr̃ Niger pons Comum uero urbs est iuxta lacum Larium à qua fit deriuatiuum & Comanus & Comensis: à Cumis aũt possessiuum tum Cumæus, tum Cumæus. {Mandatum abs te,}cõmissionem à te.i. cui tu dixisses omnia, quæ uelles illum mihi referre. {Misisset}per alium, cũ ipse deberet afferre. {Eum} Philotimum, qui supplcuisset id, quod tu minus scripseras, quia dederas ei de omnibus rebus mandata. {Conuenit me.}locuta est mecum. {Tua}.s. uxor. ut hanc tua Penelope. {Seruius}filius tuus. {Noster}tuus nã meus amore. {His.} Postumiæ & Seruio. {In Cumanũ} ubi sum. {Egerunt mecum}me rogarunt. {Scriberem}.s. ut uenires in Cumanum. {Quod iam}incipit rñdere ijs, quę Seruius per literas à Cicerone quæsiuerat. {Meum consilium}mea cõ sultatio, mea deliberatio. {Id}.s. consilium meum. {Capere} eligere. Virg. lib. 1. Aen. Aut capere, aut captas iam despectas re uñr. Idem. atque oculis capere ante locum. {Facilius}ga plerunque necessitate coacti capimus consilium, quod alijs non daremus: præcipue uiris, quos longe prudentiores nos bis existimamus. {Quid est}q.d. nihil: cum tu non indigeas suasione mea & consilio, qui melius potes alijs consulere. {Sua dere}consulere, hortari ut facias. {Si}utitur diuisioue, & con cludit singula membra diuisionis. {Rectissimum}optimum cum uirtute & officio: tetigit aũt duas partes deliberationis: .s. honestatem & utilitatem. Rectum.n. ẽm Ciceronem dr̃, quod cum uirtute & officio fit. {Perspicuum}clarum: apertũ, quia ueritas ipsa per se elucet. perspicuum est.n. ꝙ non debe mus deserere remp. cui omnia debemus. {Quid maxime ex.} .i. quid utilissimum sit: & tangit secundam partem delibera tionis. {Obscurum}.s. est: hoc est non satis exploratum & ma nifestum. {Hi}tales. {Qui.}quales. {Esse debemus}.i. boni cis ues, & boni uiri. {Vt nihil}declarat: quales esse debeant.s. ut nihil existiment esse utile, nisi quod honestum sit: nam ita debent existimare uiri boni, ut uoluit Cicer. in officijs & in paradoxis. {Quid faciendum sit}quia intelligamus aut con sulendum reip. si poterimus, si non poterimus: saltem consu lendum saluti nostræ ꝙ honestissime fieri poterit. {Coniun ctam cum tua}.i. esse in eadem conditione qua tu. {Similis error}quia ambo decepti sumus: qui credebamus Cæsarem pos se deduci ad conuentionem pacis: cuius simulabat se esse cu pidum: cum latenter bellum optaret. {Idem sentiremus}eã dem haberemus sniam.s. de pace. {Spect.}respexerunt: dire cta sunt. {Inire grãm ab eo}ei gratificari, & quasi beneficium præstare, quia sicut erat inferior iustitia & honestate causa: ita

Cumæ.

Comum. Comanus Comensis Cumæus. Cumanus

Rectum.

ita etiam putabatur futurus inferior uictoria: sed fortuna ei fauit, & ut inquit Lucanus. Victrix causa dies placuit, sed uicta Catoni. {Quantum fefellerit nos) quia longe aliter fuit, quia Cæsar mallebat bellum q̃ pacem. {In quem locum) in quem statum q.d. in pessimum, ita ut ferè nulla sit amplius spes. {Geruntur) nunc. {Qui cursus) quæ dispositio. {Exitus) finis, quem potest uidere & perspicere tantũmodo uir prudentissimus, qualis tu es. {Ergo) ex supioribus infert quid uideatur esse faciendum. {Probare) laudare, affirmare, quæ fiũt uoluntate Cæs. siue bona siue mala. {Interesse) in senatu. {Etiam si non probes) secunda persona pro prima uel tertia. i. etiam si quibusdam non probetur quod fit: oportet tñ interesse: ut in superiori epistola ostendimus ex uerbis Luc. {Turpis) nõ digna uiro bono, quẽ non decet probare nisi quæ recta sunt. {Altera periculosa) interesse, si non probes, quia si astueris & non probaueris quæ fiunt: offendes uoluntatem Cæsaris: ita ut postea tibi noceri possit, ob hanc igitur causam, ut scribit Plutarchus, non dubitauit Cic. magno animo Cæsari respondere, ut in precedenti epistola ostendimus, & ostendere quas snias dicturus esset, si adesset, quæ cum Cæs. dici nolle r̃ndisset: ita putabam inquit Cic. atque ego ideo nolo adesse, quia aut mihi dicenda sunt quæ sentio, & nullo modo silere possum, aut non ueniendum. {Restat) ex sufficienti enumeratione. s. cum sit turpe probare quæcunque fiunt ẽt si sint mala: uel cũ periculo interesse, si non probes. {Restat) sequitur. {In quo) in qua discedendi snia. {Quæ loca seq.) ad quæ loca nos conferamus. {Difficilior) durior, & alterũ sequitur ex altero, in rebus. n. miseris non põt esse nisi difficillima deliberatio. {Constitui) deliberaui. {Incurrat) incidat. {Difficultatem) periculum, sequendo siue Pomp. siue Cæs. & item siue manendo siue discedendo: quia adhuc non satis exploratum habemus quid sit futurum. {Si habes stat.) si statuisti & decreuisti. {In quo). s. quod putes agendũ. {Tuum ɔs.) tua deliberatio. {Nõ sit coniunctum cũ meo). s. consilio. i. in quo non idem cõstituas quod ego dixi cõstituisse. s. ut discedamus, et uideamus quõ, & ad quæ loca. {Supersedeas) abstineas, omittas. {Hoc lab. iti.) i. omittas ad me uenire: quod nõ potes facere sine labore p̃p ualetudinem tuam. supersedeo aũt cum ablatiuo iũgitur & sigñat omittere. {Sin aũt est). s. tibi. i. si habeas. {Cõicare m.) mecum ɔferre. {Quod). s. uenire ad me. {Fiat tuo c.) ut uenias cum tibi fuerit cõmodius uenire. {Sicut). s. te uenire quamprimum. {Placere) quia rogauerat Cic. ut ad Ser. scriberet. ut ad se ueniret causa consulendi de officio utriusque.

Consiliũ.

Supersedere.

Cõicare.

ASCEN.

AD tertiũ Cal. &c.) Accusat Philotimum q̃ ad se non uenerat cum mandatis Sulpitianis: deinde dixit uxorem, & filium Seruij consulere, ut in Cumanum ad se ueniat. Tum de Reip. auxilio, q̃ difficile sit, disputat, & demum quo consilio ad se in Cumanum uenire possit explanat. Ordo est. Ego accepi literas tuas ad III. Cal. Maias. i. biduo ante primum diem Maij, cũ essem in Cumano. s. agro, quibus lectis cognoui Philotimũ fecisse non satis prudenter. Qui cum hr̃et mandatum abs te sup. loquendi mecũ, de oibus rebus, ut scribis, ipse. i. quod dñt in persona, non uenisset ad me, & sup. misisset literas tuas, quas, intellexi fuisse breuiores, q̃ putasses eũ perlaturum, & ita reliqua dictuꝶ. Sed tñ postq̃ legi literas tuas Postumia tua. s. uxor conuenit me. i. uenit ad me, & Seruius nr̃: quia tuus filius & mihi charus, sup. conuenit, me placuit ijs. s. uxori, & filio, ut tu uenires in Cumanum. s. agrum, qui ẽt egerunt mecũ. i. induxerunt me, ut scriberẽ ad te. Quòd tu exquiris. s. p̃ literas tuas, consilium meũ, est id. s. consilium meũ tale, ut ipse. i. ego, possim facilius capere. s. consiliũ, q̃ dare alteri. Quid. n. est, quod audeã suadere hoi summa auctoritate, & summa prudẽtia q.d. nihil. Si quærimus. i. disq̃rimus, quid sit rectissimũ. s. factu. id sup. est perspicuũ. i. euidens, q̃a rectissimũ est in Rep. ẽt usq; ad mortem stare. Si sup. quærimus, q̃d expediat. i. utile sit, maxime obscuꝶ sup. est. Sin. i. sed si, nos sumus, q̃ debemus profectò esse. utpote ij. i. tales, ut arbitremur nihil expedire. i. utile esse nisi quod sit rectũ & honestum, nõ põt esse dubium, quid sit faciendum nobis. i. q̃d facere debeamus q.d. certũ est, q̃ debeam' pro Rep. certare usq; ad mortẽ. Quod tu existimas meã causam esse cõiunctam cũ tua. Certe similis error fuit in utroq; nr̃m, cum sentiremus idem. Nam oia cõsilia utriusq; spectauerunt. i. attenderũt, ad concordiam. s. Cæsaris & Pompeij. Quanq̃ nihil esset utilius ipsi Cæs. bello. i. q̃ bellum, tñ sup. nos arbitramur nos inire quoq;. i. etiam gratiam ab eo. s. Cæs. defendenda pace. i. defendendo pacem. Vbi notabit grammaticus Cic. malle loqui per ablatiuos plurales in designatione sequelæ positos, q̃ per gerundium cũ casu ab eo recto, sed frequentius per ablatiuos plurales, ut in præfat. offic. legendis nr̃is, pro legendo nr̃a &c. Tu uides quantũ. s. opinio aut spes fefellerit nos, & in quem locũ. i. statum res deducta sit. Neq; perspicis solũ, quæ geruntur, quæq;. i. & quæ gesta sunt, sed etiam q̃ cursus, & quis exitus reꝶ sit futurus. Ergo oportet. s. te, q̃ es in urbe, & quemlibet aliũ, aut probare. i. approbare, & consensu cõfirmare, ea quæ fiũt. s. in urbe, & præcipue in senatu, aut interesse. i. præsentem esse, etiam si nõ probes. i. non approbes ea. quaꝶ. s. rationum ac conditionũ, altera ratio. s. probantis ea, quę fiunt, cũ non sit, probanda, ut mihi esse turpis, altera ratio. s. eius, q̃ interẽst ijs quæ non probat, ut etiam periculosa, quia iram prouocat eoꝶ, qui probari cupiũt. Restat. i. reliquum est, ut putem discedendũ. s. à Roma. ubi sine turpitudine, aut periculo uitę esse nõ liceat, in quo. s. q̃d restat, hoc est in discedendo, ut deliberatio esse reliqua. i. relicta, q̃d consiliũ & quę loca sequamur in discessu. i. discedẽdo, cũ. s. ita sit, q̃ res miserior. i. q̃ patriã fugere, & nescire quò te recipias, nunq̃ accidit nobis, tum. s. multo uerius est, q̃ ne quidem. i. nõ etiam deliberatio accidit sup. nunq̃ difficilior. Nihil. n. potest constitui. i. deliberari, statui, quod non incurrat. i. celeriter incidat in aliq̃ magnam difficultatem. Si uidebitur. s. consultũ & utile, ego censeo sup. ut facias ita, ut si habes iam statutũ. i. decretum, q̃d putes agendum tibi, in quo. s. agendo consiliũ meum non sit coniunctum cum tuo, supersedeas. i. nõ utare hoc labore itineris. s. ueniendi ad me, sin aũt. i. sed si, est sup. aliq̃d, quod uelis cõicare mecum, ego expectabo te. s. in Cumano. Ego uelim tu uenias quamprimũ. i. ualde cito, quod fiat tuo cõmodo, sicut intellexi placere, &. i. simul, Seruio. s. filio tuo, &. i. simul, Postumiæ. s. uxori tuæ.

ARGVMENTVM.

CVm præesset Ser. Sulpitius Achaiæ, post bellum Pharsalicum, grauiter angebatur multa per Cæsarem imperiose geri in urbe, quod cum Cic. ex multis intellexisset, eum hac epistola cõsolatur, adducens multa causas consolatorias, inter quas præcipue enumerat rectã conscientiam, & studia literarum, quibus ostendit acquiescendum esse. Postremo scribit Seruiũ Sulpitij filium studiosum liberalium artium, seq; ab eo uehementer diligi.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Conquestio de iniuria suorum temporum: mox consolatio à recta conscientia, & bonarum artium studio. postremo filij commendatio, quo patri uoluptate aliqua à doloribus afficiat.

M. CICERO SER. SVLPICIO S. D. 3

VEHEMENTER *te esse solicitum, & in cõmunibus miserijs præcipuo quodam dolore angi, multi ad nos quotidie deferunt. quod quanquam minime miror, & meum quodam modo agnosco: doleo tamen te sapientia præditum propè singulari, non tuis bonis delectari potius, quàm alienis malis laborare. me quidem, etsi nemini cõcedo, qui maiorem ex pernicie, & peste reip. molestiam traxerit; tamen multa iam consolantur, maximeq́ conscientia cõsiliorum meorum. multo. n. ante, tanquam ex aliqua specula, prospexi tempestatem futuram; neque id solum mea sponte, sed multo etiam magis monente, & denunciante te. etsi. n. absui magnam partem consulatus tui: tamen & absens cognoscebam, quæ esset tua in hoc pestifero bello cauendo, et prædicendo sententia: et ipse affui primis temporibus tui consulatus, cũ accuratissime monuisti senatum collectis oĩbus bellis ciuilibus, ut & illa timerẽt, quæ meminissent; & scirent, cum superiores, nullo tali exemplo antea in rep. cognito, tam crudeles fuissent, quicunque postea remp. oppressisset armis, multo intolerabiliorem futurum.* NAM *quod exemplo fit, id etiam*

iure fieri putant, & aliquid, atque adeo * multa addunt, & afferũt de suo. quare meminisse debes, eos, qui auctoritatem, & consilium tuũ non sunt secuti, sua stultitia occidisse, cum tua prudentia salui esse potuissent. dices: Quid me ista res cõsolatur in tantis tenebris, & quasi * parietinis reip? est oĩno vix consolabilis dolor; tãta est omnium rerum amissio, & desperatio recuperandi: sed tamen & Caesar ipse ita de te iudicat, & oẽs ciues sic existimant, quasi lumen aliquod, extinctis ceteris, elucere sanctitatem, & prudentiam, & dignitatem tuã. hac tibi ad leuandas molestias magna esse debent. Quòd aũt à tuis abes, id eo leuius ferendum est, quòd eodem tẽpore à multis, * ac magnis molestijs abes: quas ad te oẽs perscriberem, nisi vererer, ne ea cognosceres absens, qua quia non vides, mihi videris * meliore esse conditione, quàm nos, qui videmus. Hactenus existimo nostram consolationẽ rectè adhibitam esse, quoad certior ab homine amicissimo fieres ijs de rebus, quibus leuari possent molestia tua. reliqua sunt in te ipso, neque mihi ignota, nec minima solatia, &, vt quidem ego sentio, multo maxima: qua ego ipse experiens quotidie sic probo, vt ea mihi salutem afferre videantur. te aũt ab initio aetatis memoria teneo summe omnium doctrinarum studiosum fuisse, omniaq́, qua à sapientissimis ad bene uiuendum tradita essent, summo studio, curaq́ didicisse: qua quidem vel optimis rebus & vsui, & delectationi esse possent: his vero temporibus habemus aliud nihil, in quo acquiescamus. nihil faciam insolenter: neque te, tali vel scientia, vel natura praditum, hortabor, vt ad eas te referas artes, quibus à primis temporibus aetatis studium tuum dedisti. tantum dicam, quod te spero approbaturum; me, posteaquam illi arti, cui studuerã, nihil esse loci neque in curia, neque in foro viderim, omnem meam curam, atque operam ad philosophiam contulisse. tua scientia excellenti, ac singulari non multo plus, quàm nostra, relictum est loci. quare non equidem te moneo: sed mihi ita persuasi, te quoque in ijsdem versari rebus, qua etiam si minus prodessent, animum tamen à solicitudine abducerent. Seruius quidem tuus in omnibus ingenuis artibus, in primisq́ in hac, in qua ego me scripsi acquiescere, ita versatur, vt excellat; à me vero sic diligitur, vt tibi vni concedam, praterea nemini. mihiq́ ab eo gratia refertur: in quo ille existimat, quod facile appareat, quòd me colat, & obseruet, tibi quoque in eo se facere gratissimum. Vale.*

** alias l. sed.* — ** alias l. multũ* — ** alias perditiuis, uel partetinis, & alias habet perpetuis, uel paricidijs.* — ** alias &* — ** alias melioris cõditionis.*

HVBER. VEHEMENTER) Cum praeesset Ser. Sulp. Achaiae post bellum pharsalicum, afflictis & concussis partibus & Põpeianis & Caes. multa agente pro libidine sua, grauiter multumq; angebatur, quod cũ Cic. multorum sermone intellexisset: eum hac ep͞la ꝯsulandum duxit, affert igitur & enumerat multas causas ꝯsolationis, inter quas ꝑcipue enumerat rectam cõscientiã & studia lr͞arum: quibus ostendit esse acquiescendũ. Postremo oñdit Ser. eius filiũ studiosum esse liberalium artium, seq; uehemẽter ab eo diligi. {Solicitum) anxium, cõmotum. {Cõibus) quae ad oẽs pertinent. {Miserijs) calamitatib'. {Praecipuo) nõ uulgari, sed maximo. {Deferũt) renunciãt. {Q d). s. te angi ꝑciduo dolore. {Minime m.) qa scito quantũ ames ipsam remp. {Meũ). s. dolorem. {Quodãmodo) quasi quodam speculo. {Agnosco) recordor, qa qñ uidemus aliquẽ dolere ea re qua nos dolemus, recognoscimus quodammodo dolorem nr͞m, & reducimus in memoriam, & nobiscũ dicimus, talis est dolor meus. {Praeditum) ornatum. {Propè) ferè. {Singulari) egregia: quasi quae in te solo sit. {Tuis b.) tua sapientia & honore: quem tibi praestat Caes. q & dignitatem curat, & tuas res integras esse uoluit. {Alienis m.) quae alijs acciderunt. {Laborare) cruciari. {Me) enumerat Cic. ea, ex qbus consolationẽ capit, ut ostendat ea posse ẽt esse consolationi ipsi Seruio. {Nemini c.) à nemine uincor, nemine sum inferior. {Traxerit) accepit. {Maiorem) q̃ ego. {Pernicie) calamitate, excidio. {Cõsiliorum) quae semper spectauerunt ad concordiam & utilitatem reip. {Multo ante) q̃ mouerentur bella ciuilia. {Tempestatẽ fut.) i. cladem belli ciuilis: quam cõparauit tempestati Virg. Quanta per idaeus saeuis effusa Mycenis. Tempestas ierit campos &c. {Tanq̃ ex aliqua sp.) translatio sumpta uel à rusticis uel à nautis, qui ex aliquo loco eminenti solent praeuidere uẽtos, & tempestatem futuram. Specula non sigñat simpl'r fenestram, ut uulgus imperitum usurpat, sed dr͞ quilibet locus unde longe speculari possumus, siue sit mons, siue turris, siue qd aliud eminens. Virg. in buc. Specula de montis in altum deferat. Idẽ in 2. Aen. Specula Miscenus ab alta dat signũ. Ouid. in heroidibus. In speculis oĩs Abidos erat &c. {Mea sponte) ꝑ me ipsum solũ: consilio meo. {Monente) consulente. {Denunciante) apte significãte ipsam cladem futuram. {Multo m.) s. quam mea sponte. {Etsi) probatio qua monente Sulpitio praeuiderit tempestatem, & est sensus, licet. n. absuerim maximam partem temporis, quo gessisti consulatum, tñ semper cognoui, quae esset s͞nia tua de hoc pernicioso & calamitoso bello, quod & praedixisti, & caueri posse demonstrasti. {Absui) quo tempore eram in Cilicia. Magnam partem tui consulatus. i. magnam partem tp͞is tui consulatus dicimus aũt absui magnam partem, & magna parte. {Consulatus) quia eo tp͞e Sulpitius gerebat cõsulatum, quo Cic. profectus est in prouinciã. {Cognoscebam) uel opinione quam de tua prudentia habebam uel relatione multorum. {Cauendo) uitando. {Primis temporib.) consulatus tui eram Romae. {Accuratissime) diligentissime. {Collectis,) connumeratis, ante oculos audientiũ positis. (Bellis ciuilib.) superiore tempore gestis. {Quae m.) quae tenerent memoria accidisse superioribus. {Et scirent) ordo est cum collectis bellis ciuilibus monuisti, ut illa timerent quae meminissent, & ut scirent: cum superiores fuissent tam crudeles in rep. nullo exemplo, postea futurum intolerabiliorem quicunque oppressisset remp. armis. {Intolerabiliorem) crudeliorem. {Nam qꝛ) ratio superioris propositionis, est aũt sententiae exornatio. {Exemplo) imitatione. {Iure) siue reprehensione. {Adeo multa) ualde multa: quia nemo repente fuit turpissimus. {Afferunt) de suo aliquid etiam ex se nouũ addunt, quod ex imitatione nullius habent. {Quare) cõclusio huius consolationis: quam ex conscientia consiliorum esse uult. {Occidisse) perijsse. {Sua stultitia) ignorantia: qua non cognouerunt q̃ recte eis consuleres. {Salui) incolumes. {Tua p.) quae eos monebat: qũo possent periculum uitare si modo parere uoluissent. {Dices) ponit obiectionem quam posset facere Seruius. {Quid) ecce obiectio. {Ista res) qꝛ qui non sunt secuti cõsilium meum sua stultitia perierint: quia malum alterius nihil faciat ad consolationem nostram. {Vix consolabilis) qui uix ullam possit recipere consolationem. {Et desperatio rec.) quia quae amissa aliqñ recuperari posse sperantur, tolerabiliora sunt, q̃ ea de quibus nulla spes est. {Sed tñ) hucusque fuit obiectio: nunc ponit respõsionem. {Ipse) hoc pronomen habet maximam uim, q. d. cuius iudicio nullum potest esse praestantius. {Quasi) tanquam. {Aliquod lumen) nam uirtutes ipsae & uiri excellentes luminibus comparantur. i. tanq̃ aliq̃ splendidam facem & lucem. {Sanctitatem) integritatem, fortitudinem. {Extinctis) mortuis, & perseuerauit in translatione: dixerat. n. lumen. {Caeteris). s. luminibus, & intelligit praestantissimos uiros: qui in bello ciuili perierunt. {Haec) supradicta oia & conscientia consiliorum tuorum & iudicium: quod Caesar & caeteri ciues de te habent. {Magna) efficacia. {Leuãdas) minuẽdas. Quod aũt consolatus est Cicero Seruium de cõibus miserijs: nunc uero consolatur eum de absentia eius à patria: quam molestissime ferebat. {Eodem tp͞e). i. cum abes à tuis: ipso eodem tempore abes etiam à multis & magnis molestijs: quas necesse esset te habere: si Romae esses. {Quas) molestijs, à quibus abes. {Nisi uererer) nisi timerem: ne si scriberem tu absens ea cognosceres, quae quia nõ uides existimo tibi magnae esse felicitati, & esse in meliori conditione, q̃ nos simus, q ea uidemus. ergo uult significare Cicer. nolo haec ad te scribere, ne meis lr͞is cogaris cognoscere ea, quae prodest tibi non uidere. {Hactenus) hucusque & est sensus: hucusq; existimo me adhibuisse oẽm cõsolationem ut tanq̃ amicissimus te certiorem facerem de rebus omnibus, quae possent tibi molestias et dolores auferre. {Adhibitam) adiunctam, appositã. {Certior fieres) admonereris, instruereris. {Recte) iure amicitiae.

Solicitus. — *Deferre.* — *Praeditus* — *Singularu.* — *Pernicies.* — *Specula.* — *Absui magnã partem.* — *Absui magna parte.* — *Accuratissime.* — *Adeo.* — *Ipse.* — *Sanctitas* — *Hactenus.* — *Adhibitus.*

Quoad. tiæ.{Quoad)quatenus:inquantum uelut.{Reliqua solatia)
pterea de qbus factus es à me certior.{In te ipso)nõ in alio:
quia non sunt externa bona,sed animi &tua.{Neque ignota
mihi)quia noui uirtutes & doctrinã tuam.{Neque m.)i.ne-
que paruæ efficaciæ ad consolandum.{Et ut)est quasi corre-
ctio:qa dixerat neq̧ minima,ne putarentur ẽt mediocri:sub-
Multo. dit multo maxima. Et notandum multo tam superlatiuo q̃
comparatiuo iungi.{Vt ego sentio)ut ego iudico,ut est mea
snia.{Quæ).s.quæ in teipso sunt maxima.{Ego ipse) ne ui-
deatur alieno testimonio hæc dicere:dixit egomet.{Expiẽs)
pbans,cognoscẽs re ipsa{Quotidie)qa Ser.assidue ad Cicer.
Probo. aliqd scribebat,&multo eum pmonebat.{Probo) laudo, sic
mihi placet.{Salutem) cõseruationem uitæ & fortunaꝶ mea-
rum.{Teneo m.)recordor.{Studiosum)cupidum, amatorẽ.
{Omnium d.)omnium disciplinaꝶ liberalium.{A sapientissi-
mis)à phis:à quibus traduntur præcepta bene uiuendi.Hor.
in epist.Inter cuncta leges,&pcunctabere doctos.Qua rõne
queas traducere leniter æuũ &c.& paulopost.Quid minuat
curas,& qd tibi reddat amicum.{Bene)laudabilr &honeste.
{Quę quidem).s.tradita à sapientissimis uiris.{Vel optimis)
Vsui. .i.etiam secũdissimis.{Vsui)utilitati:quanto ergo magis pñt
Acquiescere. esse utilitati rebus aduersis.{His temp.)q.d.miserrimis & tur-
bulentissimis.{Nihil aliud)pter illa pręcepta.{Acqescemus)
recreemur, deponamus curas & solicitudines. quantum aũt
pro sit ad deponendas curas studium phiæ: ostendit Cic. in
Tusculanis quęstionibus,& in proœmio lib.2.offõꝶ.{Nihil
fac.)cum dicat se audere hortari Seruium: latenter tñ eũ hor-
tatur, ut se ad phiam conferat, est aũt occupatio,quia maxi-
me dicit quod negat se dictuꝶ.{Insolenter)arroganter:auda-
Insolẽter. *Insolens.* cter: nam insolens audacem signat, & arrogantem & super-
bum:ut Cic.pro M.Marcello.{Et uictoria)quæ nã sui insolẽs
est.significat ẽt insuetum & isolitum.Cic.pro Deiot.Moneor
etiam insolentia loci. Sal.Insolens uera audiendi.Ter.Quid
tu Athenas insolẽs.{Tali)tam excellenti.{Scientia)doctrina
{Vel nã)subaudi tali.i.tam bona,& duo dixit nãm & sciam.
{Quibus homines maxime d.)quid in uita deceat,ut ipse in
primo officioꝶ ostendit.{Referas te)recipias te:redeas.{Stu-
dium)animum,curam.{Tantum)q.d.unũ solum dicat.{Ap-
Approbare. probatuꝶ)confirmatuꝶ:à me dictum esse uere.{Illi arti)dicẽ-
di.{Cui stud.) cui dabam operam.{Nihil loci) nihil precij:
nihil æstimationis esse,neq̧ admitti.{In curia)quantum ad
genus deliberatiuum.{Neque in foro)quantum ad iudiciale
genus,qua in curia deliberabatur à senatu: quid reip. maxi-
me conduceret:in foro uero agebantur causæ iudiciales,quæ
ideo & forenses dñr.{Curam)animi intentionem.{Operam)
laborem.{Tuæ scientiæ).i.cognitioni legũ: quam sæpe Cic.
scientiam appellat:erat aũt Ser. Sulpitius iurisconsultus opti-
mus.{Singulari)egregię.{Nõ multo plus loci est rel.)i.non
multo plus sunt in pretio q̃ ars mea oratoria:quia quod Cęs.
placebat: pro legibus erat.{Quare)concludit huiuscemodi
latentem exhortationem.{Non moneo te.)qui es me sapien-
tior:utitur frequenter occupatione,& ut uitet arrogantiã: &
ne ægre ferat Seruius,si aperte admoneatur. {Ita persuasi mi-
Versari. hi)ita induxi in animum.{Te quoq̧)sicut me.{Versari)exer-
Abducere ceri.{Quæ)res.{Si minus p.) si etiam nullam afferrent utili-
tatem.{Abducerent) Amouerent: quanto ergo magis debes
uersari:cum & psint & animum à solicitudine abducere pos-
sint.{Seruius)ultima pars eplæ:in qua cõmendat studiũ Ser-
uij eius filij,& eius amorem erga se.{Seruius)filius tuus.{In-
genuis)liberalibus,quę ingenuos.i.liberos hoies decent.{In
Acquiescere. hac).s.phia morali. {Acquiescere) recreari,deponere curas.
{Ita uersatur)ita exercetur,ita incũbit.{Vt excellat)ut maxi-
me emineat inter æquales.{Tibi uni c.)te uno sim inferior:à
te solo uincar in eo amãdo.{Præterea).i.præter te.{Nemini)
.s.concedã.& est sensus.ita eũ amo,ut post te,q es eius pater,
nemo alius magis eũ amet q̃ ego.{Refertur gr̃a).i.refert mi-
hi uicem,qa sicut ille à me amatur,ita ego ab illo amor.sic.n.
refertur gr̃a amoris, cum ab ijs redamamur, quos amamus.
{In quo)in qua re.s.referẽdo mihi gr̃am.{Ille existimat) sen-
sus est,in referenda mihi gr̃a amoris ille existimat se facere ẽt
tibi rem gratissimã: quod facile appareas:& cognoscatur ꝙ
colat me.{Tibi quoq̧) sicut.{Gratissimum) quia scit me à te
amari,existimat se tibi gratissimũ facere.si & ipse amet.{Faci-
le)clare.{Apparet)intelligatur.{Obseruet)reuereatur,est aũt
ordo,in quo ille existimat se facere gratissimũ qđ facile appa-
reat,cũ me colat &obseruet{In eo).i.ꝙ appareat ꝙ me colat.

ASCEN. Vehementer &c.{Cum præesset S.Sulp.Achaiæ post bel-
lum Pharsalicum, grauiter angebatur multa per Cæsarẽ
imperiose geri in urbe,quod cum Cic.ex multis intellexisset,
eum hac epl̃a consolatur,adducens multas causas consolato-
rias,inter quas præcipue adducit rectam conscientiam & stu-
dia literaꝶ,quibus ostendit acquiescẽdum esse.Postremo scri-
bit S.Sulpitij filium studiosum liberalium artium, ipsumq́; à
se,& se ab eo uehementer diligi. Ordo est. Multi deferunt ad
nos quotidie.i.denunciant nobis te esse solicitum uehemen-
ter & angi.i.angustiari &premi,quodam dolore pręcipue.i.
singulari & præter ceteroꝶ dolores magno,in miserijs cõib⁹.
Quod q̃q̃ miror minime,& agnosco.s.in dolore tuo, quodã
modo meum.s.dolorem quia æqualis & de consimili causa
est,doleo tñ te præditum sapientia,propè.i.quasi,singulari.i.
tam magna ut tibi soli contingat, non delectati potius tuis
bonis.s.animi,hoc est uirtutibus & scientijs q̃ laborare.i. an-
gi,malis.i.uitijs,alienis,ut Cæsaris tyrannide Quidem.i.cer-
te etsi.i.q̃q̃,nemini concedo.qui.i.ut is traxerit maiorem mo-
lestiam.i.cruciatum animi,ex pernicie.i.ęrumna & peste.i.ca-
lamitate Reip.tñ,multa consolantur iãm me,& maxime con-
scientia consilioꝶ meoꝶ,hoc est, quia mihi conscius sum ni-
hil me cõsuluisse Pompeio,aut alteri,ob quod hæc mala sub-
secuta sint. Enim pro quia ego prospexi tanquam ex aliqua
specula.i.loco alto ad speculandum apto,multo ante.s.q̃ ue-
niret,tẽpestatem futuram. Neq̧ sup.id.i.perspexi tempestatẽ
futuram,solum.i.solũmodo: mea sponte.i.propria natura &
instigatione,seu ut dñt,meo solius instinctu, sed etiam mul-
to magis,te monente &denunciante.i.significante futurum,
quasi ex certo augurio ut pullarij denunciare solebãt. Enim
.i.quia, etsi.i.quanquam absui.s.ab urbe magnam partem.i.
durante magna parte(Vnde manifeste patet Ciceronem tem-
pus continuum in accusatiuo libenter ponere)ꝯsolatus tui.i.
temporis,quo consul eras tñ &.i.partim, absens.i.cum abes-
sem,cognoscebam,quę.i.qualis snia tua esset in cauendo.i.fu-
giendo,& prædicendo.i.denunciando hoc bello pestifero.s.
Cæsaris & Pompeij. quo resp.petit, &.i.partim, affui primi
temporibus consulatus tui cũ.i.qñ,monuisti accuratissime.i.
cum summa cura & diligentia senatum.i.patres conscriptos,
omnibus bellis ciuilibus collectis.i.simul cõmoratis, in ora-
tione & admonitione tua monuisti dico, ut.s.patres conscri-
pti,&.i.simul,timerent illa.i.similia coꝶ,quæ meminissent.i.
memoria tenerent iam transacta, & scirent, quicunque po-
stea.i.temporibus futuris.oppressisset armis Remp.futuꝶ in-
tolerabiliorem multo.s.q̃ superiores,cum superiores.s.oppres-
sores Reip.ut Sylla & Marius,fuissent tam crudeles, nullo ta-
li exemplo cognito in Rep.i.licet nullum hñt, cuius crude-
litatem imitarentur, eo ꝙ primi libertatis oppressores erant
& ita magis debebant uereri uiolare tam atrociter Rempub.
quam qui alioꝶ exempla sectarentur. Nam sup.ferè oẽs ho-
mines,putant,id quod fit exemplo.i.ad exemplum, fieri etiã
iure,sed ipsi addunt & afferunt aliquid, atque adeo.i.ad hoc
usque ꝙ multa addunt de suo.i.proprio ingenio, atque mo-
re.Quare tu debes meminisse eos,qui non sunt secuti auctori-
tatem & consilium tuum occidisse.i.perijsse stultitia sua,cum
potuissent esse salui, prudentia tua.i.per prudentiam tuam.
Dices.i.respondebis.Quid.i.in quo,ista res consolatur me in
tantis, & quasi perpetuis tenebris.i.obscurationibus, & op-
pressionibus Reip.Respondet Cicero.Dolor de amissione Rei-
pub.est omnino uix consolabilis.i.consolatione mitigabilis
tanta est amissio omnium reꝶ,& desperatio recuperandi sup.
eaꝶ aut eas, sed tñ.i.nihilominus, &.i.tñ,Cæsar ipse.s.caput
omnium maloꝶ, iudicat ita de te, & oẽs ciues existimant sic
sanctitatem.i.incorruptionem uitæ,& prudentiam, & digni-
tatem tuam elucere.i.manifeste lucere, tanq̃ aliquod lumẽ.s.
magnum ceteris.s.luminibus,aut talibus uiris extinctis. Hæc
.s.quæ de te credũtur,debent esse tibi magna.i.magni momẽ-
ti,ad molestias.s.animi tui leuandas.i. mitigandas & minuẽ-
das. Quòd aũt abes à tuis(erat.n.in Achaia)sup.id ferendũ.i.
patiendum & tolerandum est leuius.i.facilius, ideo ꝙ abes
eodem tempore, à multis & magnis molestijs, quas.s.mole-
stias,ego perscriberem ad te oẽs,nisi uererer,ne.i.ut tu absens
cognosceres ea.s.mala urbis,quæ qa non uides, uideris mihi

esse meliore conditione.i.statu uitæ,q̃ nos,qui uidemus sup. ea.Ego existimo nr̃am consolationem esse adhibitam.s.recte .i.decenter.i.ad hũc finem,quo ad.i.quatenus,aut quatinus, fieres certior,scientior,ab hoie amicissimo,de ijs rebus, q̃bus molestiæ tuæ possent leuari.i.minui. Reliqua solatia sunt in te ipso nec minima,nec ignota mihi & quidem.i.certe,ut ego sentio,multo.i.longe maxima,quæ.s.solatia ipse.i.ego experiens quotidie probo.i.cõprobo sic, ut ea.i.ꝯsilia uideatur afferre mihi salutem. Aũt.i.sed, ut rem de qua loquor aperiã, ego teneo memoria,te fuisse ab initio ætatis,hoc est ab ineunte ætate studiosum summe.i.summopere, oium doctrinaꝝ.s. liberaliũ,& didicisse summo studio & cura.s.summa oia quę essent tradita à sapientissimis ad uiuendũ bene.quæ.s.tradita à sapiẽtissimis,quidem.i.certe,possent esse, uel.i.ẽt optimis.i. in lætissimis rebus,&.i.simul usui.i.utilitati,&.i.simul, delectationi.i.uoluptati.uero pro sed, nos nihil habemus aliud, in quo acquiescamus.i.ꝯtenti simus,his tp̃ibus.s.malis. Ego nihil faciam insolenter.i.supra modum & superbe,neq; hortabor te præditũ tali,uel scientia.s.acquisita uel nã.i.nali prudẽtia ut referas te ad eas artes,quibus dedisti.i.addixisti:studium tuum à primis tp̃ibus ætatis.s.tuæ.Ego dicam tm̃.i.tm̃ modo,sup.id,quod specto te approbatuꝝ,uidelicet me contulisse oẽm curam meam atq; operam ad ph̃iam postq̃ uiderim nihil loci esse,neque in curia.i.in senatu,neque in foro.s. iudiciali,illi arti.s.oratoriæ,aut bene dicendi,cui studueram. Solebant aũt orationes in tribus locis fieri,i senatu,ad patres conscriptos,in iudicio ad iudices & in concione ad quirites, unde orantes sup.compellant,aut patres conscriptos, aut iudices,aut quirites.i.pop.R. Non multũ plus loci.i.expetitioni & usus,relictũ est scientiæ tuæ.s.legali,excellẽti ac singulari, q̃ nostræ.s.oratoriæ,& causidicæ. Quare equidem, id est ego quidem,non moneo te, sed persuasi ita mihi.i.iudico ita mihi uisum esse,te quoque uersari.i.utile esse, si ẽt tu uerseris in ijsdem rebus.i.ph̃icis, quæ.i.res etiam si prodessent minus .i.nõ satis,tñ abducerent animum à solicitudine. Quidem.i. certe q.d.quicquid tu facturus sis:Seruius tuus.s.filius, uersatur in oibus artibus ingenuis.i.ingenuo dignis,hoc est liberalibus,& in primis i hac sup.arte,hoc est in ph̃ia, in qua scripsi.s.paulo ante,me acquiescere.i.contentum esse, & quietem animi inuenire.Vero pro sed,ipse diligitur sic à me,ut concedã.i.locum dem,tibi uni.i.soli,præterea.i.præter te,memini. hoc est,ut plus tũ diligatur à te,sed à nemine altero,& gr̃a refertur mihi ab eo.i.quantum amoris à me accipi tm̃ refert,& ita nõ minus me diligit,q̃ diligatur à me.In quo.s.facte, hoc est in gr̃a referenda & in mutuo amore mihi præstando. illo. existimat sup.id quod facile apparet.i.euidens satis est,se i eo ꝙ colat,& obseruet me facere quoque.i.ẽt tibi gratissimum.

ARGVMENTVM.

Cum ex Achaia, cui præfectus erat Seruius, sæpe eodem exemplo literas ad Ciceronem dedisset, & Cic. id se mirari significasset. excusauerat factum suum Seruius dupliciter. Primo quod uerebatur, ne non perlata essent priores, ideoq; posteriores eodem exemplo dedisse: deinde aut per iocum, aut per modestiam loquens, dicit se id fecisse inopia sermonis, qua nesciebat rem unam uarie significare, quod Ciceroni facillimum censet, utpote oratori copiosissimo. Harum excusationum dicit se Cicero priorem accipere, hoc est approbare: posteriorem non posse credere: cum sit tam peritus dicendi & tam copiosus in scribendo. Deinde, quia scripserat, quo consilio Achaicum negocium susceperit, laudat illud Cicero: cum rem futuram prudentes præuiderit. Scribit tamen de benignitate Cæsaris erga Marcellum & cætero: : ut Seruium à reditu non deterreat: filiumq; eius laudat.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Respondet excusationi Seruij, & illius negocium præ suo extollit: Narrat item, qua ratione in pristinum locum per Cæsaris beneficia Marcellum restituerit. Postremo & Seruij filijq; illius eruditionem & probitatem laudat. itaque mista est epistola.

M. CICERO S. D. SER. SVLPICIO 4

ACCIPIO *excusationem tuam, qua vsus es, cur sæpius ad me literas vno exemplo dedisses, sed accipio ex ea parte, quatenus aut negligẽtia, aut improbitate eorum, qui epistolas accipiant, fieri scribis, ne ad nos perferantur. illam partem excusationis, qua te scribis orationis paupertate (sic enim appellas) ijsdem verbis epistolas sæpius mittere, nec agnosco, nec probo. & ego ipse, quem tu per iocum (sic enim accipio) diuitias orationis habere dicis, me non esse uerborum admodum inopem agnosco; * εἰρωνεύεσθαι enim non necesse est: sed tamen idem, nec hoc * εἰρωνευόμενος, facile cedo tuorum scriptorum subtilitati, & elegantiæ. Consiliũ tuum, quo te vsum scribis hoc Achaicum negocium non recusauisse, cum semper probauissem, tum multo magis probani lectis tuis proximis literis: omnes enim causæ, quas cõmemoras, iustissimæ sunt, tuaq́ & auctoritate, & prudentia dignissimæ. Quod aliter cecidisse rem existimas, atque opinatus sis: id tibi nullo modo assentior. sed, quia tanta perturbatio, & confusio est rerum, ita perculsa, & prostrata fœdissimo bello iacent omnia, vt is cuique locus, vbi ipse sit, miserrimus esse videatur: propterea & tui te consilij pœnitet, & nos, qui domi sumus, tibi beati videmur. at contra nobis non tu quidem vacuus molestijs, sed præ nobis beatus. atque hoc ipso melior est tua, quàm nostra conditio; quòd tu, quid doleat, scribere audes; nos ne id quidem tuto possumus; nec id victoris vitio, quo nihil moderatius, sed ipsius victoriæ, quæ ciuilibus bellis semper est insolens. vno te vicimus, quòd de Marcelli collegæ tui salute paulo ante, quàm tu, cognouimus: etiam mehercule, quòd, quemadmodum ea res agerentur, vidimus. nam sic fac existimes, post has miserias, id est, postquam armis disceptari cœptum est de iure publico, nihil esse actum aliud cum dignitate. nam & ipse Cæsar, accusata acerbitate Marcelli, (sic enim appellabat) laudataq́ honorificentissime & æquitate tua, & prudentia, repente præter spem dixit, se senatui roganti de Marcello ne hominis quidem causa negaturum. fecerat autem hoc senatus, vt, cum à L. Pisone mentio esset facta de Marcello, & cum C. Marcellus se ad Cæsaris pedes abiecisset, cunctus consurgeret, & ad Cæsarem supplex accederet. noli quærere: ita mihi pulcher hic dies est, vt speciem aliquam viderer uidere quasi reuiniscentis reip. itaque cum omnes ante me rogati gratias Cæsari egissent, præter Volcatium, (is enim, si eo loco esset, negauit se facturum fuisse) ego rogatus mutaui meum consilium: nam statueram, non mehercule inertia, sed desiderio pristinæ dignitatis, in perpetuum tacere. fregit hoc meũ consilium & Cæsaris magnitudo animi, & senatus officium. itaque pluribus verbis egi Cæsari gratias: meq́, metuo, ne etiam in ceteris rebus honesto ocio priuarim: quod erat vnicum solatium in malis. sed tamen, quando effugi eius offensionem, qui fortasse arbitraretur, me hanc rempublicam non putare, si perpetuo tacerem; modice hoc faciam, aut etiam intra modum; vt & illius voluntati, & meis studijs seruiam. nam etsi à prima ætate me omnis ars, & doctrina liberalis, & maxime philosophia delectauit: tamen hoc studium quotidie ingrauescit, credo, & ætatis maturitate ad prudentiam, & his temporum vitijs, vt nulla res alia leuare animum molestijs possit, à quo studio te abduci negocijs, intellige ex tuis literis. sed tamen aliquid iam noctes te adiuuabunt. Seruius tuus, vel potius noster summa me obseruantia colit: cuius ego cum omni probitate, summaq́ virtute, tum studijs, doctrinaq́ delector. is mecum sæpe de tua mansione, aut decessione communicat. adhuc in hac sum sententia, nihil vt faciamus, nisi quod maxime Cæsar velle videatur. res sunt eiusmodi, vt, si Romæ sis, nihil te præter tuos delectare posit. de reliquis, nihil melius ipso est. ceteri, & cetera eiusmodi, vt, si alterutrum necesse sit, audire ea malis, quàm videre. hoc nostrum consilium nobis minime iucundum est, qui te videre cupimus: sed consulimus tibi. Vale.*

* .i. dissimulare.
* .i. simulas.

HVBER.

ACCIPIO) Cum S.Sulp. Achaiæ præfectus, sæpius ad Cic.literas eodem exemplo scripsisset, intellexissetq; Cic. id admirari: se excusauerat duplici de causa id fecisse. Primum pp negligentiã & improbitatem eoꝝ,qui cum ep̄las accipiant, se rendas,sæpenumero nõ reddant. Se igitur scripsisse multas eo dem exemplo,ut saltem aliquæ redderentur. Deinde id fecisse inopia dicẽdi & paupertate orationis,quia nesciret ep̄las eius dem ferè argumẽti uarijs modis scribere. sicut pôt facere Cic. quem dicebat posse idem uario modo dicere,quia hr̄et copiã magnam & diuitias orationis. Itaq; Cic.ei r̄ndens dicit se accipe primam causam excusationis de improbitate eoꝝ,q non reddant l͞ras.alteram uero minime,q: pp inopiam orõnis eo dẽ argumento sæpe scribat,cum et ipse cedat eius scriptoꝝ sub tilitati & elegãtiæ.Deinde qa scripserat quo 9silio & qua rõne motus Achaicũ negocium suscepisset: R̄ndet Cic. eũ bene sen sisse, nec rem alr̄ accidisse q̃ ipse putasset.s.q: non esset libẽter in Achaia, dicit hoc non esse pp molestiam ꝓuinciæ, sed qm̄ res ita pturbatæ sunt & 9fusæ & prostratæ ciuilibus bellis,ut nullus locus ẽt amœnissimus cuiq̃ gratus esse possit aut iucũ dus.Postea ꝓo exponit qua humanitate & liberalitate C.Cæs. senatui rogãti.M.Marcellũ restituerit,dicitq; quõ se egerit erga Cæs.pro hac restitutione. Postremo laudat plurimũ & ꝓbitatẽ et doctrinã Seruij eius filij.{Accipio)acceptã habeo,et approbo.{Eodem exẽplo)eadẽ forma,eisdem uerbis. {Ex ea p.)qa excusationẽ in duas partes diuiserat,ut diximus in argumẽto.{Quatenus inquantũ:al̄s uero sign̄at qn̄.{Negligẽtia) incuria: cũ non curant reddere.{Improbitate) pfidia,cũ nolũt reddere,qa sint improbi.{Fieri)accidere.{Illam p.)scꝫ cũdam,quã notauimus in argumẽto.{Paupertate)inopia qa nõ sis copiosus i dicẽdo.{Sic.n.sc.)usus.n.fuerat Ser. hoc uo cabulo,pauptate,qd̄ magis est trãslatum q̃ proprium,& ideo ne uidereẽ Cic.abuti eo uocabulo,attribuit id Ser.{Nec no.) qa uideo te hr̄e copiã orõnis.{Nec p.) nec approbo nec affir mo{Per io.)ẽrio hoc dixerat Ser.Cic.hr̄e diuitias orõnis,sed ipse ut arrogantiã uitet,dicit se accipe dictũ ioco, non serio. {Diuitias)copiã: trãslatiue,sicut ẽt paupertatẽ posuit.sunt.n. hæc cõtraria diuitiæ & pauptas.{Admodũ io.)cũ non possit negare oino quod est manifestũ,attenuat ut uitet arrogãtiã, & assentatur aliquãtulũ Seruio.{Non admodũ)nõ ualde εἰρωνικῶς sunulare,ironice loq.{Nõ est nec.)qa me nosti.{Idẽ) ego ipse.{Nec εἰρωνεύομαι) nec simulãs, sed uere & syncere lo quẽs.{Cedo sub.)sum inferior subtilitate tuoꝝ scriptorũ.{At que eleg.)ornatui: subtilitatẽ aũt dixit quantũ ad inuentionẽ spectat,elegantiã ad elocutionẽ.{Consiliũ)alia pars ep̄læ. {Consiliũ)ratio,cogitatio.{Te usum nõ re) .i.te usum ut nõ recusares.{Negociũ Achaicum) prouinciam Achaieam,quã Cæs.tibi obtulit.{Semper)anteq̃ scriberes aliquid.{Tuis lit.) qbus reddit rõnem.quare non recusaueris. {Dignissimæ tua auct.) i.tales quales deceat auferri à uiro eius auctoritatis, & prudẽtiæ,cuius es & hr̄is.{Quod)ad aliã partem ep̄læ.{Ceci disse)uenisse.{Atq;).i.q̃.{Opinatus sis)cũ scripsisti id negociũ , scripserat.n.Ser.cum est ꝓfectus in prouinciam se nunq̃ opinatum fore,ut sibi molestum esset commorari in Achaia: nũc uero esse sibi molestum , quia in ea inuitus moratur: ad quod r̄ndet Cic.q: si ẽt esset Romæ, non minus inuitus esset, quia pp miseriã tempoꝝ quisque inuitus est ubicunq; fit.{Assentior)sum tuæ s̄niæ.{Sed quia) sed quia oia ita sunt perculsa & ꝓstrata fœdissimo bello,ut is locus uideatur cuiq; miserrimus,ubi ipse sit,ideo pœnitet te suscepisse negociũ Achaicũ & nos q sumus Romæ,uidemur tibi esse beati.{Perculsa)concussa,à pcello perculi perculsum.{Prostrata)uiolenter deiecta.{Fœdissimo)crudelissimo,ut Sal. Fœdi oculi.{Iacẽt.) in contẽptu sunt.{Is locus)ẽt optimus & amœnissimus.{Videatur)non aũt re uera sit, qa infelicitas reꝝ facit nobis ingratũ esse quẽlibet locum.{Propterea)ideo pp hanc causam,qa oia iacent.{Tui 9s.)qꝛ susceperis Achaicũ negociũ, est aũt ordo , sed quia tanta est perturbatio & 9fusio oium reꝝ,& quia oia ita iacent pculsa et prostrata fœdissimo bello,ut euiq; uideatur esse miserrimus is locus,ubi ipse sit,ppea pœnitet te 9silij tui.{At contra)uicissim: & quod dr̄ econuerso.{Nobis)q sumus Romæ.{Non uac.)non carens.{Præ nobis) cõparatione & respectu nr̄m.{Hoc Ipso) hac ipsa re:si ẽt nulla alia esset {Quid doleas).i.pp quid doleas.i.causam tuorum dolorum

[Margin notes, left: Quatenus. Negligentia. Improbitas. Consiliũ. Atque. Perculsus Prostrata Fœdissimus. Iacent. Præ nobis. Tuto.]

{Audes, quia non habes qui te apud Cæs.accusent: aut qui moleste ferant.{Tutò)sine periculo.{Nec id) .s.q: non audemus scribere.{Vitio) culpa.s.fit.{Victoris Cæs.) Quo.Cæs. {Moderatius)humanius.{Insolens)superba & arrogans, ut supradiximus. {Vno te uicimus) una re sumus te beatiores. {Salute}restitutiõe, exultauerat.n.qa fuerat aduersarius Cæs. in consulatu suo: neq; postea poterat æquo aĩo ferre oppressionem reip.Tandem deprecante senatu & C.Mar.eius fratre Cæsar liberaliter concessit,ut in patriã rediret,sed cum ille nol let,et literis Cic.ut infra uidebimus & suoꝝ uehementer rogatus,differretq; reditũ suum à Magio Chilone familiari suo pugione interemptus est.{Collegæ) fuerat.n.cõsul unã cũ Ser. Sulp.{Vidimus)qa interfuimus:cũ à Cæs.impetratus est eius reditus in patriam.{Cum dignitate) cum honore.{Aliud) q̃ restitutionem Marcelli.{Disceptari armis de Iure pub.).i.cõs tendisse armis,cuius causa esset iustior. Luc. Iusq; datum sceleri canimus.i.ius armis ciuilibus quæsitum.{Accusata acerbitate) .i.cum dixisset Marcellum fuisse nimis acerbum erga se,& esse æquum uiꝝ & prudentẽ.{Acerbitate) asperitate & ꝑtinacia.Sic.n.dicit Cæs.formalr̄ usum esse hoc uerbo acerbitate:qa Marcellus aduersabatur ei & nõ posse ferre ei' tyrannidem.{Prudentia}qa putasti esse cedendum tpibus:et cũ tu uidisti te nõ posse ei resistere:nõ putasti aduersandum. {Repẽte)subito.{Roganti}ut Marcellus restitueretur.{Præter spẽ) quia cũ dixisset uerba supradicta, oẽs credebant eum nunq̃ esse indultuꝝ Marcello.{De Marcello) pp Marcellum. {Ne hois quidem cã).i.non solum non negatuꝝ causa senatus rogãtis)sed neq; ẽt causa ipsius Marcelli, à quo fuisset offensus.In quo ostẽditur maxima clementia Cæs.et sapientia: q ut faceret gratam restitutionẽ Marcello:dixit nõ solum eõs cedere eam cã senatus rogantis: sed ẽt causa ipsius Marcelli. {Hois).i.Marcelli.{Fecerat}qa dixerat superius quemadmodũ ea res ageretur:uidimus:ideo nũc ostendit quemadmodũ acta sit.{Fecerat)cõstituerat hoc quod seq̄tur. {Vt cum m.) sensus est.ita ordinauerat senatus:ut L.Piso primo ita iniiceret mentionẽ apud Cæs. de Marcello,& C.Marcel. eius frater abijceret se ad pedes Cæs.supplicaturus.Deinde totus senatus assurgeret, & ipse ẽt Cæsari supplicaret pro Marcello.{Facta mẽtio)iniecta uerba.{A.L.Pisone)is in magna erat auctoritate apud Cæs. qppe erat eius socer pater Calphurniæ uxoris Cæs.{Marcellus) L.Marcellus.{Abiecisset) proiecisset,ꝓstrasset.{Ad pe.)qd̄ faciunt supplicãtes,et petentes misericordiã. Ouid.Et iacet ante pedes Græcia mœsta tuos.{Cunctus) uniuersus.{Noli q.)elegans dicẽdi modus q.d.crede mihi. {Pulcher) honestus:lætus.{Viderer uidere)q.d.licet resp.sit opp̃ssa:tñ hoc egit Cæs.cũ tanta dignitate,ut uideretur resp. quodãmodo reuiuiscere,& recupare pristinam formam. {Reuiuiscẽtis)translatio est.Dixit.n.in prima epist.h' quarti)occidẽti reip.i.pereunti. ergo nunc dixit reuiuiscentis.i.in uitã reuertentis:hoc est in pristinũ statum.{Spẽm)apparentiam.{Rogãti}: ut diximus in I.lib.rogabantur singuli senatores s̄niam suam.{Ante me)nõ in conspectu meo, sed anteq̃ ei ro gatus essem.{Is) Volcatius.{Eo loco)in senatu.{Factuꝝ) ut ageret gr̄as Cæs.dedignabatur.n.hoc facere in tali loco.{Cõsilium)propositum,deliberationem. {Nam statueram) dicit quod esset suum consilium.s.nusquam amplius hr̄e orationẽ in publico pro quoquam.{Non inertia) .i.ignauia, quia nescireminnam inertia cõtraria est industriæ,et ad aium refertur, potest tñ ẽt hic accipi pro negligentia corporis:ut fit.{Non inertia).i.nõ qa pigeret me.{Desiderio pristinæ d.) i.amissione pristinæ & præteritæ dignitatis: dr̄.n.desiderium proprie de rebus aut amissis aut quibus caremus Cic.in Lælio.Ego si Scipionis desiderio me moueri negem &c.ego dixit quia uideo me amisisse pristinam dignitatẽ.{Tacere)nunq̃ amplius publice dicere.{Fregit)uicit,mutauit.{Et Cæs.) duo dixit fregisse consilium suum ne perpetuo taceret: magnitudinẽ animi Cæs.qui motus est,ut parceret inimico,et ei in patriam reddẽdi potestatẽ daret.Deinde & offm̄ senatus, quẽ pro tali uiro supplicare,& gr̄as agere Cæs.non puduerat.{Magnitudo aĩ).i.magnanimitas,q̃ maxime cernitur in parcẽdo inimicis, ut ipse lib.I.off. Nec uero audiẽdi sunt,q grauiter inimicis irascẽdũ putãt,idq; magni aĩ & fortis uiri esse cẽsent.nihil.n.laudabilius,nihil magno & pclaro uiro dignius placabilitate et clemẽtia.{Offm̄)humanitas in agẽdis gratijs, qa pro restitutione

[Margin notes, right: Repente. Pulcher. Species. Inertia. Desiderium.]

tione tanti uiri non putauit turpe agere grãs Cæſ. Pluribus uer.)uel multis uel pluribus q̃ alij,nam habuit orõnem,quæ hodie ẽt extatiquæ pro M.Marcello inſcribitur: quæ incipit, Diuturni ſilentij.{Priuari honeſto otio)exiſtimabat.n.hone ſtum otium non ire in ſenatu,neq; pro quoq̃ aliquid dicere: quo uidebatur ſe priuaſſe,qa nunc inceperat.& q ſemel incipit aliqd agere.non uĩ hr̃e honeſtam cauſam deſinendi.{In ceteris rebus)qbus exigat ut idẽ faciã, quod feci in reſtitutio ne Marcelli.{Quod).i.honeſtũ ocium.i.tacere.{Erat unum ſol.)erat mihi ſolũ leuamen doloꝝ:nam &ipſa orõne Marcel lina:dicit ſe uſum diuturno ſilẽtio,partim dolore, partim pu dore.{Sed tñ)adducit rõnem quare adductus ſit.ut priuaret ſe hoc otio,ne oſtenderet uoluntatẽ Cęſ.qua exiſtimaret Cic. ſi ꝑpetuo taceret hoc facere,quia exiſtimaret remp. Cæſare eã tenente nullã eſſe.Ne ergo Cæſar hanc opinionẽ de ſe caperet dicit ſe dixiſſe pro M.Marcello, & eſſe dictuꝝ interdũ ꝓ alijs ſed nõ crebro.{Effugi)uitaui offenſionẽ: ne offenderem uo luntatẽ Cæſ.&ei diſplicerem.{Non p.)hanc remp.ſ.eſſe eo re gnante:ſed eſſe penitus perditã.{Modice)ſeruato modo:non frequẽtiſſime.{Hoc)ut ueniã ad exercitationem dicendi.{In tra modũ).i.ẽt minus q̃ modice q.d.rariſſime.{Seruiã)obſe quar,obtẽperem,ſatisfaciam.{Et meis ſt.) quæ ſine exercita tione quodãmodo excreſcerent & deficerẽt,quia cum oia alia ſtudia,tũ uero ſtudia eloquentiæ magnã exigunt exercitatio nem.ipſe in 1.lib.ad Heren.& i oratore dicit.{Ars & d.)ars:

Ars.
Doctrina

quæ collectione præceptoꝝ conſtat,ut grãmatica & rhetori ca. Doctrina uero exemplis & Inſtitutionibus perficitur, ut doctrina phiæ & legum:licet & iuriſconſconſultus artem ap pellet largo modo : quaſi uirtutem quandã,artes igitur itel lexit,grãmaticam,rhetoricam,geometriam,muſicã,arithme ticam,quibus oibus Cic.operam dedit,quia ut ipſe in oratore oſtendit,&Quint.affirmat,ſunt neceſſariæ oratori.{Phia).ſ. ethica.i.moralis.{Hoc ſtudium)eloquentiæ et agẽdi cauſas.

Ingraueſcit.

{Ingraueſcit)augetur,fit grauius,&magis perfectũ.{Credo) duas ſubdit rões quare hoc ſtudiũ quotidie magis ingraue ſcat,&creſcat.{Primũ)qa ętas eo fit prudentior,quo fit matu rior.Deinde qa in his miſeris tꝑibus nullum aliud habet ſola tiũ & leuamen moleſtiaꝝ ſuaꝝ.{Credo) ſubaudi ingraueſcit magis quotidie.{Maturitate)pfectione,aptitudine, tractũ à fructibus, q eo ſunt pfectiores & meliores quo maturiores. Virg.Aeneid.maturus Aceſtes. {Aetatis)ſenilis.{Ad pruden tiã)ſicut.n.maturitas fructuũ eſt ad dulcedinẽ, ita ætatis ma turitas ad prudentiã quæ eſt ſenectutis,ſicut teneritas adole ſcẽtiæ,quanto aũt quiſpiã prudentior eſt,tanto aptior eſt ſtu dijs phiæ:cuius,ut inqt Ariſt.in 1.Ethi. Adoleſcẽs non eſt ca pax auditor, ꝓpea ꝙ nõ eſt multa exptus. {Et his uitijs t.)ſ. credo hoc ſtudiũ ingraueſcere.{His uitijs)ꝑꝑ hæc uitia.{Tẽ poꝝ)qbus nullus locus eſt relictus arti dicẽdi: neq; in foro, neq; in curia, nec amplius retinemus nr̃am priſtinã dignita tẽ.{Vt)ſubaudi ita ingraueſcit.{Vt nulla alia res)ꝑ̃ter ſtudia lr̃aꝝ maxime phię.{Leuare)leuẽ facere.{Moleſtijs)angorib[9]

Leuare.

quos capio de oppſſione reip.{A quo ſt.)ſ.phiæ. {Abduci) abſtrahi,remoueri{Negocijs)occupationibus:q̃ ſunt tibi ma xime In iſta ꝓuincia.{Noctes)tꝑa nocturna, qbus reſarcies ſtudẽdo:quę ſubtrahuntur tibi negocijs diurnis,ita.n.facere ſolẽt ſtudioſi.{Iã noctes)qa incipiũt eſſe lõgiores. {Supius)

Iam.
Vel.

dicit quãtũ colatur à Seruio eius filio.{Vel potius)correctio. {Noſter)utriuſq; nr̃m,tuus:ut ſupra diximus,nã: meus amo re.{Omni p.)oi bonitate.{Quæ.)magis hic ponitur declara tiue,q̃ cõpluratiue ut ſit.{Quæ.)hoc eſt.{Sũma uirtute)ꝑ̃ci pua & egregia ante oẽs æquales ſuos.{Delector) capio uolu

Tum.

ptatẽ.{Tũ max.)& ꝑ̃cipuę.{Is)Seruis tuus filius.{Mãſione) cõmoratione in ꝓuincia Achaia. {Et deceſſione).i.deceſſu, hoc eſt an ſis mãſurus,an deceſſurus.{Mecũ) quaſi cũ patre;

Adhuc.

qđ eſt ſignũ maximæ beneuolẽtiæ.{Adhuc) hactenus : uſq; ad huuc diẽ.{Velle)cupe:ut regamus nos ſicut uolet.{Res) cõditiones reꝝ.{Hmõi)tales.{Nihil poſſit delectare te)nihil poſſit tibi afferre uoluptatẽ,& eſſe iucundũ.{Præter tuos,ex ceptis tuis,qa de reliqs potius capes moleſtiam q̃ uoluptatẽ. {De reliqs)quæ Romæ ſunt.{Ipſo) Cæſ.cui nã dedit ſingula rẽ clementiã.{Ceteri)q ſunt Cęſ.{Et Cæſ.) quæ ab eis gerun tur.{Hmõi) talis cõditionis. {Alterũ) uel audire uel uidere. {Malis)potius uelis.{Quã uide.) qa minor eſt dolor ut infe rius dicet,in ſenſu auriũ; q̃ in ſenſu ocloꝝ hoc eſt in audiẽdo q̃ uidẽdo.{Conſiliũ)quod damus tibi, ut malis audire q̃ ui dere,hoc eſt,ut malis abeſſe,q̃ uenire Romã{Minime eſt iuc.) minime eſt gratũ:qa do tibi inuitus,qm̃ uellẽ te uidere.{Sed con.tibi).i. proſpicimus tibi, & utilitatem tuam quærimus, quæ eſt ut abſis : non autem uoluptatem noſtram, quæ eſſet ſi Romam uenires, & te uidere poſſemus.

ACcipio excuſationẽ.Purgauerat ſe Ser.Sulpitius,ꝙ mul tas eiuſdem exempli lr̃as miſiſſet, qa dubitaret an prio res eſſent perlatæ, & ꝙ inopia ſermonis alterius exẽpli ſcribe re nequiret,quaꝝ excuſationum priorẽ Cic.accipit,nõ poſte riorẽ:laudat deinde ꝯſiliũ Seruij, quo Achaicũ negocium nõ recuſauerat,hortaturq́; eum tacite Cæſ.clementiæ ꝯfidere, & filiũ rurſus laudat. Ordo eſt. Accipio.i.approbo excuſationẽ tuã,qua uſus es, cur dediſſes ad me ſæpius lr̃as eodẽ exemplo .i.eadẽ forma uerboꝝ, ſed accipio.i.approbo eam ex ea parte quatenus ſcribis,fieri aut negligentia aut improbitate eoꝝ q epl̃as accipiant.ſ.pferant das,ne perferãtur ad nos. Ego nec noſco.i.deprehẽdo in ſcriptis tuis,nec ꝓbo illã partem excu ſationis,quã tu ſcribis te mittere ſępius epl̃as ijſdẽ uerbis.pau pertate.i.inopia, ſic.n.appellas,orõnis.i.rõnis dicendi. Ego ipſe,quẽ tu dicis per iocũ,ego.n. accipio.i.intelligo ſic.ſ.te id dicere,hr̃e diuitias orõnis : agnoſco me nõ eſſe admodum.i. ualde,inopem uerboꝝ.enim.i.qa,nõ eſt neceſſe.εἰρωνεύεσθαι.i. ironice ac diſſimulãter loqui,ſed tñ idem.ſ.ego, nec εἰρωνικῶς.i.ironice loquẽs,ſed uere,et ex aio, hoc.ſ.quod dicã,cedo facile.i.fateor me ſuccũbere, ſubtilitati & elegantiæ tuoꝝ ſcri ptoꝝ q.d.ſyncere loquens,nec te inopẽ ſermonis, nec ditiorẽ q̃ ego ſim æſtimo. Cũ ego ſemper approbaſſem hoc conſiliũ tuũ quo uſum.i.cũ ſis eo uſus, ſcribis te nõ recuſauiſſe hoc ne gociũ Achaicum.i.quod publice geris in Achaia:tũ probaui multo magis proximis lr̃is tuis lectis.Oẽs.n.cauſę,quas com memoras,ſunt iuſtiſſimę & digniſſimæ tua auctoritate & pru dẽtia.i.quæ à te tali uiro approbarẽtur, aut quæ te tã pruden tẽ & magnum uiꝝ ad hoc adducerẽt.Quod exiſtimas rẽ ceci diſſe alr̃ atq;.i.q̃ ſis opinatus,ego nullo modo aſsẽtior.i. aſti pulor & cõcedo tibi id,ſed qa tanta ꝑturbatio & cõfuſio reꝝ eſt,oia iacent ita ꝑculſa & proſtrata fœdiſſimo,qa ciuili & in ter affines,bello,ut is locus uideatur cuiq; miſerrimus, ubi ip ſe ſit:ꝓpea.i.& ideo tui,&.i.ſimul pœnitet te ꝯſilij tui,et.i.ſit, nos q ſumus domi,uidemur tibi beati. At.i.ſed ſup. tu uide ris nobis cõtra.i.ecõtrario,non quidẽ uacuus moleſtijs.i.ol no ſine moleſtijs, ſed beatus præ nobis.i.reſpectu nr̃i.i.Atq; tua ꝯditio.i.fortuna aut forma uiuẽdi,eſt melior q̃ nr̃a, hoc ipſo.i.ꝑꝑ hoc ipm̃,quod tu audes ſcribere qd doleas, nos ne quidẽ.i.non ſaltẽ poſſumus. Id.ſ.ſcribere qd doleamus, tutò .i.ſine ꝑiculo,nec id ſup.accidit uitio uictoris.ſ.Cæſaris, quo nihil ſup.eſt moderatius.i.tẽperantius,utẽs uictoria,ſed ſup. uitio ipſis uictoriæ,q̃ eſt ſemꝑ Inſolens.i.imoderata & ſuꝑba ſup.In bellis ciuilib.eo ꝙ domi ſꝑ habet,qui uictor eſt,occul tos hoſtes reliquos.Nã uicimus te.i.beatitudinẽ tuã ſuperaui mus,uno.i.una re,ꝙ cognouimus de ſalute Marcelli collegę tui.ſ.in ꝯſulatu,cui Cęſ.ignouit,paulo.i.modico ante q̃ tu ẽt, me hercle ꝙ uidimus, quẽadmodũ ea res.i.recõciliatio Mar celli agebatur. Nã exiſtimes.i.cẽſeas ſic,nihil aliud actũ eſſe cũ dignitate,poſt has miſerias.i.poſtq̃ cœptũ eſt diſceptari ar mis de iure publico.i.Impij Romani,unde Luc.Iuſq́; datũ ſce leri.Nã & ipſe Cæſar,acerbitate.i.ꝑtinaci cõſtantia Marcelli, ipſe.n.Cæſar appellabat ſup.conſtantiã Marcelli,ſic.i.acerbi tatẽ,caſtigata.i.repꝛ̃henſa,& æquitate & prudẽtia tua, laudat honorificẽtiſſime,dixit repente ꝑ̃ter ſpem ſe ne quidẽ.i.nõ ſal tem cã hois.i.licet Marcellus nimis acerbus eſſet, ſe negatuꝝ ſenatui rogãti de Marcello.i.reductione Marcelli in urbẽ cũ bona uenia Cæſaris.Aũt.i.ſed,ſenatus fecerat hoc.ſ.qđ dicet, ut cũ mẽtio facta eſſet,de Marcello à Luc.Piſone.Et cũ Marcel lus.ſ.Lucius frater M.Marcelli abieciſſet ſe ad pedes Cęſaris.ſ. Iulij,ipſe.ſ.ſenatus,ꝯſurgeret cunctus.i.ſil'totus, & accederet ſupplex ad Cæſ.Noli quęrere ſup.quõ Cæſar ſenatũ ad ſe acce dentẽ acceperit,qa hic dies quo hæc ꝯtigerunt, uiſus eſt mihi ita pulcher,ut uiderer.ſ.mihi,uidere aliq̃ ſpẽm.i.repꝛ̃ſentatio nẽ & effigiẽ,q̃ſi reuiuiſcẽtis.i.iteꝝ uitã capiẽtis & renaſcentis reip.Itaq; cũ oẽs rogati.ſ.ſñiam ante me.i.anteq̃ ego, egiſsẽt grãs Cæſari,de reuocatione M. Marcelli ꝑ̃ter Volcatiũ. Is.n. negauit ſe eſſe factuꝝ.i.redituꝝ Ad Cęſarẽ,aut eius grãm ſi eſ ſet eo loco.ſ.quo Marcellus.ſ.in eo ſtatu Sũt q intelligãt in eũ

locum

locū.i.in senatu,& negauit se factux, ut ageret grās,sed turpiter errant: quō.n. rogari poterat sniam si non erat in senatu? Rogatum aūt fuisse indicat particula præter. Ego rogatus.s.sniam de reditu Marcelli, mutaui consilium meum. Nam statueram tacere in perpetuum .s. in senatu .i. nullam sniam dicere: non mehercule .s. ita iudicante ac tractante ut uex dico sup.id statueram inertia.i.pp inertiam.i.carentiam artis & industriæ,sed desiderio dignitatis pristinæ.i.prius habitæ.Et.i.sil'magnitudo animi Cæsaris,&.i.sil' nſm senatus, qui ita pro Marcello intercessit, fregit hoc consilium meū de perpetuo silentio in senatu hn̄do. itaq; egi Cæsari grās pluribus uerbis.s.ǭ constitueram,aut pluribus.i.uerbis multis. Neq; ppea φ semel sniam dixi metuo me priuari ocio honesto.i.uacatione à negocio reip. decenti ēt in ceteris rebus qd' .s.otium,erat unum.i.solum solatium in malis.Sed tn̄ qm̄ effugi offensionem eius .s. Cæsaris qui arbitraretur fortasse me non putare .i. censere,hanc quæ nunc est,sup.esse remp.si tacerem perpetuo, ego faciam hoc modice.i.parce loquar in senatu,aut ēt intra,alij legūt infra aut circa .i.nō usq; admodū .i.iustā mensurā sed sicut dicim' extra modū p supra modū, ita intra modū p infra modū, ut seruiam.i.inseruiam & obsequar, &.i.simul,uoluntati eius,&.i.simul studijs meis. Nam etsi .i. quanquam,omnis ars & doctrina liberalis & maxime phia.s.moralis,delectauit me à prima ætate, tn̄ hoc studium .s.phiæ,ingrauescit.i.fit grauius & maioris auctoritatis quotidie,credo &.i. sil'maturitate ætatis ad prudentiam quia iuuenes auctore phō sunt phiæ moralis inutiles auditores, eo φ mores probati eis non sapiunt,& his uitijs.i. pp hæc uitia temporum, quæ tanta sunt ut nulla alia res, præter phiam possit leuare animum à molestijs. Cōsulto in multis locis ab expositione Hubertini discedo. Is .n. ita exponit, hoc studiū eloquentiæ & agendi gratias. Sed errat. Nam ideo intra modum dicit se dicturum sniam iam ut studijs suis inseruiat nō quidem eloquentiæ sed phiæ moralis. Quæ studia licet illi in prima ætate iucunda fuerint,tn̄ eox auctoritas & amor cum ætate crescit, præsertim ea malitia temporum qua nō licebat in senatu & iudicijs eloquentiam exercere. A quo studio .s. phiæ,ego intelligo ex tuis literis,te abduci negocijs.i. per negocia,sed tn̄ noctes quæ longiores tunc fiebant,adiuuabunt te iam.i.deinceps,aliquid.i.in aliquo. Non ergo de eloquentiæ,sed phiæ studio locutus est. non.n.eloquentia noctu exercetur. Seruius tuus.s.filius,uel potius noster.s.cōis filius, tu' per nām,meus per amorem paternum, colit .i. ueneratur me summa obseruantia. Cuius.s.Serui tui,ego delector cum.s.ita sit φ delector,ni probitate,& summa uirtute,tum sup.multo uerius est φ delector studijs,& doctrina. Is.s.Ser.cōicat .i. cū familiaritate loqtur mecum sępe de mansione,aut dicessione tua.s.in aut de puincia. Ego sum adhuc in hac snia,ut nihil faciamus nisi φ Cæsar uideatur uelle maxime. Res sunt eiusmodi.i.ita se hn̄t,ut si sis Romæ, nihil possit delectare te pter tuos.de reliquis.i.inter reliquos, qui nō sunt tui,nihil est melius ipso Cęsare,ceteri.i.hoies,cetera.s.negocia sup.sunt,eiusmodi.i.talia, ut si sit necesse alterutrum.i.unū duox, aut uidere,aut audire ea,tu malis.i.magis uelis audire ea,ǭ uidere. Hoc consilium nostrum.s. quo deterremus te à uidendis,quę Romæ fiant, est minime .i. omnino non iucundum nobis, qui cupimus uidere te,sed nos consulimus.i.prospicimus, & utile consilium damus tibi. Vale.

ARGVMENTVM.

Consolatoria est hæc epistola, non quidem Cic. sed Ser. Sulpitij usqueadeo tamen Ciceronianus in stylo similis, ut, quod ait Valla, adempto nomine, vix internoscas: dico vix, quia nonnihil discriminis est. Consulatur autem hac epistola Seruius Ciceronem, dolentissime patientem mortem Tulliæ filiæ suæ, quæ primo Pisoni Crassipedi, deinde Dolabellæ nupserat: mulier adeo lepida, & adeo iucunda, ut Cicero eam animam suam appellaret: ea autem diem obijt iam rep. occupata, & oppressa à Cæsare Superiore ut dixi, insperato obitu, cum Cicero inconsolabiliter dolere uideretur, argutissime, & doctissime consolatur eum Seruius.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Perfectum consolationis exemplum est illa epistola, eiusce modi argumentis instructa, ut non solum dolores luctusq; quoslibet leuare, sed & plane tollere possit.

SER. SVLPICIVS M. CICERONI S. 5

*Posteaquam mihi renunciatum est de obitu Tulliæ filiæ tuæ, sane quam pro eo, ac debui, grauiter, molesteq; tuli, communemq; eam calamitatem existimaui: qui si istic affuissem, neque tibi defuissem, coramq; meum dolorem tibi declarassem. etsi genus hoc consolationis miserum, atque acerbum est; propterea quia, per quos id fieri debet, propinquos, ac familiares, ipsi pari molestia afficiuntur, neque sine lacrymis multis id conari queunt; ut magis ipsi videantur aliorum consolatione indigere, quàm alijs posse suum officium præstare: tamen, quæ in præsentia mihi in mentem venerunt, decreui breui ad te perscribere: non quòd ea te fugere existimem: sed quòd forsitan, dolore impeditus, minus ea perspicias. Quid est quòd tantopere, te commoneat tuus dolor intestinus? cogita, quemadmodū adhuc fortuna nobiscum egerit: ea nobis erepta esse, quæ hominibus non minus, quàm liberi, cara esse debent, patriam, honestatem, dignitatem, honores omnes. hoc uno incōmodo addito, quid ad dolorem adiungi potuit? * aut qui non in illis rebus exercitatus animus callere iam debet, atque omnia minoris æstimare? an illius vicem, credo, doles? quoties in eam cogitationem necesse est & tu veneris, ut vos sæpe incidimus, hisce temporibus non pessime cum ijs esse actum, quibus sine dolore licitum est mortem cum vita commutare. quid autem fuit, quod illam hoc tempore ad vivendum magnopere inuitare posset? quæ res? quæ spes? quod animi solatium? ut cum aliquo adolescente primario coniuncta ætatem ageret? licitum est tibi, credo, pro tua dignitate ex hac iuuentute generum deligere, cuius fidei liberos tuos te tuto cōmittere putares. an ut ea liberos ex sese pareret, quos cum florentes videret, lætaretur? qui rem à parente traditam per se tenere possent, honores ordinatim in rep. petituri essent, in amicorum negocijs * liberalitate sua uterentur? quid horum fuit, quod non prius, quàm datum, ademptum sit? at vero malum est liberos amittere: malum, nisi hoc peius sit, hæc sufferre, & perpeti. Quæ res mihi non mediocrem consolationem attulit, volo tibi cōmemorare, si forte eadem res tibi minuere dolorem possit. Ex Asia rediens, cum ab Aegina Megaram versus nauigarem, cœpi regiones circūcirca prospicere. post me erat Aegina, ante Megara, dextra Piræeus, sinistra Corinthus: quæ oppida quodam tempore florentissima fuerunt, nunc prostrata, & diruta ante oculos iacent. cœpi egomet mecum sic cogitare: Hem, nos homunculi indignamur, si quis nostrum interijt, aut occisus est, quorum vita breuior esse debet, cum vno loco tot oppidum cadauera proiecta iaceāt? vis ne tu te Serui cohibere, & meminisse, hoīem te esse natum? crede mihi, cogitatione ea nō mediocriter sum confirmatus. hoc idem, si tibi videtur, fac ante oculos tibi proponas. modo vno tempore tot viri clarissimi interierunt: de imperio præterea tanta diminutio facta est: omnes prouinciæ cōquassatæ sunt: in vnius mulierculæ animula si iactura facta sit, tantopere commoueris? quæ si hoc tempore non suū diem obijsset; paucis post annis tamen ei moriendum fuit, quoniam homo nata fuerat. Etiam tu ab hisce rebus animū, ac cogitationem tuam auoca: atque ea potius reminiscere, quæ digna tua persona sunt: illam, quandiu ei opus fuerat, vixisse: vna cum rep. fuisse: te patrem suum prætorem, consulem, augurem vidisse: adolescentibus primarijs nuptam fuisse: oībus bonis prope perfunctam esse: cum resp. occideret, vita excessisse. quid est, quod tu, aut illa cum fortuna hoc*

* alias aut quid? nō illis reb.

* alias liberalitate.

nomine queri possitis? denique, noli te oblinisci Ciceronē esse, & eum, qui alijs consueueris pcipere, & dare consilium; neq; imitari malos medicos, qui in alienis morbis profitētur se tenere medicinæ scientiam, ipsi se curare non possunt: sed potius, quæ alijs tute præcipere soles, ea tute tibi subijce, atque apud aīum propone. NVLLVS *dolor est, quem non longinquitas temporis minuat, atque molliat. hoc te expectare tps tibi turpe est, ac non ei rei sapientia tua te occurrere. quòd si quis ēt inferis sensus est: qui illius amor in te fuit, pietasq; in oēs suos, hoc certe illa te facere non vult. da hoc illi mortuæ: da ceteris amicis, & familiaribus, qui tuo dolore mærent: da patriæ: vt, si qua in re opus sit, opera, & cōsilio tuo vti possit. denique. quoniam in eam fortunam deuenimus, vt ēt huic rei nobis seruiendum sit: noli cōmittere, vt quisquam te putet non tam filiam, quàm reip. tempora, & aliorum victoriam lugere. plura me ad te de hac re scribere pudet, ne videar prudentiæ tuæ diffidere. quare, si hoc vnum proposuero, finem faciam scribendi. vidimus aliquoties secundā pulcherrime te ferre fortunam, magnamq; ex ea re te laudem adipisci: fac aliquando intelligamus, aduersam quoque te æque ferre posse, neque id maius, quàm debeat, tibi onus videri; ne ex omnibus virtutibus hæc vna tibi videatur deesse. Quod ad me attinet, cum te tranquilliore animo esse cognouero, de ijs rebus, quæ hic geruntur, quemadmodumq; se prouincia habeat, certiorem faciam. Vale.*

paria memorẽt ir de quo meminit in lib. de amic. Tul. ut uix
tria aut quattuor paria: & intellexit, ut arbitror, Theseũ & Py
rithoũ, Achillẽ & Patroclũ, Nisum & Eurialũ. Damona & Py
thiã [illegible] his addere Piladẽ & Horestẽ. Herculẽ et Pilo
[illegible] par esse uoluerũt Scipiones & Lælios, de qbus
in [illegible] ca diximus. Sed Lælius magis domi claruit
q̃ m[illegible] atulationẽ, ego arbitror esse ꝑtermissam à
te, q [illegible] bas, ne offenderes. i. læderes, cuius. i. alis.
cuius a[illegible] fed scito ea, quæ nos gessimus pro salute pa-
triæ, c[illegible] obari iudicio & testimonio orbis terrarum.

ASCEN.

SI tu a[illegible] uo tpe ꝯiurationẽ repssit Romæ Cicero, Cn. Põ
peius Mithridatẽ Põti regẽ diuicit: unde lr̃as ad senatũ de
derat, e qbus nũc Cic. dicit se sperare otiũ à bellis externis. De-
inde, qa in lr̃is ad [illegible]datis Põp. paꝝ honorifice meminit de re
bñ gesta, ab ipso Cic. signãt se in ea re desiderare gratulationẽ
eius, iucũdas tñ fuisse lr̃as, ꝑsertim cũ putet gratulationẽ omis
sam ne offendat maleuolos. Ordo est. Si tu, & exercitus tuus
ualetis, bñ est. Ego cepi unà cũ oibus. s. alijs, incredibilẽ uolu
ptatẽ ex lr̃is tuis, quas misisti publice. i. ad senatũ publice le-
gẽdas. Tu. n. oñdisti tantã spẽ otij. s. ab externis bellis futuri,
quantũ ego pollicebar sp oibus, fretus. i. ꝯfisus & adiutus te
uno. i. solo. Sed scito hoc, hostes tuos ueteres, amicos nouos
. i. q fortunã sequẽtes se iãdudũ amicos simulant, ꝑculsos. i. at
tonitos & stupefactos uehemẽter lr̃is. s. tuis atq; iacere detur
batos. i. cõturbatione deiectos, ex magna spe, quã ꝯcepãt de
interitu tuo. Aũt. i. sed, scito has literas, quas misisti ad me, q̃q̃
habebãt exiguã. i. exilẽ & modicã signionem. i. notificationẽ
uolũtatis tuæ. s. bonæ erga me, tñ fuisse mihi iucũdas. Em. i.
qa, ego nulla. i. nõ ulla, nõ soleo lætari ulla re tã. i. tãtopere, q̃
. i. quãtope, ꝯscia meoꝝ offõꝝ. i. decẽter factoꝝ. Quibus. s. offi
cijs meis siqñ. i. aliqñ, nõ rñdetur mutuo. i. nõ satisfit ab his,
qbus ea impẽdi, patior facillime. i. æquissimo aio, plus officij
residere. i. q̃si ociosum esse apud me. Ego nõ dubito illud, q n
si summa studia mea erga te, adiũxerũt paꝝ mihi te: Resp. sit
nos cõciliatura, & cõiunctura inter nos. Ac ne ignores, quid
ego desiderarim. i. nõ inuenerim, inuenisse tñ uoluerim, i lr̃is
tuis, scribã apte, sicut & nr̃a mea, q̇ nihil simulare nouit, & ami
citia nr̃a, quę oia manifesta esse uult postulat. Ego gessi eas. i.
tã insignes res. s. in opꝑssione cõiuratoꝝ, quaꝝ, ego expecta-
ui in tuis lr̃is aliq̃ gratulationẽ, cã &. i. sil' necessitudinis nr̃æ,
&. i. sil'. Rei. quã. s. gratulationẽ, ego arbitror esse ꝑtermissã à
te. q uerebare. i. timebas, ne offenderes. i. lęderes. cuius. i. alic'
aium. sed scito ea, q̇ nos gessimus ꝓ salute pr̃iæ, cõprobari iu
dicio & testimonio orbis terraꝝ. Quę. s. gesta mea, cũ ueneris
. s. Romã, tu cognosces esse gesta à me tanto ꝯsilio & tãta ma-
gnitudine animi, ut patiare facile, me nõ multo minorẽ. i. ife
rioris uirtutis q̃ Lęlius, nobilissim' amicus Scipiõis, sup. fuit i
adiũctũ esse tibi multo maiori q̃ Africanus. s. Scipio, ab Africã
deuicta sic dictus, fuit et i rep. & i amicitia. Modeste se Lęlio ñ
mlto minorẽ dicit: sed tñ satis iactãter gesta sua cõmemorat.

A R G V M E N T V M.

INter Ciceronem & Crassum post amicitiam magnam inciderat simul tas non parua, imo & dissensio studiorum, & odium propter defensionem Gabinij, quam Crassus susceperat contra Ciceronem: cum eum antea oppugnasset, vt visum est lib. 1. tandem tamen cohortantibus Pompeio, & Cæsare, reconciliata est inter eos gratia, ita ut pene è domo Ciceronis profectus sit Crassus ad parthicum bellum: ad quem Cicero nunc scribit: se ita pro eius honore, & dignitate contendisse in senatu, vt omnes intellexerint suum erga eum studium ostendit; ea quæ audierat non esse uera, sed à maleuolis ficta: vnde pollicetur, se illi constantem amicum fore: rogat vt talis sibi sit Crassus: & de rebus omnibus ad se scribat.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Prædicat aĩum suum erga Crassum, & quã officiosus esse, cupiat scribit.

M. TVLLIVS CICERO M. LICINIO
P. F. CRASSO S. D. 8.

*QVANTVM meum studium extiterit dignitatis tuæ vel tuendæ, vel etiam augendæ; non dubito, quin ad te oẽs tui perscripserint. non enim fuit aut mediocre, aut obscurum, aut eiusmodi, quod silentio posset præteriri. nam & cum consulibus, & cum multis consularibus tanta contẽtione decertaui, quanta nunquam antea vlla in causa: suscepiq; mihi perpetuam propugnationem pro omnibus ornamentis tuis: veteriq; nostræ necessitudini iandiu debitum, sed multa varietate temporum interruptum officium cumulate reddidi: neque mehercule vnq̃ mihi tui aut colendi, aut ornandi volũtas defuit: sed quædam pestes hominum, laude aliena dolentium, & te nonnunquã à me alienarunt, & me aliquando immutarunt tibi. sed extitit tempus, optatũ mihi magis, quàm speratũ, vt florentissimis tuis rebus mea perspici posset & memoria nostræ voluntatis, & amicitiæ fides. sum enim consecutus, nõ modo vt domus tua tota, sed vt cuncta ciuitas me tibi amicissimũ esse cognosceret. itaque & præstãtissima oĩum fœminarum vxor tua, & eximia pietate, virtute, gratia tui Crassi meis consilijs, monitis, studijs, actionibusq; nituntur: & senatus populusq; R. intelligit, tibi absenti nihil esse tam prõptum, aut tam paratum, quàm in oĩbus rebus, quæ ad te pertineant, operam, curam, diligentiam, auctoritatem meam. Quæ sint acta, quæq; agantur, domesticorũ tibi literis declarari puto. De me sic existimes, ac tibi persuadeas vehementer velim; non me repentina aliqua voluntate, aut fortuito ad tuam amplitudinem meis officijs amplectendam incidisse, sed, vt primũ forum attigerim, spectasse semper, vt tibi possem quãmaxime esse coniunctus. quo quidẽ ex tempore, memoria teneo, neque meam tibi obseruantiam, neque mihi tuam summã beneuolentiam, ac liberalitatẽ defuisse. si quæ interciderunt, non tam re, quàm suspicione * violata; ea cũ fuerint & falsa, & inania, sint euulsa ex omni memoria, vitaq; nostra. is enim vir es, & cũ me esse cupio, vt, quoniam in eadem reip. tempora incidimus, coniunctionẽ, amicitiamq; nostrã vtrique nostrum laudi sperem fore. quãobrem tu, quantũ tuo iudicio tribuendum nobis esse putes, statues ipse, &, vt spero, statues ex nostra dignitate: ego vero tibi profiteor, atque polliceor eximiũ, & singulare meum studium in omni genere officij, quod ad honestatem, & gloriam tuam spectet. in quo, ẽt si multi mecum contendent, tamen, cum reliquis oĩbus,*

* *alias uiolẽta.*

tum

tum Crassis tuis iudicibus, oēs facile superabo: quos quidem ego ambos unice diligo, sed in Marco ✱ *beneuolētia impari: hoc magis sum Publio deditus, quòd me, quanquā à pueritia sua semper, tamen hoc tempore maxime, sicut alterum parentem, & obseruat, & diligit. has literas velim existimes fœderis habituras esse vim, non epistolæ; meq; ea, quæ tibi promitto, ac recipio, sanctissime esse obseruaturum, diligentissimeq; facturum. quæ à me suscepta defensio est te absente dignitatis tuæ, in ea iam ego non solum amicitia nostra, sed etiam constantia mea causa permanebo. quamobrem satis esse hoc tēpore arbitratus sum, hoc ad te scribere: me, si quid ipse intelligerem aut ad voluntatem, aut ad cōmodum, aut ad amplitudinem tuam pertinere, mea sponte id esse facturū; sin quidpiam aut à te essem admonitus, aut à tuis, effecturū, vt intelligeres, nihil neque te scripsisse, neque quenquam tuorum ad me frustra detulisse. quàobrem velim ita & ipse ad me scribas de omnibus minimis, maximis, mediocribusq; rebus, vt ad hoīem amicissimum; et tuis præcipias, vt opera, cōsilio, auctoritate, gratia mea sic vtantur in omnibus publicis, priuatis, forensibus, domesticis, tuis, amicorum, hospitum, clientū tuorum negocijs, vt, quoad eius fieri possit, præsentiæ tuæ desiderium meo labore minuatur. Vale.*

✱ *alias beneuolentia. pari.*

MVREA.

QVANTVM) Inter Cic. & M. Crassū ex magna grā incidit simultas, imo et dissensio & odiū pp defensionē Gabinij, quā Crassus susceperat cōtra Cic. eū enī ante oppugnasset, ut lati⁹ est declaratū in 1. lib. in epist. lōga: tandē instātib. Pōp. & Cæl. recōciliata est inter eos grā: ita ut penè à laribus Cicero. Crassus in ꝓuinciā aduersus Parthos ꝑfectus sit, ad quē gerē tē bella in ꝓuincia Cic. nūc scribit: se ita pro eius honore & dignitate ɔtēdisse in senatu: ut oēs intellexerint suū erga eū studiū, ōnditq; ea q̄ de se ad eū delata fuerāt ex inuidia & maleuolētia quorūdā fuisse delata, cū sp oibus declarauerit se esse erga eū optimo aio, polliceturq; ita opam & studiū suū Crasso, ut ne filius qdē eius secessu𝑥 dicat, & libēter se oia factuꝝ; q̄ admonitus fuerit ptinere ad eius amplitudinem. Itaq; rogat ipm, ut nō solū de reb. magnis, sed ēt de minimis ad se scribat tanq̄ ad amicissimū. {Studiū) uolūtas & diligētia. {Extiterit) apparuerit: fuerit. {Aut m.) sed maximū. {Aut ob(c.) occultū. {Aut eius.) tale ut puta uile aut tenue. {Silētio p.) nā res maximæ & pclarissimæ silētio pteriri nō pnt. {Decertaui) ɔtendi uerbis. {Cōtentione) ut uerbo𝑥 & uehemēti oratione. {Ante) superiori tpe. {Nunq̄) s. decertaui. {Suscepi) aggressus sum. {Propugnatione) defensionē. {Perpetuā) quā sp seruabo. {Veteri) antiqua: qa, ut dixi i argumēto: fuerat iter eos antea grā. {Debitū) qa amicis sp debemus offm. {Interruptū) intermissum. {Varietate te.) i. mutatione tpum: qbus ēt si uoluissem nō potuissem reddere offm debitū. {Cumulate) ample: ita ut nihil desit. {Neq; de. uo.) i. licet nō potuerim antea reddere offm debitū, tñ nunq̄ defuit uolūtas & amādi & honorādi, nō ptermisisset. {Pestes) pestē appellat detractores et iuidosqa sunt pestis. i. destructio & calamitas amicitiæ. {Dolentiū) nā ꝓprie inuidia est dolor alienæ felicitatis. {Alienarunt te à me) te ab amicitia mea remouerūt. {Immutauerūt) modestius dixit se nō alienatū, sed aliquātulū immutatū. {Extitit) fuit. {Optatū) qa assidue optabā dari mihi opportunitatē, ut posses & nīæ uolūtatis pristinæ memoriā & amicitiæ fidē ꝓspicere, q̄ quidē opportunitas tandē data est. {Magis q̄) s. qa licet ita optarē: tñ te tm ab inuidis & detractorib. meis alienatū à me uidebā, ut nō sperarē posse euenire illud tps. {Sū con.) re ipsa effeci. {Tua d.) tua familia. {Cūcta c.) oēs ciues nīi. {Crassi tui) subaudi filij. s. Mar. & P. Crassi. {Eximia) pcipua egregia. {Pietas te) amore in te. {Virtute) i. eximia. {Et gra apud p.) i. ualde grati oibus. {Nitūtur) utūtur & fidūt. {Monitis) qb⁹ dico qd uitēt & nō agāt. {Cōsilijs) qd agāt. {Studijs) fauorib. {Actionibus) negotijs et defensionibus meis. {Domestico𝑥) familiariū tuo𝑥. {Existimes) iudices & opinionem habeas. {Persuadeas) certissime credas. {Incidisse) deuenisse. {Amplectendā) suscipiendā, defendendam. {Repētina uolūtate aut for.) duo posuit, q̄ minuūt merita bñficio𝑥, cū ꝓximis fortuito nō putātes ꝓdesse, uel cū repentino quodā motu sine ɔsideratione & iudicio, túc. n. si bnda est magna gra bnficij Cic. offo𝑥 lib. 1. Multi. n. faciūt multa temeritate quadā sine iudicio uel mō repētino quodā quasi uēti impetu animi incitati; quæ bnficia æque magna nō sunt hnda. His igr duabus de causis dicit se nō incidisse in defensionē amplitudinis ipsius Crassi, sed cōsideratione diligēti, quā declarat cū dicit. {Sed ut primū. i. cum primū. {Attigerim to.) pro attigi fo𝑥. i. cū primū forēles causas agere cœpi. {Spectasse) habuisse aium. {Quo ex tpe) post quod tps, quo fo𝑥 attigi. {Obseruantiā) reuerētiā & honorē erga te. {Si qua) hortatur Cic. Cras. ut ea, q̄ postea euenerūt inter ipsos, magis suspitione q̄ re aliqua mandentur obliuioni. {Interciderūt) interuenerūt. {Re) effectu. {Quā susp.) quæ ēt plerūque res optimas & sanctissimas in malā partem accipit. {Falsa) nō uera. {Inania) uana sine fundamētis rōnis. {Sint euulsa) pro euellētur. & olno amoueātur. {Memoria utraque nīa). i. ex memoria uitæ, ut nunq̄ amplius recordemur, aut de eis uerba faciamus. {Is) talis. {Incidimus) deuenimus. {Spero fore laudi utriq; n.) ꝑerē utrunq; nīm cōparatu𝑥 esse laudē, ex ɔiunctione, & amicitia nīa. {Singulare) ꝑpetuum. {In oi ge. of.) in omni qd' pro te efficere potero. {Spectet) ꝑtineat {Oēs) q tibi offm ꝑstabunt. {Cōtenderint) certauerint mecū ut plus faciat ꝑ te q̄ ego. {Supabo oēs) uincā. {Cū oib. iud.) i. iudicio olum. {Tū) maxime. {Crassis tuis iud.) i. ēt iudicio filio𝑥 tuo𝑥. {Vnice) singulariter. {In M. Crasso) filio tuo. {Beneuolētia imp.) nō æquali amore, subaudi lum. i. nō eū æque amo atq; Publiū. {Hoc m.) affert rōnem q̄re magis P. amet, qa & hoc tpe, & alio tpe semp ab eo maxime est amatus, & obseruatus. {Alte𝑥) fm post te. {Has līas) Cic. ita affirmat se factu𝑥 ea quæ ꝓmisit Crasso, ut uelit has suas līas hre uim et pōdus fœderis & solēnis obligationis, nō eplæ solū. {Fœderis) quod quidē ita solēniter ferebatur apud antiquos, ut non liceret illud uiolare. {Vim) pondus & affectū. {Recipio) plus est q̄ promitto, quasi suscipio faciēda, & cū obligatione ꝓmitto. {Sāctissime) inuiolate, integerrime, & cōstātissime. {Quæ à me.) dicit Cic. se perseueratu𝑥 in defensione dignitatis eius, nō solū pp amicitiā, sed ēt pp cōstantiam, ne uideatur leuis. {Permaneo) ꝑseuerabo. {Intelligerē) p me ipm cognoscerē. {Mea spōte) mea uolūtate, à nullo rogatū. {Admonitus) edoctus, factus certior. {Quippiā) aliqd. {Nihil te scripsi) s. frustra. {Detulisse ad me) nunciasse aut dixisse de rebus tuis. {Vt ad hon. am.) i. tanq̄ ad eū à quo scias te plurimum amari cui possis oia mādare. Nā nisi quispiā sit nobis amicissimus, si sit uir alicuius auctoritatis, nō audemus ei mādare, ut aliqd pro nobis faciat, ne uideamur illū paruifacere, neq; de rebus maximis, ne uideamur impudētes, aut temerarij, impo\~nētes ei tm oneris. Petit igr Cic. à Crasso, ut se talē amicū existimet, cui putet ola posse mādari, & minima, & maxima & mediocria. {Et pcipias) mādes, iubeas. {Tuis) ꝑpingis et amicis, q Romæ res tuas agūt, ut in oibus negocijs utantur opera & cōsilio meo. {Publicis} discurrit p gña negocio𝑥, qbus uult exigi opera suā. {Pub.) quæ ptinebāt ad remp. {Priuatis} ad rē familiarē tuā, uel aliquo𝑥 tuo𝑥. {Forēsibus) ciuilibus, quæ agentur in foro. {Domesticis) quæ ad domū tuā spectabunt. {Tuis} q̄ tua intereunt. {Amico𝑥} tuo𝑥. {Clientū} quos in patrocinio tuo hēr ɔsueuisti nā cliens & patronus noīa sunt ad aliqd dicta. {Opera} labore: agendo in supradictis negocijs. {Auctoritate) existimatione, quæ est mihi apud senatū pplm q̄ plurimū ꝓdest negocijs amico𝑥. {Cōsilio) mouēdo & cōsulēdo qd agere debeat. {Vt quo ad eius} sensus ēt. ita utantur cōsilio & opa, ut quantū p me fieri poterit, minus pigeat eos absentiæ tuæ, cū me uideant uicem tuā gerere, & ita facere: ut si tu adesses. {Quoad elus} i. inquantū. fieri possit quia scio quod penitus fieri non potest, ut ab eis nō desidereris. {Desiderium præstant t.) i. solicitudo, quā capiunt pro desiderio præstantiæ tuæ. i. desiderantes ut adsis in urbe. {Minuatur} fiat leuior. {Meo labore) quem eis pro te præstabo.

Studium. *Decertaui.* *Cumulate.* *Quippiā* *Cliens. Patronus* *Quoad.*

ASCEN.

QVantū. Inter Cic. & Crassum post amicitiā magnā inciderat simultas magna, ꝑsertim ob defensionē Gabinij, tandē p intercessionē Cæsaris & Pōp. sic facti sunt amici, ut Crassus in Parthicū bellū fere ex hortis Crassipedis gñi Cic. sit ꝓgressus, ad quē nūc Cic. scribit, se ita pro eo in senatu contēdisse, ut oēs intellexerint suū erga Crassum studiū, ostenditq;, q̄

Crassus audierat, nõ esse uera, pollicẽs se illi constantẽ seruaturũ uoluntatẽ, rogansq; ut tale erga se seruet, scribatq; de reb' suis oĩbus. Ordo est. Ego nõ dubito, qn oẽs tui scripserint ad te, quantũ studium meum extiterit .i. eminuerit aut fuerit dignitatis tuæ, uel tuẽdæ .i. protegendæ, uel ẽt augendæ. Enim .i. qa, sup. studium meum nõ fuit aut mediocre, sed indigens, aut obscurũ .i. occultũ, aut eiusmodi .i. tale quod possit perimi .i. aboleri silẽtio. Nã ego decertaui .s. pro te, et .i. simul cũ pluribus & cũ multis consularibus .i. q prius consulatũ gesserant, tanta cõtentione, quanta nunq̃ .s. decertaui antea in ulla cã, & suscepi mihi .i. ad placitũ meum, perpetuã ppugnationem .i. decertationem pro oĩbus ornamẽtis tuis, & reddidi cumulate .i. abundanter offm debitum ueteri necessitudini nřæ .i. cõiunctioni quasi necessariæ aĩoꝝ, sed interruptum multa uarietate tempoꝝ q. d. nõ culpa nřa sed tempoꝝ. Neque me hercule uolũtas tui aut colendi, aut ornãdi .i. honorandi defuit mihi unq̃. Sed quædã pestes hoium .i. quidam hoies pestiferi, q non merẽtur hoies dici, dolentiũ laude aliena, & .i. simul alienauerunt .i. alienũ fecerunt, nõnunq̃ .i. interdum te à me & immutarunt aliqñ tibi .i. ut alius tibi ur. Sed tps optatum mihi magis q̃ speratum nõ .n. sperare poterat, cum non hrẽt pñtia ad hoc merita, nec euidentes uidelicet causas, optabat tñ qa bonum quodlibet optabile est extitit .i. emersit & exortum est ut rebus tuis florentissimis .i. in summa felicitate tua, & .i. simul, memoraria mea oĩæ uoluntatis .i. beneuolentiæ pristinæ, & fides amicitiæ .i. in amicitia cõseruanda, posset, pspici .i. clare uideri & agnosci. Sum .n. cõsecutus .i. obtinui, ut nõ modo .i. non solum domus tua tota, sed supiẽt, ut cũcta .i. uniuersa ciuitas .i. Romana, cognosceret me esse amicissimum tibi. Itaque & simul, uxor tua pstantissima .i. quæ est præstantissima oĩum fœminaꝝ, & Crassi .s. filij tui, eximia pietate, uirtute, grã .i. qui hñt eximiam pietatẽ .i. in te, eximiam uirtutem & grãm in oculis oĩum, nituntur .i. sustulciuntur ꝯsilijs, monitis, studijs & actionibus meis & .i. simul, senatus & pop. R. intelligit, nihil esse tam prõptum aut tã paratum tibi absenti q̃ operam, curã, diligentiam, auctoritatẽ meam, in oĩbus reb' quæ pertineant ad te. Ego puto declarari tibi lřis domesticorum q̃ sint acta, & quæ aga .s. pro te. Ego uelim uehementer sup. ut existimes .i. iudices de me, ac psuadeas tibi, me nõ incidisse aliqua uolũtate repentina .i. subitanea aut fortuito .s. casu, ad amplectenda .i. prosequendã amplitudinem tuã officijs meis, sed ut primum attigerim foꝝ .s. iudiciale. spectasse .i. tetẽdisse, ad hoc semp, ut possem esse q̃ maxime coniunctus tibi. Quo quidem tpe teneo memoria, neque obseruantiã meam .i. meã uenerationem, & cautionẽ, ne te lædã, defuisse tibi, neque summã beneuolẽtiam ac liberalitatẽ tuam defuisse mihi. Siqua .i. aliqua .s. discordiæ semina interciderũt non tam re q̃ suspicione uiolẽta, ea cum fuerint & falsa, & inania sint euulsa ex omni .i. tota memoria & uita nřa. Tu .n. es is .i. talis uir, & ego cupio eum esse .i. talẽ, ut qm incidimus in eadem tpa Reip. ut simul Remp. tractemus, ego sperem coniunctionẽ & amicitiam nřam fore .i. futurã esse, utriq; nřm laudi .i. ad laudem, qa honestum est bonos inter se amare & iuuare. Quàobrem tu ipse statues .i. cõstitues in aĩo tuo, quãtum putes .i. putare debeas, tribuendũ nobis, iudicio tuo .i. fm iudicium tuũ, & ut spero, tu statues sup. illud, ex dignitate nřa .i. fm dignitatẽ nřam. Ego uero pfiteor tibi atq; polliceor eximiũ & singulare studiũ meum, in omni gñe officij, quod spectet ad honestatẽ & gloriam tuã. In quo ẽt si multi contendẽt mecum, tñ superabo facile oẽs .s. contendentes mecum cum .s. sit, q su perabo reliqs oĩbus iudicibus .i. ita iudicãtibus, tum .i. multo euidẽtius, Crassis tuis .s. filijs, iudicibus, quos ambos .s. liberos tuos. Ego diligo unice .i. ut unicos filios diligerẽ, sed beneuolentia impari .i. minore in Marco .i. filio tuo. ego sum deditus .i. addictus magis Publio .s. filio tuo, q̃ Marco, hoc .i. pp hoc q ꝗq̃, sup. obseruauit & dilexit me semp à pueritia .s. sua, tñ obseruat & diligit me maxime hoc tpe, sicut alteꝝ parentẽ .i. patrẽ. Has &c. Velim sup. ut existimes has lřas habituras esse uim .i. potestatẽ fœderis .s. tecũ icti, non epřæ .s. dũtaxat, & obseruatuꝝ esse sanctissime & diligẽtissime ea q̃ promitto, ac pro .i. recipio tibi. Recipere .n. interdũ est pmittere, interdum res seruare, interdũ seruare, unde canere receptui, interdum accipere debita. Ego pmanebo nõ solũ causa amicitiæ nřæ, sed ẽt causa constantiæ meæ .i. ut ꝯstans sim, & uideãr, in ea sup. defensione dignitatis tuæ, quæ suscepta sup. est à me, te absente. Quàobrem ego arbitratus sum, satis esse hoc tpe, scribere ad te, hoc .s. sequẽtia, si ipse .i. ego, intelligerẽ qd .i. aliqd ptinere, aut ad uolũtatẽ sup. tuã, aut ad cõmodum sup. tuũ, aut ad amplitudinẽ tuã, me factuꝝ esse id spõte mea .i. qd' dñt proprio instinctu. Sin aũt .i. sed si, essẽ admonitus, aut à te, aut à tuis sup. me effectuꝝ. ut intelligeres, nihil neq; te scripsisse, neque quenquã tuoꝝ detulisse .i. denũciasse ad me frustra. Quàobrẽ uelim sup. ut, & .i. simul, ipse .i. tute, scribas ad me de oĩbus rebus minimis, maximis, & mediocribus, ut .i. tanquã ad hoiem amicissimũ, & .i. simul, pcipias tuis .s. necessarijs & amicis, ut utantur sic opera, consilio, auctoritate, grã mea, in oĩbus negocijs tuis publicis, quæ magistratũ ꝯcernunt & remp. priuatis, q̃ ad rem priuatã spectant. forẽsibus, quæ in foro iudiciali agũtur, domesticis .i. familiarib. & sup. amicoꝝ hospitũ, cliẽtũ tuoꝝ, ut desideriũ pñtię tuę minuare quoad ei' .i. qtũs id, possit fieri labore meo .i. p laborẽ meũ, cũ faciã ferẽ q̃ tu si adsis.

ARGVMENTVM.

Cum Vatinius gereret bellum in Illyrijs, & ob res bene gestas optasset sibi decerni supplicationes, sciretq; æmulos sibi aduersari; rogauit hac epistola Ciceronem, ut quemadmodum prius pro salute sua certauerat (à capitis enim periculo eum liberauerat) ita nunc pro honore certet. Deinde pollicetur, se daturum operam, ut Dionysium seruum fugitiuum Ciceronis inueniatur, & domino restituatur.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Petit Vatinius, ut dignitatem illius contra maleuolorum inuidiam Cicero defendat.

P. VATINIVS IMP. M. CICERONI SVO S. D. 9

SI VALES, *bene est: ego valeo. Si tuam consuetudinem in patrocinijs tuendis seruas, P. Vatinius cliens ad te venit, qui pro se causam dicier vult. non puto repudiabis in honore, quem in periculo recepisti. ego aũt quem potius adoptem, aut inuocẽ, quàm illũ, quo defendente vincere didici? an verear, ne qui potentissimorũ hominum cõspirationem neglexerit pro mea salute, is pro honore meo, pusillorum, ac maleuolorũ * obtrectationes, & inuidias non prosternat, atque obterat? quare, si me, sicut soles, amas; suscipe me totum, atque hoc, quidquid est oneris, ac muneris, pro mea dignitate tibi tuendũ, ac sustinendum puta. scis meam fortunam, nescio quo modo, facile obtrectatores inuenire, non meo quidem mehercule merito: sed quanti id refert, si tamen fato nescio quo accidit? si quis forte fuerit, qui nostræ dignitati obesse velit: peto à te, ut tuã consuetudinem, & liberalitatem in me absente defendendo mihi præstes. Literas ad senatũ nostras de rebus gestis quo exẽplo miseram, infra tibi perscripsi. Dicitur mihi tuus seruus anagnostes fugitiuus cũ * Vardæis esse: de quo tu mihi nihil mandasti: ego tamẽ, terra, mariq; ut cõquireretur, præmandaui: & profecto tibi illum reperiam, nisi in Dalmatiam aufugerit: & inde tamen aliquando eruam. Tu nos fac ames. Vale. ad III. id. Quint. ex castris, Narona.*

* *alias obtrectatiões & iniurias.*

* *alias Vardacis.*

HVBER.

SI uales) Cũ gereret bellũ Vatinius i Illyrijs, & ob res bñ gestas optaret sibi decerni supplicationes, qdã maleuoli & inuidi impugnabãt eũ & honori eius detrahebãt. Quare in hac epist. rogat Cic. ut quẽadmodum añ in piculo capitis eum defendit, ita nunc defendat i honore. Deinde pollicet se datuꝝ operã, ut Dionysi. Cic. seru' fugitiuus aliquo mõ inueniat, pfugerat .n. eas regiones. {Cõsuetudinẽ Cic.) libẽter i defensionib' amicoꝝ ṽsari ꝯsueuit. {Patrocinijs) defensionib. aduocationibus nã patron' defensor cãꝝ dr .i. aduocatus, patrocinij defensio. {Pub. Vat.) Ego Vatinius: loqtur .n. de se tanquã de tertia psona. {Cliẽs) defensione egẽs: est .n. q patronũ colit, & sequtur ut ab eo defendat. {Cãm d.) cãm agi & defendi: dicier p dici. {Repudiabis)

Patrocinia.

{Repudiabis)respues.{In p.)s.salutis,cũ oppugnabar capite & à te sum defensus,{Ego)ondit quã fiduciã i Cic.hře debeat {Adopté)eligã patronũ meũ.{Quã illũ) .s.te.{Didici uin.) obtinui uictoriã ꝯtra aduersarios meos.{An uerear)an dubitē q.d.nō.Ordo est:an uerear ne is nō ꝓsternat, atq; obterat obtrectationes pusilloꝝ & maleuoloꝝ hoium,q pro mea salute neglexerit ꝯspirationē.potētissimoꝝ hoium.Conspirationē ꝯiurationē,ꝯsensum cōtra me.{Neglexerit)contempserit, neq; ea territus sit.{Pro mea salute)ut salutē et uitam meã defenderet.{Pusilloꝝ)impotētiũ & paruæ auctoritatis,cōtra id qđ dixit potentissimoꝝ.{Obtrectationes)Maledicentias.{Inuidias)artificiose ondit se Innocentē esse, & iniuste oppugnari,ideoq; defendēdum esse.{Prosternat)deijciat.{Obterat)cōculcet,deffundet,nã si maius fecisti,facies ēt quod est minus.{Suscipe) in patrocinium tuũ accipe.{Muneris) officij,qđ tibi impono.{Scis)captat cōmiserationem Vat.cum dicit fortunas suas expositas esse inuidiæ & detractionibus maleuoloꝝ,sine culpa sua cum sit innocēs.{Obtrectatores) maledicos.{Nescio qũo)q.d. quodã fato & infortunio meo. {Non meo m.)nō mea culpa,nã meritum de malo et bono dr.{Sed quãti refert)qd interest q.d.nihil:cum nihilominus habeam inimicos innocētes.{Nescio qũo f.) nescio qua tristi fortuna mea,& q̃si malo sidere.{Liberalitatē n.)benignitatē,quę maxime in p̄standa opera amicis ꝑspicitur.{Quo exēplo)q bus uerbis,qua copia.{Anagnostes)non ꝓprium, est nomen sed officij,ἀναγινώσκω lego signat,idē ἀναγνώστης lector: habebãt.n. Romani seruos q cœnantibus aliqd legebãt & plerunque ꝑcurrebãt quæ essent ad oēs scripta,& interdum corrigebant.{Fugitiuus)q fugit à te.{De quo)seruo tuo.{Nihil mãdasti mihi)ut quærerē ip̄m.{Vardaci)ppli sunt in Illyrijs.{Terra mariq;)ꝓuerbialr q.d.ubiq;.{Tibi)datiuus hic in grãm Cic. positus est.{Dalmatiã)q̃ est pars Illyriæ quã parabat Vat. expugnare,cũ primũ data esset tp̄is cōmoditas.{Eruã)abstrahã elegãter dicim⁹ eruere ueꝝ,eruere ēt oclos, & ad qcqd deniq; uti possumus,qđ lateat nos,& scire nos laborem⁹.{Illinc)ex Dalmatia{Aliqñ)tãdē,nōnunq̃ aliquo tp̄e{Fac ames)fac ualeas,fac scribas,elegãtissime hoc impatiuo sic utimur i mltis.

Patronum. Dicier. Obterat. Meritũ. Vardaci. Dalmatia. Eruere. Aliquando.

ASCEN. SI Vales &c.Vatinius Cicer.rogat,ut pro rebus bene in Illyria gestis supplicationē sibi decernendã ꝓcuret, polliceturq; se curatuꝝ ut fugitiuus Cicer.cōprehendatur,dicens.Si uales ò Cic.bene est,ego ualeo.s.bene.Si tu seruas ꝯsuetudinē tuã in tuēdis.i.ꝓtegēdis patrocinijs.i.clientibus, patrocinio tuo cōmissis:Publius i Vatinius cliēs.s.tuus.i.te aduocatũ & patronũ suũ colēs,uenit ad te,honestius dicit q̃ si dicat, ego Publius &c.uenio q uult causam dicier,pro dici, pro se.i.pro supplicatione sibi impetrãda.ego nō puto sup.ꝙ repudiabis in honore.s.obtinēdo aut in re honesta,quē recepisti.s.defendēdum,in ꝑiculo.s.capitis.Aũt.i.sed quē ego adoptē,aut, inuocē potius q̃ illũ,quo defendēte didici uincere? q.d.nullũ. An uerear ne q neglexerit.i.parui fecerit.s.Cic. conspirationē hoium potētissimoꝝ.s. mihi aduersantiũ ꝓ salutē ea.i.ut me saluũ faciat,is nō ꝓsternat atq; obterat, obtrectationes & iuidias pusilloꝝ ac maleuoloꝝ,pro honore meo.s.augēdo? q.d. nequaq̃.Quare si amas me,sicut,soles,suscipe me totum,atq; puta.i.existima hoc qcqd est oneris ac muneris.i.officij tuendũ ac sustinēdum,sup.esse tibi,ꝓ dignitate mea. Scis fortunã meã iuenire facile.nescio qũo obtrectatores.i. maledicos qdē .i.certe,mehercule.s.ita iudicãte. nō merito.i.pc̄tō meo. sed quãti refert.i.interest.id.s.an merito, an imerito fiat.si tñ.i.nihilomin⁹. accedit nescio quo fato.i. ifortunio mihi ex astoꝝ aut Deoꝝ dispōne impēdēte: ꝑmittit.n.deus ēt bonis aduersa ꝯtingere,ut ide meliores euadãt,sed malũ culpæ à fato nō depēdet,sed arbitrio nr̃o. Si forte qs.i.aliqs fuerit q uelit obesse .i.nocere & obsistere dignitati nr̃e,peto à te,ut p̄stes mihi tuã ꝯsuetudinē & liberalitatē i me ab sẽte defendēdo.ego ꝑscripsi tibi infra.i.inferiore pte tabellę,lr̃as sup.meas,eo exēplo,quo exēplo.i.q̃ forma,miserã ad senatũ, aut ꝑscripsi tibi quo exēplo &c.supior expō plus placet. priore.n. de mō diploma.i. qđ duplã dn̄t & exēplũ lr̃aꝝ suaꝝ scripserit,posteriore tñ formã quo scriptæ essēt.Seru⁹ tuus fugitiuus.s. Dionysius noie, Anagnostes.i.lector tuus,aut mēsa aut lectica:nō est ergo ꝓpriũ sed officij nomē à ꝟbo ἀναγινώσκω qđ est lego,uñ ἀνάγνωσις Anagnosis lectio, dr esse Vardaci.i.i eo oppido in Illyrijs de quo tu mãdasti mihi.s.ut curē cōprehēdendũ ego tñ p̄mãdaui.i.anteq̃ eò ꝑfugeret,ut cũ q̃reretur terra mariq;, & ꝓfecto ego reperiã tibi.i.ad utilitatē tuã,illũ,nisi aufugerit in Dalmatiam,seu Delmatiam,quæ est pars Illyriæ.& tamen.i.licet, eò fugerit,ego eruam.i.auellam eum,aliquando.i.tandem,inde id est ab eo loco. Tu fac sup.ut ames nos. Vale. Ex castris Narona.i.in eo loco, ad tertium Idus quintiles,id est Iulias.

PAVLVS MANVT. CVm Vardęis) Antea, Vardacis, legebatur.nos in libris manuscriptis lectionē,quã imp̄ssimus,iuenimus. neq; de ea dubitãdũ quidq̃ cēsuimus,cũ à Plinio Vardęos iter Dalmatię pp̄los,in qua Vatinius bellum gerebat,numeratos uiderem⁹.{Actione expostulãt.)Ea forma dictũ est,qua,actione repetere.oino antiqui libri hñt,actiones expostulãt.sed mihi quidē magis probatur,actione expostulant;aut,actiones postulãt.

ARGVMENTVM.

IDē Vatinius ex eadē prouincia hanc ad Ciceronē dedit epistolã:in qua primũ scribit, se nihil adhuc certi habere de Dionysio seruo fugitiuo Ciceronis,sperare tamē se eruturum illũ aliquando è Dalmatia. Deinde quia Cicero,et Seruilius deprecati fuerãt pro quodã pirata Catilio nomine,quē Vatinius bello ceperat,adducit multas causas,quare nō debeat ei parcere: rogatq; Ciceronē ut causam suã defendat Romæ: quia potuissēt supplicationes sibi decerni pro rebus in Dalmatia bene gestis.Sed Cæs.qui debebat ꝓponere in senatu de ea re,nihil adhuc ꝓposuerat,quod iniquũ censet, cōmemorans quædam p̄clare gesta: Deinde se totũ Cicer. ab eo defendendũ tradit.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Respondet Ciceronis petitioni de Catilio pirata Vatinius, quem propter immensa scelera dimittere se non posse dicit. deinde supplicationes pro rebus gestis, vt à Cæsare referantur hortatore Cicerone, postulat.

P. VATINIVS IMP. M. CICERONI SVO S. D. 10

SI VALES, *bene est: ego quidem valeo. De Dionysio tuo adhuc nihil extrico, & eo minus, quod me frigus Dalmaticũ, quod illinc eiecit, ēt hic refrigerauit: sed tamen nō desistam, quin illũ aliquando eruam. sed tamen oĩa mihi dura imperas. de Catilio nescio quid ad me scripsisti deprecationis diligētissima. Apage te cũ nostro S. Seruilio: nã mehercule ego illum quoq; amo. sed huiuscemodi uos cliētes, hmōi causas recipitis? hoiem vnum oĩum crudelissimũ, qui tot ingenuos, matres familias, ciues R. occidit, * arripuit, disperdidit, regiones vastauit? simius, non semissis hō, contra me arma tulit; & eum bello cepi. sed tamen mi Cicero quid facere possum? oĩa mehercule cupio, quæ tu mihi imperas. meã animaduersionem, et suppliciũ, quo vsurus eram in eum, quē cepissem, remitto tibi, et condono. quid illis respōdere possum, qui sua bona direpta, naues expugnatas, fratres, liberos, parentes occisos, actione expostulant? si mehercule Appij os haberē, in cuius locum suffectus sum; tamē hoc sustinere non possem. quid ergo est? faciam oĩa sedulo, quæ te sciam velle. defenditur à Q. Volusio, tuo discipulo. si forte ea res poterit aduersarios fugare, in eo maxima spes est. Nos, si quid erit istic opus, defendes. Cæsar adhuc mihi iniuriã facit. de meis supplicationibus, et rebus gestis Dalmaticis adhuc nō refert: quasi uero non iustissimi triũphi in Dalmatia res gesserim, nã si hoc expectandũ sit, dum totũ bellum conficiã: uiginti oppida sunt Dalmatiæ antiqua: q̃ ipsi sibi asciuerũt, amplius sexaginta. hæc nisi oĩa expugno, si mihi supplicationes non decernũtur, longe alia cōditione ego sum, ac ceteri imperatores.*

EGO post supplicationes mihi decretas in Dalmatiã profectus sum: sex oppida vi oppugnãdo cepi: vnum hoc, quod erat maximũ, quater à me iam captum: quatuor.n. turres, et quatuor muros cepi, & arcē eorum totam: ex qua me niues, frigora, imbres detruserunt: indigneq; mi Cicero oppidum captum, et bellũ iam confectum relinquere sum coactus. quare te rogo, si opus erit, ad Cæsarem meam causam agas, meq; tibi in oēs partes defendendum putes, hoc existimans, neminem te tui amantiorem habere. Vale. Nonis Dec. Narona.

* alias rapuit.

totum bellũ, uiginti oppida sunt Dalmatiæ antiqua quę asciuerunt.i.attraxerũt sibi amplius sexaginta sup.oppida q̃ dñr Dalmatia noua, nisi ego expugna.i.capio, hæc oĩa supplicationes nõ decernuntur mihi : q.d.id iniquum esse. Ego sum si hoc fit : longe alia, quia deteriori conditione,ac.i.q̃ ceteri imperatores.{Ego post)hoc uĩ esse contrariũ eius, quod supra dixit,nã quæstus est, φ non decernantur sibi supplicationes,nũc dicit fuisse decretas, ad quod alŋ r̃ndent eum petŋsse multas supplicationes,et aliquas obtinuisse,quod nõ placet, quia non multæ supplicationes petebantur. alŋ dñt interseribendum epl'am accepisse supplicationes sibi fuisse decretas, quod ideo non uĩ uerisĩle, quia dicit post decretas supplicationes se profectum in Dalmatiã,& multa oppida expugnasse,quod non potuit fieri eo tpe solo,quo scripsit, epl'am. Ego puto esse principium breuis epl'æ,aut potius chirographi alicuius subito scripti,quo bĩ cõmemorat:quid egerit in Dalmatia post decretas supplicationes.{Oppugnãdo)contrabellando.{Vi)p uim.{Vnum hoc)quod nunc oppugno.{Quater captũ)quia quattuor turres & quattuor muros cepit. ideo dixit se quater cepisse. Virg.ter uincendũ esse dixit eũ q tris aias habebat. Cui tris aias Feronia mater Horrendum dictu dederat,terna arma mouenda, Ter leto sternendus erat.{Arcem) ἀκρόπολιν locum eminentiorẽ & munitiorem in urbe.{Detruserunt)expulerũt,& amouerunt.{Captũ)quod iam ceperam, qa expugnaueram loca munitiora.{Cõfectum)finitum : qa uicto illo oppido,quod erat oĩum maximũ, ut dixit uidebatur sibi cõfecisse bellum.{Agas causam meã)dicas, ut tuearis partes meas.{Apud Cæs.)is.n.aliquãtulum obstabat honori Vatinŋ,neque erat Cęs.tunc in Gallia,ut quidã uolunt,dicentes cũ oppugnasse Vatinium p alios,quod si esset, nõ diceret nunc apud Cæs.{In oẽs partes).i.per oĩa.{Neminem amantiorẽ tui)neminem q te magis amet. Ego principium est nouæ epl'æ.Ego sum profectus in Dalmatiã post supplicationes decretas mihi.s.à senatu, ego cepi sex oppida oppugnando. sup.ea ut.Vnũ:sup.oppidum qđ erat maximũ.captum : sup. est à me iã quater.cepi.n.quattuor turres,&quattuor muros, & totã arcẽ.i.(quod dñt) fortalitiũ eoꝝ,ex qua.s.arce,niues, frigora,imbres,detruserũt me. & o mi Cicero coactus sum indigne.i.quod indigne ferendũ est.relinquere oppidũ captũ, & bellũ iam ꝯfectũ.Quare rogo te,agas causam meã, ad.i. apud Cæs. si sit opus,& putes me defendendũ tibi in oẽs partes.existumãs hoc,te nemiñe habere amantiorẽ tui. Vale &c.

ARGVMENTVM.

NOn tamen superiori epistolæ sed alteri, qua Vatinius egerat Ciceroni gratias pro beneficijs in se impensis. quod factum Vatinij cõmendat in hac Cicero, & pollicetur se in ea uoluntate permansurum, et Pompeiam uxorem Vatinij se commendatissimam habiturum, rogatq; ut Vatinius id illi scribat. Demum de fugitiuo persequendo rursum agit.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Commendationem Vatinij sibi cordi futuram scribit, & ut Dionysium fugitiuum inquirat, petit.

M. CICERO P. VATINIO IMP. S.

GRATA tibi esse officia mea, nõ miror: cognoui.n.te gratissimum omniumq; nunquam destiti prædicare: nec enim tu mihi gratiam modo habuisti, uerum etiam cumulatissime retulisti. quamobrem reliquis tuis rebus omnibus pari me studio erga te, & eadem uoluntate cognosces. Quod mihi fœminam primariam Pompeiam uxorem tuam cõmendas: cum Sura nostro statim, tuis literis lectis, locutus sum, ut ei meis uerbis diceret, ut,quidquid opus esset, mihi denunciaret; me omnia, quæ ea uellet, summo studio,curaq; facturum: itaq; faciam; quod si opus esse uidebitur, ipse conueniam. tu tamen ei uelim scribas, ut nullam rem neque tam magnam, neque tam paruam putet, quæ mihi aut difficilis, aut parum me digna uideatur. omnia, quæ in tuis rebus agam, & non laboriosa mihi, & honesta uidebuntur. De Dionysio, si me amas, confice. quamcunque ei fidem dederis, præstabo. si uero improbus fuerit, ut est; duces eum captiuum in triumpho. Dalmatis dij male faciant, qui tibi molesti sunt. sed, ut scribis, breui capientur, & illustrabunt res tuas gestas: semper enim habiti sunt bellicosi. Vale.

GRATA)scripserat Vatinius, se intellexisse quæ Cic.pro se fecisset Romæ,& de eis egerat gr̃am, quare Cic. uehementer laudat eius gratulationem, & pollicetur se perseueraturũ in eadem uoluntate erga eum,in qua ante fuit.Deinde quia Vatinius ei cõmendauerat uxorem suam Pompeiam, scribit Cic.se diligenter dedisse operam, ut illa intelligeret se omnia facturũ,quæ illi opus essent, & ita hortatur,Vatinium, ut ad eã scribat,deinde de Dionysio seruo rogat, ut quacunq; rõne poterit eũ adducat.{Gratissimum oĩum) super oẽs ualde gratum,& ideo nõ est mirũ q̃ grata habeas,quæ pro te feci.{Id) te esse gratissimum oĩum.{Nunq̃ destiti prædicare)nunq̃ cessaui publice & aperte dicere.{No.)tantũmodo.{Habuisti g.) .i.gratũ habuisti offm meum,qa ut ante,sæpius diximus,agimus gr̃as uerbis,habemus animo,referimus re.{Cumulatissime)plenissime.{Retulisti)reddidisti, quia gratitudo animi, apud me existimatur plena satisfactio.{Reliquis) in quibus erit opus officio & opa mea.{Pari sĩi)sicut antefeci{Studio) diligentia & fauore.{Primariam)principẽ,egregiam.{Sura proprium nomẽ unius ex domesticis Vatinŋ.{Nostro)cõi amico.{Meis uerb.)meo nõie,mea parte.{Denũciaret)signaret, notificaret.{Ea) .s.uxor tua.{Itaq;).i.& ita faciam,duæ partes sunt.{Ipse)egomet.{Cõueniã)alloquar.{Difficilis) refert ad magnam, qa res magnæ difficiles esse solent. Aut parũ me digna, ad paruã retulit quia plerunq; non audemus hoibus alicuius auctoritatis cõmittere res paruas,quia uideantur eis indigni.Cicero aũt nunc non uult eã respectum de se hře. Sic supra ad M.Crassum.Quamobrem uelim ita ad me scribas de oĩbus minimis,maximis,mediocribusq; rebus, ut ad hoiem amicissimum.{Non laboriosa) .i.facilia:quantum ad res magnas.{Et honesta}).i.me digna,& cũ honore meo facta, quã tum ad res paruas.{Si me amas)modus est adiurandi.{Confice,)exequere,&effice quod ꝓmisisti.{Quamcunque)sensus quicqd ei ꝓmiseris id efficiam.{Præstabo)refficiam,& seruabo.{Quæcunque fidem dederis ei) quãcunque ꝓmissionem ei feceris data fide.{Improbus.) ꝑfidus, ut cum ꝓmiserit sub fide sua se redire postea nolit.{In triũpho) cum triũphabis, ducebantur.n. captiui in triũpho post currum imperatoris. {Dalmatis}in gr̃am Vatinŋ execratur nunc Cic.Dalmatas, q ei magnum negocium & laborem darent, laborabat.n.multum in uincendo eos.{Dŋ malefaciant Dalmatis) dŋ perdãt Dalmatas ꝑplos Illyricos.{Molesti sunt}.i.q afferunt tibi magnam molestiam & laborem.{Illustrabunt)clariores faciẽt, nam quanto est difficilior uictoria,tanto est illustrior.{Habiti)existimati.{Bellicosi.} apti bello: ideo erit tibi gloriosius eos uincere.

GRata)Cum quispiã est de aliquo benemeritus,& accipienti quod facit gratũ esse cognoscit.Lætatur quidẽ & magis atq; magis accẽditur ad alia ꝓferenda.Cic.Vatinium laudat à gratitudine cum mula in eum bñficia ꝓtulisset illi grata cognouit,uel maxime qđ ad Cic.scripserat,& de bñficŋs i se collatis suaues ei gr̃as ageret.Itaq; & lætatur. plurimum officia sua bñ collocasse,& illi atq; uxori.Põpeiæ,q̃ Cic. per lĩas cõmẽdatar,ac oĩbus suis nunq̃ defuturũ esse pollicetur. Est tota hęc epl'a.amoris plena,suauitatis,&gr̃æ P.uero Vat.ciuis R. tũc aduersus Dalmatas erat imꝑator exercitus, & ibi pręclara multa gesserat,de quo in epl'a.ad Cic.Vatinius sic ait. Cæsar. adhuc mihi iniuriã fecit,de meis supplicationib.& reb'gestis Dalmaticis adhuc nõ refert, q̃si uero nõ iustissimi triũphi in Dalmatia res gesserimus est ille Vatinius,quẽ olim Cic.à picu lo capitis defenderat,qđ & ipse Vatini' meminit in epl'a suis. Ut est tuã ꝯsuetudinẽ in patrocinŋs tuendis seruas P. Vatinius cliẽs aduenit,q per se cãm dicere uult, nõ puto repudiabis in honore:quẽ in periculo recepisti,& quẽ potius adoptẽ q̃ illũ quo defendẽte uincere didici{Prędica}publice dicere.{Red.) nã reddere & referre gr̃am idem est; sed qũo Vatinius gr̃am

Prima-rium. Meis uerbis. Denũciaret. Confice. Improbus. Illustra. PHIL. Prædicare. Reddere gratiam. Referre gratiam.

tunc retulit Cic. pro relatione grãx Cic. gratitudinem animi eius accepit i quam ẽt pluris fecit, q̃ alteram satisfactionem offõx.{Quamobrem)ex quo mea officia tibi grata esse intelligo.{Reliquis)in qbus erit opus opera mea.{Studio)diligẽtia & cura.{Primariam)quasi principẽ.{Fœmina)à fœmine) .i.fœmore i fœminæ sunt appellatæ: crassioribus.n. sunt fœminibus mulieres q̃ uiri.{Vxorem)quasi unxores sunt uxores appellatæ: ab ungendis maritox postibus lanaq; figenda quod nubẽtes puellæ faciebãt.{Sura) utriq; familiaris erat. Statim)quasi uno statu appellatũ unde Plau.ita statim quasi stant ignari,ut illico quasi in loco,ẽ uestigio ex primo motu pedũ.{Itaq;) & ita,diuisim legendũ.{Neq; tam paruã) ut in epl'a ad M.Crassum. Velim ita ad me scribas de oibus minimis,maximis,mediocribusq́; rebus,ut ad hoiem amicissimũ. {Cõueniam)ibo,& alloquar.{Difficilis)ad magnã.{Pax d.) ad paruam rem quæ hoibus summæ auctoritatis cõmitti nõ solet,unde & in illa epl'a legimus boiem occidat oportet,qui ufa opa uti uelit.{Laboriosa) ad magnã referas.{Honesta) ad paruã.{Cõfice,)quod p lr̃as tuas promisisti.{De Dion.)is erat quidam seruus Ciceronis fugitiuus Anagnostes,de quo Vatinius ad Cic.sic ait.Dr̃ mibi tuus seruus Anagnostes Vardaci esse,de quo tu mihi mãdasti.Ego tñ mari, terraq; ut conquireretur mãdaui,& pfecto illum tibi reperiã, nisi in Dalmatiã aufugerit,& inde eum aliqñ eruam,idẽ in alia ad eũ epist. De Dionysio tuo adhuc nihil extrico, & eo minus q me frigus Dalmaticũ,quod illinc eiecit ẽt hic refrigerauit,sed tñ nõ desinam qn illum aliqñ eruam. de quo Cic.nunc illi rñdet. {Si me amas)quasi aduerbialr̃ dictũ,ut amabo.{Quãcunq; fidẽ ei dederis)boc est quodcunq; ei pmiseris ego efficiã. Varius est.n.in hoc uerbo significãdi modus, dicimus.n.dare fidẽ pro quippiam spõdere,aut iurare,aut cõfirmare. Vnde Terent.Tbraso.Do fidẽ futux.adhibere & hr̃e fidem est credere alicui. Ter.Nam propemodũ habeo iam tibi fidem,in quox uerbox usu atq; sigñone audio multos errare.cũ dicant dare fidẽ,idem esse q hr̃e fidem. Do uero cũ alijs dictionibus coniunctũ aĺs sigñones amplectitur,ut dare uerba est decipe, dare ueniã est ignoscere,& interdũ quasi cõcedere. Dare ptãtem est cõmittere alicuius arbitrio,& longe differt ab eo quod dr̃ facere potestatẽ cum dicamus feci potestatẽ tibi meox libertorum,feci copiã meax pecuniax tibi.Non aũt dedi potestatem aut copiã.{Præstabo)quasi obseruabo,&(ut ita dicam) ratũ habeo,uel efficiã.{Improbus)ut nolit redire.{Dalmatis)Dalmatiæ ppl'is,Plin.4.nãlis historiæ.Quæ pars ad mare adriaticũ spectat,appellatur Dalmatia,& Illyricũ ad septentriones Pãnonica uergit.finitur inde Danubio,idẽ Liburniæ finis,& initiũ Dalmatię Scardona,mediã uero Dalmatiã(ut ait Strabo)mons diuidit Adrius,binc ad mare,hinc ad terram reliq̃.{Qui tibi mo.sunt)qm̃ in eos sperãdo maximam molestiã et laborẽ capiebat.{Malefaciant)pdant.{Semper.n.habiti sunt bellicosi)bellum gesserunt p multos annos cum Romanis ex quo ait Strabo. Ea gens annos cõplures aduersus Romanos bella gessit. Vbi Vatinius sex oppida ui expugnando cepisse cõmemorat.Et in eadem inquit epist. Nam si hoc expectandum sit,dum totum bellum ɔficiam: Viginti oppida sunt Dalmatiæ antiqua,q́ ipsi sibi asciuerunt amplius sexaginta.{Bellicosi)bello dediti,& ideo gloria tux erit maior atq; p̃stãtior.

GRata &c. Non rñdet superiori epl'æ: sed alteri, qua Vatinius egerat Ciceroni gr̃as pro impensis bñficijs. pollicetur igr̃ se in officio,& uoluntate pmansux: monetq́; ut uxori scribat eam sibi cõmendatissimam esse,& demũ monet ut fugitiuũ persequatur,Dionysiũ uidelicet.Ordo est.Ego non miror officia mea esse grata.i.accepta tibi: cognoui.n.te gratissimũ: sup.esse olum.s.boium.&ego nunq̃ destiti p̃dicare id.alr̃ tñ Appio scripsit.Etenim.i.quia,tu nec modo.i.non solũ habuisti.s.in aio,gr̃am mihi. Verum ẽt retulisti.i.reddidisti, re ipsa: sup.gr̃am cumulatissime. Quãobrem tu cognosces pari me studio,& eadẽ uolũtate erga te: sup.in reliquis rebus tuis oibus: q.i.quia.tu cõmendas mihi fœminã primariam,Pompeiã.s.nomine,uxorem tuã.ego locutus sum statim lectis lr̃is tuis.i.postq̃ legeram lr̃as tuas cum Sura nr̃o.s.familiari,ut diceret,ei.i.uxori tuæ. uerbis meis.i.nomine, aut ex mandato meo,ut,sup.ipsa denũciaret mihi quicqd opus esset: sup.illi,et me factux: sup.esse,oĩa quæ ea uellet,summo studio,& cura, sup.summa, & si uidebitur opus.i.opæpretiũ esse,ego ipse.i. egomet,conueniam eã.i.ibo ad eam.Tñ ego uelim: sup.ut tu scribas ei,ut nullã rem putet neq; tã magnam,neq; tã paruã, quæ uideatur mihi aut difficilis: si sit sanè magna: aut pax digna me.i.opa mea,si sit nimiũ parua,& facilis. Oia quæ agã in tuis rebus,ui debũtur mihi & non laboriosa.i.nõ difficilia, nec multi laboris,& honesta,Cõfice.i.ɔsumma,& finem fac. De Dionysio.s.seruo fugitiuo,ut redeat,si amas,me. quãcunque fidẽ dederis.i.quicqd ei pmiseris de me,utpote q eũ non cædat,nec minus amet,aut ppea uituperet,& similia. ego p̃stabo.i.exhibebo,& seruabo: sup.eã.Si uero fuerit improbus .i.improbãdus,& incorrigibilis,ut est, duces eũ captiuum in triũpho.Dij malefaciãt Dalmatis,qui sunt molesti tibi,sed (ut scribis)ipsi capiẽtur breui.Ridicula est,& assentatoria imp̃catio in hostes,ppea q nõ sinunt se capi ad uoluntatẽ hostilis Impatoris cupiẽtis de eis triũphare,& illustrabũt.i.illustriores,& clariores faciẽt,res tuas gestas,qa quãto uictoria fuerit difficilior,& q̃to hostis fortior,& aiosior,tãto corona, ac triũphus ɔtinget gl'iosior uñ addit.Em̃.i.qa.ipsi.i.Dalmatę,habiti.i.existimati,& reputati,aut inuẽti sunt sp bellicosi.Et eã ob rẽ dñt Alexãdrũ regẽ noluisse cũ Amazonib' cõfligere, cũ uictoria pax honoris,utpote de mulierculis,hr̃et: & fuga ęternũ dedec'. Blãdit ergo Ci.Vatinio,imitãda tñ est aliog epl'a.

ARGVMENTVM.

L. Lucceius vir dicendi peritissimus, Italici ciuilisq; belli historiam conficiebat, in qua se facturum mentionem de Cic. & eius gestis significauerat, verum cum Cic. audissimus esset gloriæ, videretq; Lucceium rem differre, non ausus præ pudore ei coram dicere, hac epist. aperte petit, ut suorum gestorum cõmentatores perscribat, & breuiter commemorat, quæ quomodo ab eo scribenda censeat. quæ si ille penitus recusauerit scribere, asserit se ipsum scripturum à se gesta non sine grauium virorum exemplo, docetq; præter ingeniũ Lucceĩ excellentiam esse alias causas, quare ab eo res suas tantopere cupiat perscribi, & tam festinanter, quæ legenti obuiam erunt.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Hanc epistolam Cicero ad Atticum, bellam vocat, in qua à Lucceio historico rerum à se gestarum memoriam celebrari flagitat.

M. CICERO S.D. L. LVCCEIO Q.F. 12

*C*ORAM *me tecum eadem hæc agere sæpe conantem deterruit pudor quidam pene subrusticus: quæ nunc expromã absens audacius: epistola enim non erubẽscit. Ardeo cupiditate incredibili, neque, vt ego arbitror, reprehendenda, nomen vt nostrum scriptis illustretur, & celebretur tuis. quod etsi mihi sæpe ostendis te esse facturum; tamẽ ignoscas velim huic festinationi meæ. genus.n. scriptorũ tuorum, etsi erat semper à me vehementer expectatum, tamen vicit opinionem meam, meq; ita vel cepit, vel incendit, vt cuperem quamcelerrime res nostras monumentis commendari tuis. non enim me solum commemoratio posteritatis ad spem quandam immortalitatis rapit, sed etiam illa cupiditas, vt vel auctoritate testimonij tui, vel indicio beneuolentiæ, vel suauitate ingenij viui perfruamur. neque tamen, hæc cum scribebam, eram nescius, quantis oneribus premerere susceptarum rerum, & iam institutarum. sed quia videbam Italici belli, & ciuilis historiam iam pene à te esse perfectam; dixeras autem mihi, te reliquas res ordiri: deesse mihi nolui, quin te admonerem, vt cogitares, coniunctè ne malles cum ceteris rebus nostra contexere, an, vt multi Græci fecerunt, Callisthenes Troicum bellum, Timæus Pyrrhi, Polybius Numantinum, qui oẽs à perpetuis suis historijs ea, quæ dixi, bella separauerunt; tu quoque item ciuilem coniurationem ab hostibus, externisq; bellis seiungeres. equidem ad nostram laudem non multum video interesse: sed ad properationem meam quiddam interest, non te expectare, dũ ad locum venias, at statim causam illam totam, & tempus arripere. & simul, si vno in argumento, vnaq; in persona mens tua tota versabitur; cerno iam animo, quanto*

omnia

omnia vberiora, atque ornatiora futura sint. neque tamen ignoro, quàm impudenter faciam; qui primũ tibi tantũ oneris imponam: potest .n. mihi denegare occupatio tua: deinde etiam, vt ornes me, postulẽ. quid, si illa tibi non tantopere videntur ornãda? sed tamẽ, qui semel verecundiæ fines trãsierit, eũ bene, & nauiter oportet esse impudentẽ. itaque te plane etiam atque ẽt rogo, vt & ornes ea vehementius etiã, quàm fortasse sentis; & in eo leges historiæ negligas; gratiamq́ illam, de qua suauissime quodam in proœmio scripsisti, à qua te * affici non magis potuisse demonstras, quàm Herculem Xenophõtium illum à voluptate, ea si me tibi vehementius cõmendabit, ne aspernere; amoriq́ nostro plusculum ẽt, quàm concedit veritas, largiare. quod si te adducemus, vt hoc suscipias: erit, vt mihi persuadeo, materies digno facultate, & copia tua. à principio .n. coniurationis usque ad reditum nostrum videtur mihi modicum quoddã corpus confici posse. in quo & illa poteris vti ciuilium cõmutationum * scientia, vel in explicandis causis rerum nouarũ, vel in remedijs incõmodorum; cũ & reprehendes ea, q̃ vituperanda duces; &, quæ placebunt, exponendis rõnibus cõprobabis; &, si liberius, vt cõsuesti, agendũ putabis, multorũ in nos perfidiã, insidias, proditionẽ notabis. multam ẽt casus nostri tibi varietatẽ in scribendo suppeditabunt, plenã cuiusdam voluptatis, quæ vehementer aĩos hoĩum in * legẽdo scripto retinere possit. NIHIL est .n. aptius ad delectationem lectoris, quàm temporum varietates, fortunæq́ vicissitudines: quæ etsi nobis optabiles in experiendo non fuerunt, in legendo tamen erunt iucundæ. HABET enim p̃teriti doloris secura recordatio delectationẽ. ceteris vero, nulla perfunctis propria molestia, casus alienos sine vllo dolore intuentibus, ẽt ipsa misericordia est iucunda. quem .n. nostrũ ille moriens apud Mantineam Epaminondas non cum quadã miseratione delectat? qui tũ denique sibi auelli iubet spiculũ, posteaquam ei percontanti dictum est, clypeum esse saluum: vt etiam in vulneris dolore, æquo aĩo cum laude moreretur. cuius studium in legendo non erectum Themistoclis fuga, redituq́ retinetur? etenim ordo ipse annalium mediocriter nos retinet, quasi enumeratione fastorum: at viri sæpe excellentis ancipites, varijq́ casus habent admirationem, expectationem; lætitiam, molestiam; spem, timorẽ. si vero exitu notabili concluduntur, expletur aĩus iucundissimæ lectionis voluptate. quo mihi acciderit optatius, si in hac sñia fueris, vt à continentibus tuis scriptis, in quibus perpetuã rerum gestarum historiam complecteris, secernas hanc quasi fabulã rerũ, euentorumq́ nostrorum: hẽt .n. varios actus, multasq́ actiones & consiliorum, & temporũ. Ac non vereor, ne assentatiuncula quadã aucupari tuã gratiam videar, cum hoc demonstrem, me à te potissimum ornari, celebrariq́ velle. neque .n. tu is es, qui, quid sis, nescias; & qui non eos magis, qui te non admirentur, inuidos, quàm eos, qui laudent, assentatores arbitrere. neque aũt ego sum ita demens, vt me sempiternæ gloriæ per eũ cõmendari velim, qui non ipse quoque in me cõmendando propriam ingenij gloriã consequatur. neque .n. Alexander ille gratiæ causa ab Apelle potissimum pingi, & à Lysippo fingi volebat, sed quòd illorũ artẽ cum ipsis, tum ẽt sibi gloriæ fore putabat. atque illi artifices, corporis simulacra ignotis nota faciebant: quæ vel si nulla sint, nihilò sunt tamẽ obscuriores clari viri. nec minus .n. est Spartiates Agesilaus ille * perhibendus, qui neque pictã, neque fictã imaginem suã passus est esse, quàm qui in eo genere laborarunt. vnus .n. Xenophontis libellus in eo rege laudando facile oẽs imagines oĩum, statuasq́ superauit. atque hoc præstantius mihi fuerit & ad lætitiam animi, & ad memoriæ dignitatem, si in tua scripta peruenero, quàm si in ceterorũ; quòd non ingenium mihi solum suppeditatum fuerit tuum, sicut Timoleonti à Timæo, aut ab Herodoto Themistocli, sed etiã auctoritas clarissimi, & spectatissimi viri, & in reip. maximis, grauissimisq́ causis cogniti, atque in primis probati: vt mihi non solum p̃conium, quod, cum in Sigæum venisset, Alexander ab Homero Achilli tributũ esse dixit, sed etiam graue testimonium impertitum clari hoĩs, magniq́ videatur. placet .n. Hector ille mihi Næuianus, qui non tantũ, laudari se, lætatur, sed addit etiam, à laudato viro. quod si à te non impetro, hoc est, si qua te res impedierit; (neque enim fas esse arbitror, quidquam me rogantem abs te non impetrare) cogar fortasse facere, quod non nulli sæpe reprehendunt: scribam ipse de me, multorum tamen exemplo, & clarorum virorum. sed, quod te non fugit, hæc sunt in hoc genere vitia: & verecundius ipsi de sese scribant, necesse est, si quid est laudandum; & prætereant, si quid forte reprehẽdendum est. accedit etiam, vt minor sit fides, minor auctoritas, multi denique reprehendant, & dicant, verecundiores esse præcones ludorum gymnicorum, qui, cum ceteris coronas imposuerint victoribus, eorumq́ nomina magna voce pronũciarunt, cum ipsi ante ludorum missionem corona donentur, alium præconem adhibeant, ne sua voce ipsi se victores esse prædicent. hæc nos vitare cupimus, &, si recipis causam nostram, vitabimus: idq́ vt facias, rogamus. Ac ne forte mirere, cur, cum mihi sæpe ostenderis te accuratissime nostrorũ temporum consilia, atque euentus literis mandaturum, à te id nunc tantopere, & tam multis verbis petamus: illa nos cupiditas incendit, de qua initio scripsi, festinationis; quòd alacres animo sumus, vt & ceteri viuẽtibus nobis ex libris tuis nos cognoscant, & nosmet ipsi viui gloriola nostra perfruamur. his de rebus quid acturus sis, si tibi non est molestũ, rescribas mihi velim. si enim susceperis causam, conficiam cõmentarios rerum omnium. sin autem differs me in tempus aliud, coram tecum loquar. tu interea non cessabis, & ea, quæ habes instituta, perpolies, nosq́ diliges. Vale.

alias allici. — *alias sentẽtia* — *alias legendo retinere* — *alias probandus.*

CORAM) L. Luceius uir dicendi peritissimus Italici ciuilisq; belli historiam conficiebat: in qua se factuꝝ mentionem de Cic. & eius rebus gestis nõnunq̃ significauerat: ueꝝ cum Cic. auidissimus esset gl̃iæ, & uideret Luceium hanc rẽ differre, non ausus p̃ pudore ei corã dicere, hac epist. apte ab eo petit, ut suaꝝ reꝝ gestaꝝ cõmentarios ꝯficiat, & bř oñdit q̃ ab eo scribi uelit, p̃cipue de ꝯiuratione Catilinæ oppressa, & de p̃ria ab eo liberata, & de exilio suo, qđ p̱ iniuriã & inuidiã passus est, & deniq; de gl̃ioso eius reditu in p̃riam, q̱ oium bonoꝝ ꝯsensu restitutus sit, & penè totius Italiæ humeris reportatus, laudat aũt uehemẽter & ingeniũ & genus scribẽdi Luceij, quo se magna cupiditate incitatũ scribit, ut res suæ gestæ monumẽtis l̃raꝝ ab eo mãdẽtur, qđ si ille facere noluit, oñdit Cic. semet de reb. suis scripturꝫ, licet arrogãtia hẽatur res suas cõmẽdare & laudare, se tñ factuꝝ exẽplo alioꝝ uiroꝝ claroꝝ. Postremo p̃ter excellẽtiã ingenij Luc. quo se inflãmatũ dicit, subdit aliã cãm q̃re tãtop̱e festinet, ut donec uiu' ẽ, uideat res suas scriptas & illustratas & diuulgatas, & sic uiuus possit ex gl̃ia sua uoluptatẽ cap̱e. {Corã) i p̃ñtia, & ut dicim' ad faciẽ, & hoc loco aduerbij uim hẽt, & ad p̱sonas tñ refertur, palã ad oia, est ẽt sensus, cũ uellẽ corã, & in p̃ñtia tibi eadẽ h̃ dicere, q̃ nũc scribã audaci', ꝓhibit' sum à pudore timiditatis plena, et nõ satis rõnabili. {Agere tecũ) te rogare. v̾ba tecũ facere. {Conãtẽ) tẽtantẽ. Virg. Ter conata. {Pene subrust.) penè alien' à uiro ciuili q̱ nõ debet v̾eri i ee honesta, q̃lẽ à te petitur' sũ. Rusticitas ãt ꝓ inepta & timida v̾ecũdia accipit. Oui. i ar. Etsi rusticitas nõ uetat, ipsa rogat. {Quidã) q.d. ñ satis cũ rõne. {Deterruit) ꝓhibuit. {Exp̃momã) p̱ferã, enarrabo. Nũc) cũ scribo. {Audaci') min' timide q̃ corã egissẽ. {Ep̃la) q̃ ad abs̃ẽtes loq̃. {Non

HVBER. — *Coràm. Palam* — *Agere tecum.* — *Conari* — *Rusticitas.* — *Expromere.*

{Nō erub.) nō hēt pudorē, qa non uidet eū ad quē loquitur, neq; hēt sensum. Et iō audacius loquitur Ouid. in epist. Phædræ. Dicere q̄ puduit, scribere iussit amor. {Ardeo.) incipit exprimere qd uelit à Luceio. {Ardeo) inflāmatus sum. {Incredibili) maiori q̄ q̄spiā credere possit. {Neq; rep.) hoc dicit Cic. qa meminit in 1. off. dixisse. Cauēda est et gl'iæ cupiditas, eripit. n. libertatē, p̄ qua magnanimis uiris oīs debet esse ɔ̄tētio, iō dicit hanc suā cupiditatē gl'iæ non esse reprehendendam, q̄ ex recte factis requiritur, in officijs aūt intellexit non uere, sed inanis gl'iæ cupiditatē, & eā nimiā. {Illustretur,) fiat illustre & oib' notū. {Celebretur) diuulgetur, & laudetur. {Q d) ut celebres nomen meū. {Oñdis) promissionib. tuis. {Festinationi) accelerationi meæ, qui tibi iuste, neq; expectē ut tu sp̄o te facias. {Genus) artificiose transfert cām huius festinationis in laudem Lucej. {Expectatum,) desideratum. {Vicit opin. meam). s. maius & præstantius est, q̄ opinatur sum. {Cepit,) allexit, alligauit me. {Vel inc.) inflammauit, quod plus est. {Rumores nostros) famam quæ est de me, & meis reb. gestis. {Monumentis tuis.) tuis historijs, quæ sunt futuræ monumēta rerum. {Neq;) adducit aliquot causas pp quas ostendit se optare laudari à Luceio. {Cōmemoratio poster.) i. laudatio, quæ futura de me apud posteros, si de meis rebus scripseris. {Spem immort.) ad spē æternæ memoriæ, nam perscripta clarorum uirorum, non autem per picturas & statuas nominis immortalitas comparatur. {Illa quæ sequitur) quasi maxima. s. {Vt uel auct.) i. fide, existimatione, plus. n. credimus hominibus doctis & claris q̄ imperitis. {Indicio beneuol.) capiam enim uoluptatem te significasse tuum erga me amorē. {Suauitate) facilitate & promptitudine eleganter exprimendi quę uelis. {Perfruamur.) capiamus fructū & uoluptatem. {Neque tamen) ostendit Cic. non arrogantia sed opportunitate tpis se adductum esse, ut hanc rem hoc potissimum tpe à Luceio peteret. {Oneribus) molestijs & laboribus. {Institutaq;.) inceptarum. {Italici) quod in Italia gestum est, dcm̄ sociale contra Latinos. Ethruscos, Marsos, & Samnites. in quo bello, Cato Ethruscos domuit, Sabinus Marsos, Carbo Latinos, Sylla Sānites. Strabo uero, Pōpeius oīa flāmis & ferro pplat' nō prius cædiū finē fecit q̄ Asculi euersionem. {Ciuilis belli,) nō Pomp. & Cæs. bellum q̄d fuit post oppssam ɔiurationem, sed Syllæ & Marij. {Ordiri) inchoare. {Reliquas) quæ post bellū Italicum & ciuile fuerunt. {Nolui deesse mihi,) nolui culpa mea omittere & esse negligens. {Quin) ut non. {Malles) potius uelles. {Contexere,) ɔiungere, tractū à telis, sicut & ordiri. {An, ut multi) oñdit artificiose ex eo q̄d dicit alios historiographos fecisse, Luceiū quoq; facere dēe, ut ciuilē ɔiuratione à Cic. oppssam à reliqs bellis sepet. Ordo est, ut cogitares an malles ɔtexere nr̄a cū reliquis, an tu quoq; malles seiūgere ciuilē ɔiurationē ab hostilib. et externis bellis ut multi Græci secerūt, Callisthenes Troicū bellū, Timæus Pyrrhi & c. {Callisthenes) subaudi seiūxit bellū Troicū à reliqs bellis. {Troicū) Troianū, gestū aduersus Græcos x. annos, q Helenā à Paride raptā repetebant, nota est fabula. {Callisthenes) phs fuit & scriptor historiaq;, Arist. discipulus, non solum ingenio, sed et eloquentia p̄stanti, quē, ut scribit Iust. lib. 15. cū Alexā. Mac. pp salutationis Persicæ interpellatū morē insidiaq;, quæ sibi paratæ fuerant, p̄scium fuisse iratus finxisset, truncatis crudeliter mēbris abscisisq; aurib. ac naso & labijs, deforme, ac miserandum spectaculū reddidit. Cum ꝯo cū cane clausum cauea ad metū ceteroq; circūferret, Lysimachus eius discipls miseratus tāti uiri, non culpę, sed libertatis pœnas pendentis, uenenū ei in remediū calamitatū dedit. Ante uero q̄ Alexandro suspectus fuisset, cum eo militans scripsit bella, q̄ Alex. gessisset, & item alia alioq;, separauit aūt bellum Troianum à reliquis, ut pote quod magnum & memorabile præter aliqua fuisset. {Timæus phs) Locrensis patria amicissimus Platonis. {Pyrrhi) s. bellū, Pyrrhū aūt intelligit non Achillis filiū, sed Epirotaq; regē, qui multa bella aduersus Romanos gessit, tandem à M. Curio Dentato ex Italia pulsus, & in Græciā reuersus, dū Argos oppugnaret, ictu tegulæ interfectus est. {Polybius,) is licet Græcus, studiosissimus nois Scipionis Africani, eius q Numantiā Hispanię urbē deleuit cū historiā scriberet multorum belloq;. Numantium bellū separato uolumine scripsit. {Perpetuis) ɔtinuis. Ouid. 1. Met. Ad mea ppetuum deducite tpa carmen. {Tu quoq;) sicut supradicti. {Ciuilem ɔiur.) Catilinę & Cethegi & alioq; quoruudā ɔiurationē dicit, quā Cic. ingenti animi magnitudine oppressit, quam uellet à reliqua ferre historia ita separari à Luceio quasi memorabile & maximū facinus, sicut à prædictis auctorib. prędicta bella separata sunt à reliqs bellis. {Hostilib.) q̄ ɔtra hostes gessimus cū hęc coniuratio fuerit inter ciues, neq; bene conueniat cum bellis hostilib. {Externis) peregrinis, sicuti contra Parthos: Carthaginenses, & alios qui extra Italiam sunt. {Seiungere.) separare. {Eqdē) dicit se ualde optare ut acceleret scribere has suas res gestas, anteq̄ ueniat ad locū illius historiæ. {Non mult. int.) non esse magni momenti & ponderis, qa tāta erit laus mea si scripseris cū ordo historię postulabit, sicut si pueueris, sed expectando locū ordinis, non satisfacies cupiditati meæ, qa (ut añ dixi) uellē id ɔ̄primū uidere. {Quiddā) aliqd. {Ad exp.) ad desideriū & cupiditatē meam. {Ad l.) ad obseruationē ordinis: ut prius scribas: q̄ gesta sunt añ ɔiurationem & ɔ̄sulatū meū, deinde scribas de ɔiuratione. {Illam cām) illū tractatū ɔiurationis. {Arripe.) celeriter rape, & pr̄occupare. {Et si',) alia rō quare cupiat res suas gestas ab alijs separi à Luc. qa si ingenium Lucej uersabitur solū in una mā multo uberius & elegantius eam scribet q̄ si in diuersis materijs & gn̄ib. historiaq; ꝟsetur. {Vno argū,) una & simplici mā ɔiurationis. {In un.) p mea cōmendanda. {Cerno aio,) p̄uideo & cognosco. {Vberiora,) copiosiora. {Quā imp.) q̄ audacter & sine ꝟecūdia. {Tm̄ on.) tm̄ laboris, ut totā historiā de meis reb. scribas. Duo dicit se facere impudēter, primū q̄ tm̄ laboris Luceio imponat: deinde q̄ petat ut ab eo laudetur. {Denegare) ut suscipias tm̄ oneris p̄ me. {Deinde) secundo loco. {Ornes} laudes & illustres me tuis scriptis. {Quid) s. dicā. {Illa) q̄ ego gessi: & à te laudari & ornari postulo. {Sed tñ,) rñsio ad hanc obiectionem: eſt aūt sniæ exornatio: & est sensus, q̄ sel' uerecūdiæ terminos transiuit: necesse est eum ualde impudentē esse, neq; postea facile erubescere: sic Iuuen. in Sat. Exemplo quodcūq; malo inqt. Q ñ recepit Eiectum sel' attrita de fronte ruborem. {Bene,) ualde. quantitatē. n. nunc qualitatē sign̄at: nam bon' magnū & multū interdū sign̄at. Horat. At bona pars hoīum decepta cupidine falso. Bona pars. i. magna, sic et Pers. At bona pars procerum tacita libabit acerra. {Nauiter.) diligenter, audacter, magno animo. {Itaq;) igitur quia semel terminos uerecundiæ transiui. {Plane) aperte. {Etiam atq; et) uehemētissime. {Quàm sentis) . i. q̄ iudicas esse laudanda. {In eo) in ea re, in laudandis meis gestis. {Leges) ɔdōnes. {Historiæ} q̄ tm̄ res ueras scribit, uolo. n. ut de me et plura scribas q̄ gesserim, illud. n. est negligere leges historiæ: scribere ēt quæ non sunt uera. {Gratiam) quodam procemio Luceius scripserat se nunq̄ flexuq; aium à ueritate pp gr̄am aut amicitiā alicuius: sicuti nec Hercules pp uoluptatē deflexus est à uia uirtutis, ut scribit Xenophō auct. græcus, nūc igr̄ petit Cic. à Luceio: ne aspuetur hāc gr̄am sed eā potius sequatur, & pp eam uelit eū ēt uehemētius cōmendare, q̄ ꝟitas exigat. Ordo pēdet à superiorib. pp copulā, q̄ sic & rogo ne aspnere gr̄am. de qua in quodā procemio suauissime, scripsisti, à qua demōstras te nō magis potuisse affici q̄ illū Her. Xenophōtiū à uoluptate, sub audi affici potuisse scribis. {Gr̄am) amicitiæ & bñuolentię respectū. {Affici) potuisse capi & delectari. {Xenophontiū) de quo Xen. scripsit q Herc. cū exisset in solitudinē, ut ingt Cic. 1. off. & ambas uias uidisset, alterā uoluptatis, alterā uirtutis, diu multumq; secū dubitauit utram melius esset ingredi. Tādem tñ non potuit alici à uoluptate, ut à uia uirtutis discederet. {Illū) q. d. ab oībus celebratū. {Ea}. s. gr̄a. {Si me tibi cō.) si uidebitur hortari te, ut p me aliquantulū à ueritate, & à lege historię discedas. {Ne asp,) ne respuas. {Largiare) ɔdones, indulgeas. {Plusculū) aliquāto plus. {Quod) quā rē. {Adducemus,) p̄suadebimus tibi, laudat mām req;: quās dicit esse dignas facultate & eloquentia Lucej. {Facultate,) ingenio & doctrina. {Copia) eloquentia, q̄ copia uerboq; maxime cōstat. {A p̄nc.) artificiose p̄ponit Luceio modū quendam & ordinem scribendæ historiæ suæ. {A p̄nc. ɔiurat.) quo tp̄e necessitate designatus sum ɔ̄sui: pp maximū p̄iculum reip. {Ad reditum) ab exilio. {Corpus) uolumen, translatiue dixit corp'. {Modicum) non paq;, sed mediocre, paulo. n. post oppressam ɔiurationem eiectus est Cic. in exiliū, à quo post mēses 16. restitutus est in p̄riā. {Illa sc.) s. mea. i. mea cognitione & inuestigatione, qua usus sum i cognoscēdis ɔ̄silijs ɔiuratoq;. {Vel explicandis)

Ardeo. Celebrare. Suauitas. Perfrui. Quin. Callisth. Timæus. Pyrrhus. Polybius. Arripere. Deinde. Bene. Bonus. Bona ps. Nauiter. Etiā atq; etiam. Plusculū.

in explicandis) .i.aperiendis, & declarat q̄bus apparuerit ei⁹ scientia.{Te remedijs incõm.)i.in prouidendo p̄iculis postq̄ cognoui cās.{Duces;)existimabit.{Cõprobabis;) collaudabis.{Agendum lib.) loquendũ liberius & apertius. {Vt ꝯs.) ut es solitus,& h.d.Cic.ut magis incitet Luceium ad loquendum libere,& scribendum qđ ipse uult.{Perfidiã,)improbitatem.{Insidias,) q̄ paratæ sunt mihi à ꝯiurantib.cum statuisset me interficere,hæc omnia optime notauit Sal.{Casus n.) nr̄æ fortunę,quia cum p̄riam liberassem,functus amplissimo magistratu,& pater p̄riæ appellatus essem.Postea in exilium actus sum, & inde reuocatus totius senatus & oium bonoꝝ magno ꝯsensu.{Suppeditabunt,)suggerent,subministrabũt, & dabunt. {Varietatem) quia modo felix,modo miser uisus sum.{Cuiusdã)certe.{Voluptatis,)q̄a lectores uoluptatẽ capiunt ex uarietate reꝝ.{Vicissitudines:) p̄mutationes,q̄ sunt uicissitudines fortunæ.{Optabiles in exp.) quia nemo uellet qui utitur fortuna secunda experiri eius uicissitudinem. {Secura)sine metu,sine periculo,unde illud Virg. Forsan & hæc olim meminisse iuuabit,& Sen.Qđ fuit durum pati,dulce est meminisse. {Ceteris) sensus est iunctus superiori fortunæ,uicissitudines ẽt si in experiendo non fuerunt optabiles, tñ in legendo sunt iucundæ, ceteris uero quæ nullam propriã molestiam habuerunt,sed alienos casus sine ullo dolore intuentur,ẽt ipsa misericordia est iucunda. {Perfunctus nulla propria mol.)i.qui nulllam molestiam aut periculum proprium habuerunt.{Intuentib.) cõsiderantib.legendo.{Alienos c.) qui alijs acciderunt.{Iucunda.)quia non meminimus exilij Cic.& alioꝝ incõmodoꝝ eius,quia ad nos ea nihil pertinent, ideo ipsa misericordia nobis est iucunda.i.delectat nos misereri.{Quem nr̄m)q.d.quemlibet, probat qđ dixit misericordiam in alienis casibus iucundã esse.{Ille)uir celeberrimus,q̄ melior fuerit imperator an p̄hs incertum est,Thebanus p̄ria. aduersus Lacedæmonios pugnans acerrime in p̄lio uulneratus,postquam est in castra relatus,semianimus uocem sp̄mq́; collegit,& id unũ à circũstantib.requisiuit. Num cadẽti sibi scutũ ademisset hostis qđ ut seruatũ audiuit,allatũ uelut laborum g̃liæq́; socium osculatus est. Iterum q̄siuit utri uicissent, ut audiuit Thebanos,bñ h̃re se rem dixit,atq; uelut gratulabundus p̄riæ expirauit.De hoc Epinunda,uide plenius apud

Suppeditare.

Themist. Iust.in fine lib.6.{Cuius)q.d.cuiuslibet.{Themistoclis) ducis Atheniensiũ,cuius adulescentis prima g̃lia & futuræ imperatoriæ uirtutis prima nobiles apparuit eo p̄lio,quo duce Melciade Persæ sub Dario rege uicti fusiq́; sunt. Deinde dux belli aduersus Xerxẽ non solũ p̄riam,sed uniuersam Græciã à barbaroꝝ p̄iculo & seruitute liberauit,ut apud Iust.lib.2.scriptũ est.Is postea p̄ inuidiam à suis ciuib.in exiliũ actus,& deinde cũ magna oium lætitia reuocatus est.{Ordo)series,obseruatio.{Annaliũ) libroꝝ,q̄ tm̄mõ qđ quoquo anno gestũ sit demr̄ant de d̄ria annaliũ,historiatũ,& diarij,A.G.scribẽs dicit. Annales tm̄mõ esse cũ res pluriũ annoꝝ obseruato cuiusque anni ordine cõponuntur. Cum uero non p̄ annos se p̄ dies singulos res gestæ scribuntur,diarium est.Historiam ꝟo aiunt reꝝ gestaꝝ esse uel expõnem,uel demr̄onẽ,uel quoquo alio mõ dicendum est. Deniq; historia tanq̄ genus est,Annales tanq̄ sp̃es,nã oẽs annales historiæ sunt,sed non ꝯtra. {Taceo)qđ dicit Seru. in 1. Æn. q̄a à nullo uiro docto ꝓbatur, qđ de ea d̄ria sentit.Fasti dies dicebãtur, q̄bus sine p̄iculo p̄torib.licebat certa ꝟba fari.s.do,dico, abdico, dicti ut uoluit Pris.à fando.Fasti uero libri, teste Festo, in q̄bus totius anni sit descriptio.Nam fasti dies festi sunt,& est scdæ declinationis,licet Luc.dixerit.Nec meus Eudoxi uincetur fastib.ann⁹, ꝓ sup̄bia uero & elatione quartæ est declinationis sp̄. {Ancipites,)dubij,pleni p̄iculis.{Varij)mõ ꝓsperi, modo aduersi. {Admirationem,) audientium & legẽtium. {Expectationẽ;) spẽ,ut cum legimus Cic. in exilium actũ speremus p̄p̄ eius excellentiam eũ reuocatũ iri.{Lætitiã,) lætamur.n.cũ uidemus uirtuti dari p̄mia. {Molestiã;) de infortunijs excellentiũ uiroꝝ.{Exitum)finẽ.ut uiri boni uita exitum h̃eat uel felicẽ uľ plenũ miserationis:ut de Põp.de Cic.ipso: cuius caput & manus amputata est.{Quod)ut expleatur aius iucũdissima uoluptate.{Secernas)seiungas,separes.{Quasi fab.) tanq̄ fabulã quandã & comœdiã.{Euentoꝝ)casuũ,successuũ.euẽta aũt scdæ,& euẽtus quartæ declinationis dr̄.{Hẽt.n.) dicit historiã suã posse in partes diuidi:sicut & comœdiã:partes aũt p̄n

Ordo.
Annales.
Diarium
Historiã.
Fasti dies
Fasti libri
Fastus.
Euentus.
Euenta.

cipales fabulæ dñr actus,q̄ neq; plures neq; pauciores q̄nq; esse debent.Horat.in ar.poet.Neue mi.quin.nec sit ꝓductior actu Fabula,q̄ posci uult & spectata reponi.Actus aũt unus interdũ multas scenas h̃et,actio uero est pars secundaria,quę qualibet scena ꝯtinetur:utputa partus Glycerij.{Consilioꝝ.) meoꝝ,q̄ fuerunt uaria ꝓ necessitate reꝝ.{An non)oñdit Cic. se ꝟo iudicio nõ assentatione aliqua cup̄e se laudari potissimũ à Luc. neq; se uereri:ut Lu.cũ h̃eat suspectum assentationis, cum ille seip̄m optime cognoscat, & potius eos inuidos existimet:q̄ eum non admirentur,& laudẽt:q̄ eos assentatores à q̄bus laudetur.{Aucupari) arte q̄rere,tractũ ab ijs,q̄ auibus insidiantur,& q̄ arte utũtur.{Qui,sis,nescias;) q̄ sis ignarus,& non cognoscas teip̄m.{Admirẽtur,)plus est q̄ laudẽt. {Inuidos,)inuidere tibi,cũ cognoscas doctrinam tuã merere admirationẽ.{Assentatores)blanditores,adulatores. {Neq;) alia rõ ex p̄sona sua,& est sensus:non sum ita demens:ut nisi cognoscerẽ te eũ p̄ quẽ possem ꝟe laudari: laudes tuas appeterẽ:nõ põt aũt alium ueris & sempiternis laudib. celebrare: q̄ ipse ꝓpriã g̃liam ingenij non assequatur:q̄a cito p̄eunt eius scripta:c⁹ ingeniũ & doctrina non putatur excellens.{Neq;) qđ non fuerit desideraturus à Lu.sempiternæ g̃liæ monumẽta,nisi nosceret eum ꝓpriã ingenij g̃liam assecutũ,ꝓbat Cic.exẽplo sumpto ex facto Alex.Magni,q̄ ut ẽt inq̄t Horat.in Epist. Edictũ fecit neq; se p̄ter Apellẽ pingeret: aut ali⁹ Lysippo duceret ære.i.ne q̄sq̄ faceret eius picturã p̄ter Apellẽ, aut statuã præter Lysippũ,nõ assentatione aliqua: sed ꝙ intelligebat artẽ eoꝝ fore sempiternæ g̃liæ & ipsis artificib.& p̄cipue sibi:q̄ esset à tã celebrib. artificib. pictus aut fictus. Apelles aũt p̄ria Cous pictor eximius fuit:à Quint.lib.12.& à Plin.lib.35. & à multis alijs scriptorib. celebrat⁹, de quo uide apud p̄dictos auctores.Lysippus quoq; statuarius optimus,& arte sculptoria clarissimus,de quo est ẽt uidere apud prędictos auctores. Mart.quoq; eius meminit.Nobile Lysippi munus opusq́; uides. Atq; oñdit Cic. multo pluris facienda esse monimẽta scriptoꝝ:q̄ picturaꝝ aut statuaꝝ: idq́; ꝓbat exẽplis uiroꝝ clarorum: q̄ tm̄mõ monimentis lr̄arum sine pictura & statuis magnã g̃liam adepti sunt.{Illi art.)i.pictores & fictores siue statuarij.s.Apelles,& Lysippus.{Simulacra) effigies. {Corp̄is) non aũt ai:sicut scriptores:q̄ non corp̄is solum,sed ẽt aĩ dotes exprimunt.Horat.Neq;.n.melius p̄ ænea signa.Quã p̄ uatis op⁹ mores animiq́; uirorũ clarorũ apparẽt.{Quę)simulacra. {Vel).i.ẽt.{Spartiates) Lacedæmonius:à Sparta urbe Laconiæ.{Agesilaus)rex Lacedæmoniorũ,q̄ ab eis dux ꝯstitutus est aduersus Conona Atheniensiũ ꝓ Artaxerse rege Persarũ bellũ gerẽte,q̄ multas & p̄claras uictorias in Asia adeptus ẽ, & p̄riæ p̄lm g̃liæ peperit.De quo scripsit Iust.lib.6.{Non minus perhib.) non minus laudandus & cõmemorandus.{Fictam)sculptam.{Laborarunt.) magnam curã posuerũt. {In eo g̃ne)ut pingeretur aut fingerentur.{Vnus)solus:& est ratio quare non minus sit perhibendus sine pictura aut fictura,quia plus ualuit in eo laudando solus libellus Xenophontis:quem de eo scripsit, q̄ potuissent ualere oẽs imagines uel pictæ uel fictæ.{Atq; hoc)dicit q̄re magis sit habiturus gratum,ꝙ scribatur de se à Luc.q̄ ab alio,q̄a est habiturus,ab eo non solum fructum præstantis ingenij & eloquentiæ: sed ẽt testimoniũ auctoritatis uiri clarissimi,& in maximis reb.reip. probati:cuius laudatio est futura multo amplior,& grauior. {In ceter.)subaudi, scripta si peruenero. {Suppeditatũ) subministratum datum.{Timoleõti à Timæo,)subaudi suppeditatum est solam ingenium. Thimoleõ uir Corinthius iudicio oium clarissimus.ut.n.ait Cornelius Nepos: huic uni ꝯtigit ꝙ nescio an ulli alij,ut p̄riam in qua erat nat⁹ à tyrãno opp̄ssam liberaret,& à Syracusanis:q̄bus auxio missus erat,seruitutẽ depelleret,totãq́; Siciliã diu bello uexatã:à barbarisq́; oppressam suo aduẽtu in pristinũ restituerit:de eo scripsit Corn. Nepos,& plenius Plut.eius ẽt res gestas scripserat Timęus historiographus græcus:de quo sup̄.{Herodoto) historiographo clariss.qui à Quint.ẽt cum laude cõmemoratur: q̄ & facta Themistoclis scripsit, sed isti duo auctores potuerũt his de q̄bus scripserũt solũ suppeditare ingeniũ:Luceius ꝟo Cic. nõ solũ ingeniũ poterit suppeditare: sed ẽt auctoritatem nominis,q̄a uersatus est multũ in rep. {Spectatissimi) ꝓbatissimi.{In primis)præcipue & añ alia.{Probati:) bonis morib. {Præconiũ,) cõmendatio,laudatio magna & apta.{Sigæi:)

Actus.
Actio.
Assẽtatores.
Apelles.
Lysippus.
Agesilaus.
Thimoleõ.
Herodotus.
Sigæum
Præconiũ.

promont

ꝓmontorium apud Troiā, ubi erat sepulchrū Achillis: ad qđ cum uenisset Alex. Magnus: dixisse fertur. O felix Achilles, cui magni Homeri diuino ingenio & ore cani ꝯtigit. Pręconium ergo dicit cōmēdationē ingenij. {Impertium) cōicatum & datum, la⁹. n. q̄ nobis offertur à uiris bonis testimonium est uirtutis nr̄æ. {Næuianus,) de quo Næu. poeta scripsit, & induxit eum dicēiē nō cupe solum se laudari sed laudari à laudato uiro. {Nō imp.) nō obtideo. {Hoc est,) astute Cic. subdit cām, q̄ possit ipedire Luceiū, quomin⁹ de se scribat, si fuerit occupat⁹ qđ cum non sit, uult inferre oīno eum dr̄e suscipe hoc negocium. {Multi re. dānauerunt) imo & ipse Cic. in officijs suis dicit. Turpe est ēt de se ꝑdicere. {Exēplo,) imitatione, uñ nō uidebor ita repħendēdus cum faciā, qđ fecerunt multi alij uiri clari. {Q đ te nō f.) qđ non ignoras, qđ optime scis. {In h. g.) scribendi de seipso. {Verecundius) modestius & parcius. {Pręterеant,) omittāt, taceant. {Sigd repr.) si qđ uitium est in nobis. nemo. n. nisi admodū excors seipm̄ uitupat, aut uitia cōmemorat. {Minor sit f.) minus credatur qđ de nobismetipsis dicimos ga nulli testi de ipso creditur. {Auctoritas,) existimatio, ga putatur leuis, q de seipso scr. {Pręcone:) tubicines. {Gymnicoꝝ,) palestritaꝝ & athletaꝝ. {Magna) alta, ut ab oib⁹ audiri possint, erat. o. mos ut declararetur nomē uictoris p præconē, & daretur corona, ut oñdit Virg. in 5. Æn. Victorē magna præconis uoce Cloanthum Declarat, uiridiq́; aduelant tpa lauro. {Eoꝝ) uictoꝝ. {Ipsi) præcones. {Coronētur cor.) accipiant & ipsi coronā, quia bñ ꝓnunciauerunt noia uictorum. {Añ mult:) anteq̄ dimittantur ludi, & finiantur. {Aliū pr.) à quo ipsi præcones laudentur bñ pronunciasse. {Victores) in pronunciatione & declaratione, non autem in pugna. {Prædicent.) quod esset turpe. {Hęc) uitia supradicta. {Cām) negocium nr̄m, ut de me scribas. {Ac ne f.) eas causas quas in principio dixit, cur tantope festinet, atq; instet id quod Luceius se facturum oñderat: quam cām dicit præcipue, ut uiu⁹ uolitet per ora uirorum: & possit perfrui gl̄ia sua: quā quidem nō frueretur, si de eo scriberet postquam esset mortuus. {Alacres) arrecti: & ualde læti. {Animo) spe animi. {Cōmentarios) breuem collectionem. {Rerum omnium.) quas gessi, ut possis inde sumere mām. Dicimus autem cōmentarium in neutro genere in singulari: in plurali melius in masculino. {Perpolies,) elimabis, exornabit. {Instituta,) incepta.

Gymnici. *Cōmentarium.* *Cōmentarij.* *Perpolire*

ASCEN.

Coram &c. L. Luceius uir dicendi peritissimus Italici ciuilisq́; belli historiā scribebat, io qua se factuꝝ mētionē gestoꝝ à Cic. sigñauerat, ueꝝ cum Cic. auidissimus esset gl̄ię, uideretq́; Luceium rē differre, stimulat eū, monetq́;, q̄ & qua forma de se scribi uelit, q̄ si Luceius recusauerit, ipse de se scripturus sit magnoꝝ uiroꝝ exemplo. Ordo est. Pudor quidā, penè. i. quasi subrusticus. i. aliquantū rusticus & agrestis. rustici aūt uerētur sæpe, ubi uereri non debeant, eò ꝙ nesciunt qñ bñ faciant, deterruit me conantē sæpe hæc cadē agere. i. tractare tecū corā. i. in p̄ñtia, q̄ ego abñs exponā. i. declarabo nunc audacius. Etem̄. i. ga ep̄la nō erubescit, & ita lōge audemus plura scripto, q̄ ṽbo petere. Ego ardeo. i. uror cupiditate incredibili, neq; reprehēdenda, ut ego arbitror, ga de re honesta, uidelicet ut nomen nr̄m illustretur. i. nobilitetur, & clarius fiat. Et celebretur. i. celebre fiat scriptis tuis. quod. i. quā rē, etsi. i. q̄q̄ oñdis mihi sæpe te esse facturū, tñ uelim, sup. ut ignoscas huic festinationi meæ. Em̄. i. ga, gen⁹ scriptorum tuorum, etsi. i. q̄q̄ erat sp spectatū. i. optatū à me uehementer, tñ uicit. i. supauit, opinionē meā. i. elegātius & melius est q̄ opinabar, & uel cepit. i. affecit q̄si captiuum uel incendit. i. inflāmauit, me ita, ut caperē rumores nr̄os. i. sermones, incertorū auctorum, q hñr de rebus à me gestis, cōmēdari. i. laudari, aut cōmitti, monumētis tuis. i. testimonijs scriptorum tuorū, q̄ legentē moneāt rerum à me gestarum, q̄, ꝓ p q̄ celeriter. rarum gen⁹ locutionis, p̄sertim apud Cic. in quo q̄ ꝓ ualde ponatur cū positiuo, nā s̄m Vallā dicēdum esset q̄ celerrime, nisi fortassis dicas, q̄. i. ò quātum celeriter, sicut i And. Ter. Reiecit se in eum flēs q̄ familiariter. i. ò quātum familiariter ut exponit. Valla cū possit dici q̄, ꝓ p q̄ positum, ut hoc loco. Non. n. solū cōmemoratio posteritatis. i. eorum q post nr̄am ætatē futuri sunt, rapit me ad quādā spē imortalitatis. s. famæ & nois, sed ēt illa cupiditas, ut uiui pfruamur auctoritate testimonij tui uel iudicio bñuolētiæ. s. tuæ, in me, uel suauitate ingenij. s. tui, in ꝯtexēdis historijs, uiui inq̄. i. tātisper dum uiuam⁹. Nā nō dubitat quin cessante inuidia, ut, post obitū inuisorū fieri solet, uirtus defuncto In hoore sit. Neq; tñ cum scribebā hęc. i. has lr̄as, erā nesci⁹. s. nō ignorabā, quātis onerib. rerū susceptarū. s. à te, ut eas pscribas, & in debitā formā historiæ digeras, & institutarum. i. inceptarum iā, uñ instituere est quasi à p̄mordijs rerum erudire quenq̄, & inde institutum dr̄ quasi ꝓpositum & inceptum instituta uero mores à principio alic⁹ ciuitatis instituti. Institutiones aūt sunt formæ & rōnes instituēdi ac p̄ceptiones, ut Valla obseruauit: tu p̄merere. i. quasi obrueris, hoc est quātæ molis sit rē talem pficere. Sed ga uidebā historiā belli Italici. i. socialis, qđ cū Italis à Romanis gestum est, & ciuilis, quod inter ciues Rom. gestum est, de quo App. scripsit, esse iā penè. i. quasi pfectā à te, dixeras autē mihi te uelle ordiri. i. ex ordine aggredi, aut incipe reliquas res, nolui deesse mihi. i. honori meo. qn admonerē te ut cogitares, ne. i. an malles. i. magis uelles, ꝯtexere. i. sub uno filo & ductu orōnis p modum rhapsodiæ ꝯscribere, nr̄a. i. res à nobis gestas, cum ceteris reb. an ut multi Græci fecerunt utpote Callisthenes, sup. fecit seorsum bellum Troicum, Timæ⁹ sup. bellū Pyrrhi Epirotarum regis cum Tarētinis ꝯtra Rom. bellū gerentis. Polyb. Numatinum sup. bellum, q oēs separauerunt ea q̄ dixi bella, à ppetuis. i. ꝯtinuatis historijs suis, hoc est ea bella seorsum scripserunt & in Rhapsodia aliorū nō poluerunt, ut nr̄is tpib. Ant. Sabellic⁹ p̄ter Rhapsodiam ab ordine mundi, scripsit seorsum res Venetorum. tu quoq;. i. ēt, tu itē. i. sil̄r, seiungeres. i. segregares, ꝯiurationē ciuilē. s. Catilinæ, & sociorum ab hostilib. & à bellis externis. eqdē. s. ego qdē uideo interesse. i. referre nō multum ad laudē nr̄am. i. quantum sit ad laudē nr̄am, sed qddā. i. q̄dā certa res, interest ad ꝓperationē meā, nō expectare, donec. s. scribēdo cetera, uenias ad locum, ubi ciuilia bella essent scribēda, & arripe statim cām illā totā. s. suscepti ac opp̄ssi belli ciuilis, & tp̄s. i. qb. ꝯsulib. oppressum sit. Et sil̄. i. p̄ter ꝓperationē meā, cui sic facili⁹ satisfiat, ego cerno iā aio: Cernere. n. ꝓprie ad exteriora ptinet, uñ adiecit aio, quāto oīa futura sint uberiora atq; ornatiora, si mēs tua ṽsabitur, tota in uno argō. i. in una mā, & in una psona, sigñat psonā suā, quasi ṽo collega nihil egerit. Neq; tñ ignoro q̄. i. quātum, impudēter faciā q primum imponā tibi tm̄ oneris: occupatio. n. tua pōt mihi denegare. s. qđ peto, deinde q postulē ēt ut ornes me. i. honorifice de me scribas. Quid sup. dicendū sit, si illa. s. q̄ peto, nō uideātur tibi ornāda. i. laudib. decorāda, tātope. s. ut ego postulē. q. d. obmutescendū sit, sed tñ oportet eū q trāsierit semel fines ṽecūdiæ. i. q sel̄ inuerecunde egerit, aut pierit, esse impudentē bñ. i. multū, & nauiter. i. strenue. alioq rubore suffunderetur. Itaq;. q. d. ga sel̄ uerecundiæ fines transiui, ego rogo te planè. i. manifeste ēt, atq; ēt, ut et. i. sil̄ ornes ea. s. q̄ à me gesta sunt, uehemētius q̄ sentis fortasse. s. ornanda esse, & negligas in eo leges historiæ quarū p̄ma est, oīa uere & nihil ad gr̄am alicuius dicere, & ne aspernere. i. ne ꝯtemnas gr̄am illā, de qua scripsisti suauissime in quodā ꝓœmio. s. ꝙ multos subuertat, & à ṽo deflectat, à qua demr̄as te nō potuisse affici. i. moueri à ṽo magis q̄ Herculē illum. s. nobilissimum, Xenophōtium. i. de quo scribit Xenophō. Qūo. s. ut narrat in 1. Off. Hercules in desertum adductus, uidit duas uias, alterā uoluptatis, q̄ amœnissima erat, sed mortē hēbat in exitu: alterā uirtutis, q̄ aspera & ardua i p̄ncipio imortalitatē ꝓmittebat In exitu, grauib. ṽbis uoluptatē increpitās uirtutē est cōplex⁹: potuisse. s. affici à uoluptate, q nullo mō affici potuit, si ea. s. gr̄a cōmendabit me uehementius. s. quā deceat, & largiare. i. indulgeas, amori nr̄o plusculō. i. aliquāto pl⁹ ēt q̄ ueritas ꝯcedit. Quòd si adducem⁹ te. i. psuadebim⁹ tibi, ut suscipias hoc. s. bellū Catilinariū pscribēdū, erit ut psuadeo mihi materies digna facultate. i. facili ptāte, & copia. i. abūdātia tua. s. in scribēdo, em̄. i. q a quoddā corpus modicū. i. quoddā uolumen aut qdā tractatus p se: uī mihi posse ꝯfici. i. cōpleri à principio ꝯiurationis, usq; ad reditum nr̄m. s. ab exilio, in quo. s. corpore poteris uti &. i. ēt, illa sn̄ia ciuilium ꝯiurationum. i. q̄ lata est in ꝯiurationes ciuiles. sunt q legant scia. i. cognitione, uel in explicādis causis rerum nouarum. i. cur res Innouatæ sint à ꝯiuratis. s. ob æs alienū, uel in remedijs icōmodorum, q̄. s. secuta fuissent, repete explicādis, cum &. i. sil̄, repꝛehendes ea, q̄ duces. i. existimabis uitupanda, & sup. dum cōprobabis, explicandis rōnib. i. explicando rōnes, sup. eorum, q̄ placebunt. Et si putabis agēdū liberi⁹, ut ꝯsueuisti sup. agere

re

re in descriptione eox, tu notabis ꝑfidiam, insidias, ꝑditionē multox in nos. Casus et nři. i. uaria euenta, aut ęrumnæ sup peditabunt. i. subministrabūt tibi in scribēdo uarietatē plenā cuiusdā uoluptatis, q. s. uoluptas possit retinere uehementer aios hoium in legēdo scripto. i. in eo qđ' scriptū est. Nihil. n. est aptius ad delectationē lectoris, q̄ uarietates tpm, & uicissitudines fortunæ quæ. s. uicissitudines, etsi. i. q̄q̄ non fuerūt optabiles nobis, expiendo. i. dum experiremur, erunt tñ iucūdæ in legendo. i. dū à nobis legentur. Em. i. qa, recordatio securā. i. sine timore & cura, doloris ꝑteriti hēt delectationem. Vero. p sed ēt ipsa misericordia est iucunda ceteris: nulla. i. nō nulla non ꝑfunctis ulla ꝑpria molestia, intuētib. i. dū uident casus alienos sine ullo dolore. Quē. n. &c. Probat iucundā eē lectionē alienę cladis, q̄ misericordia ꝑsequamur exēplo Epaminundæ Thebani impatoris fortissimi & p̄hi acūtissimi q̄ ꝯtra Lacedæmonios uiriľr pugnans letale uulnus accepit i re latusq; in castra ꝗuit, nō scutū ademisset hostis: quod ut saluū audiuit, osculatus est ipm tanq̄ sociū laboris. deinde sciscitando audiens suos uicisse, lubens expirauit. Ordo est. Enim. i. qa Epaminōdas ille. s. nobilissim' impator Thebanox moriens apud Mantiniā. ut Strabo scribit Mantineā. Est aūt loc' ubi ꝑlium cū Lacedæmonijs cōmisit, quem nēm nō delectat cū quadā miseratione? q. d. nullum non & ita unūquēq; delectat. Qui iubet. s. ut narratur in historijs, q̄ rem quasi ꝑntem oculis legentiū exhibent, uñ ꝑnti utitur tpe: tū deniq;. i. tunc primum spiculum. i. telum acutū, auelli. s. à corpore suo, postseaq̄ dcm est ei ꝑcontanti. i. disquerenti, num clypeus ablatus sit, clypeū esse saluū ita sup. auelli spiculū ut et moreretur in dolore uulneris æquo aio, cum laude. Cuius studiū nō tenetur erectū. i. uigilans & attentū in legendo. i. dū legit historiā Themistoclis ducis Atheniensiū fortissimi, cuius adolescētiæ prima glia & futuræ impatoris uirtutis prima indoles apparuit eo ꝓlio, quo duce Milciade Persæ sub Dario rege uicti fusiq; sunt. Deinde dux belli aduersus Xerxē factus non solum ꝑriam, sed uniuersam Græciā à Barbarox seruitute liberauit, ut scribit Iustinus lib. 2. Is postea p inuidiā à suis ciuib. i exiliū actus, deinde cū magna oium letitia reuocatus est. Cuius fug. ꝗd nō tenetur erectū in legēdo, fuga. i. p fugā, & reditu. i. p reditū honorificū Themistoclis? q. d. nullius nō retinetur, & ita uniuscuiusq; retinetur. & est aptū exēplū p fuga reditusq; Cic. Etem ordo ipse. s. series, annaliū. i. librox, qb. singulox annos magřatus & gesta p ferie scribātue. Hoc. n. exigit ordo historiæ, ut ꝓmō gesta prima scribātue. Poeseos sępe ꝯtra. uñ Flaccus, Ordinis hæc uirtus erit & uenus, aut ego fallor Vt iā nūc dicat, iam nūc debentia dici, Pleraq; differat, & p̄ns i tps omittat. i. ut aliqua quo ordine gesta sunt dicat poeta, aliqua lōge postea. i. inuēto loco bī narrādi. retinet nos i legēdo mediocriter quasi enumeratione fastox librox, in qb' totius anni p ordinē festa cū causis eox scribūtur. Talia. n. p cuiusq; affectione & ut dnt deuotione libēter leguntur. At casus ancipites. i. dubij & uarij uiri excellētis hnt sæpe admirationē lætitiā, molestia, qa affecti illis dolemus aduersis legendis, spē timorē. Vero. i. sed, si sup. tales casus ꝯcluduntur exitu notabili. i. insigni, ut de suo exitu ꝑtendit Cic. sed finalē exitū nō uidebat hæc scribēs. aīus expletur uoluptate lectionis iucundissimæ. Qđ acciderit mihi. i. in historia mea optiatus, si fueris i hac snia, si fecernas. i. separes à scriptis tuis ꝯtinētib. i. ꝯtinuatis, & ꝑpetuo filo currētib. in qbus cōplecteris ꝑpetuā. i. nō interruptā historiā rex gestax, hāc quasi fabulā. i. ut fabulosam narrationē, à poetis solet interseri ad uoluptatē legentiū, rex & euētox. i. eox q̄ euenerūt nobis. Vt Valla notat in singulari dr̄ hic euētus. tus tui. i. in plurali hæc euenta. tosū sed ēt euentis legimus, & euēta sunt sæpe q̄ euenerunt, euētus est modus eueniēdi. Em. i. quia sup. hæc historia nřa hēt uarios actus. sicut in comœdijs q̄nq; solent esse actus, q̄ tunc finiuntur dū ꝑsceniū derelinquitur uacuū & multas actiones. s. in foro habitas, ꝯsilios & tpum. i. ꝑ uarietate tpum, & qa uarios actus hēt, bñ quasi fabulam dixit. Ac nō uereor ne uidear aucupari. i. captare, qūo aucupes captāt & inescāt aues, suaui aliquo bono ꝑposito, quadā assentatiūcula. i. leui assentatione, grām tuam, cū demonstrē bos uidelicet me uelle ornari & celebrari potissimū à te. Neq; tu es is. i. talis, q. i. ut sis nescius, & q nō arbitrere magis inuidos eos q, nñ admirētur te, q̄ assentatores eos, q laudēt te. Neq; aūt Valla diceret, neq; uero, ego sum ita demēs, ut uelim me cōmendari sempiternæ gliæ, p eū, q non ꝑpriam quoq;. i. ēt, ꝑpriam gliam ingenij in me cōmendando. i. laudando, aut cōmendando glię sempiternæ. Neq;. n. Alexāder ille. s. nobilissimus Macedonū Rex uolebat pingi. s. coloribus in tabella aut peplo seu muro, potissimū. i. ꝑcipue, imo r̄m quosdam solū ab Apelle nobilissimo & artificiosissimo pictore, cā grę. i. bñuolētię, qua prosequebatue Apellē, & fingi. i. sculpi aut fundi seu ꝯflari & ad uiuum in imagine exprimi, à Lysippo optimo plaste & statuario, eepete causa grę. Sed q̄ putabat artē illox fore gliæ. i. ad gliam, cū. s. ita fuerit q̄ ipsis tum ēt sibi: unde Flaccus in epistolis. Edicto fecit neq; se ꝑter Apellē Pingeret, alius Lysippo duceret ære. Atq; illi artifices faciebāt simulacra. i. effigies corporis nota, ignotis. i. externis & ignorantib. q. i. simulacra si uel. i. ēt, nulla sint, tñ clari uiri nihilo. i. i nullo sunt obscuriores. Nec. n. Agesilaus ille. i. notissim'. Spartiates. i. Lacedæmonios Rex Spartæ genitus. nā Lacedæmō & Sparta seu Sparte una est ciuitas. Perhibēdus. i. cōmemorādus est miu', q neq; passus est imaginē suā esse pictā neq; fictā, quā sup. ij, q laborarunt multū in eo gñe. i. q se fingi, & pingi anxie curauerūt. Em. i. qa unus libellus Xenophōtis supauit in eo rege laudādo facile oēs imagines & statuas hoium, qđ' poematis tribuit Horat. dicens. Neq;. n. p alienea signa: Quàm p uatis op' mores, animiq; uirox Clarox apparent. Atq; hoc fuerit mihi ꝑstantius. i. efficacius, & ad lætitiā ai, & ad dignitatē memoriæ si puenero in tua scripta. i. si à te scriptus fuero, q̄ si sup. puenero in cæterox sup. scripta, q̄ nō solū ingenium tuū fuerit suppeditatū. i. administratū & impēsum mihi, sicut ingeniū suppeditatū est Thymoleōti à Timæo, q Thymoleontē Corynthiū uix lōge clarissimū, ut q patriā tyrānide & Siciliā seruitute liberauerit, descripsit. Aut Themistoclē à Herodoto, qui Themistoclē descripsit. uult dicere, q̄ nō solū historia sua clarior & nobilior erit, q̄ à tali ingenio ꝑscripta sit, ut historiæ Themistoclis & Thymoleōtis clariores sunt pp ingenia describentiū, sed ēt auctoritas uiri clarissimi & spectatissimi & cogniti in rep. causis maximis & grauissimis, atq; in primis ꝓbati, sup. erit mihi suppeditata ut non solū pcomiū. i. buccinatio, qđ'. i. quale Alexāder. s. Magnus, cū uenisset in Sigæū. i. Sigæi maris ꝓmōtoriū, ubi erat sepulcbrū Achillis dixit esse tributū Achilli ab Homero: dixit em, O felix Achilles, cui magni Homeri diuino ingenio, & ore cani ꝯtigit: Sed ēt graue testimoniū clari & magni hois, uideatur impertitū. i. impēsum mihi, qđ' pulchrū esse docet dicēs. Placet. n. mihi Hectoe ille Næuian'. i. q à Næuio in fabula inducitur, q non tm̄ lætatur se laudari, sed addit ēt, à laudato uiro. Valla tñ in epla nūcupatoria elegātiæ dicit, ut ille apud Acciū inqt. Gaudeo abs te laudari pr̄ laudato uiro. uñ oportet aut idē ab Accio dcm eē, aut memoriā Vallæ lapsam, cū Accium p Nænio citet. Q. d. si abs te laudari, si nō impetro, hoc est si qua. i. aliq̄ res impedierit te, neq;. n. arbitror fas esse me rogantē nō impetrare qđq̄ abs te. i. à te, cogat fortasse facere id, qđ' nōnulli rephendūt sępe, hoc est ipse scribā de me, tū sup. id faciā exēplo multox & clarorum uirorū. Sed, qđ' te nō fugit. i. qđ' bñ scis, hæc uitia sunt i eo gñe. s. de se scribētiū q̄. s. necesse ē sup. ut ipsi scribāt uerecūdius de se siqđ est laudandū, & ꝑtereāt siqđ est rephendendū. Accedit ēt ut minor sit fides, & sup. minor auctoritas & sup. deniq;, ut multi rephendant & dicant præcones. i. cōmēdatores tubicines publicos ludorū gymnicorū. i. palæstritarū, q nudi sese exercēt, esse uerecūdiores. s. q̄ rerū suarū descriptores, q. pcones gymnici cum. i. postq̄, imposuerunt ceteris uictorib. coronas, & ꝑnunciauerunt noia eox magna uoce, cum ipsi. s. præcones doneutur. s. si bene functi fuerint offō, corona, añ missionē. i. dimissionē & ꝯsummationē ludorum adhibeat alium præconē, ne ipsi ꝑdicēt sua uoce, se esse uictores. s. suo offō pconū. Nos cupimus uitare hæc. s. uitia se ipsos describēdo, & uitabim' si recipis cām n. fam. i. aggrederis on'. describēdi res nřas, & rogam' ut facias id. Ac ne mirere forte, cur petam' à te id nunc tātope & tā multis ūbis, cum ostēderis mihi sępe te mādaturum lřis. i. descripturum accuratissime cōsilia tpum nřorum atq; euētus. i. exitus fortuitos (uñ patet apud Cic. quoq; euētus dici) Rūsio. Illa cupiditas incēdit nos, de qua scripsit initio. s. epistolæ, uidelicet festinationis, q̄ sumus alacres. i. arrecti & læti animo, & ut. i. simul, ceteri cognoscāt nos ex libris tuis, nobis uiuētib. i. dū adhuc uiuimus &

& nosmetipsi uiui .i. adhuc uiuentes pfruamur gloria nr̃a .i. fructum ultimum & uoluptatem capiamus ex gl̃ia nr̃a. Vellim sup. ut rescribas mihi qđ acturus sis de his reb. si non est molestũ tibi .s. rescribere. Si .n. suscipis cãm .i. negociũ hoc perscribendũ, ego ꝯficiã cõmentarios .i. breuiaria & summaria, oium rex .s. à me gestax. Sin aũt .i. Sed si, differs me .i. uoluntatem meam aut res meas in aliud tp̃s, ego loquar tecum corã .i. facie ad faciem, qđ nunc se dixit erubuisse. tu non cessabis .i. non eris ociosus interea, & ꝑpolies .i. ad summã politionem perduces, ea q̃ habes instituta incepta, & diliges nos.

PAVLVS MANVT.

IGnotis nota faciebant) Ignotis, pro ijs, qui non nouerãt, actiue posuit, ut etiam Liuius lib. iij. Notos gratia eorũ, turbam indignitas rei uirgini conciliat. & Curtius 64: Ignoti iumenta agebant. Plautus autem in Pseudolo, 194. Noui: notis p̃dicas. notis, dixit, id est ijs qui nouerant. itemq; Cicero in oratione pro M. Cœlio, 38. & in Verrẽ lib. vi. 251.

A R G V M E N T V M.

BEllis ciuilibus, & Cæsaris tyrannide rep. afflicta, cum Cicero mæstissimus se in agrum, ne talia videret, abstulisset: scripsit ad eum Lucceius consolatorias literas, quibus nunc Cicero respondens, ait, se magnum fructum ex illis cepisse, & velle acquiescere, & se ad literarum studia transferre, sicut Lucceius monuerat.

G I B E R T I   L O N G O L I I   L E M M A.

Quid fructus ex consolatione Lucei: acceperit, exponit.

M. CICERO S. D. *L. LVCEIO Q. F.* 13

Q V A N Q V A M *ipsa consolatio literarum tuarum mihi gratissima est; declarat .n. summam beneuolentiam, coniunctã pari prudentia: tamẽ illum fructũ ex ijs literis vel maximum cepi, quòd te praeclare res humanas contẽnentem, & optime contra fortunam paratum, armatumq; cognoui. quã quidem laudẽ sapiẽtiæ statuo esse maximã,* N O N *aliũde pendere, nec extrinsecus aut bene, aut male viuendi suspẽsas habere rõnes. q̃ cogitatio cum mihi non oĩno excidisset, (etenim penitus insederat) ui tamẽ tẽpestatum, & concussu calamitatum erat aliquantum labefactata, atque conuulsa, cui te opitulari & video, & id fecisse ẽt proximis literis, multumq; profecisse sentio. itaque hoc sæpius dicendũ, tibiq; nõ significandum solum, sed ẽt declarandum arbitror, nihil mihi esse potuisse tuis literis gratius. ad consolandum aũt cum illa valent, q̃ eleganter, copioseq; collegisti: tum nihil plus, quàm quòd firmitudinẽ, grauitatẽq; animi tui perspexi; quã non imitari, turpissimũ existimo. itaque hoc ẽt fortiorẽ me puto, quàm te ipsum, p̃ceptorem fortitudinis, quòd tu mihi videre spem nõ nullam habere, hæc aliquando futura meliora: casus .n. gladiatorij, similitudinesq; eæ, tum rõnes in ea disputatione à te collectæ, vetabant me reip. penitus diffidere. itaque alterum minus mirũ, fortiorẽ te esse, cum aliquid speres: alterum mirũ, spe vlla teneri. quid est .n. non ita affectum, vt id non deletũ, extinctumq; oẽ esse fateare? circũspice oĩa mẽbra reip. quæ notissima sunt tibi: nullum reperies profecto, quod non fractũ, debilitatúmue sit. q̃ persequerer, si aut melius ea viderẽ, quàm tu vides; aut cõmemorare possem sine dolore. quanquã tuis monitis, p̃ceptisq; oĩs est abstergẽdus dolor. ergo & domestica feremus, vt censes, & publica paulo ẽt fortius fortasse, quàm tu ipse, qui p̃cipis. te .n. spes aliqua consolatur, vt scribis: nos aũt erimus ẽt in oĩ desperatione fortes, vt tu tamen idẽ & hortaris, & p̃cipis. das .n. mihi iucũdas recordationes consciẽtiæ nostræ, rerumq; earũ, quas te in primis auctore gessimus. præstitimus .n. patriæ * nõ minus certe, quàm debuimus, plus profecto, quàm est ab aĩo cuiusquã, aut consilio hoĩs postulatũ. ignosces mihi de me ipso aliquid p̃dicanti: quarũ .n. tu rerum cogitatione nos leuare ægritudine voluisti, earum ẽt cõmemoratione lenimur. itaq; vt mones, quantũ potero, me ab oĩbus molestijs, & angoribus abducã, transferamq; aĩum ad ea, quibus secũdæ res ornantur, aduersæ adiuuãtur: tecumq; & ero tantũ, quantũ patietur vtriusque ætas, & valetudo: &, si esse vna minus poterimus, quàm volumus, aĩorum tamen coniunctione ijsdem studijs ita fruemur, vt nunquã nõ vna esse videamur. Vale.*

** alias nõ plus.*

HVBER.

ETSI EA PERTVRBATIO est omnium rerum, vt suæ quemque fortunæ maxime pœniteat, nemoq; sit, quin vbiuis, quàm ibi, vbi est, esse malit: tamen mihi dubium non est, quin hoc tẽpore bono viro Romæ esse miserrimũ sit. nam etsi quocunque in loco quisque est, idem est ei sensus, et eadem acerbitas ex interitu rerum & publicarum, & suarum: tamẽ oculi augent dolorẽ, qui ea, q̃ ceteri audiunt, intueri coguntur, nec auertere à miserijs cogitationem sinunt. quare etsi multarũ rerum desiderio te angi necesse est: tamen illo dolore, quo maxime te confici audio, quòd Romæ non sis, ãnum tuum libera. etsi .n. cum magna molestia tuos, tuaq; desideras: tamen illa quidẽ, quæ requiris, suum statũ tenẽt, nec melius, si tu adesses, tenerent, nec sunt vllo in proprio periculo. nec debes tu, cum de tuis cogitas, aut præcipuam aliquã fortunam postulare, aut cõmunem recusare. De te aũt ipso Torquate est tuum sic agitare ão, vt non adhibeas in cõsilium cogitationum tuarum desperationem, aut timorem. nec .n. is, qui in te adhuc iniustior, quàm tua dignitas postulabat, fuit, non magna signa dedit animi erga te mitigati. nec tamen is ipse, à quo salus petitur, habet explicatam, aut exploratam rationem salutis suæ. cumq; OMNIVM bellorũ exitus incerti sint: ab altera victoria tibi periculũ nullũ esse perspicio, quod quidem seiunctum sit ab oĩum interitu: ab altera te ipsum unquam timuisse, certo scio. reliquum est, vt te id ipm, quod ego quasi cõsolationis loco pono, maxime excruciet, cõe periculum reip. cuius tanti mali, quamuis docti viri multa dicant, tamen vereor, ne consolatio nulla possit vera reperiri, præter illam, quæ tanta est, quantum in cuiusque animo roboris est, atque neruorum. si enim, BENE sentire, recteq; facere, satis est ad bene, beateq; viuendum: vereor, ne eum, qui se optimorum consiliorũ conscientia sustentare possit, miserũ esse, nefas sit dicere. nec .n. nos arbitror victoriæ pmijs ductos patriam olim, & liberos, & fortunas reliquisse: sed quoddã nobis officium iustũ, & pium, & debitum reip. nostræq; dignitati videbatur; nec, cũ id faciebamus, tam eramus amentes, vt explorata nobis esset victoria. quare si id euenit, quod ingredientibus nobis in causam propositũ fuit accidere posse: non debemus ita cadere animis, quasi aliquid euenerit, quod fieri posse nunquam putarimus. simus igitur ea mẽte, quã ratio, & veritas præscribit; vt nihil in vita nobis præstandum præter culpam putemus; eaq; cum careamus, omnia humana placate, & moderate feramus. atque hæc eò pertinet oratio, vt perditis rebus omnibus, tamen ipsa virtus se sustentare posse videatur. sed si est spes aliqua rebus cõibus, ea tu, quicunque status est futurus, carere non debes: atque hoc mihi scribenti veniebat in mentem, me eum esse, cuius tu desperationem accusare solitus esses, quemq; auctoritate tua cunctantẽ & diffidentẽ excitare. quo quidem tempore non ego causam nostram, sed consilium improbabam. sero .n. nos ijs armis aduersari videbam, quæ multo ante confirmata per nosmet ipsos erant: docebãq;, pilis, & gladijs, non consilijs, neque auctoritatibus nostris, de iure publico disceptari. neque ego ea, q̃ facta sunt, fore cum * dicebã, diuinabã futura: sed, quod & fieri posse, & exitiosum fore, si euenisset, videbam, id ne accideret, timebam; præsertim cũ, si mihi alterutrũ de euentu, atque exitu rerũ promittendum esset, id futurum, quod euenit, exploratius possem promittere. ijs .n. rebus præstabamus, quæ nõ prodeunt in aciem: vsu aũt armorum, & militum robore inferiores eramus, sed tu illum ãnum nunc adhibe quæso, quo me tum esse oportere censebas. hæc eo scripsi, quòd mihi nũc Philargyrus tuus, omnia de te requirenti, fidelissimo animo, vt mihi quidem visus est, narrauit, te interdum solicitum solere esse vehementius. quod facere non debes, nec dubitare, quin aut, aliqua rep. sis futurus, qui esse debes, aut, perdita, non afflictiore conditione, quàm ceteri. hoc vero tẽpus, quo exanimati oẽs, & suspensi sumus, hoc moderatiore ão ferre debes, quod & in ea vrbe es, vbi nata, & alta est ratio, ac moderatio vitæ; & habet Ser. Sulpitium, quem semper vnice dilexisti: qui te profecto & beneuolentia, & sapiẽtia consolatur. cuius si essemus & auctoritatem, & consiliũ secuti, togati potius potentiã, quàm armati victoriam, subissemus. sed hæc longiora fortasse fuerunt, quàm necesse fuit, illa, q̃ maiora sunt, breuius exponam. Ego habeo, cui plus, quàm tibi, debeã, neminẽ. quibus tantũ debebam, quantũ tu intelligis, eos mihi huius belli casus eripuit. qui sim aũt hoc tempore, intelligo. sed, quia NEMO est tam afflictus, qui, si nihil aliud studeat, nisi id, quod agit, non possit nauare aliquid, & efficere: oẽ meum consilium, operam, studiũ certe velim existimes tibi, tuisq; liberis esse debitum. Vale.

* alias docebã.

HVBER.

Torquati

ETSI EA) Torquatoꝝ gentem in urbem non obſcuram egregie quadam gl'ia, & no minis titulo illuſtrauit primus. T. Man. ob detractum aureũ torquẽ Gallo cuidã ꝓuocatori. Torquatus cognominatus, ex ea gẽte lõga ordinis ſerie fuit hic. A. To. ad quẽ nunc Cic. ſcribit, nam cũ fuiſſet Põp. bello Pharſalico, & ob potentiã tyrãnidemq; Cęſ. deducti rebus in magnã deſperationẽ, cũ adhuc p Pomp. & Cęſ. aſſidue pugnaretur, ꝯtulerat ſe Athenas. ubi deflebat cões miſerias, & ualde angebatur eũ de reb. ſuis, tũ uero de rep. Itaq; Cic. hac epiſt. eũ ꝯſolatur, iiſdem uero rõnibus, quibus ſupra ꝯſolatus eſt S. Sulp. fuerant. n. ambo in eadem cã, ambo ſocij in bello, & ambo ea tpa erant Athenis, licet hac epiſt. ſigñet Cic. ſe intellexiſſe Seru. pauloan̄ Athenis diſceſſiſſe, qđ dicit ſe dolere Tor. cã, ꝙ ex eius ꝯſuetudine maximũ fructum ꝑcipere potuiſſet. Senſus totius epiſt. erit clarior inſpicienti ep'am quã ſupra diximus ſcriptã ad Ser. q̃ incipit. Vehementer te eſſe ſolicitum. Et nos erimus minus ꝟboſi in explanatione, qa q̃ in multis ſuperiorib. ep'is diximus ſuperuacaneum uideretur ſæpius cõmemorare. Et ſic ſenſus, licet oĩa ita ſint perturbata, ut cuique diſplicεat fortuna, & ꝯditio ſua, & nemo ſit ꝯtentus loco ubi eſt, ſed potius cupiat eſſe in quolibet alio loco, q̃ in eo ubi ſit, tñ non dubito quin hoc tpe ita miſero ſit miſerrimũ uirõ bono eſſe Rom. {Oium reꝝ,) & publicaꝝ & priuataꝝ. {Fortunæ ſuæ) ſuæ ꝯdõnis. {Pœniteat,) pigeat. {Quin) q nõ. {Vbiuis,) in quocunq; loco. {Bono uiro) cui nunquam diſplicent, & maxime calamitas reip. {Nam etſi) rõ eſt quare uiro bono miſerrimum ſit eſſe Romæ. Nã licet quiſq; quocũq; loco ſit, habeat eundẽ dolorẽ ex amiſſione rerum pub. tñ acerbius eſt uidere, q̃ audire. {Acerbitas) angor, dolor. {Idem) ſĩl's. {Oculi) .i. ſenſus oculoꝝ, qa certior aure arbiter eſt ocl's. {Intueri) aſpicere. {Auertere) declinare, amouere. {Multaꝝ rerũ,) ſicut eſt uidere tuos frui fortunis tuis, frui ſolita dignitate, uidere remp. in ſtatu ſuo, & ſil'ium rerum. {Confici) affligi. {Quòd Romæ,) dolebat. n. præcipue Torq. ꝙ Rom. non eſſet, qđ quidẽ dicit Cic. ei non eſſe dolendum. {Tuos,) ꝓpinquos, & amicos. {Illa) .ſ. tui, & tua. {Tenent,) retinent & ꝯſeruant. {Adeſſes,) Ro. {Proprio) ꝑcipuo in quo alij non ſint. {Poſtulare,) exigere. {Pręcipuam) .ſ. q̃ alijs non accidat. {Cõem) quæ oib. accidat. {Recuſare.) ſpernere. {De te ipſo) iam demr̃auit Cic. q̃re Tor. angi non debeat pp ſuos, aut ſua. Nunc oñdit q̃uo debeat de ſeipſo cogitare: & qualem aium de ſeipſo hr̃e debeat: dicit. n. eum non dr̃e, aut deſperare aut timere, & adducit rões. {Agitare) uerſare, cogitare. {Non adh. de.) i. ne ita cogites de te ipſo, ut ſpem amittas. {Nec. n.) rõ quare non ſit adhibenda deſperatio: quia Cæſ. q fuit iniuſtus in ipm Torq. dedit magna ſigna animi ſui mitigati erga Torq. & qa ipſe Cęſ. non eſt certus ſalutis tuæ. {Is,) Cæſ. {Adhuc) hactenus. {Iniuſtior,) qa adhuc nõ reuocauit te in pr̃iam. {Nec tñ) q. d. cum alij: ab eo petant ſalutẽ, & uitam, poſſent fortaſſe interire, itaq; non eſt deſperandũ. {Exploratã) certam: nondũ. n. finis bellorũ ciuilium. {Cumq;) poſuit rões, quare non debeat deſperare: nũc uero declarat quare non debeat timere: quia utra pars uicerit uel Pompeia. uel Cæſ. dicit Torquatum non dr̃e ſibi timere. {Ab altera) Cæſ. {Seiunctum) ſeparatum. {Ab int. om.) ã cæde & calamitate, imo pernicie omnium: ita nihil accidet tibi qđ non accidat omnib. {Ab alt.) Pompeia. Nunq̃ tibi qa ſpei fauiſti. {Reliquum eſt,) ꝓbauit Cic. ꝙ Torq. neq; pp ſuos, neq; pp res ſuas, neq; pp ſeipſam, debet uehementer dolere, nunc remouet ẽt ei dolorem ex parte reip. de qua Torq. uehementer angebatur. {Id ipſum,) q. d. ut ex eo tu capias dolorem, & crucieris, quod ego pono loco ꝯſolationis: nam Torquatus excruciabatur: ꝙ periculum reip. cõe eſſet: Cic. uero ex ea re ꝯſolationem capiebat, quia quod ſæpius dixit, & dicet in epiſt. ſeq. non debemus recuſare id periculum, quod eſt nobis cõe cum multis. {Tanti mali,) qđ ꝑiculum reip. ſit cõe. {Docti uiri) ph'i. {Vera) quæ poſſit omnino tollere dolorem. {Præter illam) .i. excepta illa conſolatione, quam quiſq; ſibi ipſi præſtare poteſt ex fortitudine, & magnitudine: proprij animi. {Quantum roboris) quantum fortitudinis. {Neruorum.) conſtantiæ. Si. n. ſñia eſt ſtoicorum, qui dñt rectam cõſcientiam & actionem bonorum ẽt ſine alijs adiumentis eſſe ad bene beateq; uiuẽdum, & ipſam uirtutem eſſe unicuiq; ꝓ præmio: quia uirtus pp ſeipſam expetenda eſt. hanc autem ſñiam Cic. frequenter uſurpat, & Virgil. 1. Æn. Dij tibi ſiqua pios reſpectant: numina ꝟ ſiquid Vſquam iuſtitiæ eſt, & mẽs ſibi ꝯſcia recti: Præmia digna ferant. {Bñ) .i. rectã hr̃e ſñiam, neq; precio, neq; metu: neq; alia re corrumpi, nec à ueritate deflecti. {Recte f.) quia ꝑm Cic. in 1. off. Virtutis omnis laus in actione cõſiſtit. {Non uereor ne ſit ne.) i. non dubito q nſit nefas. {Suſtentare) ſuſtinere, defendere. {Nefas) iniquũ, & indignũ. {Miſeꝝ) quia eſſet ꝯtra id. qđ dixit, ſatis eſſe ad bene beateq; uiuendum. {Victoriæ p.) ut ꝑ ipſam uictoriam efficerentur ditiores & potentiores. {Reliquiſſe pr̃iam) tunc cũ diſceſſimus, ut bello intereſſemus cum Pomp. {Olim,) cum uideremus uires Cæſ. metuendas. {Videbatur n. off.) actus nobis ꝯgruus & ꝯueniens, qam, ut Cic. in 1. off. ſæpe oñdit, prima officia debentur dijs immortalibus, ſecunda pr̃iæ, tertia parentibus etc. Dicit ergo uidebatur eſſe quaſi q̃dam obligatio, quã hr̃emus erga pr̃iam. {Quod) q. d. præſcriptũ, & qđ nõ liceret effugere, aut ꝑtermittere ſine reprehenſione, quod declarat ꝑ adiuncta, cum dicit iuſtum, piũ, nam q̃ iuſta, & pia ſunt ſine nefario ſcelere ꝑtermitti non pñt. {Cum f. id) id cum relinquebamus pr̃iam, liberos etc. {Amentes) .i. inconſiderati. {Explorata) certa, & indubitata. Amens. n. eſt, qui cum bellum ingrediatur, ꝯfidat, & indubitate ſperet uictoriam, qm̃, ut ſupra dixit omnium bellorum exitus ſunt incerti. {Id, quod fuit) pro id quod cogitauimus .ſ. ut ita poſſemus uinci ſicut uincere. {Ingredientibus in cauſam) cum inciperemus reſiſtere Cæſ. remp. oppugnanti. {In c.) ſ. defenſionis pr̃iæ. {Ita cad. an.) i. decicere & animos dimittere. {Quaſi) tanquam. {Poſſe fieri) poſſe accidere. {Nunquam putar.) pro nunq̃ putaſſemus: q̃ enim præter opinionẽ eueniunt, ſolent moleſtius ferri, q̃ ea q̃ exiſtimata ſunt poſſe euenire. {Simus) hortatur Cic. Torquatum, ut ſit eo animo, ut exiſtimet nihil eſſe præcipue dolendum, niſi quod delicto, & culpa ſua euenent. {Simus) imperatiui eſt modi. {Præſcribit;) deſignat, proponit. {Nihil pſt. ꝑter culpam) ſic ſuper ad P. Sextium: Cũ tibi nihil merito accidiſſe reputabis, & illud adiunges hoĩes ſapientes turpitudine non caſu, & delicto ſuo non alioꝝ iniuria cõmoueri. Item ad T. Meſſinum ep'a præcedenti. {Tibiq; perſuade præter culpam ac peccatum, quo ſemper caruiſti, & carebis, homini accidere nihil poſſe, qđ ſit horribile, aut ꝑtimeſcendum. {Præſtandũ) debendũ. {Ego) ad id. {Vt pd.) i. ut etiam intelligas, ꝙ amiſſis omnibus rebus, tñ ipſa uirtus ſeipſam ſuſtentare põt. {Perditis) amiſſis deſperatis. {Sed ſi) dixi ꝙ ẽt reb' deſperatis ipſa uirtus ſe ſuſtenrare põt, ſed ſi eſt aliqua ſpes in rebus cõibus tu non debes ea carere. {Quicunq; ſtatus eſt f.) ſiue imperẽt Cæſariani, ſiue Pomp. {Atque) occurrit obiectioni Torquati, cogitabã inqt Cic. ò Torquate, cum hæc ad te ſcriberẽ, & conarer ꝯſolari, tanq̃ hr̃em aliquam ſpem te ſolitum eſſe dicere me unum olim fuiſſe, q in his bellis deſperarem, & nr̃is rebus diffiderem. {Cunctantẽ) tardantẽ ingredi in hoc bellũ. {Excitare.) cõmouere, & quaſi ſimulare, & ſubaudi ſolitus eſſe. {Auctoritate) tua exiſtimatione, quam non ſeq mihi turpe exiſtimabã. {Non impr.) non reprehẽdebam. {Cauſam) q̃ erat honeſta pro defenſione reip. {Conſilium) .i. malum gerẽdi belli, qa togati ꝯtra armatos pugnabamus, ut ſupra ad M. Mar. Sed idem ẽt illa uidi, neq; te conſilium ciuilis belli ita gerẽdi, neq; copias. C. Pomp. nec genus exerciti, probare, ſemperq; ſumme diffidere, & paulopoſt. Non his reb. pugnabamus, qbus ualere poteramus, conſilio, auctoritate, cã, quæ erant nobis ſuperiora, ſed literis, & uirtutibus, quibus pares non eramus. {His ar.) Cæſ. {Confirmata per noſtr.) Pomp. quia ẽt ſã uimus intercedente ẽt Pomp. ut ei prorogaretur prouincia in aliud quinquẽnium. quo tpe aſſumpſit tm̃ uiriũ, ut poſteà difficile fuerit ei obſiſtere. {Neq; ego d.) ꝑdicebam ex certa ſcia quaſi deus. {Sed,) dicit ſe ex prudentia, non aũt ex diuinatione hæc prædixiſſe fore, q̃ euenerunt. {Poſſe f.) cum eſſet in potentia ut fierent, dicebã fore. {Exitioſum) peſtifeꝝ, & calamitoſum. {Alterutrum) utrũ eſſemus futuri uictores, an uicti. {Id, quod euenit,) ut Cæſ. uinceret. {Exploratius) certius. {Iis. n. reb.) ut diximus ſupra ſcriptum ad Mar. {Vſu) expientia. {Robore mil.) i. robuſtis militib. {Sed tu illũ aium) ſenſus eſt utere nũc in mœrore tuo al fortitudine, q̃ hortabaris me, ut uterer cum eſſem in deſperatione, & dr̃ia rerum, q̃ paulo ante dixi. {Adhibe) aſſume, ad conſolandum te. {Cenſebas.) iudicabas,

Quin.
Vbiuis
Auertere
Confici.
Agitare
Amens.
Excitare.
Exitioſũ.
Cenſere

iudicabas,hortabaris.{Phylargyrus)nomen liberti,interpre
tatur aût φιλάργυρος auarus, uel amaior argēti. {Requirenti)
.i.mihi.{Quod)quā rem.f.esse solicitū.{Aliqua).i.uon oino
ꝑdita,retinente aliq̃ partem status sui.{Qui esse de.)f.ex pti
mis nr̃ę ciuitatis &q retineas dignitatē tuā.{Aut per.)i.oino
deleta.f.rep.{Afflictioue)tristiore,debiliore,subaudi sis futu
rus.{Exanimati)cōsternati metu.{Sulpēsi)solicití.{Ea urbe)
Athenis.{Alta.)nutrita:ab alendo,quia dr̃r oēs artes liberas
les Athenis,& natæ & ꝑfectę fuisse.{S.Sulp.)q, ut uisum est
lib.4.& ipse Athenis erat.{Sapiētia)erat.n.uir sapiētissimus.
{Cuius)Seruij.{Togati)sine bello, nā ꝯsilia Seruij spectaue
runt ad pacē,& concordiā,ut Cic.supra ad ipm Seruiū,ut cos
gnorā etenim absente te hæc mala multo ante prudētē defen
sorē pacis,& in ꝯsulatu tuo,& post ꝯsulatū.{Maiora)maioris
momēti,et pōderis.{Casus belli)calamitas belli ciuilis.{Eris
puit)qa pleriq; interierūt,pleriq; me deseruerūt.{Qui sim.)
qa sum paruæ auctoritatis,& paꝝ possū.{Sed qa)snia est ex
ornatio rhetorica,& est sensus,sed qa nemo est tā afflictus, q
si uni rei tm̄modo intēdat,non possit aliqd ꝑstare,& efficere,
uelim existimes,qcqd ꝯsilio opa,& studio efficere possim, id
esse debitū,& obligatū tibi,& tuis.{Nihil aliud)nisi id quod
agit.i.non intendat nisi ei rei quā agat.{Nauare) diligenter
præstare.{Debitum)obligatū,& ideo nulla modo defutuꝝ.

Nauare.

ASCEN.

ETsi &c.Aulus Torquatus, post Pharsalicam cladem se A-
thenas contulit,ut plerique alij,interea dū bella adhuc fæ
uirent inter Cæsarianos & Pōpeianos,ipse cōes miserias defle
bat,& ualde de suis rebus angebatur,eū ergo Cicero hac epl̃a
cōsolatur ferè ijsdem rōnibus,quibus supra S.Sulpitium, qui
pauloante ob ꝯsilem causam ēt Athenas se contulerat: & eū
à mœrore auocat,dicens: Etsi ea perturbatio est oium reꝝ, ut
quenq; pœniteat maxime fortunæ suæ,ut nemo sit quin ma-
lit esse ubiuis.i.ubilibet,q̃ ibi,ubi est, tñ non est dubium mi-
hi, qn miserrimum sit bono uiro esse hoc tpe Romæ. Nā etsi
quocunq; in loco quisquis est,idē sensus est ei, & eadem acer
bitas ex interitu reꝝ,& publicaꝝ,& suaꝝ.f.priuatim,tñ oculi
.i.uisus,augent dolorem, qa cogunt.f.nos intueri.i.inspicere
ea quę ceteri audiūt,nec.f.oculi,sinunt.i.permittunt:sup.nos
auertere cogitationē à miserijs. Quare.i.quāobrem,etsi.i.q̃q̃
necesse est te angi.i.premi,affici uehementer,desiderio, mul-
taꝝ reꝝ. tñ libera.i.solue, aium tuum illo dolore,quo audio
te cōfici maxime.f.ꝙ non sis Romæ. Enim.i.qa etsi desideras
cū magna molestia.i.magna molestia ai concomitante,tuos
.f.amicos,& necessarios.& tua.f.bona,tñ illa quidē quæ req-
ris.i.exigis,tenent statū suum.i.sibi debitū,nec tenerent, me-
lius si tu adesses,nec sunt in ullo periculo proprio.Nec tu de-
bes,cū cogitas de tuis.f.amicis,& reb', aut postulare.f.à deo,
fortunam aliq̃ præcipuā.i.excellentē,aut recusare cōem.f.for
tunam.Aūt.i.sed, ò Torquate tuū est.i.officij tui agitare aio
sic de teipso, ut nō adhibeas in ꝯsiliū cogitationum tuaꝝ de-
sperationē.f.melioris fortunæ aliqñ hñdæ, aut timorem.f.de
peiore.Nec.n.is: uidelicet Cæs.q fuit adhuc iniustior in te, q̃
dignitas tua postulabat,nō dedit.i.dedit,nā nec nō affirma-
tiua uox est,magna signa.i.idicia, animi.f.sui, mitigati erga
te.Nec tñ is ipse:uidelicet Cæs.à quo salus petitur. habet rō-
nem.i.uiam,& modū salutis suæ explicatā.i.promptam, aut
exploratam.i.euidentem,quod paulopost patuit in senatu ꝙ
tribus & uiginti uulneribus interēptus est.Cumq;.i.& cum,
exitus oium belloꝝ sint incerti,quia nondum finitū erat bel-
lū ciuile q.d.ego perspicio.i.intelligo clare, nullum periculū
esse tibi ab altera uictoria.f.Cæsaris:q tibi placato est aio.qui
dem.i.certe, quod periculū sit seiunctum.i.separatū ab interi
tu.f.libertatis oium,& certo scio te nunq̃ timuisse ab altera.f.
uictoria,utpote Pōpeianoꝝ.Reliquum est.i.restat,ut cōe pe-
riculū reip.excruciet maxime teipsum,quod.f.solum à cōi pe
riculo cruciari,ego pono quasi loco ꝯsolationis. Cuius,tanti
mali,quāuis.i.licet docti uiri,uidelicet ph̄i,aut docti ciues,di
cant multa.f.remedia,aut legamus multas,ut sit,quāuis dicāt
multa sup.consolationis ab eo quod sequitur,tñ uereor ut il
la consolatio uera possit reperiri, hoc est uereor nullam uerā
posse reperiri. Idem.n.efficit uerbum uereor cum negatione
& sine ea,præter illā.f.consolationem,quæ est tanta, quantū
roboris.i.fortitudinis, atq; neruoꝝ.i.uiriū firmaꝝ est in aio
cuiusq;.Si.n.sentire bene, & facere recte est satis ad uiuēdum
bene,& beate,ſm Stoicos q in uirtute beatitudinem ponunt,
non uereor ne nefas sit dicere eum esse miseꝝ, qui possit suste
tare sese conscientia.i.eo quod sibi conscius est optimoꝝ con
silioꝝ.Nec.n.arbitror nos ductos.i.inductos, præmijs uicto
riæ.i.quā uictoria talis afferre solet, reliquisse olim.i.dū Pom
peium secuti sumus,patriam & liberos,& fortunas.i.diuitias,
sed uidebatur nobis quoddam offm̄ iustum,& pium, & debi
tum reip.& dignitati nr̃æ,qui nec cum faciebamus id.i.cum
derelinquebamus nr̃os,& nr̃a,eramus tam amentes.i.insani,
ut uictoria esset.i.reputaretur nobis explorata.i.certa.Quare
si id quod propositū fuit posse accidere nobis ingredientibus
causam.i.quod uidebamus ante,oculos, hoc est Cæsarem ui-
ctorem fore euenit,nos non debemus cadere ais,ita,quasi ali
quid euenerit,quod putauimus nunq̃ posse fieri. Igitur sim'
ea mente.i.habeamus eam mentem,quam ratio,& ueritas ꝑ-
scribit.i.statuit nobis,ut putemus.i.existimemus nihil pręstā
dum.i.emendandum à nobis,in uita.f.ista.i.eoꝝ quæ contin
gunt uita nr̃a durante,præter culpam.f.nr̃am,& cum carea-
mus ea.f.culpa(ergo caremus ēt ijs, quæ hr̃e nolimus) fera-
mus oia humana.i.quæ omni homini accidere pn̄t incōmo-
da,placate,& moderate.Atq; hæc oratio.f.mea pertinet eō.i.
ad id,ut perditis oibus rebus.i.licet oēs res sint perditæ, tñ ip
sa uideatur posse sustentare sese. Sed si aliqua spes,est rebus.i.
de rebus cōibus tu nō debes carere ea.f.spe,quicūq; status est
futurus.Atq; ueniebat mihi scribēti hęc in mentē.i.cogitatio
nem,me esse eū cuius desperationem tu solitus esses accusare,
quemq;.i.& quem(sunt.n.duę partes)tu solitus esses excitare
tua auctoritate,cūctantem.i.hæsitantem, & diffidentē.i.qua
si desperantem de rep. Quo qdem tpe.f.quo tu me accusabas
sic,& excitabas,ego non improbabā causam nr̃am,quæ sem-
per iusta uisa est,sed ꝯsiliū sup.nr̃m. quia dixi nos male cōsul
tos esse,qui tantæ Cæsaris potentiæ aduersaremur, cum tñ iu
stissima esset ratio belli cōtra eū, unde addit dicti sui rōnem,
dicens.Enim.i.qa ego uidebam.i.intelligebam,nos aduersa-
ri serò.i.nimis tarde,ijs armis,quæ erant confirmata per nos-
metipsos multo ante,qa tunc cū Cæsari decretū est imperium
in Gallia,& dolebā disceptari de iure publico.i.de principatu
Romano,pilis.i.telis longis,Romanoꝝ proprijs, & gladijs,
non consilijs,neq; auctoritatibus nr̃is. Neq; ego,cum dicebā
ea fore.i.futura esse,& dimittere,quę facta sunt,uidelicet nūc,
diuinabam.i.quasi diuino inflatus spiritu ꝑdicebam futura,
sed timebam ne id accideret, quod uidebam,& .i.simul posse
fieri,& fore exitiosum.i.perniciosum,si euenisset,pręsertim cū
si promittendū esset nihil alterutrū.i.alteꝝ duoꝝ, de euentu
atq; exitu reꝝ,possem promittere exploratius.i.certius id,qđ
euenit,uidelicet Cæsarem uictuꝝ in conflictu Pharsalico,aut
sisti,si contigisset confligerę cū Pompeianis. Nos.n.qui Pom
peiū secuti sumus,præstabamus.i.meliores eram' his.i.hmōi
rebus, quę non ꝓdeūt in aciem.i.contra armatam manū ho-
stiū.Autem.i.sed,nos eramus inferiores usu armoꝝ,& robore
militū.Sed quæso tu adhibe nunc illum animū,quo censebas
me oportere esse tūc.Ego scripsi hæc eo.i.ꝓpea, ꝙ Philargy-
rus (nomen est liberti ipsius Torquati, qđ aūt appellatiuum
est dr̃,amator argenti,hoc est auarus)tuus.f.libertus, narra-
uit mihi requirenti oia de te:narrauit dico aio fidelissimo, ut
qdem uisus est mihi.f.narrare, quia fraus interdū occulitur.
te solere esse interdū solicitum uehementius.i.uehementer,
aut uehementius,q̃ deceat,qđ non deberes facere,nec dubita
re,qn sis futurus sup.is,qui debes esse aliqua rep.f.futura,aut
rep.sup.perdita.i.si sit perdita, futurus sis conditione.i.statu
uitæ,non afflictiore q̃ ceteri. Vero.i.sed tu debes ferre hoc tē
pus,quo nos oēs sumus exanimati.i.priuati animo.Et suspē-
si.i.stupefacti,animo moderatiore.f.quam,reliqui.hoc.i.ꝓp,
hoc ꝙ.i.qa,tu es.i.simul in ea urbe.f.Atheniensi,ubi ratio et
moderatio uitæ est nata,& alita.i.nutrita. Et.i.simul,habes
S.Sulpitiū,quem dilexisti semper unice, q profecto consola-
tur te,& beneuolentia.& sapientia,cuius si nos essemus secu-
ti auctoritatem & consiliū,nos subissemus potius togati.i.in
pace potentiam,quam armati uictoriam. Sed hæc.f.consola-
toria uerba fuerūt fortasse longiora quam fuit necesse,et ego
exponam breuius illa,quæ sunt maiora.Ego neminē habeo,
cui debeam plus q̃ tibi. casus belli eripuit mihi eos, quibus
debebam.f.si uiuant,tm̄ quantum tu intelligis.Aūt.i.sed ego
intelligo q.i.qualis,& q̃ miser sim hoc tpe.sed quia nemo est
tam afflictus,q si nihil studeat aliud q̃ id, quod agit ubi stu-

deo cum accusatiuo construitur, non possit, et ita quilibet pos sit nauare & efficere aliquid.i.aduersus Cæs. Ego uelim sup. ut existimes, oē ꝯsilium, meum operam.s.meam oēm, certe.i. haud dubie, studiū sup. meū oē esse debitū tibi, & liberis tuis.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

ET hæc consolatio eiusdem cum superiore argumenti, non esse cuiquā priuatim de tanto casu Reip dolendum, cum omnes ex æquo boni habeant, quod conquerantur.

M. CICERO S. D. A. TORQVATO 2

PETO à te, ne me putes obliuione tui rarius ad te scribere, quàm solebā, sed aut grauitate ualetudinis, qua tamen iam paululum uideor leuari, aut quòd absim ab urbe, ut, qui ad te proficiscantur, scire non possim. quare uelim, ita statutū habeas, me tui memoriam summa cum beneuolentia tenere, tuasq; oēs res non minori mihi curæ, quàm meas, esse. Quòd maiore in uarietate uersata est adhuc tua causa, quàm homines aut uolebant, aut opinabantur: mihi crede, non est, pro malis temporum, quod moleste feras. necesse est.n. aut armis urgeri remp. sempiternis, aut, his positis, recreari aliquando, aut funditus interire. si arma ualebunt; nec eos, à quibus reciperis, uereri debes; nec eos, quos adiuuisti. si, armis aut conditione positis, aut defatigatione abiectis, aut uictoria detractis, ciuitas respirauerit: & dignitate tua frui tibi, & fortunis licebit. sin oīno interierint omnia, fuerisq; is exitus, quem uir prudentissimus M. Antonius iam tum timebat, cum tantum instare malorum suspicabatur: misera est illa quidem consolatio, tali præsertim ciui, & uiro, sed tamen necessaria; NIHIL esse præcipue cuiquam dolendum in eo, quod accidat uniuersis. quæ uis insit in his paucis uerbis, (plura.n. cōmittenda epistolæ non erant) si attendes, quod facis: profecto etiam sine meis literis intelliges, te aliquid habere, quod speres; nihil, quod aut hoc, aut aliquo reip. statu timeas; oīa si interierint, cū superstitem te esse reip. ne si liceat quidē, uelis, ferendam esse fortunam, præsertim quæ absit à culpa. sed hæc hactenus. Tu uelim scribas ad me, quid agas, et ubi futurus sis; ut, aut quò scribā, aut quò ueniā, scire possim. Vale.

HVBER. PETO à te.) Eodem fere argumento scripta est hęc epl'a, quo & superior, adducit.n. Cic. multas rōnes, quibus probat nihil esse, quod Torquatus moleste ferat, ꝙ adhuc non sit consecutus, quod uolebat, et ꝙ causa sua uersata sit in maiore uarietate, q̄ quisq; opinatus esset. In principio epl'æ excusat se Cic. de raritate l'raꝝ suaꝝ ad Torquatum. {Peto te) q.d. iure amicitiæ nr'æ hoc à te exigo. {Obliuione) i. q̄a sum oblitus tui, aut amicitiæ nostræ. {Sed aut) duas ponit causas, quare rari' scribat. {Aut grauitate) i. magnitudine. {Valetudinis) s. malæ, & aduersæ, et est prima causa, aut secūda causa. {Qui pficiscantur) q̄ ueniant, nam cū non sim in urbe, multi me insciente discedūt. {Quare) concludit Cic. se, nulla obliuione Statutum ꝑtermisisse scribere. {Statutum) iudicatū, et certum. {Quod) incipit nunc cōsolari Torquatum. {Varietate) diuersitate fortunæ, quia fuisti uarie exagitatus. {Volebant) cupiebāt. {Aut opinabātur) i. existimabāt. quia nemo unq̄ opinatus fuisset causam tuā, ita uarie uersatū iri. {Pro malis tpum) i. ꝑm mala tpum, quia qn̄ tpa gn̄alr' sunt mala, minus moleste solemus ferre incōmoda, quæ nobis accidūt, q̄ tpibus bonis. {Nō est) nō habes. {Necesse est) facit Cic. diuisionem tripartitā, & singulis partibus pbat nihil esse quod Torquatus moleste ferat. {Vrgeri) ꝑmi. {Sempiternis) perpetuis, ita, ut nunq̄ amplius emergat, ut libertatē recupet, & est prima pars. {Positis) pro Recreari. depositis, aphæresis. {Recreari) resumere uires, & respirare. {Aliqn̄ taudē) est aūt scd'a pars. {Aut fun.) radicitus. {Interire) ita ut ne uestigia q̄dem reip. remaneat, est aūt tertia, & ultima pars. {Si ar.) rn̄det primę parti, & dicit, ꝙ si resp. armis fuerit oppressa nō erit ꝙ Torquatus timeat, uel à Cæsarianis uel à Pomp. {Eos) Cæsarianos. {A q̄bus re.) quos nō sis secutus. {Nec eos) q.d. nec Pōpeianos, q̄bus ꝑstitisti auxiliū. {Si ar.) rn̄det secūdæ parti dicēs, ꝙ si aliqua rōne depositis armis resp. recreata fuerit, ipse Torquatus poterit retinere dignitatē, & fortunas suas. {Cōditione) aliqua cōuentione. {Defatigatione) tædio, cū utraq; pars ita erit defatigata, ut cogatur deponere arma, quod sæpe solet accidere, cū diu durante bello neutra pars pōt uincere, sed æquo ꝑlio se sustinet. {Detractis) ablatis, amoris, nā uictores sæpe solēt detrahere arma uictis, ne postea possint amplius insurgere. {Respirauerit) recreata fuerit, & est translatio sumpta à corpore semianimo. {Licebit tibi) Permittetur tibi ab oibus. {Frui dignitate tua) hr'e & possidere dignitatē tuam. {Sin) tertia pars, quā ꝓposuerat. {Interierint) delata fuerint. {Exitus) finis. M. An. auus. M. Antonij, inimici Cic. orator summus, & eiuis optimus, et sapientissimus. {Iam) tunc tpibus suis. {Cum malis) cū discensionibus Marij, & Syllæ ꝓuidebat ma. regnaturos. i. bella ciuilia nō habitura finem, donec resp. penitus esset euersa, & deleta. {Suspicabatur) puta. {Instare) imminere, propè esse. {Illa qui con.) s. nihil esse dolendū, præcipue, quod oibus accidat. {Est mi.) infelix & quæ solet extremis rebus dari nam malū alioꝝ nihil nobis prodesse ut' ad consolationē. {Necessaria) quia alr' non feremus mala nr'a, nisi uideremus alios, uel eisdem, uel maioribus malis uersari. Sic. Iuuen. consolatur Clauinū his uer. Intercepta decē quęreris sestertia fraude Sacrilega, quid si bis cētū perdidit alter? Hoc arcana modo maiorem terruit illæ Summam, quā patulæ uix ceperat angulus arcæ, & idem. Te nunc diuitias extra cōia censes Ponendū, quia tu gallinæ filius albæ &c. {Quæ) i. quanta. {Vis) potestas, & ſnia. {Insit) includatur. i. quantū pondus habeat hæc pauca uerba. {Plura.n.) parēthesis est. {Attendes) diligenter cōsiderabis. {Quod fa.) q̄a certe attendis, quid significent, hæc pauca uerba. {Etiam si. meis l.) ēt me nihil scribente. {Nihil subaudi) intelliges te hr'e. {Hoc sta.) talis, qualis nunc est. {Aut al.) ut non oino deleto sed ex aliqua parte ꝑmanente. {Oia si.) sensus est, si oia interierint, intelliges fortunā, in qua non sit culpa tua ferendam esse ęquo animo, cū non uelis uiuere ēt si possis rep. amissa. Ordo est intelliges fortunā esse ferēdam, præsertim, quæ absit à culpa, cū ne uelis & esse superstitē reip. si liceat, oia si interiernt. {Supstitē reip.) i. uiuere post remp. q̄a bono ciui, & magnanimo qualē te semp ꝑstitisti, grata oino non debet esse uita, amissa rep. {Si li.) i. possis, si ꝑmittatur tibi. {Fortunā ferendam esse) subaudi, intelliges. {Hæc hac.) subaudi dicta sint. {Vbi fut. sis) supra uidimus eū fecisse Athenis, sed fortasse decreuerat discedere. {Quò scribā) ad quem locū debeā mittere l'ras meas. {Aut quò ueniā) si uelim te uidere, & ꝯuenire.

M. Antonius. Instare.

ASCEN. PEto Argm̄ est, quales supiores epl'æ. Adducit.n. Cic. multas rōnes, quibus, probat nihil esse, ꝙ Torquatus merito moleste ferat, ꝙ nō sit adhuc consecutus id quod uolebat, & causa eius sit obseruata in maiora uarietate, q̄ quiuis opinatus esset. Purgat aūt in principio, ꝙ raro ad eū scripserat, dicēs: Peto à te ne putes me scribere ad te rarius, q̄ soleam, obliuione. i. ꝑp obliuionē tui, sed aut grauitate ualetudinis. i. ægritudinis, qua tn̄ ego uideor leuari. i. liberari, iā paululū. i. modicū, aut modicule, aut sup. in eo ꝙ absum ab urbe, ut nō possim scire, q̄ proficiscantur ad te. s. Athenas. Quare ego uelim, ut sup. habeas statutū. i. ꝯstitutū, & firmatū me tenere memoriā tui, cū beneuolētia summa. i. maxima, & oēs res tuas esse mihi nō minori curæ, q̄ meas. s. res. Quod. s. ut scribis, causa tua uersata est adhuc in maiore uarietate, q̄ hoīes aut uolebāt, aut opinabātur, crede mihi nō est sup. aliq̄d tibi pro malis. i. ꝑm mala tēpoꝝ q̄d' feras. i. ferre debeas moleste. Necesse est.n. aut remp. urgeri armis sempiternis, aut remp. recreari aliqn̄, his. s. armis, positis. i. depositis, aut sup. eā interire funditus. i. à fundo, uel ad fundū usq;. Si arma ualebūt, nec debes ueteri eos. s. Cęs. & Cęsarianos, à q̄bus recesseris, nec eos, quos adiuuisti, uidelicet Pōpeianos, si aut armis positis. i. depositis ꝯditione. i. pactione, aut abiectis defatigatione aut detractis uictoria. s. alterius, partis ciuitas. s. Romana respirauerit, licebit tibi frui & dignitate tua, & fortunis tuis. Si oia. s. reip. iura interierint oino. i. ex omni parte, & is exitus. s. belloꝝ fuerit, quē M. Antonius orator insignis q̄ fuit auus illius M. Antonij,

tonij,q triumuir Cicer. postea proscribendo curauit, & proscriptũ comprendendum ac trucidandũ præcipue ob Philippica orationes in eũ scriptas,uir prudentissimus,timebat iam tum.i.tunc, cũ suspicabatur tm̃ maloꝝ instare consolatio illa est quidẽ misera prælertim tali ciui,& uiro,sed necessaria, uidelicet nihil esse dolendum,cuiq̃ præcipue.i.singulariter,aut peculiariter in eo,quod accidit uniuersis. Quæ uis &c. Si tu attẽdes, quod facis quæ uis sit in his paucis.s. proximo loco iã habitis,pauca aũt ideo scripsit enim.i.quia,plura.nõ erant cõmittenda eplæ,quę breuitate gaudet,tu profecto intelliges etiã sine lr̃is meis,te hr̃e aliquid quod, speres.i.sperare possis &nihil sup.hr̃e,quod timeas.i.timere debeas,aut hoc,aut aliquo statu reip.sup.extante.Si oĩa interierint, cũ ne uelis quidẽ si liceat te esse superstitẽ.i.superuictuꝝ reip. intelliges sup. fortunã esse ferẽdam,p̃sertim,quæ absit à culpa.Sed hæc sup. scripta.sint hactenus.Velim sup.ut tu scribas ad me qd agas, &ubi sis futur⁹, ut possim scire,aut quò scribã,aut quò ueniã.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

ET hac eiusdem est argumenti epistola, in qua communi cum superioribus consolatione est vsus,idq; omnino à temporum & loci ratione.

M. CICERO S. D. A. TORQVATO. 3

SVPERIORIBVS *literis, beneuolentia magis adductus, quàm quo res ita postularet, fui longior. neque enim confirmatione nostra egebat virtus tua: neq; erat ea mea causa,atque fortuna, vt,cui ipsi omnia deessent, alterum confirmarem. hoc item tempore breuior esse debeo. siue enim tum nihil opus fuit tam multis uerbis; nihilo magis nũc opus est: siue tum opus fuit; illud satis est; presertim cum accesserit nihil noui. nam etsi quotidie aliquid audimus earum rerum,quas ad te perferri existimo: summa tamen eadem est, & idẽ exitus,quem ego tam video animo,quàm ea,quæ oculis cernimus. nec vero quidquam video,quod non idem te uidere certo sciam. nã etsi,quem exitum acies habitura sit,diuinare nemo potest: tamen & belli exitum video; &, si id minus,hoc quidem certe,cum sit necesse alterutrum vincere, qualis futura sit vel hac, vel illa uictoria. idq́ cum optime perspexi,tale video,nihil vt mali videatur esse futurũ, si id vel ante* acciderit, quod vel maximũ ad timorem proponitur:*

* *alias ceciderit.*

*ITA enim viuere,vt non sit viuẽdum,miserrimum est: mori aũt nemo sapiens miserum duxit, ne beato quidem. sed in ea es vrbe,in qua hac vel plura, & ornatiora parietes ipsi loqui posse videantur. ego tibi hoc cõfirmo,ETSI leuis est cõsolatio ex miserijs aliorũ,nihilo te nũc maiore in discrimine esse,quàm * quẽuis aut eorum,qui discesserint, aut eorum,qui remanserint. alteri dimicant; alteri victorẽ timent. sed hac consolatio leuis, illa grauior,qua te vti spero,ego certe vtor. nec.n. dũ ero,angar ulla re,cum omni uacẽ culpa; et, si nõ ero, sensu oĩno carebo. sed rursus* γλαῦκ εἰς Ἀθήνας,qui ad te hac. Mihi tu,tui,tua oĩa maxima cura sunt,et,dũ uiuam,erũt. Vale.*

* *alias quẽuis, auctorũ aut eorũ qui discesserunt, alteri.*

* *.i.noctuã athenas.*

HVBER.

SVPERIORIBVS literis)Hæc epist. ut iure optimo præponenda superiori,quia ut esse scripta,post primam,in qua plura,ut uisum est,adduxit ad consolandũ ipsum Tor. pp quæ dicit se nunc debere esse breuiorem, consolatur tñ ẽt eum hac epist. quantũ potest,licet dicat eum in ea urbe, ubi uel ipsi parietes ornatoria loqui possint, q̃ ipse Cic.quod dicit ad laudem Athenaꝝ, in qua urbe maxime florebãt studia p̃hiæ.{Superioribus)quas antę ipsi,puto aũt eas esse, quæ incipiunt,etsi ea pturbatio.{Quanq̃ res ita p.) q̃ ꝙ esset opus apud te ita facere,& multis uerbis loq,ut te cõsolarer.{Neq; enim)ratio quare res nõ postularet,ut esset longior.{Virtus) fortitudo animi tui.{Ea) talis.{Cui ipsi) .s.mihi.{Siue.n.) quodã dilẽmate.i.duplici diuisione probat Cic. se hoc tpe debere esse breuiorẽ,dicit.n.ꝙ siue tunc cũ scripsit illam longiorẽ eplam, non fuit opus uti multis uerbis, nihilo magis etiã nũc debet uti,si nam tunc opus fuit,satis debet esse id quod semel fecit,p̃sertim cum nihil noui additũ sit ad id,quod supra scripsit.{Nihilo magis nunc)non magis nũc, subaudi est opus tã multis uerbis.{Accesserit) additũ sit.{Nam etsi) diluit obiectionẽ quam posset facere Torquatus, ꝙ non accesserit, dicit.n.quod quãuis aliqd quotidie audiatur, tñ idem est in summa quod auditũ est superius.{Sũma ea.est)ad idem redit,eadẽ est ꝯclõ,ut puta si heri audiui remp. oppressam esse, & hodie uideatur nouũ, idem tñ est in summa, quod fuerat id,quod heri auditum est.{Idem exitus)quem ante prædixi.{Video)cognosco.{Animo)animi quadã prouidentia.{Nec uero)sensus est,nec ego quicq̃ uideo aut cognosco futurum, quod idem nõ certo sciam te uidere.{Nemo põt d.)q̃a,ut supra dixit,oĩum belloꝝ exitus incerti sunt.{Video)quadã rõne, & ꝓuidentia cognosco.{Et si duæ partes sunt.{Minus) nõ subaudi uideo.{Id) eã rem.i.exitus belli.{Certe) saltem.{Hoc quidẽ)subaudi uideo,quod sequtur.s.{Qualis f.) sit &c. Ordo est,etsi minus id uideo,certe hoc quidẽ uideo qualis futura sit,uel hæc,uel illa uictoria.cũ necesse sit alterutrũ uincere.{Hęc uel illa)uel Pompeiana,uel Cæsariana.{Id).s.qualis futura sit,uel hęc uel illa uictoria.{Vita)cognosco tale qddã esse.{Si) quãuis.{Ceciderit) acciderit,euenerit.{Vel) .i.ẽt ut Vel Priamo miserãda manus.{Id)quod ꝓponitur ad timorẽ .i.ẽt si euenerit mors, q̃ proponitur nobis à nr̃is inimicis. ut uehementer timeamus.{Ita).n.ostendit.Cic.uitam, quæ nõ sit certa,& tuta, miserã esse.{Vt sit ui.tũ) ut tunc tantũmodo possis uiuere,tunc cũ,sis in timore maloꝝ,& belloꝝ, ciuiliũ, neque postea expectatur uita libera.{Miserrimũ)infelicissimũ,pessimæ conditionis.{Mori aũt) dicit à sapientibus mortẽ non existimari,miserã.{Ne Beato.q).i.nec ẽt qui secunda fortuna utatur, multo ergo minus miseꝝ erit homini infelici mori.{In ea urbe)erudita,&docta,et itelligit Athenas.{Vel) plura).i.ẽt plura.{Parietes)ipsi muri,ꝓuerbialis hyperbole.{Leuis)parua ut in p̃cedenti eplã.Misera est illa quidẽ consolatio,tali p̃sertim & ciui & uiro,sed tñ necessaria,nihil esse p̃cipue dolendũ cuiq̃ in eo,qđ accidit uniuersis.{Alteri di.) q̃ sunt cũ Cęs.{Alteri timent uictorẽ)q̃ discesserũt à bello,timẽt ne Cæs.sit uictor.{Grauior) maior.{Illa gra.) sequtur.{Nec) enim hęc est illa ꝯsolatio,hoiem non debere uehemẽter angi ulla re,nisi culpa,& delicto suo,utitur aũt sæpe Cic. hac cõsolatione rectæ ꝯsciæ.{Angar)excruciabor.{Dũ ero)dũ uiuam{Cũ uacem)cum caream.{Omni culpa)q̃a nihil sensi,aut feci unq̃ contra remp.sub semper ei optime consului.{Si nõ ero) .i.si non uiuam.{Oĩno carebo sensu)non sentiam hæc mala.{Sed rursus)q̃a supra dixit.Sed in tali es urbe in qua hæc,uel plura ornatiora, ipsi parietes loq posse uideantur. & postea rursus reuersus est ad ꝯsolandũ Torquatũ ideo nũc dicit, sed rursus. Γλαῦκα εἰς ἀθήνας.i.noctuas ad Athenas. subaudi porto.Erat aũt ꝓuerbiũ, quali solemus uti cũ deferimus aliquas res ad locũ ubi ea res abũdet,ut dicamus aq̃ mari addis. Abũdat.n.attica regio noctuis,unde finxerũt Poetæ noctuã esse ĩ tutela Mineruę,q̃ maxime colitur Athenis.Dicit ergo nũc Ci. noctuas Athenas porto.s.p̃cepta p̃hica ad te scribo, q̃ es ĩ urbe,ubi vł ipsi muri ea sciũt: γλαῦξ γλαυκὸς signat noctuã{Qui) .i.ego.{Ad te)subaudi,scribã.{Mihi)cõcludit eplam dicẽs,et ipm Tor.&omnia sua esse sibi maximę curę,foreq́; dũ uiuet.

Certe.

Si.

Vel.

Prouerbium.

Noctua.

MVlta supius dixi in ea eplã,cuius initiũ est etsi ea perturbatio,q̃bus A.Torquatũ consolatus est,& maxime ꝯfirmauit ad oĩa æquo aĩo toleranda, quæ accidisse detrimenta reip.uidebantur:idem in hac tractat eplã: sitq; breuior in dicendo,cuius breuitatis causas ostendit,& qualis belli finis futurus sit,se uidere cõmemorat, illiusq́; calamitatem sola morte uitari posse, simul & in tali reꝝ perturbatione uiuere dicit esse miserrimũ,& mori esse miseꝝ,sed qd felix,& beatũ. Estis. A.Torquatus ex illa illustri familia lõgo post tp̃e oriũdus T. Manlij, q obtorquem cuidam Gallo ad pugnam prouocanti singulari certamine abreptum Torquati cognomen accepi,à quo postea oẽs ex familia Torquati appellati sunt. cuius historiã P.R.Claudius scripsit, nec obscurata gens est Torquatoꝝ hoc hoie, sed cũ doctrina, tum ẽt ceteraꝝ eius uirtutum præstantia,& rebus est admodũ illustrata,& bello ciuili Pompeianas partes secutus acerrimum se reip. defensorem oñdit. Deuicto tandem eoꝝ duce Pomp.oppresaq́; libertate P.R. à

PHIL.

Torquatus.

Cæſare, Athenas ſe concludit, ubi miſerias reſp. deplorabat. Conſolatur aũt ipſum nunc Cicero, ut diximus, tametſi eũ di cat Athenis eſſe, cuius ciuitatis uel ipſi parietes magis ſapere ui deantur, quã Cicero. {Superioribus} in illis, quæ incipiunt. Etſi ea perturbati ꝯ. {Neq̃. n.} ratio eſt quare nõ eſſet opus ut longior eſſet. {Virtus tua} magnitudo animi atq; deſpiciens tia reꝝ humanaꝝ. {Ea} talis, & proſpera fiue cauſa, ſiue fortu na, ut alios conſolari poſſem, quo mihi omnia deſint, & alio rum cõſolatione indigeam. {Cui ipſi} .ſ. mihi. {Alteꝝ te.} Tor quatum. {Breuior} q̃ ſumus in ſuperioribus lr̃is. breuis, et itẽ longus, ta ad oratorem, q̃ ad orõnem referri põt Flaccus. Bre uis eſſe laboro: Obſcurus fio, & quicq̃d præceperis eſto breuis. Cic. ad Herenniũ. Nunc ne nimium longa nr̃a ſumatur orõ, de re dicere incipiemus. Id eſt ut breui orõne cõplectar. Qua lia ſint de breuitate p̃cepta, Cic. & Quin. oſtendũt. {Siue} dilẽ ma eſt quod duplici rõne colligitur. {Nã etſi} ꝯfutatio obie ctionis, quã facere potuiſſet Torquatus. {Tũ} ordinis eſt, tũc uero tpis, & eſt ſenſus ſi nõ fuit opus multis tunc uerbis ſcri bere, minime eſt nũc opus his paucis ſcribere, aut ſi tũc opus fuit lõgis uerbis ſcribere, nõ amplius eſt opus ſcribere, cum il lud ſatis ſit q̃ ſcripſimus. {Nihil no.} cũ maius malũ eueniri nõ poſſet, q̃ quod uenit, & id quotidie ad te p̃ferri exiſtimo. Vnde ſatis eſt, id qđ ſupius ſcripſit. {Sũma ea.} ꝯclo eadẽ, & idẽ finis. {Eaꝝ re.} calamitatũ, & miſeriaꝝ. {Video aio} oculis cernimus. Videre proprie aioꝝ eſt, cernere oculoꝝ. Virg. Mi ſcetq; uiris, neq; cernitur ulli. Et nati corã me cernere letũ feci ſti, certo ſcio. melius q̃ certe ſcio. {Etſi mi.} ſup. uideo. & belli finẽ intelligit. {Hoc q ai cer.} ſup. uideo hoc uidelicet, qualis futura ſit uictoria, quæ nobis orno futura eſt miſera, ut i alia ad Torquatũ. Si inter cauſas armoꝝ aliquãtulũ interſit, tñ ina ter uictorias, non multũ interfutuꝝ, alteros ꝓpemodũ iam ſu mus, expti, de altero nemo eſt, quin cogitet, cũ ſit metuendus iratus, uictor, armatus. {Hæc} Põpeij. {Illa} Cæſaris. {Idq; re fert} ſe tandẽ ad mortẽ, quæ ſola poſſet eos à miſerijs liberare. {Ante acciderit} ut moriamur, & dicit. {Id} .ſ. qualis futura ſit uictoria, uel hæc, uel illa. {Video} ſiqđ tale futuꝝ. {Si id qđ} pro. ad ti.} .ſ. mors, hæc. n. ſola nobis ꝓponitur ab inimicis no ſtris ad p̃terreſaciendũ nos. {Ita. n. uiuere mi. eſt} hoc eſt uita oium hoium eſt miſerrima, qñ nõ tuta & libera, & in timore maloꝝ eſt. {Vt nõ ſit uiuendũ} ci in timore maloꝝ fueris, ne que expectatur libere poſſe uiuere, & qñ oia nobis patriæ or namẽta defuerint. {Ne Beato quidẽ} nõ modo infelici, ſed ne beato qdem miſeꝝ eſt mori. Beatus uero ille dr̃ ꝓprie q multa poſſidet bona, ab hũdo eſt appellatus. {Sed in ea es urbe} qm iſta quæ ad ꝯſolationẽ eius de morte tolerãda in aduerſa for tuna dicebat, magis ph̃ica uidebantur, q̃ ciuilia, dicit illũ eſſe Athenis ubi parietes iſta ſape, & loqui uidebantur. Multis in locis hãc laudẽ Athenis attribuit. {Nihilo ma. diſcr.} Confir mo, inq̃t, tibi hoc Aule te nõ eſſe in maiori periculo, q̃ queuis illoꝝ, q in caſtris remãſerũt, aut illoꝝ q receſſerũt. Caue dicas caſtrũ pro loco, in quo tẽtoria ſunt militũ. ab eo diminutiuũ dices caſtellũ pro uico muris auctũ, ſine muris uero uicũ di ces. {Leuis} ut alibi. Nihil eſt p̃cipue dolendũ cuiq; in eo, qđ accidit uniuerſis. {Illa gra.} maior quæ ſeqtur uidelicet. {Dũ ero} quoad uixero. {Angor ulla re} cõmouebor aliquo dolo re. {Cũ omni uacẽ culpa} De hoc plurib. in locis mẽtionẽ fa cit, quod in ſuſcipiẽdo bello ciuili nullã culpam cõmiſerit, uel in alia ad Tor. ep̃la. Conſcientia rectæ uoluntatis maximã ꝯſo lationẽ eſſe reꝝ incõmodaꝝ, nec eſſe ullũ magnum malũ p̃ter culpam, à qua qñ tm̃ abſumus, ut ẽt optime ſenſerimus, euen tusq; magis nr̃i ꝯſilij, q̃ conſiliũ reprẽdatur, & qñ præſtiti mus, qđ debuimus, moderate quod euenit feramus. {Nõ ero} mortuus fuero. {Seſu carebo} non ſentiam amplius aliqđ, uel mali, uel boni [illegible]. Id ꝓuerbiũ in eos dici ſolet, q ſapiẽtiorib. dare ꝯſiliũ uolũt. Sonãt. n. uerba latino ſermone, noctuã ad Athenas, & ſupplendũ eſt uerbũ porto, & ſic dicẽ dũ porto noctuã ad Athenas, hoc eſt ph̃ica p̃cepta ad te uirũ ſapientiſſimũ mitto, q es Athenis ubi eſt ſtudiũ ſapientiæ, & in eos et tale ꝓuerbiũ dici põt, q res uenales aliquõ deferunt nihil ſibi fructus allaturas tanq̃ ſi noctuas Athenas ducant ad uendendũ, qđ tñ non multũ facit ad rẽ, [illegible] aũt noctuã ſignat, q̃ plurimũ abõdare dñr Athenæ. hinc datus eſt locus huius ꝓuerbij, & fabulæ, ut noctua in tutela Mineruæ, quæ Athenis colitur, eſſe dicatur, ut coruus in tutela eſt Apollinis & pauo Iunonis, ciconia Cõcordiæ. Et tale ꝓuerbiũ eſt illud, quod ut ait Cleander in 2. ꝓuerbioꝝ Hercules Adonis ſtatuã cõſpicatus dixit quod poſtea in eos dici cœpit, q potẽtiorib', & ſapiẽtiorib. aduerſari uolũt. Quod Theocritus poſuit in æs polico, ut [illegible] quẽ nos latinũ fecimus, & hũc uerſum ita traduximus. Cecropiã ꝑtra ſus eſt, tẽdit q; Mi neruã, eſt aliud, ut dr̃, Sus Mineruã dicet. Et itẽ aliud ab Her cule tractũ quod idẽ Theocritus ſcripſit. ut is .n. cũ in Macedonia Dion urbẽ intraſſet, uidit multos quodã ſacello ꝓdeũtes, & uolẽs ipſe ẽt ingredi, cui nã dicatũ eſſet in terrogauit. cũq; audiuiſſet Adoni, rñdit [illegible] .i. nihil ſacrũ qđ eſt nulla re dignũ. delectãtur Græci hmõi ꝓuerbijs multũ, ut eſt illud. Ad Scolũ nec ipſe uades, nec alte ri comes, bis. Eſt. n. Scolus in ora Aeſopia Pagus ſub Cithero ne locus inucũdus & aſper. Item q Crotoniataꝝ poſtremus eſt, is reliquoꝝ Græcoꝝ primus. Item Crotone ſalubrius aſſe rit, & aduerſus incredulos. Tale prouerbium.

.i. hoc, te apud Sacrã geſta uerius eſt. Itẽ hero eſt. Themeſe higriũ ſibi dicat nemo. itẽ in eos, q diſſimulãt ſcire, quod ſciunt. Cretes neſcit pelagus. {Tu.} Articulus, & ait Tor quatum, & omnia eius ſibi fore quoad uixerit maximæ curæ.

SVperioribus lr̃is & c. Hæc ep̃la, inq̃t Hubertinus, ut p̃xpo nẽda ſupiori, q a ſcripta ut poſt primã, I qua Cic. multa ad duxit ad ꝯſolandũ Torquatũ, pp quæ dicit ſe nunc breuiorẽ debere eſſe. Cõſolatur eũ et hac ep̃la, quaniũ põt, licet eũ di cat Torquatũ eſſe in ea urbe, utpote Athenieñ, ubi uel ipſi pa rietes ornatius, q̃ Cic. ipſe loq poſſint. Ordo eſt. Ego fui lon gior. ſ. q̃ decet, aut aliquantulũ longus ſupioribus lr̃is, quaꝝ initiũ eſt: Etſi ea ꝑturbatio, & c. adductus. ſ. ad hoc, magis be neuolẽtia, q̃ q̃ res. i. neceſſitas, poſtularet ita. Neque. n. uirtus tua egebat ꝯfirmatione nr̃a. Neq; ea. i. talis, erat cauſa, mea, at que fortuna, ut cui ipſi oia deeſſent, cõfirmarem alteꝝ. debeo itẽ. i. ſiſr, eſſe breuior hoc tpe, enim. i. q a ſiue nihil opus fuit, tũ. i. tunc, tã multis uerbis, nihilo. i. in nullo eſt nũc magis o pus. ſ. tã multis uerbis, ſiue tũ. i. tunc, opus illud. ſ. quod tunc ſcripſit ſatis eſt p̃ſertim, cũ nihil noui acciderit. Nã. i. ẽt q̃ nos audimus quotidie. i. ſingulis diebus, aliqd eaꝝ reꝝ quas ego exiſtimo p̃ferri. i. cõplete nũciari ad te, tñ ſumma. i. finis ſis ſuia, & ꝯclo de ſtatu reip. eſt eadẽ, & exitus eſt idẽ. i. ad eũ dem finẽ oia tendunt, quẽ. i. exitum, ego uideo aio iam. i. tam p̃fecte, & euidẽter, hoc eſt p̃ſpicio futuꝝ, q̃. i. quantum, p̃fecte ſup. uideo, aut uidemus ea q̃ cernimus oculis. i. exteriorıbus. Ex hoc loco traxerũt quidam dr̃iam inter cerno, & uideo, di cẽtes cernere ad oculos exteriores, uidere ẽt ad interiores p̃ti nere. Nec uero uideo quicq̃, quod nõ ſcio certo. i. pro certo, te uidere idẽ. Nam etſi nemo põt diuinare, quẽ exitum acies. i. cõflictus, duaꝝ acieꝝ ſit habitura. ſ. in Philippis, cãpo Phar ſalię, tñ uideo, & . i. ſiſr exitũ belli. i. id, quod bellũ ſequetur, ut po te oppreſſionẽ Reip. & ſi ſup. uideo minus. i. nõ ſatis clare, id .ſ. quod dictũ eſt, hoc eſt exitum belli, certe uideo, quidẽ. i. ſal tem, hoc. ſ. q, cũ ſit neceſſe alterutrũ. i. unum duoꝝ, aut Cæſa rẽ aut Põpeianos uincere, uideo ſup. qualis uictoria, uel hæc .ſ. Põpeianoꝝ, uel illa. ſ. Cæſaris, ſit futura q. d. cũ amiſſione li bertatis, cũ utriq; uelint opprimere aduerſarios ſuos. Et cũ. i. poſtq; p̃ſpexi Id. i. qualis futura ſit uictoria, optime. i. p̃fectiſ ſime, ego uideo ſup. ipm tale, ut nihil. i. non aliqd, ut aliquid mali nõ uideatur futuꝝ, ſi, uel. i. ẽt id, quod proponitur. ſ. nos bis ab inimicis, uel. i. ẽt maxime ad timorẽ. i. ad incutiendum nobis timorẽ, hoc eſt mori, aut occidi, ciderit ante. ſ. p̃fectã alterutrius uictoriã. Enim. i. q a uiuere ita. i. in ſeruitute quaſ dã publica, ut. i. qualr̃, uiuendũ ſit tunc. ſ. poſt alterutrius ui ctoriã eſt miſerrimum. Autem. i. ſed, nemo ſapiẽs dixit, aut du xit mori miſeꝝ. Vnde Maro, Vſq; adeõne mori miſeꝝ eſt? ne quidẽ. i. non ſaltẽ, beato, hoc eſt cũ ut Flaccus dicit, mors ulti ma linea reꝝ ſit, & ita finis malorũ ſaltẽ huius mundi, ita ut mors miſeris optãda, beatis fugiẽda, unde Boethius mortẽ cẽ ſet felicẽ, quæ ſe nec dulcib' annis Inſerit, & mœſtis ſępe uoca ta uenit, tñ ſapiẽtes ne beato quidẽ miſerũ putãt mortẽ inter uenire, cũ ſit ineuitabilis & citra culpã nr̃am, ob culpãtñ pri mi parẽtis accidere poſſit: uerũ Chriſtianis placet, qđ dr̃ Pres tioſa in ꝯſpectu Dñi mors ſctõꝝ eius. & Beati, q in dño mo riũtur, et cõtra, Mors pc̃õꝝ peſſima: ſed reuertamur ad ordi nẽ. Sed tu es in ea urbe. ſ. Athenieñ. in q̃ ſi ipſi parietes uideã tur poſſe pp frequentẽ lectionẽ ph̃iæ, unde Iuuen. ſiſi hypera bole

Breuis.

Tun. Tunc.

Video. Cerno.

Beatus.

Caſtrum Caſtellũ. Vicus.

ASCEN.

EGO,) Trebatius ciuis Romanus eadem cā: qua Marcellus,Sulpitius,Figulus, & pleriq; alij: & p̄ria,& fortunis suis carebat,ꝓhibebatur aūt eo, magis à Cæsare redire in p̄riam: quia non statim discesserat à bello Pomp. sed diutius ꝑseuerauerat,etsi semꝑ maluisset pacē,q̄ bellū. Itaq; Cic.declarat, q̄ cupidus sit satisfacere,& eius liberis quacunq; re possit.Deinde dicit:ꝙ si posset tm̄ gr̄a, & auctoritate, quantum deberet posset in ea p̄ria,de qua est optime meritus: non passus esset Trebatiū diutius carere p̄ria,& fortunis suis:pollicetur aūt quidquid pōt apud Cæs.& eius familiares.Postremo excusat quare antea ad eum non scripserit, qd' neq; putabat eum ꝯsolandū,q fortiter,& sapienter,ferret fortunam,neq; erat quod polliceretur,quod nunc se hr̄e dicit.{Sum testis mihi) .i.scio. {Quanti faciam,)quanti existimē.{Vel casus potius) correctio.q.d.quodā casu & infortunio potius commoratus es in bellis ciuilib.q̄ ꝯsilio,qd' dolui.{Euentus,) hoc est mala fortuna.{Quòd) quia & est declaratio huius euētus.{Æquū,) iustum & debitū.{Recuperes)recuperes.{Minori curę)minori molestiæ.{Quàm fuerint casus mei tibi) .i.q̄ fuerint tibi in fortunia mea,cū iniuste eiectus sum è p̄ria.{Postumuleno,et Sextio,)hi oēs amici errāt Trebatio,qbus Cic.aꝑuit, quo aio esset i ip̄m Trebatiū.{Proxime)nuperrime.{Patefeci:)me totū iudicaui,oēm aīum meū aperui, ut ita dixerim,pect' meū. {Singulis)omnib.ad unū oib.separatim.{Satisfacere,)offīm meū p̄stare,facere qd' à me expectas.{Id) .i.me cupere satisfacere tibi,& tuis liberis,quacunq; re possim.{Hæc) .i.q̄ sequūtur operam,fidē &c.{Quæ in ptāte mea sunt,)q̄ possum præstare.{Paratam) eleganter p neutrum genus adiect. r̄ndetur pluribus substantiuis,unius uel diuersi gn̄is,ut hic,& Sal. in Iugur.Plerosq; uelocitas,& regio hostib.ignara tutata sunt, & multis alijs locis inuenitur sīlis ꝯstructio.{Ita mer.sum,) ꝑꝑ imortalia mea in ea bn̄ficia.{Is)talis.{Qui)qualis.{Cū) &c.{Tum)maxime.{Ordinis)senatorij.{Princeps.)primus. {Eadem cā)defendendæ p̄riæ.{Cecidit:)ex gradu dignitatis suæ delapsus est.{Illa) q̄ supra scripsi,operā, ꝯsilium,rē, fidē. {Ex aliqua parte)nō integre neq; plene in ptāte mea.{Ex reliquijs prist.dign.) i. ex ijs,q̄ mihi de pristina dignitate sunt relicta.{Pristinæ)ꝓoris,solitæ.{Neq;.n.arguit) à ꝑsona Cęs. à q̄ dicit non esse se alienū.{Deuincti) astricti,obligati.{Casu)qa eis præstiteram beneficia nulla tali intentione & causa. {Obseruant,)respiciunt,reuerētur.{Siqs aditus erit) si potero ip̄m adire,& alloq.{Incolumitate,)salute,ut restituatur tibi, & p̄ria,& pristina dignitas.{Quod) quā rem,ut pro tua incolumitate agam.{Adducor)ꝑsuadeo.{Per me) mea sponte. {Et mol.)i.eniter,& oibus uirib.utar.Ordo est.Itaq; siqs adit' erit mihi,ipse agā ꝑ me,& moliar de tuis fortunis.i.de tua incolumitate,in qua sunt oia agēda,qd' qdem,ut sperē,adducor magis ex sermonib.eoꝝ.{Perseq)dicere.{Singula),ꝑ te facturus sum.{Vniuersum stud.) totā diligētiā & fauorē meū. {Defero ad te)tibi attribuo.{Interest mea,)magni est momēti,multū ad me attinet.{Qd') .s.oēs tuos scire.{Potest fieri,) literis tuis.si tu ad eos scripseris.{Patere) exposita eē,parata. {Eò).i.ad id.{Tā diff.)tā graue & laboriosū.{Pro te)cā tui.

ASCEN.

EGo,quanti &c. Trebatius ciuis Romanus egregius, ob eandem causam,ob quam Marcell.Sulpit. Figulus, Cæcina,& plerique alij patria & fortunis suis carebant, urbe exulabat à qua prohibebatur eo magis,ꝙ uicto Pompeio

eius

eius causam nō deseruerat. Hunc Cic. docet, quātum cupidus sit, & satisfaciendi, & eius liberis subueniendi, polliceturq́; se pro eo intercessu, purgans q́ non prius scripsit. Ordo est. Ego ipse sum mihi testis quanti faciā te, & semper fecerim, & quāti intellexerim me fieri à te. Nā & consiliū, tuum, uel postius casus manendi sp. s. post uictū Pomp. in armis, fuit mihi magno dolori, & hic euētus. i. opinatus exitus, q́ recepis fortunam, & dignitatē tuam tardius, q̄ æquum. i. iustum est & quā ego uellem, est mihi nō minori curæ. q̄ casus mei. i. ærūnæ meæ, fuerint tibi semp. Itaq. i. & ita, ego patefeci me totū. i. apud penitus alum meum Posthumuleno, & Sextio, & sæpissime Attico nro. s. intimo amico, & pxime. i. diebus pxime pteritis, Theudæ liberto tuo. i. à te libertate donato, & dixi sæpe his singulis hæc, me cupe satisfacere tibi, & liberis, quacūque re possem. Et uelim sup. ut tu scribas id ad tuos, ut putent quidē. i. saltem, hęc certe. i. indubitāter, quę sunt in ptāte mea, utpote operā, studium, psiliū, rem. i. diuitias, fidem, meam esse sup. parati tibi ad oēs res. Si ego possem auctoritate, gratia, quantū deberem posse in ea Rep. s. Romana, de qua sum meritus ita. i. tam egregie, tu quoq́ esses is, q̄. i. talis, qualis fuisti, eū. s. Ita esset, q́ esses, aut q́ es dignissimus omni gradu amplissimo, tū certe sup. esses, aut dignissimus es, q́ esses facile princeps tui ordinis. s. senatorij, aut potius iurisperitorum. Sed qm, aut qñ. i. qm, utercq́ nrm cecidit eodem tpe, & eadē de causa, ego polliceor tibi illa quę scripsi supra, operā, studium, consiliū, rem fidē, quæ sunt adhuc mea. i. mihi nō erepta, & ea quæ uideor, præter ea retinere ex aliqua parte, tanq̄ ex reliquijs dignitatis pristinæ. Necq; n. ipse Cæsar, ut potui intelligere multis rebus, est alien' à nobis, et oēs ferè familiarissimi eius, ubi rursus ois cum suplatiuo, quasi deuincti. i. obligati, magnis meis officijs ueteribus, ubi duo adiectiua sine coniunctione media, obseruant. s. ne offendat, & colunt diligenter me. Itaque siqs aditus erit mihi. s. ad Cæsarē, ipse agam, & moliar. i. cū difficultate nitar, p me. i. sine intercessore, et pcatore, de fortunis tuis. i. de incolumitate. i. salute tua. in qua. s. incolumitate tua oīa sunt agenda. Non est necesse persequi singula. ego defero ad te. i. in potestatē ut utilitatem tua, uniuersum studiū meum, & beneuolentiā. s. meā. Sed magni interest mea. i. Ire mea est oēs tuos. s. familiares & amicos. s. hoc. s. quod, ola defero ad te, quod. i. quæ res, potest fieri tuis literis ut intelligant ola. i. oēs facultates Cic. patere Trebatio. Hoc. s. dictum ptinet eo. i. ad id, ut sup. tui nihil existiment esse, tā difficile. quod non sit futurū iucundū mihi, susceptū. i. si fuerit pro te.

PAVLVS MANVT. Recuperes) Antea, recepis: nos, recupes, aliquot iā annis emēdauimus, & impssimus. liber uetustus scriptū hēt, recipes. et in alijs ēt exēplaribus, i, līam pro, u, sæpissime repias.

M. CICERO TREBATIO S. D. II

ANTEA misissem ad te literas, si genus scribendi inuenirem. tali enim tempore aut consolari amicorum est, aut polliceri. Consolatione non utebar, quòd ex multis audiebam, quàm fortiter, sapienterq́ ferres iniuriam temporum, quamq́ te uehementer consolaretur conscientia factorū, & consiliorum tuorum. quod quidem si facis, magnum fructum studiorum optimorum capis: in quibus te scio semper esse uersatum: idq́ ut facias, etiam atque etiam te hortor. Simul & illud tibi, homini peritissimo rerum, & exemplorum, & omnis uetustatis, ne ipse quidem rudis, sed in studio minus fortasse, quàm uellem, at in rebus, atque usu plus etiam, quàm uellem, uersatus, spondeo, tibi acerbitatem istam, et iniuriam non diuturnam fore. nam & ipse, qui plurimum potest, quotidie mihi delabi ad æquitatem, & ad rerum naturā uidetur: & ipsa causa ea est, ut iam simul cum rep. qua in perpetuum iacere non potest, necessario reuiniscat, atque recreetur: quotidieq́, fit aliquid lenius, & liberalius, quàm timebamus. quæ quoniam in temporum inclinationibus sæpe paruis posita sunt; omnia momenta obseruabimus, neque ullum prætermittemus tui iuuandi, & leuandi locum. itaque illud alterum, quod dixi, literarū genus quotidie mihi, ut spero, fiet procliuius, ut etiam polliceri possim. id re, quàm uerbis, faciam libentius. Tu uelim existimes, & plures te amicos habere, quàm qui in isto casu sint, ac fuerint, quantum quidem ego intelligere potuerim; & me concedere eorum nemini. fortem fac animum habeas, & magnum: quod est in uno te. quæ sunt in fortuna, temporibus regentur, & consilijs nostris prouidebuntur. Vale.

HVBER. ANTEA) excusat se Cic. q́ antea non scripserit. {Genus) argm, mām. {Inuenirem) pro inuenissem. {Tali tpe) tā misero, eadem snia Cic. lib. 4. ad P. Nigidiū epist. quæ incipit. {Quærenti) mihi. {Polliceri) pmittere aliquod auxiliū. {Iniuriam tpum) fortuna aduersam: quā fers his tpibus, quib' Cæs. plurimum pōt, & oia sub potestate sua tenet: quæ. n. uel bene uel male fiunt: interdū tpibus ascribūtur. {Conscientia) usitatissima cōsolatio Cic. ad oēs amicos, ad quos scribit in calamitatibus positos. {Quod si facis) ut pscia tuorum, & factorum, & cōsiliorum te cōsoletur. {Capis fructū) colligis & accipis magnū fructū, ex studijs lrarum, quibus operā dedisti, quæ nihil aliud pcipiunt, q̄ res aduersas fortiter sapienterq́; ferre. {Etiam atque ēt) uehemēter. {Vt facias id) ut psolationē capias ex bona cōscientia tua. {Simul) ēt & præterea & est sensus, pterea homini doctissimo, & rerum & exēplorum, ego q non sum oino rudis, sed fortasse minus uersatus in eis, q̄ uellem, polliceor & affirmo istā acerbitatem & iniuriā, quam nūc pateris, nō fore diuturnā. {Rerum) quas uidisti. {Exemplorum) quæ maxime sunt demōstratiua rerum, & plurimum ualēt ad imitationē, sic ad Sulpitiū, cuius epist. in lib. 4. nec. n. clarorum, quorum siles esse debemus exēpla, neq; doctissimorum, quos semp coluisti, præcepta fugiūt. {Ipse) Cæs. {Delabi) descēdere. {Ad nām rerum) quæ tpe ipso maturātur, & quotidie minores fiūt. {Ipsa cā) quā secuti sumus. {Reuiuiscat) resuscitet, quasi iā mortua, est aūt translatio sumpta ab aīalibus. {Lenius) mitius. {Quā timebam). i. q̄ id quod timebamus. {Paruis inclinationibus tpum) parsius mutationibus tpm, qa breui tpe hō mutatur. {Mométa) pōcta. Persius, Momento tpis exit Seruus Dama. {Obseruabimus). i. diligēter inspiciētes, qd in singulas horas mutetur, & fiat. {Leuādi) minuēdi tibi labores. {Locū) occasionē, opportunitatē. {Illud al.) s. pollicēdi aliqd. {Procliuius) pnius magis aptū, qa cum hoc sit nā Cæ. quā dixit, & rerū quotidie, ut spero, magis potero polliceri. {Id). s. qd posśū polliceri. {Re.) effectu. {Quā uer.) i. libētius faciā, q̄ dicam. {Tu ue.) hortatur ipm Trebatium, ut sibi psuadeat se plures amicos hēre, q̄ alios oēs q sunt uel fuerint in tali casu. Est aūt mos ita dicendi eis, quos uolumus psolari, ēt si ita nō sit. {Quantū) pro inquātū. {Et me pce.) s. uelim existimes iter tot amicos, me nemine eorū esse inferiorē. {Quod). s. hēre aium fortē & magnū. {Est in te uno) est positū in te solo, qa est ex bonis ai. {Quæ sunt i f.) q̄ sunt ex bonis externis, utputa, q' restituaris, & recipias dignitatē tuam. {Temporibus) q̄ solēt mitigare res oēs. {Consilijs nostris) quibus utemur, ut rebus tuis prouideamus.

ASCEN. EGo misissem anteā lras ad te, si inuenirē genus scribendi. Enim. i. qa, aut cōsolari est amicorum. i. ptinet ad amicos, tali tpe. s. tā calamitoso, aut polliceri. s. opē, aut operā & gram. Ego nō utebar psolatione. s. tui, hoc est nō sum te psolatus, q́ audiebā ex multis, q̄. i. quantū fortiter, & sapienter ferres. i. patereris, & portares iniuriā tpum quamq́; . i. & quā uehementer, pscia factorum, & psiliorum, tuorum. s. rectorū psolaretur te. Quod quidē si facis. i. psolationē rectorū psiliorum, & factorum recipis: Tu capis magnū fructū. i. utilitatē studiorū optimorū, quib' te faciundū didicisti, in qbus. s. optimis studiis, ego scio te esse uersatū semp, idq;. i. & id, & hortor te ēt atq; ēt, ut facias id. i. magnū fructū sic capias. Simul ipse ne quidē. i. nō ēt, rudis. i. minus exercitatus sed eruditus, & satis tritus, sed minus. i. rarius in studio, fortasse quā uellē, & uersatus in rebus, atque usu fortasse ēt plus q̄ uellē spondeo tibi hoi peritissimo rerū, & exēplorū, & ois uetustatis, istā. acerbitatē et iniuria nō fore diuturnā. nā & ipse Cæs. q pōt plurimū, ur mihi delabi quotidie ad eqtatē, & ad nām rerū, quæ bonis bū esse uult, ipsa cau

fa.s.exilij est ea.i.talis ut reuiuiscat atq; recreetur necessario iã cũ rep.quæ non põt iacere in ppetuũ, & aliqd fit quotidie le nius,et liberalius,q̃ timebamus.i.à Cæl.faciendũ esset.Quę.s. lenia,& liberalia qm posita sunt sæpe in paruis inclinationi bus.i.ut dnt,in influentijs tpm.Vnde Iuuen.Plus etenim fa ti ualet hora benigni, Quàm si te Veneris cõmẽdet epla Mar ti.Ad hos aũt tempestiuos Cæs.aditus putatur allusisse Virg. in 4.Aen.cũ ad Annam dicit Dido de Aenea,Sola uiri molles aditus,& tpa noras.nos obseruabimus oia momenta, neque ptermittemus ullum locũ.i.opportunitatẽ,iuuandi,& lau di te.itaq; illud alterũ genus literarũ, quod dixi.s.quo polliceamur auxilium, duo.n.proposuit, alterum quo consolamur, alterum i quo pollicemur opem, fiet mihi ut spero quotidie procliuius.i.facilius,ut possim etiã polliceri. Sed sup.ego fa ciã,id quod.s.queritur in eo gñe,hoc est auxiliabor libentius re q̃ uerbis.Velim sup.ut tu existimes,&.i.sit,te hr̃e plures amicos,q̃ qui sint ac fuerint in isto casu.i.In quo tu es,hoc est in exilio,pp fauorem Pomp.pstitum,quantum quidẽ.i.certe ego potuerim intelligere:et.i.sit,tu existimes me ɔcedere.i.lo cũ dare tanq̃ uictũ,hoc est succumbere nemini eorũ. Fac sup. ut habeas aium fortem, & magnũ,quod.s.hr̃e aium fortem, & magnũ,est in te uno.i.in ptãte tua solius.ea q̃ sunt in fortu na.i.ptãte fortunæ,regẽtur tpibus,& ɔuidebũtur ɔsilijs nr̃is.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Epistola partim gratulatoria, quod Trebatius restitutus sit, partim hortatoria, ut rei familiaris dispendium non æstimet. Estq; hoc argumentum à comparatione sumptum.

M. CICERO TREBATIO S. 12

Dolabellam antea tantũmodo diligebam: obligatus ei nihil eram. nec.n. acciderat mihi opus esse: & ille mihi debebat,quòd non defueram eius periculis. nunc tanto sum deuinctus eius beneficio, quòd & antea in re, & hoc tempore in salute tua cumulatissime mihi satisfecit, ut nemini plus debeam. qua in re tibi gratulor ita uehementer, ut te quoque mihi gratulari, quàm gratias agere, malim. alterum omnino non desidero: alterum uere facere poteris. quod reliquum est,quando tibi uirtus,& dignitas tua reditum ad tuos aperuit: est tuæ sapientiæ, magnitudinisq; animi,quid amiseris, obliuisci; quid recuperaris, cogitare. Viues cum tuis:uiues nobiscũ. plus acquisiuisti dignitatis,quàm amisisti rei familiaris: quæ ipsa tum esset iucundior, si ulla res esset publica. Nestorius, noster familiaris, ad me scripsit, te mihi maximas gratias agere. hæc prædicatio tua mihi ualde grata est: eaq; te uti facile patior cum apud alios, tum mehercule apud Sironem, nostrum amicum. quæ enim facimus, ea prudentissimo cuique maxime probata esse uolumus. Te cupio uidere quamprimum. Vale.

HUBER. Dolabellam,) Cũ fauore, & intercessione Dolabellæ apud Cæs. Trebatius obtinuisset reditũ in patriam,Cic.ita sibi hanc rem gratam esse ostẽdit,ut se ẽt Dolab.obligatũ dicat: cuius opa id impetrauerit.Deinde et gratulatur,hortatur,ut obliuiscatur eorũ, quæ amisit. Postremo dicit se gaudere ea esse grata Treb.quæ pro eo fecit.{Obligatus)qa nulluƚ in me bñficium ɔtulerat.Nec.n.hoc subiunxit Cic.ne uideretur nõ esse obligatus Dolab.eius culpa,sed quod non acciderat Cic.ut opus esset eius opa & officio.{Opus esse).s.eius. {Beneficio)in me.{Debebat)erat obligatus.{Eius pic.) cum ei defendi bis,ut lib.4.epist.q̃ incipit.Cum est ad nos allatũ, illud uero pnius accidit tantã temeritatẽ fuisse in eo adolescẽte,cuius ego salutẽ duobus captis iudicijs summa cõtentione defendi licet eo loco alij aliũ intelligant. {Deuinctus) astrictus.{Tãto)tã magno.{Quòd)qa,& est cã obligationis, qa & also in re,& nũc in salute Trebatij fecit ipse Dolabella,quod Cic.optauit.{Satisfecit mihi)rñdit uolũtati meæ.{Cumulatissime)plenissime,ita ut nihil desit Cic.subaudi,ita ut.{Gratulor)gaudeo cũ tua.{Malim)potius uelim.{Alterũ nõ desi.) .s.te agere grãs mihi.{Alterũ facere potes) .s.gratulari mihi. {Quod reliquũ est) quod restat.{Dignitas & uirtus).i.qm pp uirtutẽ & dignitatem tuã est ɔcessus tibi reditus ad tuos. {Qñ)qm.{Est tuæ sap.)ẽpta ptinet ad sapientiam tuã.{Quid recuperaris)qa plus recuperasti q̃ amisisti.{Viues) ecce qđ recupauit.{Quæ)dignitas. {Si resp.esset ulla).i.si hr̃et aliquẽ statũ.{Nestorius),pprium uiri.{Agere grãs) q̃ in rebus tuis fuerim diligentissimus.{Prædicatio tua) cõmendatio tua de me:qđ pdices,et apte fatearis me fuisse in rebus tuis prõptissimũ.{Facile p.)pmitto libẽter,& ut ita dicã,sum ɔtentus. {Syrone)hic fuit epicureæ sectæ phs,preceptor Virgilij,ut oñdit Ser. in Buc.{Maxime pbata esse)maxime placere & laudari.

ASCEN. Dolabellam &c.Cum p intercessionem Dolab. qui inuitus Cic.partes Cæsaris secutus fuerat, Trebatius reditũ in urbem obtinuisset:dicit Cic. sibi gratũ esse gratulaturq; Trebatio,monens eum, ut amissorũ obliuiscatur, ac demum dicit se gaudere q̃ grata essent Treb. quæ pro eo fecerat. Ordo est. Ego diligebam tantũmodo.i.duntaxat: quod minus est quã amasse,Dolabellam.s.gñum Cic.q̃.i. quia nihil eram obligatus ei,nec.n.acciderat mihi esse opus.s.auxilio illius, & ille.s. Dolabella debebat mihi,quod.i.qa non defuerã,imo auxilio aderam,periculis eius.Nũc sum deuinctus.i.obligatus tanto beneficio eius,q̃.i.qa ipse satisfecit mihi cumulatissime, &.i. simul antea in re.s.tua seruanda,et hoc tpe in salute tua, sup. ita ut nemini debeam plus.s.q̃ ipsi debeo,licet alijs ẽt debeã. In qua re.s.in salutis tuæ receptione ego gratulor tibi ita uehemẽter,ut malim te quoq; gratulari mihi ob rem lætã, quæ mihi in salute tua contigit,q̃ agere grãs, q̃ per gñum meum contingit, qa non desidero oino alterũ.i.te agere grãs mihi, & tu possis facere uere alterũ.s.gratulari mihi ob uerũ gaudiũ, quod contigit. Quod reliquũ est.i.quantũ ad hoc, quod adhuc restat, qñ.i.qñquidem,uirtus & dignitas tua,aperuit tibi reditũ ad tuos est sapientiæ tuæ,& magnitudinis animi.i.ptinet ad sapientiam tuã &magnitudinẽ animi,obliuisci quid amiseris,& cogitare qd recuperaueris. Tu uiues cũ tuis,uiues nobiscũ,tu acquisiuisti plus dignitatis,q̃ amisisti rei familiaris quæ ipsa res.s.familiaris,esset tñ iucundior,si Vlla Resp, esset.Nestorius familiaris nr̃ scripsit ad me te agere mihi maximas gratias.Hæc prędicatio tua.s.de meritis meis in te,est mihi ualde grata,& patior facile.i.libenter fero,uti ea.i.eiusmodi re,cum.s.ita sit,q̃ apud allos,tum mehercule, apud Syronem amicum nostrum.Enim.i.quia, nos uolumus ea quæ facimus esse probata.i.approbata maxime, cuiq; prudẽtissimo .i.omni ualde prudenti. Ego cupio uidere te quamprimum.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Consolatoria est epistola, ut exiguum illud tempus, donec, literas restitutionis accipiat, fortiter ferat, quamuis omnem consolationem Cicero inutilem nunc fore dicat,cum potius ei gratulandum sit. Prius autem narrat, cur audacius & apertius causam Balbi egerit. Deinde de restitutionis literis quid actum sit,ostendit.

M. CICERO AMPIO BALBO S.D. 13

Gratulor tibi mi Balbe,ueręq; gratulor: nec sum tam stultus, ut te usura falsi gaudij frui uelim, deinde frangi repente,atque ita cadere,ut nulla res te ad æquitatem animi postea possit extollere. egi tuã causam apertius, quàm tempora nostra ferebant. uincebat nr.n. fortuna ipsa debilitatæ gratia nostra tui caritate,& meo perpetuo erga te amore, culto à te diligentissime. omnia promissa,confirmata,certa,& rata sunt,quæ ad reditum, & salutem tuam pertinent. uidi, cognoui, interfui. etenim oẽs Cæsaris familiares satis opportune habeo implicatos consuetudine,& beneuolentia,sic,ut,cum ab illo discesserint,me proximum habeant. hoc Pansa,Hirtius,Balbus,Oppius,Matius,Postumius, planè ita faciunt, ut me unice diligant. quòd si mihi pro me efficiendum

efficiendum fuisset; non me pœniteret pro ratione temporum ita esse molitum. sed nihil est à me inseruitum temporis * causa. Veteres mihi necessitudines cum his omnibus intercedunt. quibuscum ego agere de te non destiti: principem tamen habuimus Pansam, tui studiosissimum, mei cupidum: qui valet apud illũ nõ minus auctoritate, quàm gratia. Cimber autem Tullius mihi planè satisfecit. valent tamen apud Cæsarem non tam ambitiosæ rogationes, quã necessariæ: quas quia Cimber habebat, plus valuit, quàm pro ullo alio valere potuisset. diploma statim non est datum; quòd mirifica est improbitas in quibusdam, qui tulissent acerbius, veniam tibi dari, quem illi appellant tubam belli ciuilis: multaq; ita dicũt, quasi non gaudeant id bellum incidisse. quare visum est occultius agendũ, neque ullo modo diuulgandum, de te iam esse perfectum: sed id erit perbreui: nec dubito, quin, legente te has literas, confecta iam res futura sit. Pansa quidem mihi, grauis homo, & certus, non solum confirmauit, verum etiam recepit, perceleriter se ablaturum diploma. mihi tamen placuit, hæc ad te perscribi. minus.n.te firmum sermo Appuleiæ tuæ, * lacrymæq; Ampiæ declarabant, quàm significant literæ tuæ. atque illæ arbitrabantur, cum à te abessent ipsæ, multo in grauiore te cura futurum. quare magnopere putaui, angoris, & doloris tui leuandi causa, pro certis ad te ea, quæ essent certa, perscribi oportere. Scis me antea sic solitum esse scribere ad te, magis vt cõsolarer fortem virum, atque sapientẽ, quam vt exploratam spem salutis ostenderem, nisi eam, quam ab ipsa rep. cum hic ardor extinctus esset, sperari oportere censerem. recordare tuas literas, quibus & magnum animũ mihi semper ostendisti, & ad oẽs casus ferendos constantem, atq; paratum. quod ego non mirabar; cum recordarer te & à primis temporibus ætatis in rep. esse versatum; & tuos magistratus in ipsa discrimina incidisse salutis, fortunarumq; communium, & in hoc ipsum bellũ esse ingressum, non solum vt victor beatus, sed etiam, si ita accidisset, victus vt sapiens esses. deinde, cum studium tuum consumas in virorum fortiũ factis memoriæ prodendis; considerare debes, nihil tibi esse cõmittendum, quamobrem eorum, quos laudas, non te similẽ præbeas. sed hæc oratio magis esset apta ad illa tempora, quæ iã effugisti. nunc vero tantũ te para ad hæc nobiscum ferenda. quibus ego si quam medicinam inuenirem, tibi quoque eandem traderem. sed est vnum perfugium, doctrina, ac literæ, quibus semper vsi sumus: quæ secundis rebus delectationem modo habere videbantur, nunc vero etiam salutem. sed, vt ad initium reuertar, caue dubites, quin omnia de salute, ac reditu tuo perfecta sint. Vale.

* alias causa.

* alias lachrymæq; ipsa decl.

HVBER.

GRATVLOR) Balbus hic, ad quem nũc Cicero scribat, alius est ab eo, de quo ultima ep̃la ad Cæcinam mentionẽ facit, ille.n.amicissim⁹ Cæs.& eius uices in multis rebus gerebat. hic aũt cum Pompeianas partes secutus iãdiu exulasset a Patria, tandẽ reditum à Cæs. impetrauit. intercedentibus Pansa, Hircio, Oppio, & Balbo, & qbusdam alijs familiaribus Cæsaris, simul cũ Cicerone, licet nondũ essent impetratæ lr̃ę restitutionis in patriã. Itaq; Cic. ei gratulatur primum, deinde ostendit, q̃ aperte egerit eius causam cõtra tp̃m conditionẽ. Postea uero dicit quare Cæsar statim concesserit lr̃as restitutionis, quas quidẽ affirmasse dicit Pãsa se celeriter allaturũ. Deinde ostendit eũ semp̃ fuisse magni animi, ut significet ita ẽt nunc esse oportere, licet subdat ea tali consolatione potius alio tp̃e opus fuisse quàm nunc. {Vere).i.ex uera cã: p̃p impetratam promissionem Cæsaris de restitutione tua. {Stultus) insipiens. {Vt te usura).i.ut te uelim in falsum gaudium conijcere. Falsum.n.gaudium dr̃, cum sine iusta causa gaudemus. {Frui) fructum, & uoluptatem capere. {Vsura) usu. {Deinde) postq̃ usus fueris falso gaudio. {Frangi) rumpi, ubi cognoueris gaudiũ esse falsum. {Cadere) Prosterni. Vt nulla res possit extollere ad ęquitatem, quia q̃ cognoscit se semel falso gauisum esse, non facile potest postea erigi, ut æquo aio ferat quæ accidunt. {Extollere) erigere. {Aequitatem) moderationem. {Apertius) promptius. {Mea tp̃a, quæ non erant satis felicia, quia carebant dignitate, gr̃a, & auctoritate solita. {Ferebant) exigebant. {Tuã causam) restitutionis tuæ. {Vincebantur) ratio quare aptius egerit eius causam q̃ sua tp̃a ferebant, & est sensus fortuna debilis gr̃æ uincebatur à charitate tua, & beneuolentia mea erga te ita ut plus cogeretur facere q̃ posset. {Fortuna) s. mala. {Gratiæ debilitate).i. iminutę. {Charitate tui).i. beneuolẽtia tua in me. {Culto) obseruato. {Promissa) à Cæsare. {Certa) indubitata. {Rata) firmata, stabilita. {Reditũ) in patriam. {Salutem) Incolumitatem. {Cognoui) itellexi: est aũt articulus. {Opportune) cõmode. {Implicatos) alligatos, astrictos. {Cũ ab illo discesserit) modus est dicẽdi.i. post illum, utitur aũt interdum Cic. ẽt alio loco hoc gñe dicendi. {Ab illo) s. Cæs. {Proximum).i. me ament post Cæs. nullo ante me posito. proximus.n.dr̃, cui nullus interponitur. {Pansa, Hircius) hi qẽs quos enumerat in textu erant familiarissimis Cæs. & apud eum plurimum poterant, à quibus Cicero dicit se uehemẽter amari. {Ita faciunt ut me &c.) i. me unice diligunt. {Est ẽt genus dicendi ornate, ego faciam ut te plurimum amem.i. plurimũ amabo, faciam: ut tibi p̃sim.i. prodero. {Quod) dicit Cic. se tñ fecisse pro Balbo: q̃ si pro salute sua efficiendũ fuisset: non uideretur sibi paꝝ ita fecisse: sicut fecit pro Balbo. {Nõ pœniteret) non paꝝ uideretur. Ter. quãtum hic operis fiat me pœnitet. Virg. Nec te pœniteat calamo triuisse labellũ. {Pro rõne tp̃m).i. s̃m cõsiderationem & conditionem tp̃m. {Esse molitum).i. fecisse: nam moliri inter cetera facere sigñat. Virg. Molirique moram. {Nihil est inseruitũ) nullum cõmodum tibi factum, nulla opera tibi præstita. {Necessitudines) amicitiæ, cõiunctiones. {Intercedunt) sunt. {Cum his oibus) Pansa, Hircio, & ceteris sup̃ra memoratis. {Agere de te) tuã causam tractare. {Cymber) alias est nomen gentis. Sũt.n. Cymbri populi Galliæ, quos Marius apud aquas sextinas uicit. {Idem auctore Appiano in lib. qui illyrius inscribitur, Celtæ dicti sunt à Celto filio Polyphemi & Galatæ, alij tñ malunt à claritudine dictos, hic aũt Cymber proprium est uiri. {Satisfecit) functus est officio suo: fecit q̃d ab eo expectabam. {Valent tñ) hoc dicit Cęsarem moueri magis iustis precibus amicoꝝ, & propinquoꝝ alicuius, q̃ ambitiosis, & inanibus: sicut supra A. Cæcinna. Pręterea cedit multoꝝ istis & officio incensis: nõ inanibus, aut ambitiosis uolũtatibus. {Necessariæ) quæ ex officio perueniunt. {Quas) necessarias rogationes. {Quia Cymber habuit) erit.n. propinquus Balbi. {Plus ualuit) pro te. {Diploma) pro lr̃is: restitutionis ponitur hic diploma, licet gñalr̃ significet oẽs literas, à uerbo græco διπλόω.i. duplico: inde δίπλωμα duplicatio literæ: eo q̃ duplicẽtur. {Non est datũ) nobis à Cæs. {Mirifica) maxima. {Veniã dari tibi) tibi indulgeri, tibi concedi reditũ. {Quem) te. {Appellant tubam).i. dñt incitatorem belli ciuilis: nã tubæ usus incendendoꝝ militum gr̃a repertus creditur. {Quasi) tanq̃. {Non gaudeant) cum te uehementer læti sint. {Id bellum) ciuile. {Incidisse) euenisse. {Quare) quãobrem q̃a multi erant, qui moleste tulissent, si tibi per literas cõcessus esset reditus. {Occultius) secretius, ne oẽs intelligerent de reditu tuo tibi promisso. {Diuulgandũ) publica fama spargendum. {Esse perfectum de te).i. iam esse impetratũ quod de te uoluissemus. {Id) ut diuulgetur de te esse perfectũ. {Perbreui) s. tp̃e: sed absolutum est per se, ut perbreui ad te ueniã: subauditur, tp̃e: quod tñ interdum additur à Cic. & ab alijs. {Legente te).i. cũ habueris has lr̃as in manibus & eas leges. {Certus) fidelis: cui uere est credendũ. {Recepit) promisit: suscepto hoc onere in se. {Tñ) licet res adhuc occulte agatur, et nondũ allatum sit diploma. {Epuliæ) uxoris tuæ: cũ qua locutus sum. {Minus firmum) in ferenda iniuria & exilio isto. {Quam) lr̃æ tuæ declarabant.i. q̃ scripseras ad nos. {Appiæ) fillæ tuæ. {Cũ à te abessent).i. eis remotis à te: multo maiori solicitudine futuꝝ cum illis præsentibus esses in magna. {Leuandi) minuendi. {Pro certis) quæ essent certa.i. ut sint certa, ita certa ad te perscribendam putaui. {Exploratam) certam, q̃ antea non habebam certam spem salutis tuæ sicuti nunc, sed ita scribebam: ut cõsolarer te. {Nisi eam) s. spem salutis. {Hic ar.) hoc

Falsum gaudiũ.

Proximus.

Pœnitet.

Moliri.

Cymbri.

Celtæ.

Galatæ.

Diploma

Tubæ vsus.

ar.)hoc incendium belli ciuilis.{Esset ext.) esset deletus:quia amoto bello uidebam sperare remp. allaturam salutē & tibi & alijs bonis ciuibus.{Recordare)redige ad memoriā.{Animum m.)quem nunc nō seruare eundem tibi turpe est.{Q.d) .s.te hēre talem aium.{A primis t.)nam ut Macr.inqt, adeo à teneris ɔsuescere multū est.{In discrimina)in pericula, qbus es assuefactus ad labores ferēdos{In hoc bel.)ciuile.{Victor b.)i.ut non solū esses fortunatus uictor.{Sed sapiēs uictus) .i.ēt uictus sapiēter ferres fortunā,& in hoc ostenderes sapiētiam tuam.{Prodendis)tradendis.{Memoriæ p.)i.cū scribas facta uirorum fortium.{Cōmittendum)efficiendum.{Quamobrem)pp quod.{Quos laudat)in tuis scriptis.{Simile.fortem)sicut ipsi fuerunt.{Quæ effugisti)quæ præterierunt, qbus indigebas confirmationem.{Hæc ferenda)q; resp.nr̄a iacet.& oppressa sit.{Vnum)solum.s.doctrina, & lr̄æ.i.doctrina literarum.{Modo)tantummodo.{Non)his temporibus aduersis.{Etiam salutem}quia sine eis non possemus uiuere.{Caue d.) uide ne dubites. Caue.n.negationem in se habet, ut Caue facias.i.uide ne facias. potest etiam addi ne.

Caue.

AS CEN.

GRatulor & c. Scribit ad Balbū, non quidem eum, de quo ultima in ep̄la ad Cæcinam meminit, utpote, qui Cęsaris partes secutus fuerat, sed ad alterum alienum à Cæsare, exulantē prius, nunc aūt restitutum patriæ, q̄q lr̄as restitutionis nondum hēt. Gratulaturq; ei de restitutrone, docens quo contra tp̄is qualitatem pro eo orauerit,& cur lr̄æ restitutionis dilatę sint. Ordo est:O mi Balbe, ego gratulor tibi & gratulor uere .i.ob uerā causam, Nec sum tam stultus, ut uelim te frui uana.i.fructu immodico falsi gaudij, deinde.i.postq̄ perceperis te deceptū.te frangi repente, atq; cadere ita ut nulla res possit extollere te postea ad æquitatem animi. Ego egi causam tuam apertius quàm tempora.s.periculosa, ferebant.i.exposcebāt aut patiebātur. Enim.i.qa, ipsa fortuna uincebatur debilitate grāæ nr̄æ. Alij legunt debilitatem, ut sit participiū gerunitiui casus sic, fortuna grāæ nr̄æ debilitatæ uincebatur charitate tui.i. q̄q debilis erat mihi grā tn̄ pp charitatem tui ipsa resumpsit uires,& amore meo ppetuo erga te, culto diligētissime à te. Oia quæ pertineāt ad reditū & salutem tua sunt pro missa, cōfirmata certa & rata. Ego uidi, cognoui, interfui.i.dū tibi reditus concederetur. Etenim ego habeo satis opportune oēs familiares Cæsaris implicitos cōsuetudine.i.familiaritate & beneuolētia sic, ut cū discesserint ab illo.s.Cæsare, habeant me proximū.i.coniunctissimū sibi. Pansa, Hirtius, Balbus, Oppius, Marius, Posthumius, qui oēs sunt Cæsaris amici, faciunt hoc ita ut diligant me unice.i.singulariter. Quod.s.factum Pansæ, Hirci, Balbi,& ceterorum pro te si efficiendum fuisset mihi per me.i.quod dīt in propria persona. Hubertinus exponit pro me.i.pro salute mea, sed ueri textus hn̄t per me. non pœniteret me.i.nō uideretur mihi parum esse molitū.i.q; essem molitus ita pro rōne tpm, quia illis tp̄ibus non erat opportunitas instandi, ēt si quis uelit urgentius anniti.sensus aūt est, ita amicos illos pro Appio Balbo intercessisse ut si ipse Cic.ita fecisset, cōtentus esse potuisset. Sed nihil est inferuitum à me, ubi impersonale ablatiuū habet loco suppositiui.i.nihil inseruiui, nec cuiq; supplex sui causa tp̄is:nam consuetudines ueteres, uidelicet ante ciuile bellū contractæ, intercedunt.i. sunt, cōciliatæ mihi cum his oibus, quibuscum.i.cum quibus ego nō destiti agere de te, tn̄ nos habuimus Pansam principem.i. præcipuum, utpote studiosissimū tui cupidum mei.q.d. Pansa ualet apud illū, uidelicet Cæsarē, non minus auctoritate q̄ grā. Autem.i.sed, Cimber, uir ille Tullius cognométo, satisfacit mihi planē.i.oino. Tn̄.i.nihilominus quāuis urgenter illi intercesserint, rogationes ambitiosæ.i.ambitiosē factæ, ualēt tam.i.tn̄, apud Cæsarem, q̄.i.quantum ualēt rogationes necessariæ, quas.s.rogationes, qa Cimber habebat, ipse ualuit.s. pro te plus q̄ potuisset ualere pro ullo alio. Diploma.i.duplū actorum, non est datū statim.s.postq̄ reditus tibi concessus est q.i.quia, mira improbitas est in quibuldā, qui tulissent acerbius.i.nimis acerbe uenia dari tibi, quem illi, appellant tubā .i.buccinatorē & prouocatorem summū belli ciuilis. & dīt multa, ita.i.in detestatione belli ciuilis quasi non gaudeāt id bellū incidisse, cum tn̄ in tanto honore non essent. Quare uisum est, sup.nobis tibi fauētibus, agendū sup. esse occultius, neque diuulgandū esse ullo modo, sup.negotiū de te.i.de reditu tuo, esse iam perfectū, sed id.s.q; non diuulgabitur, aut q; diuulgabitur, utrūq; .in idem recidit, erit perbreui, sup. tp̄e, nec dubito quin te legente.i.cum legebas has lr̄as, res sit futura iā confecta.i.penitus transacta. Quidem.i.certe. Pāsa homo gratus mihi,& certus, non solū confirmauit, uerū ēt recepit.i.promisit,& se onus accepit, se ablaturum.s.e manibus inuiduloru diploma.i.ut dixi duplū, instrumenti, quo continetur ueniā tibi datā esse perceleriter.i.ualde cito. Tn̄ placuit mihi hęc perscribi ad te, enim.i.qa sermo Epuleiæ, alij legunt, Epuleiæ tuæ.s.uxoris, & lacrymæ Appiæ.i.filiæ tuæ, declarabāt, te sup.esse minus.i.nō tam firmum.i. forti aio ad ferendum longū exilium, q̄.i.quanq̄ firmum lr̄æ tuæ significabāt te esse, atque illæ.s.uxor & filia, arbitrantur, cū ipsæ absessent āte, te futurum cura multo grauiore. Quare ego putaui magno pere ea quæ essent certa pscribi ad te pro certis.i.tanquā certa causa angoris.i.angustiæ animi,& doloris tui leuandi.i.minuendi. Tu scis me solitū esse scribere antea ad te sic, ut magis ɔsolarer uirum forte atq; sapiētem, q̄ ut ostenderē spem salutis.s. tuæ, exploratā.i.certa,& compertā mihi, eā.s.spem, quā me censere oportere sperari ab ipsa rep. cū hic ardor.s.belli ciuilis, & irarum inde cōtractarū esset extinctus. Recordare.i.reduc ad memoriā, lr̄as tuas, qbus ostēdisti mihi sp.&.i.sil̄, magnū aium, &.i.sil̄ ɔstantē, atq; paratū ad oēs casus ferendos. Quod ego nō mirabar, cū recordarer te &.i.sil̄, esse uersatū à primis tp̄ibus ætatis.s.tuæ, in rep.&.i.sil̄, magistratus tuos incidisse in ipsa discrimina.i.pericula, salutis, & fortunarum cōium, & esse ingressum in hoc ipm bellum non solū uti.i.ut esses uictor beatus, sed ēt, ut si accidisset ita esses uictor. &.i.ēt, sapiens.i. sapiēter laturus aduersitatē. Deinde cum ɔsumat studium tuū in factis uirorum fortiū ɔdendis memoriæ.i.in scribēdis gestis uirorum fortiū, tu debes considerare nihil esse cōmittendū tibi, quaobrem.i.ob quod non pbeas te, silem eorum quos laudas, hoc est fortiū uirorum. Sed hæc oratio esset magis apta ad illa tp̄a.s.ante reconciliatiōnē, quæ effugisti.i.euasisti, & trāsegisti sine incōmodo. Vero.i.sed para te nūc tn̄ ad ferenda.i.tolleranda nobiscū hæc.s.i.incōmoda reip.oppressæ. qbus si ego inuenirē.i.inuenire possem.quam.i.aliq̄ medicinam.i.aliqd remediū.ego traderem quoq;.i.ēt tibi eandem. sed unum est profugiū.s.ā pſtibus miserijs, doctrina, ac lr̄æ, quibus fuimus semper usi.quæ uidebantur hēre modo.i.solūmodo, delectatiōne rebus secundis.i.cū res essent prosperæ. uero.i.sed nūc nūc hēre ēt salutē. Sed ut ego reuertar ad initiū.i.ad id, qd' initio dixi, aut dicere institui. caue dubites qn oia sint pfecta.i. plene trāsacta,& cōpromissa de salute.ac reditu tuo.s.i urbē.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

LIgarium consolatur à Cæsaris cum animo, item natura & ratione temporum, cum officij sui commendatione, & hortatione, ut iniuriam temporis fortiter ferat.

M. CICERO Q. LIGARIO S. D. 14

ETSI si tali tuo tempore me aut consolandi, aut iuuandi tui causa scribere ad te aliquid pro nostra amicitia oportebat: tamen adhuc id nō feci, quia neque leni re videbar oratione, neque leuare posse dolorem tuum. postea verò quàm magnā spem habere cœpi, fore, vt te breui tempore incolumē haberemus; facere nō potui, quin tibi & sententiam, & voluntatem declararem meam. Primum igitur scribam, quod intelligo, & perspicio, non fore in te Cæsarem duriorem. nā & res eum quotidie, & dies, & opinio hominum, &, vt mihi videtur, et sua natura mitiorem facit: idq́ cum de reliquis sentio, tū de te etiam audio ex familiarissimis eius: quibus ego ex eo tempore, quo primū ex Africa nuncius venit, supplicare vna cū fratribus tuis non destiti: quorū quidem et virtus, et pietas, & amor in te singularis, et assidua, & perpetua salutis tuæ cura tantū proficit, vt nihil sit, quod nō ipsum Cæsarē tributurum existimem: et, si tardius fit, quam volumus; magnis occupationibus eius, a quo oīa petuntur, aditus ad eū difficiliores fuerunt: et simul Africanæ causæ iratior, diutius

diutius velle videtur eos habere sollicitos, à quibus se putas diuturnioribus esse molestijs conflictarî. sed hoc ipsum intelligimus eũ quotidie remissius, & placatius ferre. quare mihi crede, & memoriae manda, me tibi id affirmasse, te in istis molestijs diutius non futurum. quando, quid sentirem, exposui: quid vellem tua causa, re potius declarabo, quàm oratione. et, si tantum possem, quantum in ea rep. de qua ita meritus sum, vt tu existimas, posse debebam: ne tu quidem in istis incommodis esses. eadem enim causa opes meas fregit, quae tuam salutem in discrimen adduxit. sed tamen, quidquid imago veteris meae dignitatis, quidquid reliquiae gratiae valebunt, studium, consilium, opera, gratia, fides mea nullo loco deerit tuis optimis fratribus. tu fac habeas fortem animum, quem semper habuisti; primũ ob eas causas, quas scripsi; deinde quòd ea de rep. semper voluisti, atque sensisti, vt non modo nunc secũda sperare debeas, sed etiam, si oia aduersa essent, tamen cõscientia & factorum, et consiliorum tuorũ, quaecunque acciderent, fortißimo, et maximo animo ferre deberes. Vale.

HVBER. ETSI tali) Q. Ligarium ante bellorũ ciuiliũ initia, cũ C. Considio consul legatus in Africam, pfectus est. Deinde Considio ex puincia discedente, Ligarius prouinciae pfuit. Postea uero inter Caes. & Pomp. ciuilibus discordijs, & bellis: Ligarius nullo negocio se implicuit, sed arrepto imperio, puinciae à P. Varo pretore: Ligarius in ipsa prouincia ex necessita te pmansit: ad quã cum L. Tubero iusto sibi imperio à senatu dato uenisset: prohibitus est à Q. Ligario: ut ipse Tubero asserebat, q postea ad Põpeium in Maced. se cõtulit: sed postea restituto L. Tuberone in patriã Q. T. L. filius apud Cęs. Ligarium accusauit, q contra eũ in Africa fuisset, ob quã causam Ligarius exilio muitabatur, eius tñ fratribus Romae manentibus, ita Cic. hac epla excusat tarditatẽ suarũ ad eum litterarũ, quam ideo fuisse dicit q nõ uidebat quo pacto posset lenire eius dolorẽ. Sed postea q̃ coepta est hrĩ spes eius in columitatis, dicit se parasse aliqd ad eum scribendũ. Scribit igr se prospicere Caes. nõ futurũ in eũ diutius durũ aut acerbum, idq; arguit ex eius nã, quã mitem esse dicit, & ex tpe oñdit se cũ fratribus Ligarij ita fecisse apud Caes. ut nihil sit quod eũ tributurũ non speret, adducitq; rõnes, quare tardius hoc fecerit, pollicetur aũt oẽm operam suã fratribus Ligarij pro eo. Postremo hortatur eũ ut forti aio sit, & eũ ɔsolatur maxime & ɔscia recte factorũ pro hoc Q. Ligario extat oro egregia Cic. qua eũ defendit apud Caes. {Tali tpe) tam misero, quo exulas à patria & à tuis. {Nõ feci) nõ scripsi. {Quia) ratio quare nõ scripserit. {Lenire) mitigare. {Oratione) meis uerbis. {Fore) futurũ esse. {Haberemus) in patriã recipiemus. {Sniam) opinionem, iudiciũ. {Dies) tps. {Opinio ho.) quã uidet erga se bonã. {Mitiorem) molliorem, benigniorẽ. {Quibus) familiarissimis eius. {Ex eo tpe) post id tps. {Quorũ) fratrũ tuorũ. {Virtute) fortitudine animi. {Pietatem) incredibili in te affectu. {Tantum profecit) tñ ualuit.

ASCEN. ETsi tali &c. Scribit ad Q. Ligariũ, qui ante bella ciuilia cũ Considio consule in Africa legatus eius, pfectus fuerat & post cõsulis abitum, puinciae praefectus fuerat, post bella exilio dãnatus, fratribus eius in urbe manentibus. Eum itaq; docet cur tardius scripserit, polliceturq; Caes. placatiorẽ futurũ, et se intercessurũ eidẽ, moneus ut forti sit aio. Extat aũt Cicer. p hoc Ligario oratio. Ordo est. Etsi. i. q̃q oportebat pro nra amicitiã. i. pp nram amicitiã, me scribere aliquid ad te, tali tpe tuo. s. tã calamitoso causa tui, aut ɔsolandi, aut iuuãdi, tñ ego nõ feci adhuc qa neq; uidebar posse lenire, neq; leuare dolorem tuum oratione. s. mea. Vero. i. sed postea q̃ coepi, hre magnam spem, fore. i. futurũ esse, ut hremus te incolumẽ breui tpe, non potui facere qn declararem tibi & sniam, & uoluntatem meã. Igitur ego scribam primũ quod intelligo, et pspicio. i. dephendo, Caesarem nõ fore. i. futurũ duriorem. s. quam eſt, aut muitã durũ in te, nam & res. i. utilitas, & status rerũ, & dies. i. tpis prolixitas, & opinio holum. q censent iram remittendam, & ut uř mihi et nã sua facit eum. s. Cęsarem, mitiorẽ quotidie, & eũ. s. ita sit, q sentio id de reliqs. s. exulibus, tñ. i. multo magis est, q ẽt audio ex familiarissimis eius. s. Caesaris de te qbus. s. familiarissimis eius ego non destiti supplicare unã cũ fratribus tuis ex eo tpe. i. statim post illud tps, quo nũcius. s. tuus, uenit primũ ex Africa, quorũ. s. familiarissimorũ eius q̃s dem. i. certe, & uirtute, & pietate, & amor singularis in te, et assidua & pptua. i. non intermissa cura salutis tuae, pro fecie tm ut nihil sit, quod non existimẽ ipsum Caes. tributurũ: sup. esse tibi, etsi. i. q̃q̃, sit tardius q̃ uolumus, quia sup. magis occupationibus. i. pp magnas occupationes eius. s. Caes. à quo oia petuntur, aditus ad eum fuerunt difficiliore. & simul, sup. fuit iratior. s. q̃ ceteris, causae Africanae. i. ĩs qui deuicto Põp. beliũ in Africa, reparauerũt. uř uelle hre solicitos diutius eos, à quibus putas se esse conflictã molestijs diuturnioribus. Sed nos intelligimus i pm ferre hoc quotidie remissius, & placatius. quare, crede mihi, et manda memoriae, me affirmasse tibi id. s. te non futurũ diutius. i. multũ, diu in istis molestijs. s. in qbus nunc es. Q ñ. i. quãquidem. ego exposui quid sentirẽ, declarabo potius re, q̃ oratione. i. quam uerbis qd uelim causa tua. i. pro utilitate tua. Et si ego possem tm quantum debeam posse, ut existimas in ea rep. de qua sum meritus ita. i. tã bene, ut parens patriae primus meruerit appellare ne quidẽ. i. non saltẽ, aut non ẽt tu esses in istis incõmodis. Enim. i. quia eadẽ causa. s. fauor in remp. fregit opes meas, quae adduxit salutem tuã in discrimen. i. in periculũ. Sed tñ quicquid imago q. d. aliud nõ restare ueteris. i. pristinae dignitatis meae & quicqd grae reliquae. i. quę restat adbuc ualebunt, studium, ɔsiliũ opera, gra, fides mea, nullo loco deerit fratribus tuis optimis. s. in causa tua. Tu fac, sup. ut habeas fortem aium, quem habuisti semper primũ ob eas causas, quas scripsi, deinde q. i. qa tu uoluisti & sensisti, semp de rep. ea. i. eiusmodi res, ut debeas non modo. i. nõ solũ sperare, sed a. i. pspera. sed ẽt si oia essent aduersa, tñ dres ferre aio fortissimo, & maximo quęcũq; accides rẽt, ɔscientia. i. pp ɔsciam, & i. pariter, factorũ, & ɔsiliorũ tuorũ.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

NVnciatoria est Epistola. Exordium est officiosum, deinde quid spei habeat de reditu Ligarij à Caesaris voluntate, vultu, natura aperit. Postremo hortatur, vt exilium fortiter ferat.

M. CICERO Q. LIGARIO S. D. 15

ME scito omnem meum laborem, oẽm operam, curam, studium in tua salute cõsumere. nam cum te semper maxime dilexi: tum fratrum tuorum, quos aeque, atque te, summa beneuolentia sum complexus, singularis pietas, amorq; fraternus nullum me patitur officij erga te, studijq; munus, aut tempus praetermittere. sed, quae faciam, fecerimq; pro te, ex illorum te literis, quàm ex meis, malo cognoscere. quid autem sperem, aut confidam, & exploratum habeam de salute tua, id tibi à me declarari volo. nam si quisquam est timidus in magnis, periculosisq; rebus, semperq; magis aduersos rerum exitus metuens, quam sperans secundos, is ego sum: &, si hoc vitium est, eo me non carere confiteor. ego idem tamen, cum ad v. cal. intercalares priores rogatu fratrum tuorum venissem mane ad Caesarem, atque omnem adeundi, & conueniendi illius indignitatem, & molestiam pertulissem: cum fratres, & propinqui tui iacerent ad pedes, & ego essem locutus, quae causa, quae tuum tempus postulabat; non solum ex oratione Caesaris, qua sane mollis, & liberalis fuit, sed etiam ex oculis, & vultu, & multis praeterea signis, quae facilius perspicere potui, quàm scribere, hanc in opinionem discessi, vt mihi tua salus dubia non esset. quamobrem fac animo magno, fortiq; sis: &, si turbidißima sapienter ferebas, tranquilliora laete feras. ego tamen tuis rebus sic adero, vt difficillimis; neque Caesari solum, sed etiam amicis eius omnibus, quos mihi amicissimos esse cognoui, pro te, sicut adhuc feci, libentißime supplicabo. Vale.

HVBER.

ME Scito)Ostendit Cic.se diligenter laborare ꝓ salute Ligarij, idq; facere ex sua in eum ueteri beneuolentia,& in eius fratres, à quibus assidue dicit se rogari pro eius salute.Deinde declarat quā spem & fiduciam de eius reditu & incolumitate acceperit non solū ex uerbis Cæs.sed ēt ex uultu, & multis alijs signis,& hortatur,ut eundem animū præstet rebus restitutis in tranquilliorem locū quem aium præstitit rebus turbatissimis.{Me sci.)q.d.noli dubitare.{Consumere) ponere.{In tua sa.)ut incolumis restituas in patriā.{Cum)copulatiua est particula,ut supra diximus:signat aūt &,sed minus significat q̃ tum,& iūgitur indicatiuo.{Ac(ꝗ)tam.{Atque)q̃.{Patit) sinit:qa assidue me monet , ut oia pro te agā quæ debeo.{Muous)onus.{Malo) potius uolo . Honestius.n.puto offm meum ab alijs laudari,q̃ à meipso.{Cōfidam)certū habeā & credam.{Exploratum)cognitū.{Nam si.)ne uideatur Cic.temere hæc sperare de Ligario,dicit se esse timidū in reb' magnis & ꝑiculosis:& semp magis timere aduersa, q̃ sperare secūda,sed cum audiuisset Cæ.se cognouisse ex eius uerbis,& multis alijs signis nihil esse dubitandū de salute Ligarij.{Aduersos)infelices.{Exitus)fines.{Is).s.timidus, & magis metuēs aduersos exitus q̃ sperans secundos.{Hoc ti.)in magnis rebus &c.{Et ui.)qa uř esse contra fortitudinē,quæ à se amouet oēm desperationem.{Ego idē)quia sum timidus &c.{Calen.interca.)de rōne intercalationis Macr. in Satur. abunde scribit.Itaq; nō puto hic esse opus tā multa referre. Appellabatur aūt mensis intercalarius siue intercalaris,utrūq;.n.dř, quo inter ferebātur dies q deerāt ad cōplendum annū,diuersis quidem rōnibus diuerso tpe,ut idē Macr. ostendit . Is aūt mensis erat Februarius, qm̃ erat ultimus mensis anni non tñ intercalabātur in fine mensis,sed post uigesimū & tertium terminalibus iam peractis,deinde reliquos Februarij mēsis dies q erant quinq;,post intercalationē subiungebāt ueteres legationis suæ more,ut Februarium oino Martius sequeretur. Intercalares igř calendæ dīr Cal.men.intercalaris.i.Februarij. Alij intelligūt ēt appellatas Cal.intercalares:Cal.Martias,nō ꝙ eo mēse intercalarētur dies, sed ꝙ essent ꝓxime diebus intercalatis.i.ꝙ statim sequerētur intercalationē quinq; tm̃ diebus interpositis,ut diximus . Intercalarium aūt mensem dici Februariū,& Macr.ut ostēdimus,declarat,& Asconius.Pedianus his uerbis : Pomp.interrogatus à S.Sulp.5.Cal. Martias intercalario mēse consul creatus est,statimq; consulatū inijt.{Indignitatē)quia nō habita est maior ratio mei q̃ si fuissem minimus ciuis.{Et mol.) qa difficillimū habui ad eum aditū{Iacerent)ꝓstrati essent,ut est mos supplicantiū, sicut uisum est supra S.Sulp. de restitutione Marcel. & cū Mar.se ad Cæs. pedes abiecisset &c.{Tuum tp̄s)ꝯditioni tp̄is. {Mollis) non acerba.{Liberalis)benigna, & quæ ueniæ se propiam ostenderet.{Oculis)uultu,qbus sæpe cognoscimus animi qualitatem,& iram,uel placabilitatē.Iuuen. Deprehendas animi tormenta latētis in ægro Corpore,deprehēdas & gaudia, sumit utrūq;.Inde habitū facies.{Quam scr.) quia nō facile est scribere omnia signa uultus,& oculoꝝ.{Opinionē)spem.{Et si) duæ partes sunt.{Turbidissima)infelicissima,plena perturbationis.{Tranqlliora læte f.)i.ut antea sapienti aīo tulisti aduersę,ita nūc ꝓsperiorib' lætare.{Adeo)fauebo subueniā.{Vt diff.)i.tanq̃ difficillimis.i.licet res tuę factę sint tranqlliores, nō tñ minori cura & diligētia l eis utar q̃ si essēt difficillimę.

ASCEN.

ME Scito &c.Rursus ostendit se totis uiribus contendere pro salute Ligarij,deinde spei suæ causas apˀit,ac demū , ut fortior sit,monet . Ordo est. Scito me ꝯsumere oēm laborē meū oēm operam,curā,studium sup.omne,in salute tua.s.ꝓcurāda.Nam cū.i.ita sit.ꝙ dilexi semp maxime te,tū.i.magis, ueꝝ est,ꝙ singularis pietas,& amor fraternus.s.in te,fratrem tuoꝝ,quos sum cōplexus summa beneuolētia,æque.i.æqualiter,atq;.i.ac te nullū.i.non ullum,nō patitur me ꝑtermittere ullū munus officij & studij erga te,aut ullū tp̄s . Sed malo te cognoscere ex lr̄is illoꝝ.s.fratrū tuoꝝ q̃ ex meis, quid faciā.s. modo,& qd fecerim pro te Aūt.i.sed.quid sperem aut ꝯfidam & habeā exploratū.i.compertū de salute tua uolo id declarari tibi à me.Nā si quisq̃ timidus in rebus magnis & periculosis.& semp metuens magis exitus reꝝ aduersos, q̃ sperans secūdos.i.ꝓsperos,ego sum is.i.talis,etsi hoc est uitiū.s. meticulositatis aut pusillanimitatis ego ꝯfiteor me nō carere eo.Ergo,ut alibi notauj,caremus ēt ijs, quæ hře nolumus . Ego tñ idē.s.q ꝓpensior ad timorē sum cū uenissem ad secundū Cal. intercalares.i.bissextiles,priores.i.in Febr. locus uř non satis integer , nā secūdo Cal.negant dicendū eo,ꝙ pro illo dicim' pridie,ueꝝ illud facile purgatur,nā licet aptius dixeris pridie Cal.q̃ secūdo,non ꝙ,ut dn̄t,calendæ,ꝑcedunt,& secūdus à sequendo dř,nam licet secūdus dies Cal.ꝑcedat, sequitur tñ tertiū,sed ꝙ magis ꝓprium est uocabulū, tñ pro eo quod est ad tm Cal. non recte dixeris pridie Cal. tūc.n.ad secundum dř. cū iuxta secundū sit,siue ipso scđo,siue tertio, pridie aūt duntaxat de die immediate ꝑcedente . Præterea cū intercalatio.i. unius,diei,q bissextus dř,interpositio, duntaxat in Feb. fiat , uř non recte addi priores,ꝑsertim cū Cal.Febr.sint præter primū diem in Ian.unde uř ideo additū priores ut Cal.præcedētes intercalationē intelligamus,& ita de penult.Martij cuius sunt priores intercalares Cal.licet in Febr.sint ꝑter primū diē & posteriores sint April.sed in Martio.ad Cęs.mane.Rogatu .i.ex rogatione & reqsitione fratrū tuoꝝ atq; pertulissē oēm indignitatē.i.humiliationē contra dignitatē meam,et molestia illius.i.Cæs.adeūdi & cōueniendi.i.colloquendi,& cum eo agēdi,gra uisitandi cū fratres & ꝓpinqui tui iacerēt ad pedes,& ego essem locutus,sup.ea.quæ causa & tēpus postulabat tū.i.tunc ego discessi,nō solum,ex oratione Cæs.quæ fuit sane.i.ualde mollis,et liberalis,sed ēt ex oculis et uultu,& prętera ex signis mutis.i.tacitis,q̃ potui.s.tunc ꝑspicere.i.agnoscere facilius quā scribere.s.nūc,discessi,inqt,in hanc opinionē,ut salus tua nō esset mihi dubia.Quāobrem fac,sup.ut sis aio magno & forti,etsi tu ferebas sapiēter turbidissima , feras læte tranquilliora.Ego tñ adero.i.auxilio ero,rebus tuis sic , ut difficillimis q.d.uigilantissime . neque.i.& non, & supplicabo pro te , non solum Cæs.sed etiam amicis quos ego cognoui amicissimos mihi , sicut feci adhuc libentissime .

CICERO BASILIO S. 16

TIBI gratulor : mihi gaudio . te amo : tua tueor . a te amari , & quid agas , quidq; istic agatur , certior fieri uolo . Vale .

HVBER.

TIBI gratulor:)Basilius ciuis Romanus debuerat aliquid pręclari in aliqua prouincia,cui præesset,fecisse. Vnde Cic.ei nunc gratulatur .

ASCEN.

TIbi &c.Breuis est gratulatio,& admonitio de re scribēti, & lecturo dūtaxat nota.Ordo tñ est. Gratulor tibi.s.pro re feliciter gesta aut q̃ feliciter euenit:gaudeo mihi.i. pro cōmodo meo,eo ꝙ tua bona mea sunt.ego amo te, tueor.i.ꝓtego tua,uolo amari à te,& fieri certior,qd agas,& qd agať.i.ab alijs q istic sūt.uale.Ex hoc loco trahi ꝑt nota dr̄ia iter gratulor,& gaudeo,qa gratulamur alienis cōmodis,gaudem' nr̄is.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

R*Eddit causam Bithynicus,cur iuste à Cicerone petere debeat, deinde quod petat subijcit .*

BITHYNICVS CICERONI S. 17

SI MIHI tecum non & multæ , & iustæ causæ amicitiæ priuatim essent , repeterem initia amicitiæ ex parentibus nostris : quod faciendum ijs existimo , qui paternam amicitiam nullis ipsi officijs prosecuti sunt . itaque contentus ero nostra ipsorum amicitia : cuius fiducia peto à te , ut absentem me , quibuscunque in rebus opus fuerit,tueare ; si nullum officium tuum apud me intermoriturum existimas . Vale .

HVBER.

SI mihi) Cū abesset Bithynius ab urbe, rogauit Cic.hac ep̄la,ut absentē quibuscunq; reb.posset tueretur, idq;eum facere debere oñdit ex amicitia nō solum parentum ipsoꝝ,sed multo magis ex amicitia utriusque ipsoꝝ multis,& iustis causis confirmata.{Si non).i.nisi.{Et iusta)honestę utputa causæ uirtutis,

fæ uirtutis, & mox & similitudinis studio℞. {Repeterem) res uocatem, relumerem. {Ex parentibus nfis) qui inter se fuerūt amicissimi. {Quid) quam rem. f. ut reputantur initia amicitiæ à parentibus. {Sunt prosecuti nullis officijs). i. qui paternæ amicitiæ nulla propria & sua officia addiderūt, sicut nos addidimus per ipsam amicitiam paternam, multis officijs ꝓsecuti sumus. {Nostra ipso℞). i. nro℞ metipsorum neq; nunc per amicitiam paternam aliquid à te petam. {Cuius). i. amicitiæ nræ ipsorum. {Fiducia) bona est, confidentia mala, licet Virgil. fiduciam pro confidentia posuerit. Tantane uos gnis tenuit fiducia uestri? {Ostm) beneficium, quod in me sit, collatum. {Intermoriturū) periturum, tanq̄ ꝑeratur in ingratū.

Fiducia. Confidentia.

ASCEN. SI mihi &c. Cōmendat se & sua Bithynicus Ciceroni, lepide quidem ac docte. dicens Si causæ amicitiæ & multæ, & iustæ, non essent mihi tecum, repeterem initia amicitiæ ex parētibus. i. progenitoribus nfis. quod. f. petere initia amicitiæ ex parentibus. i. proprijs personis, aut per se nullis officijs prosecuti sunt. i. continuaue pro genitoribus nfis ego existimo faciendum ijs, qui ipsi. i. in prorunt amicitiam paternam. Itaq; ⁊. & ita quia alr inter nos est ego contentus ero amicitia nra ipsorū, &. i. quæ nobis est ꝓpria. Sic dicimus nra oium, mea unius &c. cuius. f. amicitiæ nræ, ipsorū fiducia. i. per cuius fiduciā ego peto à te ut tueare. i. protegas me absentem, in quibuscunq; rebus opus fuerit, si existimas nullū ostm tuū inter moriturū. i. periturum & obliuioni ꝑpetuæ dandū apud me.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

INter causas cur remp. constitutam velit, & hanc quoque adfert, uti cū Bithynico uiuere familiarius posset. Laudat deinde eius uoluntatem, et quantopere illi faueat, dicit.

M. CICERO BITHYNICO S. 18

*CVM ceterarum rerum causa cupio esse aliquando remp. constitutam; tum velim, mihi credas, * accidere id etiā, quo magis expetam promissum tuum, quo in literis vteris. scribis enim, si ita sit, te mecum esse victurum. gratissima mihi tua voluntas est: facisq́ nihil alienum necessitudine nostra, iudicijsq́ patris tui de me, summi uiri. nā sic habeto, beneficiorum magnitudine eos, qui temporibus ualuerunt, aut valeant, coniunctiores tecum esse, quàm me, necessitudine neminem. quamobrem grata mihi est & memoria tua nostræ coniunctionis, & eius etiam augendæ voluntas. Vale.*

* alias accedere.

HVBER. CVM ceterarum) Scripserat Bithynius ad Cic. se cupere cū eo uiuere, si aliqū resp. quę diu agitabatur, constitueretur. Itaque Cicero rescribit se uehementer cupere, ut resp. tandem cōstituatur, & in bonum statum reducatur, & aliarum causa, & hac præcipue, ut possit exigere à Bithynio promissum, ut secum uiuat. Deinde dicit Cic. esse aliquos, qui qa plurimum potuerint, sint cōiunctiores Bithynio magnitudine officiorum q̄ ipse Cic. necessitudine uero et beneuolentia neminem esse coniunctiorem. {Ceterax) alia℞ multa℞. {Constitutam) firmatam: in statu suo collatam. {Aliqū) tandem: aliquo tpe. {Tum) precipue. {Accedere) adiungi ad illas ceteras res. {Id) quod sequitur. f. {Quo). i. ut. {Expetam) exigam à te {Quo). f. ꝑmisso. {Si ita sit). f. Vt resp. sit cōstituta. {Tua uoluntas) uiuendi mecum. {Alienū necess. no.) i. nihil facis contra necessitudinē nfam. i. nihil facis. quod sit contra amicitiā nfam cū petis mecum uiuere. {Nam sic) sensus est credo eos, qui habuerunt gratiam, aut auctoritatem, his temporibus consuluisse in te maiora beneficia, q̄ ego qui non ualui: sed necessitudine, & beneuolentia neminē esse tibi coniunctiorem. {Necessitudine neminem) subaudi, coniunctiorem esse. {Stus) cōiunctionis. {Augendæ uoluntas) id est cupio iam augere.

ASCEN. CVm ceterarum &c. Respondet eplæ Bithynici, non quidē superiori, sed alteri, quæ non extat, significans gratam sibi cum eo consuetudinem, si resp. uigeret fore. Ordo est. Cum. f. ita sit, q̄ cupio causa ceterax rex remp. constitutā: sup. esse aliquando. i. tandem, tum. i. multo magis uelim credas mihi, id etiam accidere. i. addi, aut accidere. i. cōtingere, ut resp. sit cōstituta. i. stabilita. quo. i. ideo, ut expetam. i. exigā à te magis promissum tuum, quo. f. ꝑmisso, uteris in lris tuis non tū (ut dixi) in superioribus. scribis. n. sit ita, te esse uictu℞ mecū. Voluntas tua est gratissima mihi, & facis nihil alienum. i. diuersum à necessitudine nra, & iudicijs patris tui uiri summi, de me. i. quæ habuit de me. Nā habeto sic. i. teneto id ratissimū, eos qui ualuerunt tpibus. i. quibus tpa fuerunt secunda, aut qui ualeant. f. modo tpibus, esse coniunctiores tecū magnitudine beneficio℞, q̄ me quia cum illis tpa essent ꝓpera potuerunt facile in te cōferre beneficia q̄ ego. sed: sup. neminē: sup. esse coniunctiorem tecum, q̄ me necessitudine. i. uinculo necessariæ coniunctionis ex parentibus contractæ. Quamobrē. i. simul memoria tua. f. actiue. coniunctionis nræ. passiue. i. quam habes de coniunctione nra, est grata mihi. & uoluntas eius. f. coniunctionis nræ etiam augendæ est mihi. i. habeo eam. Sæpe Cicero uni substantiuo potissimum uerbali adiungit aut duos genitiuos, aut loco alterius pronomen possessiuum, quo℞ alter passiue, alter, siue alte℞ actiue, aut passiue significat: ut studium Seruij iuris ciuilis prior, genitiuus actiue, posterior passiue accipitur.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

MIsta hæc epistola est. Primum enim respondet de iure haruspicum legendorum in decuriones. deinde de rebus Hispanicis, quid certi habeat, edisserit, mox Oratoris sui laudem liberaliter agnoscit, & vt Lepta filium eo delectetur exoptat. Postremo ad gloria & virtutis studium Lepta filium exhortatur.

M. CICERO LEPTAE S. D. 19

*SIMVL accepi à Seleuco tuo literas, statim quæsiui e Balbo per codicillos, quid esset in lege. rescripsit, eos, qui facerent praconinm, vetari esse in decurionibus; qui fecissent, nō vetari. quare bono animo sint & tui, & mei familiares. neque enim erat ferendum, cum, qui, hodie aruspicinam facerent, in senatu Romæ legerentur, eos, qui aliquando praconium fecissent, in municipijs decuriones esse non licere. De Hispanijs noui nihil: magnum tamen exercitum Pompeium habere constat. nam Cæsar ipse ad nos misit exemplum Paciaci literarum, in quo erat, illi XI. esse legiones. scripserat etiam Messalla Q. Salasso, Q. Curtium, fratrē eius, iussu Pōpeij, inspectante exercitu, interfectū, quòd consensisset cum Hispanis quibusdam, si in oppidum nescio quod Pōpeius rei frumentariæ causa uenisset, cum cōprehendere, ad Cæsaremq́ deducere. De negocio tuo quòd sponsor es pro Pōpeio, si Balbus consponsor tuus redierit, hō in re familiari non parū diligens, non desinam cum illo cōicare, si quid expediri possit: quod videbatur mihi ille confidere. Oratorem meū tantopere à te probari, vehemēter gaudeo. mihi quidem sic persuadeo, me, quidquid habuerim iudicij de dicendo, in illum librū contulisse. qui si est talis, qualem tibi videri scribis; ego quoq; aliquid sum: sin aliter; nō recuso, quin, quantū de illo libro, tantū de mei iudicij famā detrahatur. Leptam nostrum cupio delectari iam talibus scriptis. etsi abest maturitas ætatis: iam tamē personare aures eius huiusmodi vocibus, non est inutile. Me Romæ tenuit omnio Tullia mea partus. sed, cum ea, quēadmodū spero, satis firma sit, teneor tamen dum à Dolabella procuratoribus exigam primā pensionem. et mehercule non tam sum peregrinator iam, quàm solebā. ædificia mea me delectabant, et ocium. domus est, quæ nulli uillarum mearum cedat: ocium omni desertissima regione maius. itaque ne literæ quidem meæ impediūtur: in quibus sine vlla interpellatione * versor. quare, vt arbitror, prius hic te nos, quàm istic tu nos uidebis. Lepta suauissimus edisćat Hesiodum; & habeat in ore.* Vale.

* alias virtutis uerò Sudorem.

quoꝝ ciues essent muneꝝ Romanoꝝ capaces. Nihil noui sup. est de Hispanijs, constat tñ Pompeium habere magnum exercitum. Nam Cæsar ipse misit ad nos exemplum.i.diploma, aut duplum literarum Patiatij, id est, quas Patiatius ex Hispania miserat, in quo.s.exemplo erat, illas legiones.s.quas Pompeius in Hispania habebat, esse undecim. Etiã.i.qa Messala scripserat Quinto Salasso, Põpeium Curtiũ frem eius interfectũ iussu Põpeij, exercitu inspectante, ꝙ.i.qa ipse interfectus cõsensisset cũ qbusdam Hispanis, si Põpeius uenisset cã rei frumentariæ.i.ad obtinendũ frumentum, in nescio qď oppidũ.i.in oppidũ, cuius nomen ignoro, cõprehẽdere eũ.s.Põpeiũ, & deducere ad Cæs. qui inimicus eius erat ꝙ.i. quia, sponsores pro Pompeio, si Galba consponsor tuus.i.qui tecum sponsor pro eodẽ est hõ non paꝝ.i.multum diligens in re familiari redierit, non desinam cõicare eum illo de negocio tuo. Si quid possit expediri.i.transigi, & absolui, ꝙ ille.s.Galba uidebatur mihi ꝯfidere.s.ꝙ aliquid posset expediri. Ego gaudeo uehemẽter, oratorem meum.i.opus de oratore, siue quod ad Brutum scripsit, siue potius alteꝝ, ꝓbari.i.approbari, tantope à te, quidem.i.certe, ego persuadeo mihi sic, me contulisse in illum librum quidqd habuerim iudicij de dicendo.i. de arte loquendi, q.s.liber, si est talis, qualẽ tu scribis, sup. eũ uideri tibi, ego quoq; sum aliqd. Sin aũt.i.sed si, aliud sup. est.i.si non est talis, ego non recuso quin quantũ detrahatur de illo libro.i.de laude illius libri, tantundem detrahatur de fama iudicij mei. Ego cupio Leptã nřm.s.filium, tibi per nãm, mihi per curam & amorem, delectari iam talibus scriptis. etsi.i.qq̃, maturitas ætatis abest.s.in illo, tñ non est inutile aures eius ꝑsonare hmõi uocib. Vñ errãt q barbaris & ineptis uocibus utẽtes rhetoricẽ, aut poeticẽ, aut ẽt grãmaticẽ doceant. Partus Tulliæ meæ.s.filiæ, tenuit me oino Romæ. Sed cum ea sit satis firma, quemadmodũ spero. Tñ ego teneor.s.Romæ dum.i. donec.ego exigã, à ꝓcuratorib. Dolabellæ mariti, eius, primam pensionem.i.ꝑcium pro usu reꝝ eius ꝙ à pendendo dum reponitur, pensio dř. Et mehercule, ego iam non sum tam.i.tantopere, ꝑegrinator, q̃.i.quantopere, aut quantũ solebamq; dificia mea delectant me, & ocium domus, q̃ nulli uillaꝝ meaꝝ cedat q̃ nulli inferior sit cum ocium maius oi regione desertissima. Itaq;.i.& ita ne qdem.i.non saltẽ, lřæ meæ impediuntur.s.strepitu, aut uulgo. in quibus.s.lřis ego uersor sine ullo interpellatore.i.obturbatore. Interpellator.n.est q in medio ope aliquẽ cõpellit ac turbat. {Quare (ut arbitror) nos sup. uidebimus tr hic.i.Romæ, ubi nos fuimus, prius quã tu uidebis nos istic.s.ubi tu es, Vbi inuenitur dřia, quã ponit Valla inter hic, & istic, &c. Lepta suauissimus.s.filius tuus, ediscat.i. memoriter discat, Hesiodũ.s.poetam, Græcũ, q opa, & dies & deoꝝ gñonẽ scripsit, & hẽat in ore: sup. illud carmẽ Hesiodicũ, qď de uerbo ad uerbũ translatũ subieci, ꝯferat, q uelit, latina Græcis, sed Græcoꝝ penitus ignarus sciat τῆς esse articulũ, quo Latini carẽ, Δὲ signare aũt, sed sequẽte uocali colliditur, & dř ꝓ de aretes daretes. Ponitur ergo τῆς δ᾽ἀρετῆς uirtutis aũt, ἱδρῶτα, sudorẽ, θεοὶ.i.dei, & ita ꝯñt. Carmine aũt sic uertit Hubertinus, Virtutem posuere dei sudore parandam. Arduus est ad eam, longusq; per ardua callis. Asper & est primũ, sed ubi alta cacumina tãges: Fit facilis, q̃ dura ꝑus fuit, inclyta uirtꝰ.

PAVLVS MANVT.

Simul accepi) Vetustorum librorum hæc est lectio: cuius etiam Florentini meminerunt. & est simul, pro simul ac. cuius uocis ex ijs, qui soluta in oratione scripserunt, exempla non afferam: (nam si quis erit, qui locum ubique deprauatum esse contendat, & pro simul, uel simul ac, uel simul atque, legendum dicat: quibus argumentis contra pugnabimus?) sed è poetis; in quibus eam uocem in aliam mutari carminis ratio non patitur. dixit igitur Virgilius libro Georgicorum IIII. Taygete simul os terris ostendit honestum Plelas: & Lucretius libro I. Cui simul insula uirgineos circundata comptus, Ex utraque pari malarum parte profusa est: & Horatius epistola X. libri I. uiuo, & regno, simul ista reliqui. & Catullus non semel. quibus in locis, simul, dictum esse pro, simul ac, licet animaduertere.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Hortatur Leptam, ne ambitiosius Cæsaris amicitiam ambiat.

CICERO LEPTAE S. 30

MACVLAM officio functum esse gaudeo. Eius Falernum mihi semper idoneum uisum est diuersorio: si modo tecti satis est ad comitatum nostrum recipiendũ. ceteroqui is mihi locus nõ displicet. nec ea re Petrinum tuum deseram. nam & uilla, & amœnitas illa cõmorationis est, non diuersorij. De curatione aliqua munerum regiorum cum Oppio locutus sum. nam Balbum, posteaquam tu es profectus, non uidi. tantis pedum doloribus afficitur, ut se conueniri nolit. omnino de tota re, ut mihi * *uideris, sapientius faceret, si non curares. quod enim eo labore assequi uis, nullo modo assequere. tanta est enim in timorum multitudo, ut ex his potius aliquis effluat, quàm nouo sit aditus, præsertim qui nihil afferat præter operam: in qua ille se dedisse beneficium putabit, (si modo ipsum sciet) non accepisse. sed tamẽ aliquid uidebimus, in quo sit spes. aliter quidẽ nõ modo non appetendũ, sed ẽt fugiendũ puto. Ego me Asturæ diutius arbitror cõmoraturũ, quoad ille quãdoque ueniat. Vale.*

* *alias uidetur*

HVBAR.

MACVLAM) Macula quidam ciuis Romanꝰ inuitauerat Leptam, & Cic. ad uillã suam: itaq; Cic. eam laudat, erat aũt in Falerno Campaniæ loco optimi uini ueracissimo, deinde, qa Lepta cupiebat esse in familiarib. Cæs. & ob eam cam parauerat munera, & Cæs. & Cæteris, q apud eũ plurimũ poterant, hortatur Cic. Leptam, ut neq; curet esse apud Cæs. nec faciat ea munera, & adducit rõnes, pollicetur tñ, siqd fuerit, in quo sit spes se tentatuꝝ, & factuꝝ, quod poterit. {Functum officio) non finiuisse officium quoddã. qď gesserat, ut qdã male interꝑtantur, sed fecisse offm̃, & debitum suum. {Falernum eius) ubi habet uillam, inter sex.n.loca, q̃ scribit M. Varro precipuis quibusdã rebus abundare, affirmat Falernũ uini ferassimum esse, q̃ ut facilius memoriæ mandentur, infrascripto epigrãmate meo placuit cõplecti, qď iam multis annis scripseram ad Octauianũ Vicomercatũ, nunc iurisconsultoꝝ Mediolanensium decus & ornamentũ maximũ, quem mihi discipulũ fuisse, & meoꝝ elegantia, & lřaꝝ doctrina facit, ut me non pœniteat. Sex cognosce suis insignes fructibus agros: Carminibus uates quos celebrasse leges. Dat Cererẽ Campanus ager, dat uina Falernus: Cassinas olræ dř esse ferax. At de Tusculeo molles tibi sumere ficus. Deq; Tarẽtino dulcia mella potes. Præcipuos Tyberina dabũt tibi flumina pisces. Has tibi, quẽ malis, nat lupus inter aquas. Pisce lupo melius multi nil esse probarunt. Inter si pontes uixerit ille natans. {Diuersorio).i.iucundo & grato hospitio, diuersoriũ.n.locus q libet dř, quo hoĩes de uia qescendi, aut reficiẽdi corporis cã ad tꝑs diuertere solent, nã diuortia, & diuerticula, alia dñr, ut supra alio loco diximus. {Si modo satis recti est).i.si hẽt tm̃ tecti, quantũ sufficit ad recipiendos comites nřos, quos nobiscum ducemus. {Cetera).i.ꝑ cetera, uel ꝑm cetera. Virg. Cetera graius. Horat. in epist. Hæc ego dictabam post templum putre uacunæ. {Petrinum) nomen uillæ apud Sinuesum. Horat. in epist. Sinuesanumq; Petrinum. {Nam & uilla Iulia) cõparat nunc uillam Iuliam Falerno, & Petrino, quas uillas dixit esse aptas diuersorio, Iuliæ aũt uillæ amœnitatẽ, nõ diuersorium solũ esse, sed & cõmemorationis.i.habitationis, & ꝑmãsionis. {Regioꝝ) quæ Cæs. pars, sed inuidiose dicit regiorum, qm̃ & illud nomen erat inuisum Romanis. {Curatione) improprie dixit quia proprie, ut uoluit Do. curatio est medicorum, cura reliquoꝝ. {Tantis) tam magis. {De tota re).i.neq; de dandis muneribus. neq; de q̃rendo locum apud ipsum Cæs. {Tanta est multitudo intimoꝝ).i.tam multos hẽt apud se intimos, & familiarissimos. {Effluat,) eijciatur ab ipso Cæs. {Aditus,) subaudi, ad ipm̃ Cæs. {Qui).s.nouus. {Nihil afferat) nihil ꝑstet Cæsari. {In qua ille se) opera. {Non accepisse).s.operã tuã, q putabit te sibi obligatũ, si non accepit operam tuã, quam ei allaturus esses, est.n. hæc natura potentum, & diuitum uirorũ, ut

ostendit

Falernũ.

Versus.

Diuersorium.

Diuortia. Diuerticula.

Petrinum.

Curatio Cura.

oſtendit Cic.lib.2.offic. Videbimus experiemur. {In quo ſit ſpes.)in quo ſperemus poſſe aliquid tibi prodeſſe. {Aliter) ſi non erit ſpes. Sed etiam fugiendum quia turpius eſt repelli, ꝙ non tentaſſe.{Aſturæ) oppidũ eſt non longe à Terracina, & eius cognomine fluuius.{Quoad)quouſq;.{Ille) Cæſar.

Aſtura.

ASCEN.

Maculam &c.Macula ciuis Romanus inuitauerat Leptã, & Ciceronem in uillam ſuam.Itaq; Cicero eum laudat. Dehortatur aũt Leptam,ne ſe inſinuet in amicitiam Cæſaris,& Cæſarianorum per munera.Ordo eſt.Ego gaudeo Maculam (propriũ eſt,ciuis Romani)eſſe functũ offi.i.feciſſe)ut dñt)debitũ ſuũ.Falernũ eius.i.hoſpitium, qđ hẽt in Falerno agro uicino Căpaniæ,optimi uini feraciſſimo,uiſum eſt ſemp mihi idoneũ diuerſorio.i.ut ſit nobis diuerſorium. Modo.i. dũmodo,ſatis tecti.i.ędificij eſt,ſup.in eo ad recipiendũ comitatum nrm. Ceteꝝ.i.ſed qdem.i.certe locus nõ diſplicet n ibi, nec deſerã ea re.i.pp eam rem, Petrinũ tuũ.ſ. hoſpitiũ api d Sinueſſam: unde Horatius in epiſtolis,Sinueſſanumq; Petrinum.Nam & uilla.i.domus in agro,& amœnitas illa.ſ. quæ eſt pręcipua in Falerno Maculæ,eſt cõmorationis.i.ad cõmorandum apta,non diuerſorij.i.ad tps illic agendi,ut in diuerſorio ſolemus,& ita Petrinum non deſeret; pro uocabulo illa,legit Hubertinus Iulia,ſed non recipitur.Ego locutus ſum cum Oppio,amico Cæſaris, de curatione munerum regiorũ, quæ Cæſari paraſti,tanquam regi donanda. Nam non uidi Balbum poſteaquam,tu es profectus .i. diſceſſiſti hinc.& ita non potui cum eo loqui.ſup.Balbus afficitur tantis dolorib' pedum,ut nolit ſi conueniri.i.uiſitari.Tu faceres omnino de tota re ſapientius,ut uĩ mihi,ſi non curares. & ita nihil faceres.Tu.n.nullo modo aſſequere.i.obtinebit,id ſup. quod uis aſſequi eo labore.i.ut ſis de familiaribus Cæſaris. Enim.i.qa, multitudo intimoꝝ.ſ.amicoꝝ Cæſaris eſt tanta,ꝙ aliquis afflu at.i.dematur,ut liquore uaſe nimis pleno,potius ex hs.ſ.q ſunt.ꝙ aditus.i.acceſſus ſit nouo: preſertim qui nihil afferat præter operam .i. laborem,& induſtriam ſuam,in qua ille .ſ. Cæſar,putabit ſe dediſſe beneficium, ſi modo 'ciet ſe non acce piſſe ipſum .ſ. beneficium operæ tuæ. Sed tamen nos uidebimus.i.experiemur aliquid,in quo ſit ſpes:aliter quidem puto non modo nõ appetendum,ſed eſt fugiendum. Ego arbitror me cõmoratuꝝ diutius, Aſturæ.i.in eo oppido nõ lõge à Terracina,quoad.i.donec,ille.ſ.Cæſ.ueniat,qñq̃.i.aliquando.

AVLVS MANVT.

Munerum regionum) Aliquot iam annis ita impreſſum, cum ex antiquiſſimis exemplaribus hæc lectio ſumpta eſſet : in quibuſdam tamen libris,regiorum:cuius uocis quæ poſſit eſſe ſententia,non intelligo. de muneribus autem regionum.i.de ludis regionatim urbe tota edẽdis. Suetonius in Cæſare.{In quo ſit ſpes)Non uideo,cur quidꝗ mutari debeat: cum & ita legatur in libris uetuſtiſſimis,& ſenſus meo iudicio ſit apprime cõmodus. nam cum dixiſſet,quod eo labore aſſequi uis,nullo modo aſſequere; intulit, aliquid uidebimus,in quo ſit ſpes,id eſt quod nos aſſecuturos ſperare poſſimus. deinde illud : Aliter quidem, &c.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Monet Toranium, vt in Sicilia maneat,nec aliquo diſcedat, propter opportunitatem loci, vbi omnia Cæſaris facta, voluntatem animumq; facile percipere poſſit,& quid de reditu ſperandum ſit intelligere. Poſtremo conſolatur notiſſimis argumentis.

CICERO TORANIO S. 21

Dederam triduo ante pueris Cn.Plancij literas ad te: eo nunc ero breuior; teq;, vt antea conſolabor, hoc tempore monebo. Nihil puto tibi eſſe vtilius, quàm ibidem opperiri, quoad ſcire poſſis, quid tibi agendum ſit. nam præter nauigationis longæ, & hiemalis, & minime portuoſæ periculum, quod vitaueris; ne illud quidem non quantum, ſubito, cum certi aliquid audieris, te iſtinc poſſe proficiſci: nihil eſt præterea, cur aduenientibus te offerre geſtias. multa præterea metuo, quæ cum Chilone noſtro cõmunicaui. quid multa? loco opportuniore in his malis nullo eſſe potuiſti, ex quo te, quocunque opus erit, facillime, & expeditiſſime conferas. quòd ſi recipiet ille ſe: ad tempus aderis. ſin, quoniam multa accidere poſſunt, aliqua res eum vel impediet, vel morabitur: tu ibi eris, vbi omnia ſcire poſſis. hoc mihi prorſus valde placet. De reliquo vt te ſæpe per literas hortatus ſum, ita velim tibi perſuadeas; te in hac cauſa nihil habere, quod timendum ſit, præter cõmunem cauſam ciuitatis, qui etſi eſt grauiſſimus: tamen ita viximus, & id ætatis iã ſumus, vt omnia, quæ non noſtra culpa nobis accident, fortiter ferre debeamus. Hic tui omnes valent, ſummaq; pietate te deſiderant, & diligunt, & colunt. Tu & cura, vt valeas, & te iſtinc ne temere commoueas. Vale.

HVBER.

Dederam) Troianus eandem cauſam ſecutus,quã Cæcina,& pleriq; alij, cũ exilio mulctaretur,eſſetq;, utputo in Sicilia,ſicut & Cæcina, decreuerat inde diſcedere, qđ Cicero ſuadet ne faciat pp opportunitatẽ loci uicini; ex quo facile poterit intelligere qdqd de reſtitutione ſua actum fuerit,& ſubito diſcedere. Deinde qa Cæſari ex Hiſpania redeunti uolebat Toranius ſe offerre,idq; Cic.ei diſſuadet. Deinde conſolatur eum,ut forti aio ferat cõem caſum.{Triduo)añ trib' diebus ſupioribus.{Pueris) ſeruis.{Eo) pp id, qa dedi lřas pueris Planci ad te deferendas.{Vt)ſicut.{Antea)ſupiori tpe.{Monebo.)dabo pſilium.{Ibidem) .i.ibi.ſ.ubi tu es.{Opperiri,) expectare,ut Virg.Reginã opperiens,ſcribitur aũt gemino p, & eſt deponens,nam operio actiuum ſimplici p.ſcriptum tegere ſignificat.{Præter piculo,) excepto piculo.{Hiemalis,) tẽpeſtuoſæ.{Minime portuoſæ,)ꝗ non hẽt multos,& idoneos portus. Incõmodiſſimum eſt.n.nauigare per ea loca ubi nõ repiuntur portus.{Quod)periculũ.{Vitaueris;)ſi expectaueris ibidem.{Ne illud quidem) non negligendum,non contemnendum,eſt aũt liptote.i.illud quoq; plurimi faciendum. {Quantiuis,ſubito).i.ualde ſubito,ponitur.n.p quantũuis. {Proficiſci)diſcedere iſtinc.{Aduenientib')Cæſarianis.{Geſtias.)uehementer cupias.Eſt.n.geſtire motu quodam corporis lætitiam animi ſignare. Virg. Incaſſum uideas ſtudio geſtire leuandi.{Offerre te) obuiã dare,occurrere.{Nro cõicaui.)familiari & amico.{Opportuniore i his malis)cõmodiore rebus tuis.{Quocunq) aduerbium eſt,quẽcunq; locum. {Opus erit).ſ.te pferre.{Ille)Cæſar.{Recipiet le:) redierit .ſ. In pñam.{Oia ſcire)quæ de te agentur, & ad te pertinebunt. {Hoc mihi).ſ.ꝙ ſis tibi.{Prorſus ualde placet.)oi no.{In hac cã)quam ſecutus eſt ſi'cum Pompeio,&multis alijs.{Cõem) cuius nemo eſt exps,aut immunis.{Ita uiximus,) cum ea honeſtate, & rectitudine,eſt aũt conſolatio à pſcientia, qua Cic. ſæpe utitur.{Id ætatis ſumus).i.in ea ætate ſumus,eſt aũt ornatus qdam dicendi modus.q.d.ita ſumus iam ſenes, ut fortem aium oibus rebus pſtare debeamus,ꝗ nro culpa non acciderunt, ſenes.n.magis debent ꝯtẽnere mortem,ꝗ iuuenes; ppea ꝙ parũ uitæ ſupereſt eis,q uiuere poſſint.{Hic) Romæ.

Operior.

Operio.

Geſtire.

Quocunq.

Dederam &c. Toranus eãdẽ cũ Cęcina cãm ſecutus,& cũ eo in Sicilia exulans decreuerat inde diſcedere,à quo Cicero eũ debortatur, ſuadenſq; ne Cæſari ex Hiſpania redeũti obuius fiat, fortitudinis eum admonet. Ordo eſt. Dederã triduo añ.ſ.ꝗ hęc ſcriberet pueris.i.ſeruis Cn.Plancij,lřas ad te, eo.i.eam ob rẽ,ego ero nũc breuior,& ut ꝯſolabar te antea .ſ. in dictis epſis,ita,ſup.monebo te hoc tpe. Ego nihil puto utilius tibi,ꝙ opiri.i.expectare,ibidẽ.ſ.ubi nunc es, quoad.i.donec,poſſis ſcire, qđ ſit agendũ tibi:nã pter piculũ nauigationis longæ,& hyemalis,& minime portuoſæ.i.ubi pauciſſimi ſunt portus,qđ'.ſ.piculũ tu uitaris.i.uitaueris opiendo,& manendo in Sicilia,ne qdẽ.i.non et aut non ſaltẽ illud.ſ. qđ' dicã,eſt negligẽdũ te poſſe pficiſci.i.diſcedere iſtinc.i.ab iſto loco ubi es.ꝗuis.i.quãtũuis cito cũ audieris aliqđ certi. Præterea nihil eſt.i.nulla eſt cã cur geſtias.i.nimiũ cupias,ita, ut geſtu cupiditatẽ indices,offerre te aduenietib'.ſ. Cæſarianis ex Hiſpania. Præterea ego metuo multa, ꝗ cõicaui cũ Chilone nřo.ſ.amico. Quid ſup.ſcribam tibi multa? Tu nullo loco opportuniore potuiſti eſſe,in his malis .i. durantib. his malis,ꝗ ſup.ubi es,conferas.i.traducas te facillime & expeditiſſime ex eo .ſ. loco quocunque erit opus .i. utile,aut expediens quo

quo.i. ad quem locum, si ille.i. quem metuis, hoc est Cæs. reci pietur, tanquam in locum tutiorem conuertet se, tu aderis ad tempus. Si n.i. sed si, quoniam multa, scilicet impedimēta poss sunt accidere, aliqua res impediet eum uel morabitur.i. retine bit, cum tu eris ibi ubi poslis scire omnia hoc.f. consilium pla cet mihi prorsus.i. omnino, ualde. De reliquo ut sum hortas tus te sæpe per literas, uelim sup. ut persuade as tibi ita, te nis hil habere in hac causa, quod sit timendum, præter commus nem casum ciuitatis.i. Romanæ, qui.f. casus cōmunis, etsi est, grauissimus, tamen nos uiximus ita, & sumus iam id ętatis.i. in ea ætate, ut debeamus ferre fortiter omnia, quæ non accis dent culpa nostra. Omnes tui.i. necessarij & amici, ualent hic, scilicet Romæ & desiderant te summa pietate .i. caritate cum obseruantia, quam debent inferiores maioribus, ut liberi pas rentibus & nos omnes Deo. & diligunt, & colunt. Tu cura, &, id est simul, ut maleas, &, id est simul, ne commoueas te istine, id est à loco ubi nunc es temere, id est inconsulte.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Consolatur Toranum, in eadem cum reliquis Pompeianis cōditione exi stentem, primum quod nihil inordinatum acciderit, vt qui cum alijs hæc euentura prouidisset. deinde à morte, quæ sit omnium malorum extre ma desinitio. Postremo à conscientia rectè factorum.

CICERO TORANIO S. D. 22

Etsi, *cum hæc ad te scriberem, aut ap propinquare exitus huius calamitosissimi belli, aut iam aliquid actum, & confe ctum videbatur: tamen quotidie cōme morabam, te vnū in tanto exercitu mi hi fuisse assensorem, & me tibi; solosq́; nos vidisse, quantum esset in eo bello ma li, in quo, spe pacis exclusa, ipsa victoria futura esset acer bissima, quæ aut interitū allatura esset, si victus esses, aut, si vicisses, seruitutem. itaque ego, quem tum fortes illi viri, & sapientes, Domitij, & Lentuli timidum esse dicebant, (& eram plane: timebam enim, ne euenirent ea, quæ acci derunt) idem nūc nihil timeo, & ad omnem euentum pa ratus sum. cum aliquid videbatur caueri posse, tum id ne gligi dolebam. nunc vero, euersis omnibus rebus, tum consi lio profici nihil posit, vna ratio videtur, quidquid euenerit, ferre moderate; præsertim cum omnium rerum mors sit extre mum; & mihi sim conscius, me, quoad licuerit, dignitati reip. consuluisse, &, hac amissa, salutem retinere voluisse. Hæc scripsi, non vt de me ipse dicerem, sed vt tu, qui con iunctissima fuisti meeum & sententia, & voluntate, eadē cogitares.* MAGNA *enim consolatio est, cum recordare, etiam si secus acciderit, te tamen rectè, vereq́; sensisse. atque vtinam liceat aliquando aliquo reip. statu nos frui, interq́; nos conferre solicitudines nostras, quas pertulimus tum, cum timidi putabamur, quia dicebamus ea futura, quæ facta sunt. De tuis rebus nihil esse, quod timeas, præter vniuersæ reip. interitum, tibi confirmo. De me autem sic velim iudi ces; quantum ego possim, me tibi, salutis tuæ, liberisq́; tuis summo cum studio præsto semper futurum. Vale.*

HVBER. ETSI, CVM) Consolatur Cic. hac epistola Toranium, ut forti animo ferat ea, quæ accides runt, presertim cum ipsi soli præuiderint quid esset futurum, siue Cæs. uicturus foret, ostens ditq́; fuisse timendum, cum aliquid caueri pos tuit. Nunc uero cum nulla spes rebus euersis superfit, omnia ferenda moderate. præcipue cum mors sit omnium extremū, & finis laborum & miseriarum. Postremo addit consolatios nem sibi assuetam rectæ conscientiæ. {Calamitosissimi) perni ciosissimi. {Belli,) Africani in nam mortuo Pomp. Cato in Afri cam se contulit ad Iubam, contra quem postea pugnauit Cæ sar. {Confectum) finitum. {Cōmemorabam,) referebam, di cebam. {Assensorem,) quia idem dicebas quod ego. {Nos sos los) duos, me & te. {In eo bello) ciuili, quod gerebatur inter Cæs. & Pomp. {Exclusa,) eiecta, quia nulla erat spes pacis. {Ips sa uictoria) utriuscunque futura esset siue Cæs. siue Pomp. {Interitum) maximam cladem, & perniciem ciuium. {Domis tium,) Cn. Domitium dicit, & Lentulum, qui Cic. timidum ap pellant, quia bellum timere, dicit autem Cic. se non timuisse bellum, sed euentum belli, & ne ea acciderent, quæ acciderūt. {Eram plane:) scilicet timidus. {Idem) ego. {Ad omnem euē tum) id est ad omnia, quæ euenerint. {Caueri) uitari, aut pros uidere. {Dolebam negligi) dolebam, q́ non prouideretur. {Euersis) prostratis, tractum ab ædificijs. {Consilio) prudētia quia nullus est adeo sapiens, qui amplius possit prouidere. {Vna ratio) una uia, unus modus. {Ferre moderate;) quids quid erit, tale illud Maro. Quidquid erit superāda omnis for tuna ferendo est Extremum. Horat. Mors ultima linea rerū. {Mihi sim) scius, scio. {Quoad licuerit,) quantum potuerim. {Consuluisse,) prouidisse. {Hac amissa,) dignitate reipublicæ oppressa, & perdita. {Eadem cogitares.) eandem consolatios nem acciperes. {Recordare,) id est recordaris, & in memoriā redigis. {Etiam si acciderit secus,) id est etiam si aliter, euenerit, quā n uolebas, & sentiebas. {Conferre solicitudines nostras, ut enim Cic. superius dixit ad Lucceium. Habet præteriti doloris secura recordatio delectationem. Virg. Forsan & hæc olim meminisse iuuabit, idem: Iuuat euasisse tot urbes Argolis cas, mediosq́; fugam tenuisse per hostes. {Conferre) simul col loqui. {Tum,) eo tempore. preter interitum uniuersæ.i. pręter id quod omnibus accidit & præter cōem calamitatem, & per niciem reip. {Futurum præsto) .i. paratum & promptum.

ASCEN. ETsi, &c. Consolatur eundem Toranum ferè consueto mo do consolandi dicens: Etsi, id est quanquam. cum ego scri bam hæc ad te aut exitus huius belli calamitosissimi, quia ci uilis, & in perniciem reip. uergentis, uidebatur appropinqua re, aliquid uidebatur iam actum, & confectum, scilicet de bel lo, tamen ego cōmemorabam, id est memoria reuoluebam, quotidie te unum fuisse in tanto exercitu assensorem mihi & me tibi quia ambo sentiebant potius pacis iniquæ condis tiones suscipiendas, quàm bellum obeundum, & nos solos ui disse, id est considerasse, quantum mali esset in bello, in quo spe pacis exclusa, ipsa uictoria utriusque, scilicet partis, esset fu tura acerbissima, quæ aut esset allatura tibi interitum si esses uictus, aut seruitutem sub dominationem Pompeianorum si uicisses, aut accipiatur generaliter secunda persona pro quas cunque, num utriusque partis uicti interitum passuri erant, & uictores seruitutem, cum alteruter uictor uidebatur rempu blicam oppressurus. Ita q́ ego quem illi uiri, scilicet nobilissi mi Domitij, & Lentuli fortes & sapientes tum.i. ut tunc uides batur, dicebant esset timidum, eram planè timidus. Timebam enim, ne ea, quæ acciderunt, euenirent. Loquitur ergo de bels lo Africano, aut alio post Pharsalicum conflictum gesto, idē nunc nihil timeo, & sum paratus ad omnem euentum. Caus sam affert cur tunc timuerit, & nunc non timeat. Cum, id est quandiu, aliquid uidebatur posse caueri, tum.i. tunc, dolebā, id est ægre ferebam illud negligi, nunc uero omnibus rebus euersis, cum nihil possit proficisci, id est nullus possit fieri pro fectus consilio, una, id est sola ratio uidetur, scilicet amplectē da, utpote ferre moderate quidquid euenerit: presertim cum mors sit extremum omnium rerū, unde Flaccus in epistolis. Mors ultima linea rerum est. & supple cum sim conscius mi hi me consuluisse reip. quoad licuerit, & uoluisse retinere salu tem, hac, scilicet rep. amissa. Ego scripsi hæc, non ut ipse dicerē de me, sed ut tu qui fuisti, & sententia, & uoluntate cōiunctis sima mecum, cogitares eadem. Magna enim consolatio est, cum recordare, id est recorderis, etiam si acciderit secus, id est aliter te tamen sensisse rectè & uere, id est iuste. Atque utinam liceat aliquando nos frui aliquo statu reip. & conferre inter nos solicitudines nostras, quas pertulimus. Id enim iucun dum esse innuit Æneas apud Maronē sic, Forsan & hæc olim meminisse iuuabit, tunc cum putabamur, timidi sup. ideo q̄ dicebamus futura ea q̄æ facta sunt. Ego confirmo .i. firmis ter assero tibi nihil esse, quod timeas.i. timere debeas de rebus tuis, prer interitum uniuersæ reip. q.d. non esse speciale notas tum aut inuisum cuiq̄. Autem.i. sed ego uelim sup. ut iudices de me sic me futuр semper præstò.i. paratum auxilio tibi salu ti tuæ. & liberis tuis, cum summo studio.i. summo studio cōs municante, si.n. pro instro acciperet non adderet prępōnem.

NON

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Domitius hic in bello Pharſalico fuerat, atque acerrime pro Pompeio dimicauerat, vt ex Lucano conſtat. Deuicto autem Pompeio, & Catone mortuo, Domitius ſe in Italiam receperat, vt in patria, in amorem patriæ animam funderet. itaque ſibi ipſe manus inferre ſtatuerat, niſi Hortilia coniuge prohibente, & Cicerone diſſuadente in aliam ſententiam perductus fuiſſet. Eius diſſuaſionis exemplum hæc eſt epiſtola.

CICERO DOMITIO S. D. 23

NON ea res me deterruit, quo minus, poſteaquam in Italiam veniſti, literas ad te mitterem, quod tu ad me nullas miſeras; ſed quia nec quid tibi pollicerer, ipſe egẽs rebus omnibus, nec quid ſuaderem, cum mihimet ipſi conſilium deeſſet, nec quid conſolationis afferrem in tantis malis, reperiebam. hæc quanquam nihilo meliora ſunt, nunc etiam atque etiam multo deſperatiora: tamen inanes eſſe meas literas, quàm nullas, malui. Ego ſi te intelligerem plus conatũ eſſe ſuſcipere reip. cauſa muneris, quàm quantum præſtare potuiſſes, tamen, quibuſcunque rebus poſſem, ad eam conditionem te viuendi, quæ daretur, quæq; eſſet, hortarer. ſed cum conſilij tui bene, fortiterq; ſuſcepti eum tibi finem ſtatueris, quem ipſa fortuna terminum noſtrarum cõtentionum eſſe voluiſſet: oro, obteſtorq; te pro noſtra vetere coniunctione, ac neceſſitudine, proq; ſumma mea in te beneuolentia, & tua in me pari, te vt nobis, parenti, coniugi, tuiſq; omnibus, quibus es, fuiſtiq; ſemper cariſsimus, ſaluum conſerues; incolumitati tuæ, tuorumq;, qui ex te pendent, conſulas; quæ didiciſti, quæq; ab adoleſcentia, pulcherrime à ſapientiſsimis viris tradita, memoria, & ſcientia comprehendiſti, ijs hoc tempore vtare; quos coniunctos ſumma beneuolentia, plurimiſq; officijs amiſiſti, eorum deſiderium ſi non æquo animo, at forti feras. Ego, quid poſsim, neſcio, vel potius me parũ poſſe ſentio. illud tamen tibi polliceor, me, quæcunque ſaluti, dignitatiq; tuæ conducere arbitrabor, tanto ſtudio eſſe facturum, quanto ſemper tu & ſtudio, & officio in meis rebus fuiſti. hanc meam voluntatem ad matrem tuam, optimam fœminam, tuiq; amantiſsimam, detuli. ſi quid ad me ſcripſeris, ita faciam, vt te velle intellexero. ſin tu minus ſcripſeris; ego tamen omnia, quæ tibi vtilia eſſe arbitrabor, ſummo ſtudio, diligenterq; curabo. Vale.

HVBER. NON EA) Poſt cladem Pharſalicam, cum hic Domitius in Italiam ſe recipiſſet, neque Cicero ad eum quidquam ſcripſiſſet, hac epiſtola ſe excuſat, oſtendens eam ſolam fuiſſe cauſam, quòd in tantis malis nullam haberet conſolationem, quam ad eum ſcriberet, cum ipſe conſolatione indigeret nũc tamen eum conſolatur, quòd hoc bellum ingreſſus ſit in ea intentione, ut reipublicæ prodeſſet quantum poteſt, quòd ſi ſecus accideret, ſtatuiſſe ſibi finem propoſiti ſui quem ortum ab ipſa dediſſet, hortatur deinde eum, ut curet diligenter ſalutem, & incolumitatem ſuam. Poſtremo pollicetur ei Cic. quidquid pro eo efficere poterit. {Nam ea res) hoc dicit Cicero ſe non prætermiſiſſe ſcribere ad ipſum Domitium ob eam cauſam, quia nullas ab eo accepiſſet literas. {Deterruit,) detinuit, remouit. {Quo minus,) ut non. {Suaderem,) conſulerẽ. {Hæc) ſcilicet tempora, uel conditiones horum, temporum. {Nihilo meliora) quàm erant ante. {Etiam atque etiam multo deſperatiora) ſine comparatione magis ſine ſpe, & in deteriori conditione, & ut apertius declarem, quod uulgo dicimus, centies millies magis ſine ſpe. {Inanes) uacuas ſine, eo pondere, uel pollicitationem, uel ſuaſionem, uel conſolationem, quas uoluiſſem poſſe afferre. {Quàm nullas,) quàm nihil ſcribere. {Ego) adducit rationes ualidiſſimas, quare debeat ferre ea, quæ acciderunt, preſertim cum ſecutus ſit illud bellum ea mente, ut ſibi conſtitueret eum finem, quem fortuna uoluiſſet. {Conatum) tentauiſſe. {Muneris,) honoris. {Præſtare) efficere. {Terminum) finem. {Noſtrarum contentionum) noſtrarum diſcordiarum, & bellorum. {Qui pendent ex te,) qui ſine te non poſſunt eſſe incolumes, quia eorũ incolumitas eſt ex te. {Quæ didiciſti,) hortatur, ut utatur ijs præceptis quæ ex philoſophia didicit. {Si non æquo) ſi non quieto, & contento. {At certe) ſaltem. {Forti) conſtanti & magno, qui uincat perturbationes omnes. {Vel potius) correctio. {Cõducere) utilia eſſe. {Detuli,) ſignificaui. {Minus ſcripſeris;) non ſcripſeris aliquid.

ASCEN. NOn ea me res &c. Cum Domitius poſt cladem Pharſalicam in Italiam ſe recepiſſet, neque Cic. quidquam ad eum ſcripſiſſet, hac ſe epiſtola excuſat, & operam ſuam illi pollicetur, dicens. Ea res, quòd tu nullas literas miſeras ad me poſteaquam ueniſti in Italiam, non deterruit me quo minus mitterem literas ad te. hoc eſt non ideo miſi ad te poſtea literas. Sed quia nec reperiebam quid pollicerer tibi, ipſe ingens rebus omnibus, nec quid ſuaderem tibi cum conſilium deeſſet mihimetipſi, nec quid conſolationis afferrem in tantis malis. Hæc, ſcilicet omnia iam dicta, quanquam nihilo, id eſt in nullo ſunt meliora nunc, & ſupple ſunt etiam, atque etiam, id eſt cumulate, deſperatiora multo, tamen malui meas literas eſſe inanes: id eſt friuolas, & inefficaces, quàm nullas. Ego ſi intelligerem te conatum eſſe ſuſcipere cauſa Reipublicæ plus numeris, id eſt obſequij & laboris, quàm quantum potuiſſes ſcilicet ueriſimiliter præſtare, id eſt exhibere, tamen, id eſt nihilo minus, ego hortarer te quibuſcunque rebus poſſem ad eam conditionem uiuendi, quæ daretur, id eſt concederetur tibi, & quæ eſſet. ſed cum tu ſtatueris, tibi eum finem conſilij tui ſuſcepti bene, id eſt decenter & fortiter, quem ipſa fortuna uoluiſſet eſſe terminum, id eſt exitum contentionum noſtrarum. Ego oro & obteſtor te pro noſtra uetere coniunctione, à neceſſitudine, & pro ſumma beneuolentia mea in te, & pariter tua, ſcilicet beneuolentia in me, ut conſerues te ſaluum nobis, parenti, coniugi, & omnibus tuis. quibus es, & fuiſti ſemper cariſſimus, & ſupple ut conſulas, id eſt conſilio tuo, auxilio ſis, & proſpicias incolumitati tuæ, & tuorum. qui pendent, id eſt quorum ſalus pendet ex te, & ſupple ut utare hoc temporis ijs, quæ didiciſti & comprehendiſti memoria, & ſequentia pulcherrime ab aduleſcentia ſcilicet tua tradita ſcilicet tibi, à uiris ſapientiſſimis, hoc eſt feras deſiderium: id eſt mortem, & abſentiam eorum, quos coniunctos, ſcilicet tibi ſumma beneuolentia. & plurimis officijs amaſti, feras inquã ſi non æquo animo, at, id eſt ſaltem forti, ſcilicet animo. Ego neſcio quid poſſim, uel potius ſentio me poſſe parum, tamen ego polliceor tibi illud me eſſe facturum, quæcunque arbitrabor conducere, id eſt utilia fore ſaluti, & dignitati tuæ tanto ſtudio, quanto ſtudio, & officio, tu fuiſti ſemper in rebus meis. Ego detuli, id eſt denunciaui, hanc uoluntatem meam, ad matrem tuam, fœminam optimam, & amantiſſimam tui. Si ſcripſeris quid, id eſt aliquid ad me, ego faciam ita, ut intellexero te uelle. Sin autem, id eſt, ſed ſi, tu minime, id eſt nequaquam ſcripſeris, ego tamen, id eſt nihilominus curabo ſummo ſtudio et diligenter omnia, quę arbitrabor eſſe utilia tibi.

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM, AD MARIVM, ET ALIOS,

LIBER SEPTIMVS.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

RESPONSORIA ad petitionem Marij, pro ludorum & spectaculorum descriptione à Cicerone sibi mittenda, in qua quantum potest elegantissime omnem istarum rerum voluptatem extenuat. sed tamen quales fuerunt, interim scribit ostenditq; quam possit melioribus voluptatibus tranquillus animus se oblectare.

M. CICERO M. MARIO S. D. 1

SI TE DOLOR ALIQVIS corporis, aut infirmitas valetudinis tuæ tenuit, quo minus ad ludos venires: fortunæ magis tribuo, quàm sapiētiæ tuæ. sin hæc, quæ ceteri mirantur, contemnenda duxisti, &, cum per valetudinem posses, venire tamen noluisti: vtrunque lætor, & sine dolore corporis te fuisse, & animo valuisse, cum ea, quæ sine causa mirantur alij, neglexeris: modo vt tibi constiterit fructus ocij tui: quo quidē tibi perfrui mirifice licuit, cum esses ī ista amœnitate pene solus relictus. neque tamen dubito, quin tu ex illo cubiculo tuo, ex quo tibi Stabianum perforasti, & patefecisti Seianum, per eos dies matutina tempora lectiunculis consumpseris: cum illi interea, qui te istic reliquerunt, spectarent cōmunes mimos semisomni. reliquas vero partes diei tu consumebas ijs delectationibus, quas tibi ipsi ad arbitriū tuum compararas. nobis aūt erant ea perpetienda, quæ scilicet P. Metius probauisset. ōīno, si quæris, ludi apparatissimi, sed non tui stomachi: coniecturam .n. facio de meo. nam primum honoris causa in scenam redierant ij, quos ego honoris causa de scena decessisse arbitrabar. deliciæ vero tuæ, noster Aesopus eiusmodi fuit, vt ei desinere per oēs homines liceret. is iurare cum cœpisset, vox eum defecit in illo loco. SI sciens fallo. quid tibi ego alia narrē? nosti .n. reliquos ludos. quid? ne id quidem leporis habuerunt, quod solent mediocres ludi. apparatus .n. spectatio tollebat omnem hilaritatem. quo quidem apparatu, nō dubito, quin aīo æquissimo carueris. quid enim delectationis habent sexcenti muli in Clytēnestra? aut in Equo Troiano craterarum tria millia? aut armaturæ variæ peditatus, & equitatus in aliqua pugna? quæ popularem admirationem habuerunt, delectationem tibi nullā attulissent. quòd si tu per eos dies operā dedisti Protogeni tuo: dummodo is tibi quiduis potius, quàm orationes meas, legerit, na tu haud paulo plus, quàm quisquam nostrum, delectationis habuisti. non .n. te puto Græcos, aut Oscos ludos desiderasse, præsertim cum Oscos ludos vel in senatu nostro spectare possis, Græcos vero ita non ames, vt ne ad villam quidem tuā via Græca ire soleas. nam quid ego te athletas putē desiderare, qui gladiatores contempseris? in quibus ipse Pompeius confitetur se & operā, & oleum perdidisse. Reliquæ sunt venationes binæ per dies quinque, magnificæ, nemo negat: sed quæ potest esse homini polito delectatio, cum aut homo imbecillus a valentissima bestia laniatur, aut præclara bestia venabulo transuerberatur? quæ tamen si videnda sint, sæpe vidisti: neque nos, qui hæc spectauimus, quidquā noui vidimus. elephantorum extremus dies fuit: in quo admiratio magna vulgi, atque turbæ, delectatio nulla extitit: quin ēt misericordia quædam consecuta est, atque opinio eiusmodi, esse quādam illi belluæ cum genere humano societatē. his ego tamen diebus, ludis scenicis, ne forte videar tibi non modo beatus, sed liber ōīno fuisse, dirupi pene me in iudicio Galli Caninij, familiaris tui. quòd si tam facilē populum haberem, quàm Aesopus habuit; libenter mehercule artem desinerem, tecumq́, & cū similibus nostri viuerē. nam me cū antea tædebat, cum & ætas, & ambitio hortabātur, & licebat denique, quē nolebā, non defendere: tū vero hoc tēpore vita nulla est. neque .n. fructum vllum laboris expecto; & cogor nō nunquam hoīes non optime de me meritos, rogatu eorū, qui bene meriti sunt, defendere. itaque quæro causas oēs aliquando viuēdi arbitratu meo: teq́, & istā rōnem ocij tui & laudo vehementer, & probo: quodq́ nos minus interuisis, hoc fero aīo æquiore, quòd, si Romæ esses, tamen neque nos lepore tuo, neque te, si quis est in me, meo frui liceret propter molestissimas occupationes meas: quibus si me relaxaro; (nam vt plane exoluā, non postulo) te ipm quidem, qui multos annos nihil aliud cōmentaris, docebo profecto, quid sit humaniter viuere. tu modo istā imbecillitatem valetudinis tuæ sustēta, & tuere, vt facis; vt nostras villas obire, & mecum simul lecticula concursare possis. Hæc ad te pluribus verbis scripsi, quàm soleo, non ocij abundantia, sed amoris erga te, quòd me quadam epistola subinuitaras, si memoria tenes, vt ad te aliquid eiusmodi scriberem, quo minus te prætermisisse ludos pœniteret. quod si assecutus sum; gaudeo: sin minus; hoc me tamē cōsolabor, quòd posthac ad ludos venies, nosq́ vises, neq; in epistolis relinques meis spē aliquā delectationis tuæ. Vale.

SI TE DOLOR) M. Marius ciuis amplissimus, cum podagra laboraret, receperat se rus, ue᷑ cum intellexisset interea Rom. celebratos esse magnificentissimos ludos: scripserat ad Cic. ut aliquid ad se scriberet, quo minus eos ludos prætermisisset, neq; eis interfuisse pœniteret. Itaq; Cic. hac epist. attenuat uoluptatem illo᷑ ludo᷑ quantum pōt non tū q̄ neget eos magnificentissimos fuisse: sed qđ uiris grauibus, qui & alijs studijs grauioribus delectari solent: dicit potius fuisse allaturos molestiam, q̃ uoluptatem: esseq; animi magni, & excelsi ea ɔtemnere, quæ cetera admirantur. Laudat aūt ocium ipsius Marij, sicut modo id transtulit in literarum & lectiones rerum egregiarum. Describit aūt fere totum apparatum: & magnificētiam ipsorum ludorum. Postremo dicit se cupere ita leuari quibusdam negocijs, quibus impeditur, ut possit cum eo in uilla uictitare. (Si te) facit argm̄ in duas partes diuisum, est autem sensus, si non uenisti ad ludos, q̄a per ualetudinē malam tibi non licuerit, non attribuo id sapientiæ tuæ, sed fortunæ potius, q̄ te infirmitate detinuit, si aūt nō uenisti

HVBER.

quia ea ꝯtemnenda, & paruifacienda putaueris, ꝙ ceteri admirantur,etsi pp hanc cam,ꝙ ea ꝯtemnas non uenisti,cũ nõ impediẽte ualetudine uenire,posses,duplici ca lætor,& ꝙ sine dolore corporis fueris.& ꝙ magnum aium habueris ad hæc ꝯtẽnenda.{Infirmitas)debilitas,quia,põt ẽẽ etiã bona ualetudo.{Fortunæ)casui.{Quàm sapiæ tuæ.) ga si impeditus mala ualetudine pp eam prætermisisti,uenire,non aũt ga, ut sapiẽs non curaueris,non ꝯsilio sed fortuna hoc fecisse uideris. {Sin)alia ps.{Ceteri)ꝗ uulgares.{Duxisti,)existimasti.{Per ual.)ualetudine ꝑmittẽte,& nõ impediẽte.{Tñ) ꝗuis posses. {Vtrũq;).i.utraq; cã.{Et sine dol.)ꝑma cã.{Et aio ual.) i.habuisse aium magnũ nec uictũ ab hmõi inanib.cupiditatib.& est sc̃da cã.{Sine cã)ga sunt res uanæ neq; admiratione dignæ.{Neglexeris.) nõ curaueris.{Modo) ut ꝑ dũmodo,uel sic distinguendũ,cũ neglexeris ea,ꝗ alij mirãtur,mõ pro dũmodo.{neglexeris.sita.{Vt fructus)ut utilitas.{Cõstiterit) ꝑ extiterit,uel apparuerit,uel suppetierit.{Quo)ocio.{Licuit tibi)ꝑmissum est tibi,potuisti.{In ista,) i ca ubi tu es.{Neq;) h.d.Cic.ꝙ quamuis Marius parasset sibi uillas,ad amœnitatem aptas,non tñ dubitat,quin ꝯsumpserit tpa mattutina in lectiunculis aliquib.{Cubiculo) locus ubi cubatur & dormitur & cubiculum dr.{Stabianum & Seianum,)noĩa sunt uillaꝝ.{Perforasti,)fecerat.n.fenestras,ut ex cubiculo lõge posset prospicere.{Patefecisti)apuisti delecto aliquo modo.{Lectiunculis)usus est diminutiuo,ut ondat eum nel aliqd legere debuisse.{Interea,)dũ tu legebas.{Illi)amici tui.{Istic) ruri.{Semisomni.)cum.n.ꝯspectamus aliqd quo nõ delectamur obrepit nobis somnus.{Cões) uulgares, quotidianos.{Mimos)histriones,gesticulatores,scenicos.{Reliquas partes)ꝑter mattutina tpa. {Ad arbitriũ)ut uolebas. {Compararas.) ꝯstitueras.{Nobis) q eramus Romæ & spectabamus ludos. {Perpetienda,)cum magna molestia ferenda.{Scilicet)ironice dcm,& Indignationem,& stomachationem animi ondit. {P.Metius)is erat ꝑtor,qui & histriones & cantores,& alios hmõi ꝯducebat ad ludos celebrandos.Iuuen. Nullius fibula durat Vocem uendentis prætorib.{Si qris,)modus est dicẽdi pro si scire uis.{Tui stom.)i.appetitus animi tui qui tibi potuissent placere,est aũt translatio à corpore.{Cõiecturam.n. facio).i.ꝯiicio ex stomacho meo,cui nõ placuerit ista,ꝙ non placuissent ẽt tuo.{De meo stomacho) Nã primũ ondit quare hæc nõ placuerũt,dicit.n.ꝙ quidam,ꝗ discesserãt ex scena, & putabatur discessisse,& esse amoti honoris cã,ne essent dedecori,redierũt postea in scenã,ut honestarẽt ludos.{Discessisse cã honoris) .i.discessisse ne dehonestarent ludos.{Deliciæ tuæ)quẽ habes carissimũ.{Æsopus) mimi & auctoris scenici nomẽ est hoc loco,nã alius fuit fabulator in Phrygia,de quo scribit Gel.c extãt suauissimi apologi.{Eiusmodi fuit,) ita se gessit.{Vt liceret ei ꝑ oẽs hoies desinere) .i.ut oẽs essent ꝯtẽti quod desineret à recitatione,quia male se gessit.{Is) declarat quare oẽs æquo aio ferrent,ut desineret.{Cum cœp.iur.)erat locus in tragœdia,quã pronunciabat,ubi erat aliqd iuramẽtum,qđ cũ ille incepisset,statim uox eum defecit.i. dereliquit ita ꝙ non potuit pronunciare.{In eo loco,) dicit ꝗ fuerit locus tragœdiæ.{S I sciens fallo.) hic erat locus, in quo incipiebat iuare,cũ uox eũ defecit.{Reliquos lud.) in qbus nõ recitabãtur comœdiæ,sed fiebant,aut gladiatoꝝ certamina,aut uenationes aliquæ.{Leporis)suauitatis.{Apparatus.n.) dicit tm̃ fuisse reꝝ apparatũ, ꝙ ludi ipsi spectari cũ delectatiõe ne non poterant.{Animo æquiss.)i.ualde libẽter,sine dolore aliquo.{Quid.n.) iam describit apparatum.{Clytẽnestra) Clytemnestra uxor Agamẽnonis maritum interfecit, de qua tragœdia facta est & ab ea appellata quã nunc intelligit, dicit igitur repsitatione huius tragœdiæ fuisse apparatum sexcentoꝝ muloꝝ,sicut uisum est Mediolani sæpe in oblationib. portoꝝ,ubi uel currus,nel equi multi,& muli ẽt onerati auro & argento,& uestibus sericis ducuntur. {In Equo Troiano) alia tragœdia,ꝗ ꝑtinebat ꝑditionẽ,quã fecerunt Greci Troianis ꝑ equũ æreũ,siue ligneũ sicut scribit Virg.lib.2.Æn.{Crateras) pateraꝝ,uidi ẽt Mediolani quamplurimas crateras ferri ad pompam,cum fiunt oblationes.{Varia)diuersi generis. {Pparem admirationem hab.)i.quæ pps tñ admiratus est. {Tibi)uiro grauissimo.{Protogeni)nomẽ est liberti.{Agnostæ Marij).i.qui Mario legebat.{Quiduis)ꝗ libet.{Poti',ꝗ) ultat arrogantiã.{Dedisti op.)intẽdisti.{Ne) hic nõ ponitur

Cubiculũ.
Stabianũ
Seyanum

Aesopus

Clytemnestra.

pro certe.ut quidã pũtãt,ga sensus non patitur,sed sic.{Ne tu haud paulo plus) .i. pauloplus,nã duæ negõnes affirmant. {Nõ.n.)occurrit obiectioni, ne fortasse diceret Marius se desiderasse alios fortasse ludos,utputa græcos,& oscos,rñdet Cic. se nõ credere eũ tales ludos desiderare, & adducit rõnes cũ ioco,aut ẽt scõmate quodã,dicit.n.Cic.ꝙ non credit Mariũ desiderasse ludos,uel oscos,uel græcos,ga oscos nõ mõ i theatro, sed ẽt in senatu ipso spectare possit,tangit aũt quosdam senatores ꝗ fœde,& obscœne loquerẽtur,quos dicit quodamodo repñtare ludos Oscos scenicos. Nã Osci,ꝗ & Capuenses dñr, appellati sunt auctore Festo ab oris fœditate. Dicit ergo Cic. credo te non desiderasse ludos Oscos,ga eos,spectare potes in senatu nr̃o ubi sunt,qui osce loquũtur.i. fœde. Addit ꝑterea eũ non desiderare græcos ludos,ga ita oderat Mari' Græcos, ut cũ esset uia, ꝗ ad uillã eius ducebat ꝙ græca appellabatur, pp odiũ grçcoꝝ nollet ire ꝑ eã uiã. Romæ aũt ludoꝝ morẽ ex diuersis gẽtib.& ꝑꝑijs acceperunt.{Athletas)certatores.{Pugiles)luctatores.{Qui ꝯt.gl.)ꝗ paruifeceris,spectare gladiatores,in quib' poterat esse maior delectatio, quã in Athletis. {Operã,& oleũ) prouerbium est qđ Macr.scribit,quẽdam docuisse picã ꝑferre.Est aũt tractũ,uel à palæstritis,gb. dabatur oleũ,ut ungerẽtur,uel ab ijs,ꝗ multũ,& frustra uigilãtes oleũ ꝯsumunt,unẽ ẽt ꝑuerbio studiosoꝝ,plus olei,ꝗ uim ꝯsumpsi, uñ Iuuen.de historiographis. Vester porrò labor fœcundior historiaꝝ Scriptores,parit hic plus tpis,atq; olei plus.{Binę) duæ,qđ in usu,& apud Cic.& apud Quint.& Liuium inueni etiam eum ijs,q declinantur in singulari.{Magnificę).i.fuerunt.{Sed ꝗ)quauis fuerint magnificæ,dicit tñ eas hoi ciuili non fuisse allaturas delectationem.{Politico)ciuili, nã πόλις ciuitatẽ signãt.{Valentissima)ut Leone,aut Vrso,qui sæpe in eiusmodi spectacula ducebantur. Horat.in epis. Ducunt aut Vrsum,aut pugiles.plebecula gaudet. {Trãsuerberatur) trãsfigitur.{Videnda)digna ut uideatur.{Sæpe)alio tpe,itaque nũc debes minus ea desiderare.{Quidq; noui).i.aliqd quod nõ uiderim' alio tpe.{Extremus d.)s.spectaculoꝝ.{Fuit el.) fuit quo elephãti exhibiti sunt.{In quo) i qua re.i.ꝙ elephãti exhibiti sunt i spectacula.{Vulgi,) qđ oĩa ẽt minima solet admirari,& stupe.{Quin ẽt)insup,imo.{Misericordia)cõmotio qdã ai.{Eiusmodi,)talis.{Quandã soc.) i.quãdã ꝯueniẽtiã.{Cũ gñe hum.)i.cũ hoib'. De elephãtib. Solin' sic scribit. Elephãti iuxta sensum humanũ intellũ hñt,memoria pollent, sydeꝝ seruãt disciplinã,& post multa de eis mirãda rursus sic ingt,pp fœminas,nunꝗ dimicãt, nulla.n.nouerũt adulteria, inest in illis clemẽtiæ bonũ. Quippe si ꝑ deserta uagabundũ hoiem fore uiderint,ductus ad usq; notas uias ꝑbẽt,uel si cõfertis pecorib.occursitẽt,itinera sibi blãda,& placida manu faciunt neq; alal interimũt ꝑflicto fortuito. Siqñ pugnatur nõ mediocrẽ hñt curã saucioꝝ,nã fessos uulneratosq; in mediũ receptãt,cũ captiuitate uenerint in manus hoium, mãsuescũt hordei succo,maria trãsmeaturi naues nõ ꝑus subeũt,ꝗ de reditu illis sacrm luatur.Dicit ergo nũc Cic.ꝙ i illa uenatione, ubi exhibiti sunt elephãti,cognitũ est, ꝙ elephãti uiderentur hr̃e quandã ꝯuenientiã cum hoĩb.de elephantis ẽt multa scribit Plin.{His ego) dicit nũc se his dieb. qbus ludi scenici acti sunt,nõ tñ caruisse molestia,ga necesse fuit,ut defenderet cãm Caninij cuiusdã.{Scenicis,)theatralib.nã scena ps ẽ theatri. {Sed liber)ga fui in offõ alieno,& nõ in arbitrio meo.{Dirupi)nimia contentione dicendi uexaui.{Iudicio)cã iudiciali. {Tã facilẽ,ꝗ Æsopus).i.si ita mihi permitteretur à pplo desinere ab agendis causis, sicut ꝑmittitur Æsopo desinere ab actione histrionica, ꝑfecto libenter desinerẽ.{Artẽ) .s.dicẽdi, & agendi cãs.{Desinere) .i.omittere.{Sibi.nr̃i) .i.uiris doctis & lraꝝ studiosis.{Nam cum)probat ꝙ libenter desineret artẽ,si lĩceret ei ꝑ pplm,dicit.n.ꝙ cũ tederet eum ante agere causas,cũ erat iuuenis,& ambitiosus,& cũ nõ cogebatur defendere,quẽ nolebat,nunc multo magis tædet eũ ga & nullũ fructũ capit ex ijs,quos defendit, & sæpe cogitur defendere inimicos suos rogatu amicoꝝ.{Licebat nõ d.) i. poterã non defendere.{Tũ uo)multo magis.{Hoc tpe) quo ætas est maturior,& minus ambitiosa & uiuo ad arbitriũ multoꝝ.{Vita nulla ẽt).i.ingrata,& insuauis.{Peto)capio.{Nõ opt.) i.pessime.{Rogatu) precib.{Qui bene ꝑmeriti) .s.de me,qui mihi beneficium ꝑstiterunt,quibus non liceret ullo pacto negare. {Arbitratu meo).i.ut uolo,meo modo.{Rõnem) propositũ. {Laudo)

Oscĩ.

Osce.

Prouerbiũ

Quin etiã

Elephãti.

Scena.

{Laudo,& ꝓbo:)laudamus uerbis,ꝓbamus ét re.{Interuersis,)interdũ uisitas.{Lepore)suauitate,& facetijs.{Neq; l.)qa uterq; sum⁹ occupatissimi.{Molestissimas)grauissimas.{Relaxaro;)leuauero,& iminutus fuero.{Exoluã pl.)i.liberẽ penitus.{Nõ post.) qa scio,ꝙ nõ possem.{Cõmẽtor,) exerceo, cogito,meditor.{Humaniter) more bolum.{Imbecillitatẽ) Infirmitatẽ.{Obire,) adire.{Cõcursare)ꝯuenire,frequentare. {Nõ ocij abũd.) i. nõ ꝙ supsit mihi tp̃s, quo carẽ a negocijs. {Sed am.)s.abũdãtiã.{Subinuitaras,) latẽter inuitaras,significaras.{Si assec.sum;)si effeci,ut non pœniteat te ꝑtermisisse ludos.{Sin min.)s.assecutus sum.{Neq; rel.sp̃e) .i.uenies ad uidẽdos ludos,neq; expectabis ut ego meis lr̃is tibi afferã delectationẽ,sed eam quęres ueniendo ad ipsos ludos uidẽdos.

ASCEN. Si dolor &c.M.Marius ciuis amplissimus podagra laborans ruri agebat,quocirca,cũ audisset Romæ celebratos esse ludos magnificentissimos,abñtiam suam ægre ferens,scripserat ad Cic.ut de eis ad se scriberet.Cui nunc rñdens Cic.extenuat illoꝝ magnificentiam,laudatq́; ocium Marij,describitq́; ferè totũ apparatũ ludoꝝ supuacuum.Et postremo dicit se uelle expeditis negocijs cũ eo i uilla ocio uacare. Ordo est.Si aliqs dolor corpis aut Infirmitas.i.debilitas ualetudinis.i.sanitatis tuæ tenuit te quo minus.i.ut nõ uenires ad ludos.s.Romæ exhibitos,ego tribuo magis fortunæ tuæ, q́ nolit te frustra acciri Romã,q̃ sapiæ tuæ,qa p ipsam nõ steterit ꝙ nõ uenisti.Sin.i.sed si,tu duxisti.i.existimasti hæc.s.ludrica, q́ ceteri,utpote plebeij,mirãtur,esse ꝯtẽnenda,ego lætor utrũq;.s.& sic te fuisse sine dolore corpis, &.i.sic,te ualuisse aio cũ neglexeris ea,q́ alij mirẽtur sine cã,eo ꝙ non sunt admiratione digna,mó ut.i.dũmodo ita sit,ut fructus.i.utilitas ocij tui, ꝯstiterit.i.notus fuerit tibi,qa nõ oẽs, q beati esse pñt ꝯtinuo beati sunt,eo qđ nesciũt,unde Maron. O fortunatos nimiũ sua si bona norint,Agricolas.quo.s.ocio, licuit tibi ꝑfrui.i.ad plenũ frui mirifice cũ esses relictus pene.i.quasi solus in ista amęnitate.s.rurali . Neq; tñ dubito qn ꝯsumpseris p eos dies tpa matutina lectiũculis.i.legẽdo subinde libros aliquos, ex illo cubiculo tuo,ex quo ꝑforasti mihi.i.ad uotũ meũ,alij,tñ bñt tibi,Stabianũ,partẽ uillæ sic noiatã,& patefecisti Seyanũ, alteꝝ locũ uillæ , sorte à [illegible] scia .i. umbra dcm̃, unde patefecit eum faciendo fenestras,cũ ante esset umbrosus,cum illi,q reliquerũt te istic.i.ruri,aut in uilla tua,spectarẽt interea cões .i. uulgares,mimos.i.histriões,& actores ludoꝝ gestu corpoꝝ. Enthei.i.semisõni.i.q nõ nisi ad dimidiũ satis dormierãt, aut ꝑꝑ lentã actionẽ somno oppssi . Vero.i.sed,ut ꝯsumebas reliquas ꝑtes diei.i.ꝑter matutina tpis,his delectationib. q̃s ipse .i.tute,cõparatas.i.ꝯquisiueras ad arbitriũ tuũ. Ea ãt q.s.Spurius Meius,ꝑtor Vrbanus,Prętor.n.ludos celebrãdos ꝯducebat.Iuu. Nulli⁹ fibula durat. Vocẽ uẽdẽtis ꝑtorib.interdũ tñ Ædiles cur.ludos curabãt,ut patet de comœdijs Terẽtianis. Sũt q ꝓ Spurio Publiũ legãt.Scilicet aũt p indignationẽ ponitur.q.d.si dijs placet,ꝓbauisset,erãt nobis peptiẽda. ea q́ indoctis placẽt sunt doctis cruciatui.Si q̃ris oino.s.scire quales fuerint ludi,ludi sup.fuerũt apparatissimi.i.maximo sumptu & apparatu istructi,sed nõ sup.fuerũt stomachi tui.i.q tibi saperẽt,ac placerẽt,facio.n.ꝯiecturã de meo.s.stomacho, cui ñ sapuerũt. Nã ꝑmũ ij,quos ego arbitrabar decessisse de scena.i. de ꝓscenio,hoc est loco i quo agebãtur ludi cã honoris,ne.s. ꝑ ꝑitia sua ludos dehonestẽt,cũ essent inhonesti,redierũt i scenã cã honoris.i.ut ludos honorificẽt.Vero.i.sed,Æsop⁹ nr̃ .s. Histrio nobilissim⁹,appositoriæ delitiæ tuæ .i. in quo tãtope oblectaris,fuit eiusmodi.i.talis i agẽdo.ut liceret ei p oẽs homines.i.nullo reclamãte,cũ oẽs satiati essent añ finẽ ludoꝝ desinere.s.ab agẽdo,is cũ cœpisset iurare,ut fit i fabulis,uox defecit.i.deseruit eũ in illo loco.i.cũ diceret illa ꝟba. Si sciẽs fallo. Quid.i.ad qd ego narrẽ tibi alia?Tu.n.nosti reliquos ludos,in qb.s.paꝝ decoris esse solet. Quid?sup.dico reliquos,hi sup.ne qdẽ.i.nõ saltẽ,habuerũt id decoris.qđ ludi mediocres solẽt.s.hr̃e. Eñ.i.qa, spectatio.i.frequẽs inspectio apparatus, tollebat,oẽm hilaritatẽ. Quo qdẽ apparatu nõ dubito qn carueris æq̃ssimo aio. Eñ.i.qa qd delectationis hñt sexcẽti muli in Clytẽnestra.s.p põpã deducẽda in fabula, aut tria millia crateraꝝ.i.id genus poculoꝝ.Dr̃ hic crater,in accusatiuo hũc cratera,uñ fit ñtũs hæc cratera . Hmõi aũt crateræ ostabãtur ꝓ inclusis in equo ad usum potãdi,nisi sit legẽdũ cratiũ, qb⁹ equus intrinsecus intexebatur.Certũ est,ꝙ Clytẽnestra est nomẽ fabulæ,sicut equus Troianus q́ denoiatur. à re ꝑcipua in eis acta.Clytẽnestra aũt erat uxor Agamẽnonis,ꝑncipis exercitus Græcoꝝ, q́ cũ Ægistho adulteriũ cõmisit abñte marito, & reuersum ei⁹ ꝯsilio interfecit,uñ ab Oreste filio iterfecta ẽ. Cũ ergo ageret impatricẽ sexcẽtis mulis in fabula ula fingebatur.In equo aũt Troiano,q̃ plurimi Græcoꝝ fuerãt inclusi, uñ ad põpã illis tria millia crateraꝝ in fabula assignabatur, & armatura uaria peditatus,& eqtatus in aliq̃ pugna,qd delectationis hẽt:q.d.nihil.Quæ.s.supradicta in apparatu supfluo ꝯsistẽtia, aut ea , q́ habuerũt admirationẽ ppularem nullã delectationẽ attulissent tibi.ꝙ si tu operã dedisti,p eos dies.s. qbus ludi tales exhibebatur,Protogeni.s.Liberto,& Anagnostæ.i.lectori tuo,sonat aũt Protogenes.i.qđ primus gñis dũmodo is.s.Protogenes , Anagnostes tuus , legerit tibi potius qduis.i.q̃cũq; aliam rẽ,q̃ orões meas,ne.i.certe,tu habuisti haud.i.nõ pauloplus,imo multo plus delectationis,q̃ qsquã nr̃m.Modeste aũt dicit,q̃ orões meas,q̃si ꝟo in illis,aut operã ꝑdidisset,aut minus delectationis habuisset.Nõ.n.puto te desiderasse ludos Græcos,aut Oscos.i. aut apud Græcos inuẽtos,ut sunt ferè comœdiæ,& tragœdiæ,aut Oscos , ut sunt Atellanæ fabulæ,sed p locũ rõnes affert,cur tales nõ debeat desiderare,ꝑsertim,cũ possis spectare ludos Oscos.i.ab obscœnitate oris denoiandos,uel.i.ẽt,in senatu nr̃o.i.Romano,i quo uterq; erat.q.d.illic esse,q obscęnitate loquẽdi Oscos repũtẽt. Vero.i.sed,cũ tu ames Gręcos ita.i.tãto odio ꝓsequaris,ut ne qdẽ.i.nõ saltẽ,soleas ire ad uillã tuã uia Græca.Nam qd.i.ad qd,ego putẽ te desiderare athletas.i. pugiles, & luctatores,q ꝯtẽpseris gladiatores,quoꝝ tñ spectaculũ uẽ delectabilius,cũ sit ꝑiculosius,& artificiosius in qb.s.gladiatorib.ipse Põp. q eis ꝑlm oblectari solebat,ꝯfitetur se ꝑdidisse,& operã, & oleũ .i.impẽsam & laborẽ. Reliquæ sunt.i. ꝑter dictos apparatus sunt uenationes p dies qnq; , binæ .i. singulis ẽ qnq; diebus duæ,& ita 10.magnificæ . q.d.dices forte ex alioꝝ relatu , ꝙ fuerint magnificæ,nemo negat.s.magnificas fuisse.Sed q delectatio põt esse hoi politico.i.ciuili , cũ aut hõ imbecillis laniatur à bestia ualẽtissima , aut bestia ꝑclara transuerberatur uenabulo.i.cuspide uenatoria?q.d.nulla. talia aũt fiebant in uenationib.in arena exhibitis , nã ad bestias dãnati obijciebãtur bestijs,aut ad hoc exercitati sese locarũt ad trãsfigẽdas feras.Quæ.s.spectacula,tñ.i.nihilomin⁹ si sint uidẽda, tu uidisti sæpe. Neq; nos,q spectauimus , hæc uidimus qdq̃ noui. Extrem⁹.i.ultim⁹ dies ludoꝝ,fuit elephãtoꝝ.s. exhibitoꝝ spectaculo,in quo.s.die magna admiratio uulgi,atq; turbæ extitit,nulla delectatio extitit .i. emersit,q̃netiã q̃dã misericordia est ꝯsecuta,atq; opinio eiusmodi,quandã societatẽ esse illi belluæ.i.elephato,cũ gñe humano,qa cũ potuissẽt ꝑsequire i hoies uictos,noluerũt. uñ Soli. Elephãti iuxta sensũ humanũ itellẽ bñt,memoria pollẽt,sydeꝝ seruãt disciplinã.inest illis clemẽtiæ bonũ,qppe si p deserta uagabundũ hoiem forte uiderint, ductus ad notas usq; uias ꝑbent,uel si ꝯfertis pecorib. occursitẽt itinera sibi blãda.& placida manu faciũt,neq; aial interimũt ꝯflictu fortuito . Siqñ pugnatur,nõ mediocrẽ hñt curã saucioꝝ,nã fessos uulneratosq; mediũ receptãt,&c. Tñ ne uideat tibi fuisse his dieb.nõ mõ.i.nõ solũ btus ludis scenicis .i. ꝑꝑ ludos scenicos,sed oino liber.s.ab oi cura , ego dirupi pene me,in iudicio Galli Caninij familiaris tui quẽ defendi , ne ꝯtra eũ iudiciũ fieret.qđ si hrem ꝑplm tã facilẽ, q̃ .i. quantũ, facilẽ habuit Æsop⁹,q ob malã actionẽ statim dimissus ẽ,mehercule,ego libẽter desinerẽ artẽ.s.causidicoꝝ , & uiuerẽ tecũ, & cũ sitib⁹ nr̃i.i.uiris studiosis . Nã cũ.s.ita sit,ꝙ tædebat me antea.s.solicitudinis i causis dicẽdis,cũ.i.qũ,& ętas.s.ualida, & iuuenilis & ambitio.i. cupiditas, & ꝑueniẽdi ad magnos honores,hortabãtur me.s.tali ostõ,p qđ emergere posse,inẽbere,& licebat deniq; nõ defendere, quẽ nolebã.s.defendere, qa nulli erat obnoxi⁹.tũ ꝟo.i.tũc ita est ꝓ ꝟo,ꝙ uita ẽ mihi nulla hoc tpe hoc ẽ ꝙ sic crucier agẽdo tot cas inuite , ut uideat mihi ñ uiuere. Neq;.n.peto ex his ullũ fructũ laboris,& cogor nõnunq̃.i.iterdũ , defẽdere hoies ñ optie,imo nequaq̃ meritos de me,rogatu.i.ꝑꝑ ꝑces eoꝝ,q bñmeriti sũt.s.de me. Itaq;.i.& ita q̃ro,aut q̃so.s.à dijs oẽs cãs.i.uias, uiuẽdi aliqñ .i.tãdẽ arbitratu meo.& laudo uehemẽter,& ꝓbo.i.approbo te,& istã rõnẽ ocij tui.qđq;.i,& ꝙ min⁹.i. nõ,iteruisis.i.iterdũ uisitas nos,fero hoc aio æqore,ꝙ.i.qa,si tu eẽs Romę,tñ nõ liceret nos frui lepore.i.uetusto s̃mõe tuo,neq; te meo,siqs.s.

lepor.

lepor est in me, pp occupationes meas molestissimas, Quib᷒ .s.occupationes, si relaxaro.i.leuauero me, nam non postulo, ut exoluã.i.liberẽ me plane.i.omnino.& quidem.i.certe, cõs mentor.i.animo, agito, multos annos, ipm.i.ut absolui possim, nihil aliud. Alij legunt sic, & ipm quidẽ q̄ multos annos nihil aliud cõmentor, docebo te profecto &c. sed non placet, ut dicat se talem uix docere, uelle p̄sertim id, qđ non ipse faciat, docebo ꝓfecto.i.reuera, qđ, quid sit uiuere humaniter.i. benigne, & ut hoīe dignum est. Tu modo.i. solũmodo, aut nunc sustenta, & tuere.i.protege, neqđ deterius patiatur, istã .i.tuam imbecillitatẽ.i.īfirmitatẽ ualetudinis, ut facis, ut possis obire.i.circũuenire nr̄as uillas.i.domos in agro positas, et ꝯcursare mecum simul lecticula, in qua senes, & potentes portabantur à seruis. Ego scripsi hoc ad te plurib. uerbis, q̄ soleo, nõ abũdantia ocij, sed amoris erga te quo.i.p quẽ amorẽ, tu subinuitas.i.occulte inuitaueras me quadã ep̄la, si tenes memoria.i.si nõ & oblitus, ut scriberẽ ad te aliqd hmõi, quo.i.p qđ minus.i.nõ, aut nõ tãtope pœniteret te p̄termisisse ludos .s.Romæ celebratos. Qđ.s.scripsisse, quo te minus pœniteret si sum assecutus.i.si obtinui, & officij, gaudeo, sin minus.i. si nõ sum assecutus, tñ ego ꝯsolabor me, hoc.i.hac re, q̄ uenies post hac ad ludos, & uises nos, neq; relinques aliq̄ spẽ delectationis tuæ in ep̄lis.i.quam capies ex eis, cũ hęc nõ delectent.

PAVLVS MANVT.

P.METIVS) Hic est P.Metius cognomento Tarpa, qui ea, quæ in scena recitanda erant, prius iudicabat. eius meminit Horacius in epistola de arte poetica, & Satyra x.libri 1. {Homini politico) Vetustos libros, in quibus ita legatur, habet Vbaldinus Bandinellus, Ioannes Scala, Hieronymus Ferrarius, Bernardinus Maffeus, Paulus Botus, alij, quos non necesse est cõmemorare. itaque nihil muto. {Fructum ullum laboris expecto) Veteres omnes libri pro, expecto, habent ex his peto. alij legunt, ex his expecto. mihi nostra lectio magis probatur, ut quæ à ueteri scriptura minus recedat: nam & expecto, & exscribo, & exsupero, & alia huiusmodi cum, s, litẽra ueteres scribebant, ut ex antiquis monumentis licet cognoscere. uide Quintilianum lib. I.

Cal. Rh. antiq. Le. lib. 12. c. 49.

APud Festum Pompeium legi, iuraturos per Iouem Lapidem, tenere silicem solitos, eiusmodi fere uerba enunciãtes: Si sciẽs fallo, qui me despicit, salua urbe arceq;, bonis eijciat, ut ego hunc lapidem. Ad quam uerborum conceptionẽ amplius pensitatiusq; inspicienti, allusisse M. Tullium liquet Epistolarum familiarum septimo, per maximam interpretum hallucinationem. Ita enim scriptũ inuenias: Deliciæ uero tuę noster Æsopus eiusmodi fuit, ut ei desinere per omnes homines liceret. Is iurare cum cœpisset, uox.n.defecit, in loco illo, Si fallo sciens. Meminit T.Liuius ab Vrbe cond.lib.1. & 20. Eaq;, inquit, ut rata scirent fore, agnum lęua manu, dextra silicem retinens: Si falleret, Iouem ceterosq; precatus deos, ita se mactarent, quodammodum ipse agnum mactasset, & sm precationem, caput pecudis saxo elisit. Sed & alibi T.Liuius idem huiusmodi iusiurandi formulam latius exequitur.

IO. RIV.

LIB. 7.epist.1. Iis delectationibus, quas tibi ipsi ad arbitrium tuum compararas.) Sic uolumen in membranã descriptum, ubi recentiores libros. {Quas tibi ipsi) quin autem prior lectio magis sit Tulliana, nemo opinor, negarit, qui sit diligenter in scriptis Ciceronianis uersatus. Nam sic fere Cicero, me ipse, mihi ipse, à me ipse, te ipse, tibi ipse, à te ipse, se ipse, sibi ipse, à se ipse. Ac Fenestellam quoq; tale apud Ciceronem quiddam obseruasse, testatur alicubi Seneca. Sic 1. de Diuinatione. In templo Herculis ualuæ clausæ repagulis, subito se ipsæ aperuerunt. Et secundo. Dubitans plerunque, & mihi ipse diffidens. ibidem. Alter mortem sibi ipse consciuit. Rursus. A constantia atque à mente, atque à seipse discessit. Primo de Oratore. Ita in iudicio capitis pro se ipse dixit. Secundo; Virtus autem, quæ est per se ipsa laudabilis. Et tertio, ut uita se ipse priuaret. Sed quoniam exempla in hoc genere infinita sunt, nos modum aliquem & finem faciamus oportet. Quorsum enim attinet copiam, quam possim, cum dubitatio in re nulla sit, persequi? Igitur ad institutum. {Quid? q̄ ne id quidem leporis habuerunt, quod solent mediocres ludi?) Vbi in alijs. Quid? ne id quidem. Notus est hic dicendi modus, quo particulæ istæ binæ, quid quod, eleganter uenusteq; iunguntur. Qua de re exempla afferre quid attinet, cum sint illa passim apud Ciceronem obuia?

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Respondet petitioni amici de prædio emendo per Ciceronem.

M. CICERO M. MARIO S. D. 2

*MANDATVM tuum curabo diligẽter. sed homo acutus ei mandasti potißimũ, cui expediret, illud venire quam plurimo: sed eo vidisti multum, quod præfinisti, quo ne pluris emerem. Quod si mihi permisisses: qui meus amor in te est, confecissem cum cohæredibus. nunc quando tuum precium, nouis licitatorem potius apponam, quàm illud minoris ueneat. sed de ioco satis est. Tuum negocium agam, sicuti debeo, diligenter. De Bursa te gaudere certo scio. sed nimis verecunde mihi gratularis: putas enim, vt scribis, propter hominis sordes minus me magnam illam lætitiam putare. credas mihi velim, magis me iudicio hoc, quàm morte inimici, lætatum. primum.n.iudicio malo, quàm gladio: deinde gloria potius amici, quàm calamitate in primisq; me delectaui, tantum studium bonorum in me * extitisse contra incredibilem contentionẽ clarißimi, ac potentißimi viri. postremo, quod vix verisimile fortasse videatur, oderam, multo peius hunc, quàm illum ipsum Clodium. illum.n.oppugnaram: hunc defenderam. & ille, cum omnis resp. in meo capite discrimen esset habitura, magnum quidem spectauit, nec sua quidem sponte, sed eorũ auxilio. qui me stante stare non poterant: hic simiolus animi causa me, in quem inueheretur, delegerat: persuaseratq; non nullis inuidis meis, se in me emissarium semper fore. quã obrem valde iubeo gaudere te. magna res gesta est. nunquam vlli fortiores ciues fuerunt, quàm qui ausi sunt eum cõtra tantas opes eius, à quo ipsi lecti iudices erant, condemnare. quod fecissent nunquam, nisi ijs dolori meus fuisset dolor. Nos hic, multitudine, & celebritate iudiciorum. & nouis legibus ita distinemur, vt quotidie vota faciamus, ne intercaletur, vt quamprimum te videre possumus. Vale.*

* *alias stetisse.*

HVBER.

MANDATVM tuum) Scriptus fuerat Cicer. testamento cuiusdam prædij hæres, cum quibusdam alijs cohæredibus. hoc prædium cum Marius emere cuperet, mandarat Cic. ut illud emeret. Præfinieratq; ei precium quod non p̄terirec, uel quod impenderet ꝓ eo p̄dio. Quare Cic. iocans eũ carpit, imprudentię, q̄ mandasset id negocium ipsi Cic. cuius interesset illud p̄dium uẽdi q̄plurimo serio: tñ postea dicit se curatuꝝ diligenter eius negocium. Deinde scribit se uicisse in iudicio Bursam quẽdã, de quo dicit se scire Mariũ uehemẽter lætari, q̄a conatus fuerat oĩ ui oppugnare Cic. {Mandatũ t.) id qđ mihi mandasti, & cõmisisti, ut ꝓ te facerẽ. {Sed hõ ac.) subaudi es, ironice dixit. {Potissimũ,) p̄cipue p̄ter ceteros, q̄a maximã hẽoi partẽ, & minus debueras mihi mãdare, q̄ alijs, q̄a erat in p̄te res mea. {Expediret,) utile esset. {Venire) uẽdi. est.n. infinitiu᷒ à neutro uęnis. {Quãplurimo.) quãto maximo p̄cio posse. {Illud) uel p̄diũ, uel absolute illud, illa res, ut nolit declarare qđ fuerit. Sed eo. q̄a dixit cũ errasse i hoc, q̄ mãdasset negociũ ei, c᷒ itéresset illud uẽdi q̄ maximo p̄cio posset, dicit tñ q̄ in hoc fuit cautus, q̄a p̄finiuit ei p̄cium, qđ non prę teriret, in quo tñ irridet ipm, q̄a si pmisisset ipm p̄ciũ in ptãte Cic. dicit, q̄ iam emisset. {Eo) pp id. uel in eo. {Vidisti m.) fuisti multũ cautus, & prudẽs. {Præfinisti,) p̄scripsisti, determinasti, ut tñ impẽderet, quantũ scripsisses, nõ plus. {Quo) ut. {Ne) non. {Pluris) q̄ scripsisses. {Permisisses:) reliqsssem ptãte mea. {Cõfecissem cũ coh.) i.ꝯclusissem cũ alijs, qui sunt instituti hæredes mecũ, qđ tibi reliqsset ipm p̄diũ. {Qui me᷒ am. est in te).i.p eũ amorẽ, q̄ meus amor est in te, est aũt ꝯstructio usitata apud Cic. ut sæpe oñdim᷒. {Nũc,) adhuc iocat Ci. & dicit, qđ nũc cũ intelligat p̄cium Marij, qđ uult impẽdere ꝓ eo

Venire.

prędio,

prædio, potius adhibebit licitatorem.i.æſtimatorem, ꝙ quod uendatur minoris.{Tuum preciũ)ſummam tui precij, quod uis impẽdere.{Licitatorẽ)æſtimatorem, qui pcium facit, à li ceor uerbo, quod ſignat æſtimare, preciũ deferre, inde licitator.Cic.3.off.Non licitatorem uenditor, nec cõtra ſequi liceatur emptor apponet.{Væneat)uendatur.{Minoris)quam.ſ. pfiniſti mihi.{Sed de ioco) hoc ſubdit Cic. ne uideatur ſerio dixiſſe, & uelle id carius emere, quam præfinitũ eſſet ſibi preciũ. {Tuum neg.)emendi, quod mãdaſti mihi.{De Burſa) quem ſuperaui in iudicio.{Nimis uerecũde)nimis parce & modice. ut ſcribit, ſcribebat, Marius ſe putare Cic. non multũ gaudere, ꝙ uiciſſet Burſam, qa erat hõ uilis, & ſordidus, laus aũt uictoriæ pẽdet ex precio hoĩs.{Hoc iudicio)quo uici Burſam.{Inimici)uel Clodij: ut quidam uolunt uel ipſius Burſæ, ut ſit ſenſus, magis lætatus ſum uiciſſe inimicũ meo iudicio, ꝙ ſi eſſet mortuus.{Primũ)una ex multis rõnibus.{Malo).ſ.uincere. {Gloria amici)qs fuerit hic amicus non ſatis cõſtat, ſed intelligimus aliquẽ eſſe oppugnatũ ab illo Burſa.{Studiũ)fauorem.{Cõtentionem)orationẽ aduerſariam.{Clariſſimi uiri.) M.Craſſum ſignat, qui hũc Burſam tuebatur.{Poſtremo)ultima ratio, quare uehemẽter lætatus ſic hoc iudicio.{Multo peius)multo magis, multo uehementius Ouid. Quæ uenit ex acto tpe peius amat.{Illum ipm)q.d.Inimiciſſimũ meũ.{Illum)Clodiũ.{Hunc)Burſam.{Habitura diſcr.) habitura periculũ, & cladẽ.{In capite meo).i.in uita mea, ſi ego periſſem. {Spectauit)ſuperauit, cõſiderauit.{Quiddam magnũ)quandã rem magnã.{Sua ſponte) p ſeipſum.{Illoꝝ) inimicorum meoꝝ, & reip.{Auxilioꝝ).i.fauore illoꝝ.{Qui ſtare non poterant)me ſtante, ꝗ nõ potuiſſent obtinere ſtatum ſuũ me incolumi, & obtinere ſtatum meũ.{Hic Simiolus).ſ.Burſa: per cõtemptum aũt appellauit eum Simiolũ. {Delegerat amicũ) accepat ſibi Clodium amicũ.{Cauſa mei) qa ſciebat eum inimicũ meum.{In quem).ſ.me.{Inueheretur).i.quem Inſequeretur, & criminationibus laceraret.{Emiſſarium)prõptum, et paratũ ad hoc, nam emiſſarij dñr equi, ꝗ ſeruãtur ad procreãdã ſobolem, & emittũtur ad equas, inde tranſlatiue emiſſarij in aliquos dñr, qui ſunt parati inuehi in aliquos.{Iubeo) uolo.{Geſta eſt)cũ uictus eſt hic Burſa.{Fortiores)maioris ai. {Eius)Craſſi, ꝗ elegerat iudices, & tñ illũ condẽnauerunt contra fauorem Craſſi.{Niſi meus dolor fuiſſet dolori ijs)niſi doluiſſent meo dolore.i.niſi doluiſſent, qa ego dolebam.{Multitudine & cel.)i.multis, & celebribus.hoc eſt claris iudicijs, quia ſemper uincimus.{Detinemur)ſumus occupati.{Intercaletur)fiat intermiſſio.nam intercalare eſt interſerere ſiue interponere, ſiue interuocare ut ſupra declarauimus plenius.

Licitator — *Peius pro magis.* — *Emiſſarij* — *ASCEN.*

Mandatum tuũ &c.Cic.acceperat ex teſtamento prædiũ, de quo Marius ſcripſerat, ut ſibi ematur à Cic.ꝙ minimo queat, unde iocans Cic.dicit ſua intereſſe, ut ꝙ maximo uendatur, dicit tñ ſe curatuꝝ eius negocũ, ac demum dicit ſe uiciſſe aduerſariũ ſuũ nomine Burſam, de quo ſperat Mariũ gauiſuꝝ. Ordo eſt. Ego curabo diligenter mandatum tuum.ſ.ut prædiũ tibi ematur, ſed tu hõ acutus, quod iocoſe dicit, tu mãdaſti.ſ.prædiũ tibi emi, ꝙ minimo, potiſſimũ.i.maxime ei, cui expediret.i.utile eſſet, illud.ſ.pdiũ, uẽnire.i.uendi, quãplurimo.i.maximo pcio, hoc eſt mihi, cius ex teſtamento poſſeſori. Sed tu uidiſti.i.pſpexiſti multũ, eo ꝙ pfiniſti ne emerem pluris.ſ.ꝙ ſcripſeras, quod ſi ſcripſiſſet, eme ꝙ minimo poteris ſine qbus paulo, aut quanti qbus, potuiſſet Cic. maximo uendidiſſe pcio, ipſe tñ per iocũ dicit ſeſe cõtra fuiſſe factuꝝ, addens ꝙ ſi pmiſiſſes mihi.i.arbitrio meo, & nõ pfiniuiſſes mihi preciũ, ꝗ meus amor eſt in te.i.ꝑ m amorẽ quo te pſequor, ego feciſſem.ſ.emptionem cũ cohæredibus, quia ipſe nõ erat ſolus hæres. Nunc qm ego, ꝗ ſum in parte hæres, noui preciũ .i.quãti tibi ſit, ego ponã potius in licitationẽ.i.uenditionẽ, quæ cedat plus ceteris offerẽti, ꝙ illud.ſ.prædiũ, uẽneat.i.uẽdatur minoris.ſ.ꝙ præfiniuiſti, ſed ſatis eſt de ioco. Ego agã negociũ tuũ diligenter ſicut debeo q.d. pp partẽ meam non curabo, ut pluris uæneat ꝙ par ſit. Ego certo ſcio te gaudere de Burſa.i.ꝙ Burſam uicerim, ſed tu gratularis mihi oĩmis uerecũde. Putas.n.ut ſcribis, me putare illã lætitiã minꝰ magnã pp ſordes hoĩs.ſ.uicti. Velim, ſup.ut credas mihi, me magis lętatũ hoc iudicio, qꝺ cõtra Burſam latũ eſt, ꝙ morte inimici. Enim.i.qa, primo malo.ſ.uictũ eſſe, iudicio ꝙ gladio, deinde gloria.i.cũ gļia amici, pro quo Cic.ꝯtra eũ egit, ꝙ calamitate, ꝗ ſecuta fuiſſet, ſi gladio uindictã ſumpſiſſet. Et in pmis delectauit me tm̃ ſtudiũ boooꝝ extitiſſe in me ꝯtra incredibilẽ cõtẽtionẽ uiri clariſſimi, ꝗ potẽtiſſimi Craſſi, ꝗ pro Burſa ſtetesrat. Poſtremo, qꝺ uꝛ fortaſſe incredibile, ego oderã multo peius.i.grauius, & cũ maiore execratione, & mali in illũ optiosne, hunc.ſ.inimicũ, ꝙ illũ ipm Clodiũ.ſ.ſingularẽ inimicũ, & hꝰ amicũ. Enim.i.qa ego oppugnarã.ſ.prius illũ.ſ.Clodiũ, & ita merito inimicus fuit, & defenderã hũc.ſ.Burſam, ꝗ poſtea factus eſt inimicus. Et ille.ſ.Clodius cũ oĩs Reſp.eſſet habitura diſcrimẽ.i.periculũ.in meo capite.i.ſi ego in piculo eſſem, ſpectauit.i.ptendit, quiddã magnũ.i.quoddã emolumẽtum ſingulare, nec qdem ſua ſpõte.i.pprio ingenio, aut nãli induſtria, ſed auxilio eoꝝ, ꝗ nõ poterãt ſtare me ſtãte.i.ſi ego manſiſſẽ in ſtatu meo. Hic.ſ.ſimi. Simiolus.i.turpis imitator Clodij, delegerat eũ animi.i.ut ſatisfaceret malitiæ animi ſui me i quẽ inueheretur, & pſuaſerat nõnullis inuidis mei ſe fore ſp emiſſariũ in me.i.ꝗ inueheretur in me, & ſp pprius eſſet, ut emittatur i me. Quãobrẽ ego iubeo.i.uolo, ſi tñ aliquãtulũ impioſe, qꝺ ex gaudio dicit, Seruius aũt ad illud Aen. Infandũ regina iubes, dicit.i.uis, ſed tñ Aeneas modeſte potuit dicere Reginam iubere. te gaudere ualde, quia ſup.magna res eſt geſta. nunꝗ fuerũt ulli ciues fortiores, ꝗ aui ſunt Planci condesmnare eũ.ſ.Burſam, cootra tantas opes eius.ſ.Craſſi, à quo ipſi erant lecti iudices quod ipſi nunꝗ feciſſent, niſi dolor meꝰ fuiſſet ijs dolori. Nos detinemur bic multitudine, & celebritate iudicioꝝ, & nouis legibus, ita ut faciamus quotidie uota, ne intercaletur.i.ne fiat Itermiſſio, & ſuſpẽſo iudicioꝝ ut poſſimꝰ uidere te quãprimũ, qꝺ nõ liceret, niſi iudicijs abſolutis.

De Burſa) Hic eſt T.Plancus Burſa, frater L. Planci, ad quẽ ſunt epłæ lib.X. accuſatus eſt de ui, & ꝯdẽnatus à Cicerone, cui antea tribunus pl. i cauſa Milonis aduerſatus fuerat, & in concionibus magnã inuldiam concitarat. poſtea rerum potitus Cæſar eum, & oẽs leges Pompeia dãoatos reſtituit. Dio, Pedianus, & alij, in bis aũt epłis 131.195.

PAVLVS MANVT.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Conſolatoria eſt epiſtola, ſed alioqui multa dicuntur, quæ ad prudentiam Ciceronis magis referenda uidentur: utpote tota iſta narratio belli qua dicit quàm prudenter omnia præcogitarit, & prauiderit, & quo conſilio Pompeium deſeruerit, & in urbem redierit. Poſtremo ipſa eadem conſolatione, qua uſum eſſe dicit, Marium ſolatur.

M. CICERO M. MARIO S.D. 3

*Perſaepe mihi cogitanti de cõibus miſerijs, in quibus tot annos uerſamur, & ut uideo, uerſabimur, ſolet in mẽtem uenire * illius temporis, quo proxime fuimus una. quin etiam ipſum diẽ memoria teneo. nam ad III. idus Maias, Lentulo, & Marcello coſ. cum in Põpeianum ueſperi ueniſſem, tu mihi ſolicito animo præſto fuiſti. ſolicitum aũt te habebat cogitatio tum officij, tum etiã periculi mei; ſi manerẽ in Italia, uerebare, ne officio deeſſem. ſi proficiſcerer ad bellũ; periculum te meum cõmouebat. quo tẽpore uidiſti profecto me quoque ita conturbatũ, ut non explicarem, quid eſſet optimũ factu: pudori tamen malui, famæq́ cedere, quàm ſalutis meæ rõnem ducere. cuius me mei facti pœnituit, nõ tam propter periculum meum, quàm propter uitia multa, quæ ibi offendi, quò ueneram: primum neque magnas copias, neque bellicoſas: deinde, extra ducem, paucoſq́ præterea, (de principibus loquor)* reliqui primũ in ipſo bello rapaces, deinde in oratione ita crudeles, ut ipſam uictoriam horrerem: maximum aũt æs alienum ampliſſimorum uirorum. quid quæris? nihil boni præter cauſam. quæ cũ uidiſſem, deſperans uictoriam, primũ cœpi ſuadere pacem, cuius fuerã ſemper auctor: deinde, cum ab ea ſñia Pompeius ualde abhorreret, ſuadere inſtitui, ut bellũ duceret, hoc interdũ probabat, & in ea ſententia uidebatur fore, & fuiſſet fortaſſe, niſi quadã ex pugna cœpiſſet ſuis militibus cõfidere. ex eo tempore uir ille ſummus, nullus imperator fuit. ſigna tirone, et collectitio*

* *alias illi. tẽp. recordatio.*

* *alias reliquos*

*exercitu cum legionibus robustißimis contulit. victus, tur-
pißime, amißis etiam castris, solus fugit. hunc ego belli mihi
finem feci: nec putaui, cũ integri pares nõ fuissemus, fractos,
superiores fore. discessi ab eo bello, in quo aut in acie caden-
dum fuit, aut in aliquas insidias incidendum, aut deueniendũ
in victoris manus, aut ad Iubam confugiendum, aut capien-
dus tanquam exilio locus, aut consciscenda mors voluntaria.
certe nihil fuit praeterea, si te victori nolles, aut non auderes
cõmittere. ex omnibus aũt ijs, quae dixi, incõmodis, nihil tole
rabilius exilio, praesertim innocenti, ubi nulla adiuncta est tur
pitudo: addo etiam, cum ea vrbe careas, in qua nihil sit, quod
videre posis sine dolore. ego cum meis, (si quidquam nunc
cuiusquam est) etiam in meis esse malui. quae acciderunt, oĩa
dixi futura. veni domum, nõ quòd optima viuendi conditio
esset, sed tamen, si esset aliqua forma reip. tanquam in patria
vt essem; si nulla, tanquam in exilio. mortem mihi cur con-
sciscerem, causa nulla visa; cur optarem, multa. vetus est.n.*
VBI *non sis, qui fueris, non esse, cur velis viuere. sed tamen,*
VACARE *culpa, magnum est solatium; praesertim cum ha-
beam duas res, quibus me sustentem, optimarum artium sciẽ
tiam, & maximarum rerum gloriam: quarum altera mihi
viuo nunquam eripietur, altera ne mortuo quidem. Haec ad
te scripsi verbosius: & tibi molestus fui, quòd te cum mei, tũ
reip. cognoui amantißimum. notum tibi omne consilium meũ
esse volui, vt primum scires, me nunquam voluisse, plus quen
quã poss: quàm uniuersam remp. postea aũt quàm alicuius cul
pa tantum valeret vnus, vt obsisti non posset, me voluisse pa-
cem: amisso exercitu, & eo duce, in quo spes fuerat vno, me
voluisse etiam reliquis omnibus; postquam non potuerim, mi
hi ipsi finem fecisse belli: nunc aũt, si haec ciuitas est, ciuem es
se me; si non, exulem esse non incommodiore loco, quàm si me
Rhodum, aut Mytilenas contulissem. Haec tecum coram ma-
lueram: sed quia longius fiebat, volui per literas eadem: vt
haberes, quid diceres, si quando in vituperatores meos inci-
disses. sunt enim, qui, cum meus interitus nihil fuerit reipub.
profuturus, criminis loco putent esse, quòd viuam. quibus ego
certo scio non videri satis multos perisse: qui, si me audissent,
quamuis iniqua pace, honeste tamen viuerent: armis enim in
feriores, non causa, fuissent. Habes epistolam verbosiorem for
tasse, quàm velles. quod tibi ita videri putabo, nisi mihi lon
giorem remiseris. Ego, si, quae volo, expediero, breui tem
pore te, vt spero, videbo. Vale.*

HVBER.

PERSAEPE,) Quo tpe Caes. ab illo uniuersae Galliae bello reuersus est, creati erant consules. L. Lent. & M. Marcellus, infesti & aduersi eius dignitati, q cũ in Italiam ꝓfectus intellexisset duas legiones ad se remissas, q̃ ex senatusc. ad Parthicũ bellũ duci deberent, ꝑ, M. Mar. Cn. Pomp. traditas, atq; in Italia retẽtas esse posteaq̃ aliquantulum passus est. tñ multis acerrimis in se Põp. & alioꝝ sentẽtijs, tñ infamia duaꝝ legionũ, quas diximus à Põp. in Italia retẽtas rẽ ad arma des duci studebat. Itaq; data sibi opportunitate, & discessu fuga tribunoꝝ, q se ad eũ Rauennã cõtulerant: incensis oꝛone sua militũ aĩs, tandem occupato Ariminio bellũ incepit qđ post ea extra Italiã trãslatũ est in Thessaliã, ubi Pomp. fugatus est, cui bello dicit Cic. se ĩterfuisse magis officio q̃ uolũtate. discessisse aũt posteaq̃ uidit nullã esse spẽ uictoriae, elegisse ex multis ꝯditionibus potissimũ esse Ro. q̃uis id quoq; miseꝝ sit. ostẽdit aũt se maximã ꝯsolationẽ eape ex ꝯscia rectoꝝ ꝯslioꝝ suoꝝ, hẽreq; duas res qbus maxime in his aduersitatibus se sustẽtet sciam liberaliũ, & optimarũ artiũ, & gloriã reꝝ gestaꝝ. {Tot an.) postq̃ Caes. reuersus è Gallia icepit esse cõtra patriã. {Versabimur) qa uicto Pomp. Cato ad Iubã ꝯfugit, ubi reparabat exercitũ, itaq; nondũ erat finis belloꝝ ciuiliũ. {Proxime) nõ nuperrime, nã iam multũ tp̃s erat quo nõ fuerãt unà, sed ꝓxime postq̃ non cõuenimus, nec sil' fuimus, nã ꝓximũ dr̃ quod ẽt lõge positũ est, lõge interueniẽte, unde si duobus annis ꝑteritis àte lr̃as accepim, post quas nihil postea scripseris, recte dicã ꝓximas lr̃as tuas qa re uera sunt ꝓximae si nullas alĩs post eas misisti. {Quin ẽt) imò, insuper. {Lentulo & Mar. cõ.) Hi.n. ut diximus in initio belloꝝ ciuiliũ ꝯsules erant. {In Põp. i. Pomp. uillã meã. {Praesto fuisti) statim uenisti, obtulisti te mihi. {Solicito) anxio. {Solicitũ) dicit Cic. Mariũ fuisse anxiũ duplici de cã, & ꝑꝑ periculũ Cic. si ꝓfectus fuisset ad bellũ, & ꝑꝑ eius officiũ, quod uidebatur negare Pomp. & patria si in Italia mãsisset, neq; ad bellũ iuisset. {Tũ officij). i. & officij mei. i. eius, qđ deberẽ facere. {Tũ ẽt) & ꝑcipue. {Ne officio deessem) ut facerẽ, quod deberẽ & erga patriã, & erga Pomp. {Non exp.) nõ discernerẽ ne cognoscerẽ. {Pudori) uerecũdiae honestati, qa pudebat me, & deesse à quo in salute fuissem adiutus. {Et fa.) qa fuissem dictus malus ciuis, nisi saluti reip. subuenissem. {Cedere) obsequi. obtẽperare. {Cuius fa.) quod ꝑposuerim pudorẽ, & famã meae saluti. {Vitia multa) multas causas uitiosas. {Ostendi) inueni. {Ibi) in castris Põp. Primũ enumerat uitia, quae inuenit in castris Pomp. {Neq; bel.) neque fortes in bello ut scribit. Appius. {Extra ducem). i. excepto duce. s. Pomp. {Paucosq;). s. extra paucos. i. exceptis paucis. est aũt ornatũ dicendi genus apud Cic. ut si sic dixero, extra Hom. nullus poeta graecus Virgilio antefertur. i. excepto Homero. {Praeterea) ꝑter eum. s. ducẽ. {De principibus) de primis, & optimatibus. {Rapaces) auari praedatores. {Crudeles) in ora minabãtur. n. multis Caes. caedẽ. {Horrerẽ) uehementer timerẽ. {Aes alienũ) pecunia, quae alijs debetur, nam aes alienũ dr̃ quod non nr̃m est cũ alijs debemus ob causam. {Quid quaeris) q. d. ut paucis ꝯcludã. {Nihil boni) subaudi erat in castris. {Praeter causam) excepta causa, quae est honestissima pro defensione patriae. {Auctor) suasor. {Abhorreret) alienus esset neq; ullo pacto uellet ei assentiri. {Duceret) ꝓtraheret, ne descenderet, ad pugnã cum Caes. {Ex quadã pugna) qua uisus est hr̃e fortunam fauentẽ. {Vir ille) Pomp. {Sũmus) tot uictorijs & triũphis insignis. {Nullis fuit). i. amisit qcq̃d ante fecerat. {Cõtulit signa) cõgressus est, ꝯseruit manũ. {Tirone) pro tyronibus. i. nouis militibus, & inexercitatis. {Collectitio) undique contracto, ex omni gñe hominum. {Cũ legionib.) s. Caes. quae erant exercitatae decẽnali bello in Gallia, & robustissimae. {Turpissime) cũ magno dedecore. {Amissis castris) qa non potuit ẽt tutari locũ, ubi erãt milites. {Solus fugit) usque ad tp̃a thessalica, ut scribit Plut. & Luc. deinde per tp̃a ad mare delatus est &c. {Hũc finem) cũ Pom. est superatus. {Nec pu.) sensus est cũ non potuissemus esse pares Caesarianis, qñ eramus integri, & nondũ clade affecti, putaui nõ esse posse, ut essemus superiores postq̃ essemus fracti & diminuti. Itaque putaui bello discedendũ. {Superiores) uictores. {Aut in acie cad.) i. moriendũ pugnando. {Cõmemorat aũt multas conditiones malas, quae fuerãt necessariae, nisi discessisset ab eo bello. {In manus uictoris) in captiuitatẽ. {Iubam) regem Numidiae amicissimũ Pop. R. {Capiẽdus) eligẽdus à me, ſpõte mea. {Tanq̃ exilio). i. tanq̃ missus sim in exiliũ. {Consciscenda) tribuenda, capienda. {Nihil fuit p.) i. nihil fuit ultra ꝑdictas cõditiones. {Si te) ponit unã conditionem, quae poterat esse cũ reliqua, sed ostendit eã neq; tutam neq; honestam fuisse. {Nolles) pro nollet aliqs, more suo ponit secũdam personam pro tertia. {Innocẽti). i. ei q in nulla esset culpa. {Vbi) uel qñ uel in quo innocẽti. {Addo). i. accedit & alia causa, quod exiliũ sit tolerabilius, quia si exul sis, nihil sit quare debeas carere urbe R. in qua oĩa sint misera. {Si quidq̃) correctio. {Cuiuspiã) quia nemo põt dicere quicq̃ esse suum. {Dixi) existimaui {Optima) felicissima, qua sciebã causam mihi esse non posse. {Tanq̃ in pat.) quã si in patria, qa Cic. non audet amplius uere nominare Romã patriam, sed tanq̃ patriam. {Si nulla) subaudi esset forma reip. {Tanq̃ ex). i. tanquã fuisse exul, & extra patriã. {Nulla uisa est causa). s. idonea: ut meipsum interficerẽ. {Optarem) cuperẽ. {Multae) quia amiserã ea ꝑꝑ quae maxime iuuabat me uiuere. {Vetus est. n.) subaudi dictum uel prouerbiũ, & est ratio, quare essent multae causae cur optaret sibi mortẽ, qa qñ hõ desinit esse is, qui cõsueuit, non est quare multũ debeat appetere uitam. {Vbi) qñ. {Qui fueris) qualis esse ꝯsueueris. {Cur uelis uiue.) cur optes uitã, qa uiuimus, ꝑꝑ honores & dignitates, qbus amissis deficit causa optãdae uitae. {Vacare) carere. {Altera ne eri.) ut. s. sciẽtia optimaꝝ artium,

Aes alienum.

tium,qa remanet,& hoīs uitam nunq̃ deserit,quocunq; ierit, sola.n.morte aufertur.{Altera ne mortuo quidem)qa gloria reꝝ gestaꝝ,est æterna & imortalis.{Verbosius)pluribus uerbis.{Plus quenq̃ posse).i.me uoluisse,ꝙ aliqs tm̃ posset ut ipsa resp.nõ retineret statutū,& dignitatem suā.i.plus amaui q̃ quenq̃ alium.{Vnus)Cęs.qa oīa solus poterat.{Alicuius)nõ dicit,q fuerit,sed innuit ipm̃ Pomp.q antea tm̃ studuerat partibus Cæs. ꝙ postea cognouit se malefecisse. eius.n.cã fuerat Cæs.cõfirmata ꝓuincia in alteꝝ qnquenniũ.{Eo duce)Pom.{In quo uno)in quo solo.{Voluisse) Est ordo,uolui ut scires me ēt uoluisse fecisse finē belli mihi ipsi. {Postquā nõ po.rel. oib.)s.fecisse finē belli.i.postquā nõ potui facere,ut reliq oēs discederēt à bello,uolui ego ipse discedere, hæc oīa declarant in uita Cic.scripta à Plut.{Ciuē esse me)subaudi,uolui ut scires me uoluisse esse ciuē &c.{Si nõ).s.hæc ciuitas.{Exulem) ēt Romę.{Mytilenas)Lesbū,de Rhodo,&Mitylenis diximus abūde alio loco.{Maluerā)subaudi loq.{Fiebat l.)i.trahebatur in longū,ut tecum corā loq possem.{Eadē).s.dicere, quæ dicturus fuerā corā.{Nihil ꝓf.)nullā utilitatē allaturus,imò potius nociturus.{Loco cr.)i.putēt me peccare,qa uellent ꝙ potius me interimerē q̃ uincerē.{Satis mul.)qa uellent & alios perire.{Quāuis iniqua) qa iniqua pax est, ubi q meliorē habet causam subdit ꝯditiones eius, q iniustā causam fouet. {Nisi lõgiorē r.) nā si tu quoq; ad me multa rescribes intelligam meam epl'am non uisam fuisse tibi nimium uerbosam.

ASCEN.

*NON dubito, quin perlatum ad te sit, Appium à Dolabella reum factum, sanequã non ea, qua existimaueram, inuidia. neque enim stulte Appius; qui, simul atq; Dolabella accessit ad tribunal, introierat in Vrbem, triumphiq; postulationem abiecerat. quo facto retudit sermones; paratiorq; visus est, quàm sperauerat accusator. is nunc in te maximam spem habet. scio tibi eum non esse odio. quàm velis eum obligare, in tua manu est: cum quo simultates si tibi nõ fuissent, liberius tibi de tota re esset. nunc, si ad illam summã seueritatem legitimum ius exegeris; cauendum tibi erit, ne parum simpliciter & candide posuisse inimicitias videaris. in hanc partem porro tutum tibi erit, si quid volueris, gratificari. nemo.n.necessitudine, & amicitia te deterritum ab officio dicet. Illud mihi occurrit, quòd inter postulationem, & nominis delationem vxor à Dolabella discessit. quid mihi discedens mandaris, memini: quid ego tibi scripserim, te non arbitror oblitum. non est iam tempus plura narrandi. vnum illud monere te possum: si res tibi non displicebit, tamen hoc tẽpore nihil de tua voluntate ostendas; & expectes, quemadmodũ exeat ex hac causa; ne quà inuidiosum tibi sit, si emanarit. porro significatio vlla si intercesserit; clarius, quàm deceat, aut expediat, fiat. neque ille tacere eam rem poterit, quæ suæ spei tam opportuna acciderit, quæq; in negocio conficiendo tanto illustrior erit: cũ presertim is sit, qui, si perniciosum sciret esse loqui de hac re, vix tamen se contineret. Pompeius dicitur valde pro Appio laborare, vt etiam putent alterutrum de filijs ad te missurum. hic nos oẽs absoluimus. et * hercule confecta, omnia fœda, & inhonesta sunt. Consules autem habemus summa diligentia. adhuc s. c. nisi de ferijs Latinis, nullum facere potuerunt. Curioni nostro tribunatus conglaciat. sed dici non potest, quo modo hic oĩa iaceant. nisi ego cum tabernarijs, & aquarijs pugnarem, veternus ciuitatem occupasset. si Parthi vos nihil calfaciunt, * nos hic frigore frigescimus. tamen, quoquo modo hic omnia iaceãt. potuit sine Parthis. Bibulus in Amano nescio quid cohorticularum amisit. hoc sic nunciatum est. Quod tibi supra scripsi, Curionem frigere: iam calet: nam feruentissime * concerpitur: bellissime.n.quia de intercalando non obtinuerat, transfugit ad populũ, & pro Cæsare loqui cœpit, legemq; viariam non dissimilẽ agrariæ Rulli, & alimentariam, quæ iubet ædiles metiri, iactauit. hoc non dum fecerat, cum priorem epistolæ partem scripsi. Amabo te, si quid, quod opus fuerit, Appio facies, ponito me in gratiam. De Dolabella integrum tibi reserues, suadeo. & huic rei, de qua loquor, & dignitati tuæ, æquitatisq; opinioni hoc ita facere expedit. Turpe tibi erit pantheras Græcas me non habere. Vale.*

** alias hercule cõsceptã oĩa fœdera et.*
** alias nos nihil frigere.*
** alias concerpitur legis.*

HVBER. NON dubito) Quemadmodũ patet lib. 3. epist. quę incipit. Cũ est ad nos allatũ etc. Et alijs duabus sequentibus prædictũ, accusatus fuerat Appius à Dolabella, & à quibusdã fautorib. Dolab. ambitus, & maiestatis, ex quo cũ triumphũ de reb' gestis in Cilicia esse petiturus amiserat eius hñdi spẽ, quã eam hac epła Cœlius indicat Cic. ostenditq; eum plurimum pdesse posse App. sed monet eũ, ut ita ei pſit, ut uideatur oĩno depoſuiſſe oẽs inimicitias & simultates, quas ante habuit cũ ipso appio: dicit aũt Pomp. ei plurimũ fauere. & pro eius causa laborare. Narrat ꝑterea quędã, quæ fecit Curio in fauorem Cæs. postremo rogat Cic. Cœlius, ut eũ in gfa Appij ponat, et reuersus ab eo pãtheras græcas petit. {Factũ reũ) accusatum ambitus, & maiestatis. {Nõ ea) nõ tãta. {Inuidia) maleuolentia. {Neq;.n. stulte) s. fecit. {Simulatq;) cũ primũ statim. {Ad trib.) ubi sedebant iudices, apud quos eũ accusantur. {Abiecerat) Deposuerat. {Triũphi) de rebus in Cilicia gestis, cui ꝑfuerat ante Cic. ut lib. 3. uisum est. {Accusator) Dolabella. {Is) Appius. {Eũ) Appiũ. {In tua manu) i. in ptãte. {Quàm) i. quantũ. {Velis eũ obligare) adiuuãdo eũ contra Dolab. {Liberius) magis in ptãte tua, ut ẽt nõ faueres ei si nolles, qa nemo diceret te fauere hoc odio. {Nũc) dicit oĩno, ei esse fauendũ, ne uideatur aliqd retinuisse de ueteribus inimicitijs. {Ius leg.) Iustũ ius recõciliationis. {Pax simp.) i. pax syncere. {Et pax c.) i. pax benigne, & pure. Horat. Albi nřo͞x sermonũ cãdide iudex. {Tutũ) sine periculo, & infamia tua. {Deterritũ) ab off. i. ꝑtermisisse offm tuũ erga Appiũ. {Necessitudine) q̃ est tibi cũ Dolabella. {Occurrit) in mentẽ uenit. {Discessit) à Dolabella, reliqt Dolabellã, fecit cũ eo diuortiũ. {Qui mãdaris mihi) nõ dicit qd sit, intelligimus ei mandatũ fuisse à Cic. ut siquis inueniretur aptus cuius matrimonio Tullia locaretur, se certiorẽ faceret, uel daret operã, ut ẽt nõ admonito patre locaretur, sicut ipse Cic. lib. 3. ad Appiũ scribẽs testatus est. Vnde nũc Cœlius signãt Dolabellã esse sine uxore, & se memorem eius mãdati. {Quid scrip.) ꝑijcimus eũ scripsisse multa de Dolab. {Hoc tpe) nũc ex hac cã, quã hẽt cũ Appio. {Quemadmodũ) an cũ honore, an turpiter. {Inuidiosum) exo͞x. {Emanarit) efluxerit. {Porrò) deinde. {Signũ) demonstratio tuæ uoluntatis. {Clarius) manifestius. {Quã deceat) aut q̃ expediat, neq; decet, neq; expedit res matrimoniales multis sciri, priusq̃ conficiatur. {Ille) Dolabella. {Tã opportuna) accõmodata utilis. {Cũ is sit) i. talis nãq;. {Vix se cõ.) qn loqueretur. {Alterutrũ) alteo͞x. {De filijs) i. suis uel Sex. Põp. uel Cn. Põp. {Hic) Romę. {Nos oẽs) cõsules, puinciao͞x. {Cõfecta) facta, instituta. {Et) i. ẽt. {Sũma d.) ironice q.d. negligẽtissimos. {Ferijs La.) latinæ feriæ, ut scribit Vae. dicebatur dies cõceptiuus, dictus à Latinis ppřis, qbus ex Albo mõte ex sacris carnẽ petere fuit ius cũ Romanis à qbus Latinis latinæ dictæ sunt. {Conglaciat) friget. {Iacẽt) sint pstrata, et deiecta. {Nisi e.) signãt Cic. iocose hoies deditos esse pigritiæ, ita ut ea marcescat. {Aquarijs) ijs q uẽdũt aquã. Iuuen. Veniat pductus aquarius. {Et ta.) i. cauponibus q uinũ uẽdũt. {Pugnarẽ) resisterẽ ne facerent copiã aquæ, & uini. {Veternus) (auctore Seruio) morbus est in tercus. i. hydrops, q hoies efficit pigros, unũ & pro pigritia ponitur apud Virg. in Georg. Nec torpore diu passus sua regna ueterno, bibit aũt multũ ueternosus, ut osidit Horat. Crescit indulgẽs sibi dirus hydrops. Nec sitim pellit nisi cã morbi Fugerit uenis, & aquosus albo Corpore lãguor, & Cato ait, ueternosus quã plurimũ bibit, tã plurimũ sitit. {Occupasset) inuasisset. i. oẽs iã essent ueterno si. {Parthi aff. os ni.) i. nihil curamus, in quo codice scriptũ erat, sed Parthi uos calefaciũt. {Potuit sine Parthis.) s. esse, ut oia iacerẽtur. {Bibulus) ꝑerat Syrię. {In ama. mõte) de quo diximus in 3. lib. {Cohorticulao͞x) .i. paruao͞x cohortũ. {Sic) s. eũ amisisse. {Qd su.) ꝓstat hãc epistolã scriptã esse quodã interuallo tpis. qa ego supra dixerat, ꝗ tribunatus, glaciat Curioni, nũc se corrigit, & dicit multũ calere. {Cõcerpitur) dilaceratur. {Leuissime) stultissime. {Viariã) de uijs, q̃ qd ꝑtineret, nõ facile scitur. {Alimẽtaria) legẽ de alimẽtis. {Agrariæ Rulli) i. legi quã Rullus de agris diuidũdis tulerat. {Iactauit) publice nominauit. {Quas leges) uiariã, & alimentariã. {Iubet ædiles) mentiri, falsò dicere esse ꝓbatas. {Hoc) ꝗ iactasset has leges. {Ponito me in grat.) dicis to ei psuasum à me, ut ita faceres. {Integrum) ut mihi oñdas de uoluntate tua collocandæ filiæ. {Huic rei) matrimonio filiæ. {Dignitati æquitati tuæ) quantum expectat ad Appiũ.

Veternus

Cohorticula.

ASCEN. NOn dubito. Visum est lib. III. accusatus fuerat Appius Pulcher Ambitus à Dolabella, & fautoribus eius, quare triũphũ amisit, quod nũc Cœlius scribit, monẽs Cicer. ut deposita simultate Appio recõcilietur. Ordo est. Non dubito qn platũ sit ad te, Appium. s. Pulchrũ, q ante Cicer. Ciliciã cepat factum reum. s. ambitus, & maiestatis à Dolabella, q postea gener Ciceroni fiet, sanè non ea. i. tanta inuidia quã. i. quãtum, existimauerã. s. Appio futurã. Neq;. n. Appius stulte sup. egit, q simul atq;. i. statim, postq̃ Dolabella accessit ad tribunal. s. accusaturus Appiũ, introierit in urbem, & abiecerat postulatiõnẽ triumphi, quã q sperabat, foris manebat, donec decretũ senatus fieret, quo facto Appius retulit sermones. i. rñdit, & uisus est paratior. s. ad sese purgandum, q̃ accusator. s. Dolabella sperauerat.

sperauerat. Is.s. Appius, habet nūc maximam spē in te. Scio eū .s. Appiū non esse tibi odio. est in manu.i.ptāte tua, obligare eū.s.tibi q̃.s.quantū uelis, cum quo.s. Appio, si simultates nō fuissēt tibi.s.prius, esset tibi liberius.i.agere.de iota re, q̄ a pos ses eū iuuare, & delcrere, ut uelles. Nūc si exegeris legitimum ius.i.rigorē iuris, ad illa summā ueritatē.i.iustitiā, sicut uer pro iusto sæpe ponitur, cauēdum erit tibi, ne uidearis posuis se.i.deposuisse inimicitias pa simpl̄r.i.sine dolo & pa cādi de.i.sine liuore. In hāc &c. Ordo est. Porro.i.sed tutū erit tibi siqd uolueris gratificari.i.gratū facere Appio, in hac parte.s. mitiorē. Nemo.n.dicet te deterritū ab officio, necessitudine, et amicitia quæ.s.tibi est cū Dolabella, ut tñ nōdum, hac cū scri beretur, Ciceroni gener factus, qa id post Appij liberationem purgauit lib. III. qd' et sequēs clausula cōprobat, unde intelli gā, ideo id nemine dictu eo, q̄ tūc nulla fuerat Ciceroni. Cū Dolabella necessitudo, aut amicitia. Illud.s. qd' sequtur, occurs rit mihi, q̄ uxor.s. Dolabellæ discessisset.s.p diuortiū, à Dolas bella, inter postulationē.i.uacationē in ius, & dclationē nois .s.rei. Memini.i.memoria teneo, q̄ tu discedēs.i.in prouinciā, mādaris promādaueris mihi q.d. q̄ Tulliā tuā idoneo maris to locarē, te incōsulto. Et arbitror te nō oblitū, qd ego scripse rim tibi.s.de Dolabella, q̄ esset idoneus gener futurus. Tēpus narrādi plura nō est ia. Ego possem monere te illud unum, si res nō displicebit tibi, sup. cū Dolabella posse matrimoniū cō trahi, tñ nihil ondas de uolūtate tua hoc tpe.s. lite pendente, & expectes queādmodū.s. Dolabella accusator, exeat ex hac ca.i.accusatione Appij. Deniq; si emanarit.i.diuulgatū fuerit filiā tuā nubere Dolabellæ, Appij accusatori, id sup. sit tibi ins uidiosum. Porro.i.sed, si ulla signo.s. uoluntatis tuæ, intercesse rit.i.ĩteruenerit, id sup. fiat clarius.i.manifestius, quā deceat, aut expediat.i.utile sit, & ita monet, ut occultissimū habeat. Neq; ille.s. Dolabella, poterit tacere eā rē.i.tua uolūtate filiam tuā tibi despōsatam, q̄.s.res, acciderit, tā opportuna spei suæ.s. de pdenatione Appi, quæq;.i. & quæ.s.res, erit tāto illustrior .i.clarior & magis pspicua, in negocio, pficiūdo.i.pficiundo, psertim cū.s. Dolabella, sit is.i.talis, q̄ si.i.etsi sciret periculum esse loq de hac re.s. quā inter nos agim'. hoc est de matrimo nio filiæ tuæ: tñ.i. nihilominus uix.i.cū summa difficultate, cōtineret se.i.abstineret à loquēdo. Pōpeius dr ualde labora re pro Appio.i.ut Appius absoluatur qd ēt cōtigit ut putēt .s.hoīes Pōp. sup. missu ad te alterutrū de filijs.s. suis, uel Ses xtū, uel Cneū, ideo aūt missurus putabatur, ut Cic. qui tūc erat in puincia, ubi Appius crimē cōmisisse accusabatur, facta qs stione, & ut dñt, informatione, beneuolē interpretetur, & ad senatū rescribat. Nos oēs absoluimus.s. quodam pjudicio, hic.i. Romæ, sup. Appiū, hoc est opinamur eū absoluendū, & Hercule.i.p Herculē. oia pcepta.s. crimina, de Appio.i. quæ in eius accusationis libello ptinētur. sup. sunt fœda, & molesta. Aūt.i.sed, nos habemus psules summa diligētia.s. pditos, qd' (ut Hubertino placet) p ironiā dicit: nā addit, ipsi sup. nullū .i.nō ullū non potuerūt facere adhuc senatusc.i. decretū ex le natus sn̄ia factū, nisi deferijs latinis.s. celebrādis Tribunatus c̄ glaciat.i. friget plurimū. hoc est abolitur, Curioni nrō, sed nō pōt dici qūo oia iaceāt.i.neglecta sint, & torpeant. hic.i. Romæ. nisi ego pugnarē cū tabernarijs & aquarijs.i. uēdenti bus uinū, aut portātibus aq̄ pretio. Iuuen. Veniat conductus aquarius. ueternus.i.torpor ex morbo intertute, & hydrope, occupasset ciuitatē, nimio potu, quocirca dicit se pugnare cū tabernarijs.i.cauponib. & aquarijs, ne.s. tñ uini potus uēdi tēt. aut ex torpore. Vnde Philippus Beroaldus, ex hoc loco ar gumētatur lib. II. in epl̄a, cuius principiū est, Raras tuas quis dē &c. ubi uulgo legitur. Erat in eadē epl̄a ueteranus ciuitas tis, legēdū esse, ueternus ciuitatis. Hic.n. ingt Pōpeium appel lat quo legionū Romanarum pfecto nullum exercitamentum pop. R. dabatur. Hęc ex illo. Veruntñ non ur̄ dicta epl̄a huic rndere, ppea q̄ dicit in eadē epl̄a scriptū esse manu Cœlij, Cice ronē nō defendi à Curio, sed potuit illa pars seorsum scripta delet esse. Veruntñ minus placet. q̄ dicat Pomp. Veternū di ci cū dicat se gaudere quod amicus in ocio sit. Intelligā ergo de ocio totius ciuitatis, aut intercute, ut dixi, aut nimia potas tione, melius tñ de torpore, eo q̄ pmisit qūo hic oia iaceant q.d. nullā litē agitari, nisi cū tabernarijs, & aquarijs pugnas ret.s.in foro iudiciali, accusando nos pluris iusto pcio opam suā, aut aq̄ uēdere, illas res corruptas. Si Parthi nihil calfaciūt nos aut uos.i.si nullū incutiūt timorē, nos nihil frigescimus. .i.frigidi simus, aut sumus, frigore.i.metu, eo q̄ metus frigus inducit, usq; adeo ut frigus pro metu ponatur, Aeneid. I. Ex tēplo Aeneæ soluūtur frigore mēbra, tñ quoquo.i. quocunq; oia iaceāt hic, potuit.s. Veternus esse, sine Parthis.i.nisi Pars thi nos solicitos facerēt. Bibulus. q Antiochiā curabat, amisit nescio qd cohorticulæ in Amano.i.mōte, incōfinio Ciliciæ. hoc est nunciatū.s. senatui nūc sic, qd.i. qq scripsi tibi supra, Curionē frigere.i.in ocio esse, ipse calet iā.i. rubore, nā concer pitur.i.à multis carpitur feruētissime. Enim.i. qa ipse nō obti nuerat intercalādo.i.remittendo, ipse trāsfugit leuissime.i.in pstātissime, ad ppl̄m, & cœpit loq pro Cæ.s. & iactauit legē uia riā.i.de uijs faciēdis, nō dissimilē Agrariæ.s. legi, Rulli.i. quā Rullus tulit & iactauit legē alimētariā.i.de alimētis faciēdis, quas.s. leges, ipse iubet ędiles metiri. metiēdo exercere, & in ui sum adducere: Hubertinus legit mētiri. qd nō placet. Cū ego scripsi priorē partē epl̄æ.s. huius (na pri' unā partē scripserat, deinde post aliquot dies ed absoluit, nō deletis prius scriptis) sup. Curio nondū fecerat hoc.i. nondū iactauerat. Amabo te, blādiēter dictū, si facies qd.i.aliqd. qd fuerit opus.i. utile Ap pio, ponito me in gratiam.i.s. Appij. suadeo sup. ut serues tibi. sup. negocium de Dolabella integrum, ita ut eum, & suscipere genere, & refutare libere possis. Expedit.n. & huic rei de qua loquor.i. matrimonio filiæ tuæ, aut pratiæ Appij conseruans dæ, & dignitati ęquitatis tuæ facere hoc ita. quod opinio est. Me non hēr.i.si non habuero, cum munera ædilitia dabo, Pā theras Græcas, erit turpe tibi quia culpaberis defuisse amico.

Confecta, oia fœda, & inhonesta sunt) *Hoc in loco ueteres libri inter se discrepant. nos eū, quem habet Ioannes Scala, et minus deprauatum secuti sumus: sic n. in eo legitur: cōfecta oia fœda, et inhonesta sunt ex quo adducti sumus, ut, vna litera immutata legeremus: cōfecta, oia fœda, & inhonesta sunt. post in Petri Bembi libro, confecta oia, distincte scriptū ani maduerti.* (*Tabernarijs*) *Aquarū ius penes ædiles, & censores erat. itaq; que, cū tabernarij publicas aquas in suū usum deducerent, Cœlius, qui tunc ædilitatē gerebat, ea de re cū tabernarijs & aquarijs pugnauit: cuncionē etiā de aquis scripsit, cuius meminit Frontinus libro I. de aqua ductibus.* (*Viariam*) *Dicit nescio quid Appianus de uijs a Curione instauratis: ta men, Viariam, magis probarem, quam Viariam: & post, Quem iubet ae diles metiri. ut hoc dicat: iubet ædiles legibus, quas ipse fert, uinum, & alimenta populo metiri. Annonianam legem & P. Clodius tulerat: de qua in oratione pro Sextio, & Asconius in Pisonem.*

PAVLVS MANVT.

APud Cicer. in epl̄is familiarib. à Cœlio pcinnatis uñr esse aquarij, q aq̄ circunferūt uenalē. Nisi ego, ingt cū aqua rijs & tabernarijs pugnarē, ciuitatē Veternus occupasset. Iuu. Veniat pductus aquarius. Aquaria puincia i Cicer. aduersus Vatiniū, cura est Quæstoris, pfecta mercib', q mari uel oino aqs subuehūtur, neqd exportetur. Sed & publicis aqs pfici so litos quosdā scimus. De qbus quoq; fit Sen. Cos. factū, ut cū ei' rei cā extra urbem forēt, lictores binos, & seruos publicos ter nos, architectos singulos, & scribas, & librarios accēsos, & pre cones totidē hr̄e liceret. Hosce dici qūq; aquarum curatores a nl maduerto, interdū & aquarios. Iulius Frōtinus: Ille aquarior tollēdus reditus, quē uocāt pūctā. Et mox docet fuisset quēdā q appellaret à pūctis. Pertinebāt & ad eadē aquarum rōnē, q uo cabātur uillici, castellani, silicarij, tectores. Sed hi fermè minis steria erant. Alibi Frontinus aquariorum fraudē nominat, quos aquas ex publicis ductibus in priuatorum usum deriuare depre hendisset. Super qua re Cœlij Rufi edita quoq; legebatur ora tio, cui titulus fuit. De aquis, ubi aquariorum dolo, irrugos agros, tabernas, cœnacula perpetuis salientibus coarguebat instructa. Vnde illustratur Cœlij eiusdē locus de quo dixim'.

Cal. Rho. Antiq. Lec. li. I. cap. 40.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Habet hæc epistola nouarum rerum nunciationem urbanam, et festiuā.

M. CAELIVS M. CICERONI S. D. 7

*Qvam cito tu istinc decedere cupias, nescio: ego quidē eo magis, quo adhuc felicius rem gessisti. dū istic eris, de belli Parthici pericu lo cruciabor, ne hūc risum meū metus ali quis perturbet. Breuiores has literas prope rāti publicanorū tabellario subito dedi. tuo liberto pluribus uerbis scriptas pridie dederā. Res aūt nouæ nullæ sane acciderūt, nisi hæc uis tibi scribi, q certe uis. *Corni ficius adolescēs Orestillæ filiā sibi despōdit. Paulla Valeria soror Triarij*

* alias Cornifi cio ado lescētior est Sylla filiam.

Triarij diuortiū sine causa, quo die uir è ꝓuincia uēturus erat, fecit. nuptura est D. Bruto. nōdū retulerat. multa in hoc genere incredibilia te abs. nec acciderunt. Ser. Ocella nemini persuasisset se mœchum esse, nisi triduo bis deprehensus esset. quæris, vbi? vbi hercules ego minime vellem. relinquo tibi, quod ab alijs quæras. neque enim displicet mihi, imperatorē singulos percontari, cum qua sit aliquis deprehensus. Vale.

HVBER. QVAM CITO) Cœlius primum se cupere dicit, ut Cic. ex ꝓuincia discedat, & sua & ipsius Cic. causa, deinde q̄dā iocosa, & risu digna scribit, & ꝑcipue Ocellam repertū in adulterio, sed non dicit cum qua muliere. uult u. n. Cic. id ab alio ꝑquirere. Hæc ep̄la satis faceta & facilis est. {Istinc) ex Cilicia. {Ego magis) .s. cupio, discedas. {Quo) quanto. {Aliqs metus) de isto bello, & ꝑiculo parthico tui causa. {Hunc risum meum) de ijs rebus q̄ ridendæ acciderunt. {Pridie) heri. {Quæ certe uis) .s. scribi tibi. Despondit sibi filium, non intelligo, q̄d fecerit filiū spōsum suū, sed qđ fecerit eū sponsum. ut dicā, ego feci mihi sponsum filiū n. eū, nō intelligo, ꝙ sit spōsus meus, sed ꝙ in grām meā & lætitiam sit factus, sponsus. {Diuortiū) discessionē, separationē à marito. {Triarij) nomē ꝓprium. {Sine cā,) q̄a multę erant causæ diuortij ut exponūt iurisc. ff. diuor. {Nondū ret.) ad seip̄m dicit q̄ nōdum dixerat hoc. {In hoc gn̄e) talia qualia hæc sunt. {Ocella) hic est ille. de quo Cic. lib. 2. ad Cœliū scribēs dicit, de Ocella parꝫ ad me scripseras, & in actis non erat. {Nemini ꝑsua.) nemini fecisset credibile. {Triduo) in tribus dieb. {Dep̄hensus) in adulterio, & ꝓprie dep̄hendi dn̄r nautæ, & adulteri. De nautis. Virg. 5. Æn. Hūc ego si Getulis agerē si, syrtibus exul. Argolicóue mari dep̄hensus, & urbe Mycenæ. De adulteris Hor. in Sermon. Deprehensi non bella est fama Treboni. {Quæris,) uoles scire. {Vbi?) in qua domo, uel i qua muliere. {Minime uellē) .s. esse dep̄hensum, ubi dep̄hensus est, erat. n. fortasse deprehensus apud amicū. {Relinquo tibi) .s. hoc. {Impatorem) sicut es tu. {Percontari,) interrogare. {Singulos) q̄ Roma istuc ueniunt. Cū qua muliere: na hoc pacto aliquis tandē tibi dicet.

ASCEN. QVàm &c. Dicit se cuꝑe, ut Cic. ex ꝓuicia discedat, affertq́; iocosa quædam utpote Ocellam dep̄hēsum in adulterio, nec tn̄ dicit cum qua uolens Cic. id ex alio īnqrere. Ordo est nescio q̄.i. quantum cito tu cupias discedere istinc. i. ex ꝓuincia ubi nunc es. ego quidē cruciabor de periculo. i. ꝑꝑ periculum belli Parthici, dum. i. donec eris istic. i. in Cilicia, eo. i. tāto magis, quo. i. quāto felicius gessisti adhuc res, q̄a fortuna, solet mutari, nec cuiq̄ esse perpetuo bona. Vn̄ Philippus Macedo, cū tres lætos nuncios uno, die accepisset, deos ꝑcat⁹ est ut modicū supplicij ꝓ tantis bonis reponant. Ne aliqs metus ꝑturbet hunc. i. quē hic habeo, risum meū. Ego dedi tabellario. i. ad tabellariū, hoc est lr̄aꝝ ꝑferendaꝝ ministro, publicanoꝝ. i. q̄ publica ꝯduxerunt properanti. i. festināti subito has lr̄as breuiores, dederā pridie. i. die præcedenti banc, tuo liberto lr̄as sup. scriptas pluribus uerbis. Aūt. i. sed res sanè. i. multum, nouæ nullæ acciderunt, nisi uis hæc. i. hmōi res scribi tibi, q́ certe uis, q̄a ridicula putat. Cornificius adulescens despōdit sibi filiā Orestillæ. Paula Valeria soror Triarij fecit diuortiū. i. dissolonem mr̄imonij, & separationē à uiro, sine cā, sup. eo die, quo die uir. i. maritus, uenturus erat è ꝓuincia, unde Cic. reuersus ēt repudiū factur⁹ erat, ea sup. nuptura est D. Bruto, ipsa nondū retulerat. i. ad senatū tulerat. an senatui placeret. Multa incredibilla in hoc gn̄e. s. mr̄imoniali, acciderunt, te abn̄te. Seruius Ocella nemini ꝑsuasisset se esse mœchū, nisi deprehensus esset. s. in adulterio bis triduo. i. intra treis dies. Quæ res ubi. s. dep̄hensus sit. i. in cuius domo, & cū c⁹ uxore. Hercule sup. illic, ubi ego minime uellē. Relinquo tibi, ꝙ q́ras ab alijs. Neq̄. n. displicet mihi, imperatorē. s. te percunctari. i. interrogare singulos cum qua aliquis sit deprehensus. q. d. sic Ciceronem quoque uxoris suæ culpam nosciturum.

PAVLVS MANVT. PAVLLA Valeria) Alij, an hæc Bruto nupserit, dubitare uīe, ꝑꝑea ꝙ libro XI. Pollam Bruti uxorem fuisse perspiciant. ego nupsisse existimo, & eam ipsam esse, quæ libro XI. appellatur Polla: ut, quemadmodum ab aula olla, sic à Paulla Polla dicta sit. {Nōdum retulerat) Si ita legatur, subintelligi poterit, dotem. sed mihi nō displicet amicissimi mei coniectura, qui ita legendum puta, mundū retulerat. mūdus autem muliebris qui sit, expouit Liuius lib. XXXIIII. Mūditiæ, inquit, ornatus, & cultus, fœminarum insignia sunt. hunc mundum muliebrem appellarunt maiores nostri.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

VAria rerum continet hæc epistola, quæ in multorum causis agantur. Quod M. Marcellum Hinc aliam vulgo epistolam auspicantur. Narrat autem, quod Marcellus consul in senato fecerat.

M. COELIVS M. CICERONI S. D. 8

*ETsi de rep. quæ tibi scribam, habeo: tamen nihil, quo magis gauisurū te putem, habeo, quàm hoc. Scito C. Semproniū Rufum, rufum, mel, ac delicias tuas, calumniam maximo plausu tulisse, q̄ris, * qua in causa? M. Tutium, accusatorem suum, post ludos Romanos reū lege Plotia de vi fecit, hoc consilio, quòd videbat, si extraordinarius nemo reus accessisset, sibi hoc anno causam esse dicendam. dubium porro illi non erat, quod futurum esset. nemini hoc deferre munusculū maluit, quàm suo accusatori. itaque sine vllo subscriptore descendit, & Tutium reū fecit. at ego, simul atque audiui, inuocatus ad subsellia rei accurro: surgo, neque verbum de re facio: totum Sēpronium vsq; cò perago, vt Vestorium quoque interponā, & illam fabula narrem, quemadmodum tibi pro beneficio * dederit, si quid in iniurijs suis esset, quo Vestorius teneretur. Hæc quoque magna nunc contentio forum tenet. M. Seruilius, postquam, vt cœperat, omnibus in rebus turbarat, nec, quod non vēderet, quidquam reliquerat, maxima nobis traditus erat inuidia: neque Laterensis præt. postulante Pausania, nobis patronis, quo ea pecunia peruenisset, recipere voluit. quòd Pilius, necessarius Attici nostri, de repetundis eum postulauit; magna illico fama surrexit, & de dānatione feruenter loqui est cœptum. quo vento proijcitur Appius minor, vt indicet, pecuniam ex bonis paternis peruenisse ad Seruilium, præuaricationisq́; causa * diceret depositum HS LXXXI. admiraris amentiam. quid, si actiones stultissimas, quid, si nefarias patris confessiones audisses? mittit in consilium eosdem illos, qui lites æstimarant, iudices. cū æquo numero sn̄iæ fuissent; Laterensis, leges ignorans, pronunciauit, quod singuli ordines iudicassent; & ad extremum, * vt solet, ait, Referam. postquam discessit, & pro absoluto Seruilius haberi cœptus, legisq́; vnum & centesimum caput legit, in quo ita erat, QVOD eorum iudicū maior pars iudicarit, id ius ratū esto: in tabulas absolutum non retulit, ordinū iudicia perscripsit. postulāte rursus Appio, cū L. Lollij trāsegit, & se relaturum dixit. sic nūc neque absolutus, neq; dānatus Seruilius, de repetundis saucius Pilio tradetur. nā de diuinatione Appius, cum calumniam * iurasset, contendere ausus nō est, Pilioq́; cessit, et ipse de pecunijs repetūdis à Seruilijs est postulatus, et præterea de vi reus à quodā suo emissario est factus. recte hoc par habet.*

Quod ad remp. pertinet; oīno multis diebus, expectatione Galliarum, actum nihil est. aliquando tamen, sæpe re dilata, & grauiter acta, & plane perspecta Cn. Pompeij voluntate in eam partem, vt eum decedere post cal. Mart. placeret, s. c. quod tibi misi, factum est, auctoritatesq́; perscriptæ.

S. C. auctoritates. Pridie cal. Oct. in æde Apollinis. scribendo affuerunt, L. Domitius Cn. F. Ahenobarbus, Q. Cæcilius Q. F. Metellus Pius Scipio, L. Villius L. F. Pomp. Annalis, C. Septimius T. F. Quirina, C. Lucceius C. F. Pup. Hirrus, C. Scribonius C. F. Pop. Curio, L. Ateius L. F. An. Capito, M. Oppius M. F. Terentina. Quod M. Marcellus cos. V. F. de prouincijs consularibus: D. E. R. I. C. Vti L. Paullus,

C. Marc

** alias quod is ī cau.*

** alias dederit si quod iniurijs suis eēt, vt Vestorius teneret.*

** alias indicet.*

** alias ut solet non redige.*

** alias vitasse.*

*C. Marcellus consules, cum magistratum iniissent, ad ex cal. Mart. quæ in suo magistratu futura essent, de cõsularibus prouincijs ad senatũ referrent, néue quid prius ex cal. Mart. néue quid coniunctim de ea re referretur à consulibus: utiq; eius rei causa per dies comitiales senatũ haberent, s. c. q. fa cerent: & cum de ea re ad senatum referretur à * cõsulibus, qui eorũ in CCC iudicibus essent, eos abducere liceret: si quid de ea re ad populum, plebémue lato opus esset, ut Ser. Sulpicius, M. Marcellus cos. præt. trib. pl. quibus eorum uideretur, ad populum, plebémue ferrent: quod ij nõ tulissent, uti, quicunque deinceps essent, ad populum, plebémue ferrent.*

* alias consul. trib. qui eorũ .n. CCC.

*S. C. A. Pridie cal. oct. in æde Apollinis. scribendo affuerunt, L. Domitius Cn. F. Ahenobarbus, Q. Cæcilius Q. F. Metellus Pius Scipio, L. Villius L. F. Pomp. Annalis, C. Septimius T. F. Quirina, C. Scribonius C. F. Pop. Curio, L. Ateius L. F. An. Capito, M. Oppius M. F. Terentina. Quod M. Marcellus cos. V. F. de prouincijs: D. E. R. I. C. senatum existimare, neminem eorum, qui potestatem habent intercedendi, impediendi, moram afferre oportere, quo minus de rep. quamprimum ad senatum referri, s. c. q. fieri possit: qui impedierit, eum senatum existimare contra remp. fecisse: si quis huic s. c. intercesserit; senatui placere, auctoritatem perscribi, & de ea re ad senatum, populumq; referri. huic s. c. intercessit C. Cœlius, L. Vicinius, P. Cornelius, C. Vibius Pãsa. Item senatui placere, de militibus, qui in exercitu C. Cæsaris sunt, qui eorum stipendia emerita, causas, quibus de causis missi fieri debeãt, habeãt, ad hunc ordinẽ referri, ut eorũ ratio habeatur, causaq; cognoscãtur: si quis huic s. c. intercesserit; senatui placere, auctoritatẽ perscribi, & de ea re * ad senatum, populumq; referri. huic s. c. intercessit C. Cœlius, C. Pansa trib. pl. Itemq; senatui placere, in Ciliciã prouinciam, inq; VIII. reliquas prouincias, quas prætorij pro prætore obtinerent, eos, qui prætores fuerunt, neque in prouincia cũ imperio fuerunt, quos eorũ ex s. c. cũ imperio in prouincias pro prætore mitti oporteret, eos sortito in prouincias mitti placere: si ex eo numero, quos s. c. in prouincias ire oporteret, ad numerum non essent, qui in eas prouincias proficiscerentur; tum, uti quodque collegium primum prætorum fuisset, neque in prouincias profecti essent, ita sorte in prouincias proficiscerentur: si ad numerum ij non essent, tunc deinceps proximi cuiusque collegij, qui prætores fuissent, neque in prouincias profecti essent, in sortem conijcerentur, quoad is numerus effectus esset, quem ad numerum in prouincias mitti oporteret: si quis huic s. c. intercessisset, auctoritas perscriberetur. huic s. c. intercessit C. Cœlius, C. Pansa trib. pl.*

* alias hunc ordinẽ.

Illa præterea Cn. Pompeij sunt animaduersa, quæ maxime confidentiam attulerunt hominibus, ut diceret, se ante cal. Mart. non posse sine iniuria de prouincijs Cæsaris statuere: post cal. Mart. se non dubitaturum. cum interrogaretur, si qui tum intercederent: dixit, hoc nihil interesse, utrũ Cæsar senatus dicto audiens futurus non esset, an pararet, qui senatũ decernere non pateretur. Quid si, inquit alius, & consul esse, & exercitum habere volet? at ille, quàm clementer: Quid, si filius meus fustem mihi impingere volet? his uocibus, ut existimarent hoĩes Pompeio cum Cæsare esse negociũ, effecit. itaque iam, ut uideo, alterutram ad conditionẽ descendere uult Cæsar, ut aut maneat, neque hoc anno sui ratio habeatur; aut, si designari poterit, decedat. Curio se contra eum totum parat. quid assequi possit, nescio. illud uideo, bene sentientem, etsi nihil effecerit, cadere non posse. me tractas liberaliter, & mihi suo munere negocium imposuit. nã si mihi non dedisses eas, quæ ad ludos ei aduecta erant Africanæ; potuit supersedere. nunc, quando dare necesse est; uelim tibi curæ sit, quod à te semper petij, ut aliquid istinc bestiarum habeamus: Sittianamq; syngrapham tibi cõmendo. libertum Philonem istuc misi, & Diogenem Græcũ: quibus mãdata, & literas ad te dedi. eos tibi, & rẽ, de qua misi, uelim curæ habeas, nam quàm uehemẽter ad me pertineat; in ijs, quas tibi illi reddent, literis descripsi. Vale.

ASCEN.

ETSI DE REP. &c.) Dicit Semproniũ calumnias cum plausu tulisse, affertq; multa de rep. de S.C. & q scribæ fuerint in eo, q̃ cum sint ipsis duntaxat nota, obscuriora uisa sunt Huber. quã ut à se explanentur. Nobis tñ bř explicáda uñr, si non planè, at qualr poterimus. Ordo itaq; est. Etsi.i. q̃q̃, habeo quę scribam.i. scribere possim tibi de Rep. tñ nihil habeo, quo putẽ te gauisurum, magis, quæ hoc .s. ꝙ sequitur. Scito C. Semproniũ Rufum, mel.i. dulcedinem, ac delicias tuas tulisse.i. accepisse calũniam.i. ꝯtumeliã, maximo plausu, non suo, sed ppři eum libenter uidentis. Quæris qua cã .s. affectus sit calũnia. Ea sup. est, ꝙ fecit M. Tutium accusatorem suũ.i. unde prius accusatus fuerat, reũ post ludos Rom. lege Plotia de ui.s. illata. hoc ꝯsilio, ꝙ uidebat si nemo accesisset reus extraordinarius cãm esse dicendam sibi.i. se esse.i. defendendũ hoc anno. Nam cãm dicit, qui se purgat, & defendit, sñiam dicit, q iudicat. Porrò.i. autem sup. id non erat dubium illi. Nemini .i. non alicui, non maluit.i. nõ magis uoluit, deferre.i. pñtare hoc munusculum.s. ut reus extraordinarius fieret, ulli, aut alicui, q̃ accusatori suo.s. M. Tutio ꝑ amaram aũt irrisionẽ uocat talem delationem, & accusationẽ munusculum. Itaq;.i. & ita, Sempronius descendit.s. in foꝝ causaꝝ ad litem sauendam sine ullo subscriptore.i. assensore, aut astipulatore, q secum sentiret. Solent.n. idem sentientes noia sua subscribere uñ tractũ, ut subscriptores sint superioris scripti approbatores, & subscribere supius scripta ꝓbare, & fecit Tutiũ reũ. atq; ego sil', atq; .i. eodẽ tpe quo aut statim postq̃ audiui.s. Tutium à Sempronio reũ fcm̃ accurro inuocatus .i. licet non essem uocatus, ad subsellia rei .i. ubi reus sedebat cãm dicturus, surgo ut more aduocati cãm dicturus, neq; uerbũ facio de re .i. causa Tutij, aut lege de reo.s. Tutio. Ego perago.i. conuinco. Peragere.n. est, ad finẽ usq; agere, tunc aũt peractum est qñ quis uictus. & ꝯdemnatus est: Sempronium totũ.i. ex oi parte, usq; eo.i. in tm̃, ut interponã quoq;.i. ẽt, Nestorium.i. calumniam Semproníj in Nestoriũ, & narrẽ.i. recitẽ, illam fabulam, quemadmodũ dederit tibi pro beneficio.i. loco beneficij, siq d esset iniurijs suis, quo Nestorius tenetur.i. afficeretur. Hæc quoq; magna ꝯtentio tenet.i. occupat, nunc foꝝ.s. iudiciale. M. Seruius .s. Sempronius inceperat.s. agere. turbarat sup. eũ in oibus rebus, neq; reliquerat quidq̃ quod non uenderet, ut dixi obscure loqtur neq; operęprecium esset mentẽ eius indagasse. Maxime.i. & sup. Seruilius, aut potius Sempronius, erat traditus maxime.i. p̃cipue nobis inuidiæ.i. inuidiã.i. molestiã illi excitandam, neq; Laterensis(ꝓprium est nomẽ) Pausania postulate.i. cũ Pausanias postularet prætorem nobis patronis supentibus. alij legunt Laterense(prætore, Pausania) postulante nobis patronis, uoluit recipe.i. approbare quò ea pecunia ꝑuenisset. Qđ Pylius necessarius Attici nři.s. cõis amici postulauit eũ reũ de repetundis.i. pecunijs, mala arte ꝓuincialibus ablatis, & ita iure repetẽdis. Magna fama surrexit illico, & cœptũ est loq seruẽter, de dãnatione.s. Sẽpronij. Quo uento.i. q̃ obiectione, Applus minor ꝓijcitur.i. obruitur, ut implicet .i. innuat de pecunia ex bonis pĩis ꝑuenisse ad Seruiliũ & diceret cãm præuaricationis.i. quare fecerit p̃uaricationẽ. Sestertiũ semel & octogies esse depositũ. Dixi alibi, quia sestertium, ẽt neutri est gñis, & genitiui, noium neutri gñis hñtium singularem non solent syncopari, ne cum singularibus casibus coincidant, cum tñ uenusta sit cũ numeralib. syncope decentius dici scř, & octogies sestertiũ, q̃ octogintauũ sextertia, & sestertioꝝ. Scribitur aũt sestertiũ. I I. S.i. duę lib. cum semis. Tu admiraris dementia, imo actiones stultissimas. Quid sup. faceres aut diceres, si audisses nefarias ꝯfessiones pĩis.s. Appij? Ipse mittit in ꝯsilium illos, eosdem iudices, qui æstimarant litis ꝓ lites cũ sñiæ fuissent æquo .i. æquali numero.i. tot absoluentium quot ꝯdẽnantium & ecõuerso. Laterẽsis ignorãs leges ꝓnunciauit, q d singuli ordines iudicassent, & ad postremum

mum non redigant .f. iudices snias uarias ad unam certã, ut solent .f. redigere. postq̃.i. Laterensis discessit, & Seruilius cœs ptus est hi, ꝑ absolutũ, & legit unum, aut primum, & centes simũ caput legis, i quo .i. capite erat ita .i. scriptũ. Id qd' maior pars eoꝝ iudicũ iudicarit, esto ius, & ratũ .i. certũ, & approbas tum: Laterensis sup. non retulit absolutũ in tabulas .i. instra publicoꝝ actoꝝ perscripsit iudicia ordinum. & Appio postu lante .i. in ius uocante rursus, tranlegit cũ Lucio Lollio, & di xit sup. se relatuꝝ .f. ad lenatũ aut ad iudices. Sic Seruili', nec neq; absolutus, neq; dãnatus de repetundis tradetur Seruio Pylio .f. discutiendus. sunt q legãt tradetur saucius .i. læsus in fama, sed (ut dixi) oia obscura sunt. Nam cum Appius iurasset de calumnia .i. calũniam factam, de diuinatione non est aus sus ꝓtendere .f. ultra, & cessit .i. traditus est, aut locũ dedit Pys lio, & ipse postulatus est à Seruilio de pecunijs repetundis, & ꝓterea reus factus est de iure usuũ de quodã emissario suo .f. equo cuius usum alter sibi uendicarat. hoc par .f. ꝓtendentiũ hẽt se recte ga uterq; cautelosus & litiũ amans est. Qd'.i. quã tum, ꝑtinet ad remp. nihil actum est, oino multis dieb. expes ctatione .i. pp expectationẽ Galliaꝝ .f. fniæ dandæ de Gallis, aut successorib. cõmittendis, aut Cæf. ꝓrogandis, tñ redilata sæpe & acta grauiter, & uolũtate Cn. Põpeij ꝑspecta aliqñ .i. tandẽ in eã partẽ, ut placeret eũ decedere .f. iu Galliã ad lucce dendũ Cæsari post cal. Mart. S. C. qd' missi tibi est fcm, & aus ctoritates perscriptæ sup. sunt .i. q eius rei auctores fugrunt. Auctoritas S. C .i. senatusconsulti, sup. scripta est prid. cal. Oct. in æde Apollinis. Scribæ .i. ut dicunt notarij, aut subscriptos res affuere sequentes. Lucius Domitius &c.

PAVLVS MANVT. M. TVTIVM accusatorẽ suum &c.) Huius loci sens sum, etsi obscurissim' est, tñ declarare conabimur. Reoꝝ causæ ordine agebantur. nam q̃ tpe prior fuerat, eius prior itẽ locus erat. excipiebantur tñ eæ causæ, q̃ cũ causis iam iudi catis ꝯiunctionẽ aliq̃ habebant, ut eaꝝ quasi appendices q̃dã uiderentur. eiusmodi .n. causis, ẽt si post multas als delatæ es sent, tñ primus locus erat ꝯstitutus. itaq; in oĩone ꝑ Cluẽtio, Fabriciũ, inqt, reũ statim fecit; utq; ei locus primus ꝯstituere tur, pp causæ ꝯiunctionẽ impetrauit. pp causæ coniunctionẽ, inqt, ꝙ Fabricij cã eadem erat, q̃ Scamandri, q antea ꝯdẽnat' erat. & infra in eadem orone: Apud eosdẽ iudices reus est fa ctus Oppianicus, cũ is duob' ꝑiudicijs iam dãnatus esset. ab ijsdẽ aũt iudicibus locus ei primus est ꝯstitutus. Hoc ideo fcm est, ꝙ Oppianici cã ꝯiunctionem hẽbat cũ Fabricij, & Scamãs dri causa, quos iudices iam dãnauerant. Excipiebantur ẽt cãę de ui, q̃ primo loco agebantur, reiectis alijs causis, q̃ tpe prio res fuerant. sic Milonis cã, ꝙ erat de ui, extra ordinẽ est acta. sic M. Cœli', cũ Atratini pẽm de ambitu reũ fecisset, de ui pos stea accusatus, cãm ipse prior dicere coactus est. sic ẽt C. Sem pronius cũ à M. Tutio esset accusatus, & cãm suam eo anno nollet agi, (forte ꝙ ex ijs, q tunc iudices erant, cõplures sibi infensos intelligeret) accusauit accusatorẽ suum lege Plotia de ui, eo ꝯsilio, ut, interposita extraordinaria cã, tps tereretur, & suæ causæ iudicium, cũ eius agendæ spatiũ non esset, in an num sequentẽ necessario reijceretur. Extraordinarius aũt re' is dicebatur, cuius cã non ordine, ut aliæ causæ, sed primo lo co semp agerctur: & inde extraordinaria cã, q̃ statim añ oẽs cãs ageretur, ut cũ erat de ui, uel ꝯiunctionẽ hẽbat cum aliq̃ cã antea iudicata. {Laterensis leges ignorans, ꝓnũciauit qd' singuli ordines iudicassent) Cũ ex tribus ordinibus, q̃ res iudi cabant, duo Seruilium absoluissent, unus ꝯdemnasset, uniuer soꝝ aũt iudicum æquo numero sniæ fuissent; Laterensis, qui ordines, non snias, respiceret, absolutum credidit, seq; eũ in ta bulas dixit absolutum relatuꝝ: postea cũ in lege repisset, nõ ex ordinũ numero, sed è iudicũ maiori parte uel absoluẽdos, uel ꝯdẽnandos esse reos; nõ retulit, ut dixerat, in tabulas abs solutum; ordinum iudicia pscripsit, fusius aũt explicabim', ꝓpea ꝙ obscurior est sensus, ita ut eum pauci uiderint, nemo certe uñderit: non enim, in quo Laterensis ꝓtor deceptus sit, aiaduerterunt. ꝙ nos pluribus uerbis, ut etiam tardiores intelli gant, ostendemus. Iudicia penes tres ordines erãt: qui quidẽ tres ordines ex senatoribus, equitibus, tribunis ærariis cõsta bant. fieri autem poterat, ut, quem duo ordines absoluissent, unus condemnasset, is tñ non absolutus, sed cõdemnatus iu dicaretur, hoc modo. Sunt In consilium senatores XXVI. equites XXV. tribuni ærarij XXIIII. ex senatorib. abs soluunt reum XIIII. condemnant XII. ex equitibus absoluunt XIII. condemnant XII. ex tribunis ærarijs absoluunt IIII. ꝯdemnant XX. si ex ordinũ numero iu dicaretur reus, absolutum appareret: qppe cũ ex tribus ordi nibus absoluerint duo, senatorius, & equester. cũ aũt lex, qd' iudicum maior pars iudicarit, id ius ratũ esse uelit; ꝯdemnas tum reum, nemo est, qui non uideat, cum snias graues habuerit XLIIII. absolutorias XXXI. ꝓtor aũt Laterensis cum ex more ꝓnunciare dẽt, quot sententijs absolutus, quot esset ꝯdemnatus reus; leges ignorans, de numero iudicum nihil, de ordinibus, qd' singuli iudicassent, pronunciauit, & se in ta bulas absolutum dixit relatuꝝ. postea cum, lege ꝑspecta, erra tum intelligeret; dubius animi, quid ageret; ꝙ neq; ptra les gem, neq; ptra id, qd' pronunciarat, uellet facere; neq; abso lutum, neq; dãnatum retulit; tñ ordinum iudicia pscripsit. ex quo paulo post infert Cœlius, Sic nunc neq; absolutus, neq; dãnatus Seruilius, de repetundis saucius Pilio tradetur. {Emissario est factus.) In exẽplari antiquo Mediceæ biblios thecæ, & in libro manuscripto Petri Bembi cardinalis, & Vs baldini Bardinelli legitur, emissa ruslicæ factus, forte corris gendum emissario S. Tetio factus: ut existimat amicissimus meus. Tetios aũt & libertos, & amicos Claudioꝝ fuisse, e qua gente erat Appius, oñdit Asconius, ubi in orone ꝑ Milone lo cum illum exponit: Hæc Insidiata Pompeio est. q̃ ibi tũ de Damione Clodij liberto loqtur. sed Damionem Tetiæ gẽs tis fuisse, oñditur in ad Atticũ 56. itaq; hic Cœlius de Appio loquens, accusatus, inqt, est à quodam luoꝝ Sexto Tetio. nã cum Sextus antiqui signare uolebãt, uel Sex. scribebãt, uel S. {L. Iulius L.F. Pom. Aunalis,) Villius, ꝑ Iulius, repolum'. nam Annales plebeij: & Iulij patricij. sic ẽt in Liuio, ubi erat Iulius, correxit, & repoluit ingenio doctrinaq; excellens, sum ma mihi coniunctus amicitia Carolus Sigonius. POM. trib' Pomptina fuit, nã ex XXXV. tribubus, aliq̃, ut inqt Pedias nius, necesse erat, cuiuscunq; esset ordinis, ciuis Romanus obs tineret. is aũt oñdebatur ꝑnoie suo, à noie, (noie aũt fami lia significatur) a patris ꝓnomine, à triba, à cognomine, ut Phi lippica ix. Ser. Sulpicius Q.F. Lemonia Rufus: Lemonia .n. tribus est ablatiui casus: ut sit, ex Lemonia, ut inqt Asconius. in lapidibus aũt antiquis fere semp, in libris aliqñ prioribus tantũmodo literis significari tribus animaduertas, ut in hoc S. C. ubi .n. legitur, Pomp. sciendum est, Pontinam intelligi: (nam & Pontina, & Pomptina in lapidibus antiqs, & uetus stis libris scriptum est) ubi Pop. Popilliam: ubi Pup. Pupiniã: ubi An. Aniensem: qd' cum antea non esset exploratum, alij pro An. Capito, duabus uocibus coniunctis legebant Ancas pito. Bernardin' aũt Rutilius, qui nup Venetijs obijt, in suis adnotationibus credidit, antiquas notas fuisse, q̃ significarent, Ateij nepos. in quo q̃ deceptus sit, non attinet dicere. si .n. ab auo oñdendus aliqs erat, non ab eius nomine, sed à prænoie ostendebatur. sed incidit in errorem, quia tribũ Aniensem nõ agnouit, quæ duabus modo lris, ut iam dixi, scripta fuerat. q̃ me rõ mouit, ut ubi, Puphirr', una tñ uoce antea legebatur, duab' in nro libro scriberẽ, Pup. Hirrus .i. Pupinia Hirr': trib' enim añ cognomẽ ponebatur, ut ẽt alibi licet uidere. qm aũt hãc tribuũ cognitionẽ nõ ita facilẽ esse pspicimus, (nã & Vo laterran', & Alexãder, q dies Geniales scripsit, & alij, quos nõ necesse ẽt cõmemorare, paꝝ uñr in suis libris eaꝝ nuineꝝ, & noia tenuisse) studiosis nõ fore ꝑsus inutile, ut iniuẽtũ ar bitramur, si, q in hãc rõnẽ dispsa i uetcꝝ monumẽtis legũtur, coacta huc afferam'. Fuerũt igr Romanæ trib' XXXV. quoꝝ noia i fra scripsim', & scriptores aliquot, q̃ ꝯ ijs meminerũt, ap posuim', ut inde facilior eaꝝ, ac certior unicuiq; cognitio sit.

ÆMI. Æmilia) Cicero ad Atticum libro ij. 30: Liuius lib. xxxviij. antiquæ urbis inscriptiones 75:

ANI. Aniensis) Cicero ꝑ Plãcio 270. eplaꝝ fam. lib. viij. 117. Liuius libro X. antiquæ urb. inscrip. 160: 175: & in libro Petri Appiani de inscriptionibus antiquis totius orbis. 93.

ARNIENSIS. Cicero in agraria ij. in Rullum 81 Li uius lib. vi. & lib. xxix. ubi corrupte legi putamus Naruiẽsis. nam lapis antiquus, quem Vulsinijs in templi parietibus uis dimus, expressam Arniensis mentionem continet.

CLA. Claudia) Liu. lib. ij. Virgil. lib. vij. Dionysius Halic. lib. V. antiquæ urb. inscr. 75: 84. 114. liber Appiani 479.

CLV. Clustumina) Cic. ꝑ Plãc. 267. ꝑ Balbo 76. ant. urb.

COL.

COL. Collina) Varro lib. IIII. de lin. L. Plinius lib. XVIII. cap. III. Festus in litera V. antiquæ urb.inscr.27. 99.120. liber Appiani : 10.

COR. Cornelia) Liu.lib.XXXVIII.antiquæ urb.inscr.29.

ESQ. Esquilina) Varro lib.IIII.de l.L.Plin.lib.XVIII. c.III. Festus i lra V.antiq.urb.insc.75.est p̃terea in ædib.uiri optimi,ualdeq; eruditi, Gẽtilis Delphinij Romani fragmẽtũ antiq lapidis cũ hac tribu;qđ ipse q dẽ ñ uidi,sed is, cui facile credo,se uidisse dixit,Honofri⁹ Veron.monach⁹ ordinis Aug. q ordinẽ ãnoꝝ urbis Rõę à Romulo ad Iust.pitiss.descripsit.

FAB. Fabia) Horati⁹ epistola VI. libri I. Suetonius in Augusto 38. antiquæ urb.inscr.61.73.76.74. & Petri Appiani lib.62.66.335.343.500.

FAL. Falerina) Liu.lib.IV.in libro Appiani 105.120. & Neapoli antiqu⁹ lapis est ita inscriptus: C.PISTORIO C.F. FAL. FIRMO AEDIL. II VIR CVRATORI OPER. PVBLICOR. item Iosephus ἐν τῷ τῆς ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας λόγῳ ιγ. κεφαλ. ιζ.

GAL. Galeria) Liuius lib. XXVII. Plinius lib. VII cap.II.etsi,p Galeria,legitur Galerius.sed corrigẽdus loc⁹ est ex antiquo lib.auũculi mei Frãcisci Asulani. & antiquæ urb. inscr.89.142.159:liber Appiani 14.15.18.19.21.22.

LEM. Lemonia) Cicero pro Plancio 267. Philippica IX. 223: Festus in litera l. antiquæ urb.inscr.911 151.

MÆC. Mæcia) Hanc in antiqs lapidib. duob.inuenimus: C. OCTAVIO C.F. MAEC. VERO: C. HERBACIO MAEC. ROMANO. In libris quater nominatam obseruauimus, à Tullio lib. IIII.ad Atticum 63.à Liuio libro XXIX.à Valerio Max.lib.II.cap.IIII.à Festo in litera m.

MEN. Mentina) Cicero lib. XIII. epist. fam. Iosephus ἐν τῷ τῆς ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας λόγῳ ιγ, κεφαλ. ιζ. cum quib⁹ lapides tres consentiunt: C. VALERIO C.F. MEN. DOLVTIO MARCIANO: A. MVNIO A.F. MEN. EVARISTO: C. CATIO C. F. MEN. BALBO C. CATIVS C. F. MEN. GALLVS.

OVF. Oufentina) Liuius lib.IX.Festus in lra Q.antiquę urb.inscr. 86.133.In lib. Appiani 27.28.30.51.63.71.79.84. 85.86: & in lib. Veronensium antiquitatũ sic: Q. EVPHEMVS Q. F. OVF. LVCVLLIVS.

PAL. Palatina) Cicero in Verrem IIII. 124: Pedianus 18: Varro lib.IIII.de l.L.Plinius lib.XVIII.cap.III.Liu. lib.XX. Festus in litera u.antiquæ urb.inscr.29.34.39.62. 116.155.176.liber Appiani 17.22.34.64.

PAP. Papiria) Festus in lra p. antiq.urb.inscr.72.135.

PAPIA. Scriptum in libris de hac tribu nihil est; qđ ego quidem legerim.in libro tñ de antiquæ urbis Inscriptionibus explicata mentio est 61.nec semel in Pyrrhi thesauris. sic enim eius libros appello.

POB. Poblilia) quæ deinde Publilia scripta est: sicuti ex Poblius Publius factus est. reperitur in lapidibus & PV. & PVB.& PVBL.& PVBLIL. & POB. Liuius lib.VII. antiquæ urb.inscr.10.liber Appiani 252.& in libro Veronẽsium antiquitatum sæpe.exempla Publiliæ,per u scriptæ,quinque habemus,duo in antiquæ urbis inscriptionibus, 66. 81. tria in Appiani libro 65.105.352.

POL. Pollia) Liuius lib.xxix.Valerius Max.lib.ij.c.iiij. et lib.ix.cap.x.antiq.urb.ins.110.113.147:liber Appiani 18.

POP. Popillia) Cicero epist.fam.lib.viij.117: Valerius Max.lib.viij. Festus in litera p.liber Appiani 297.

POM. Pomptina) Cicero ad Atticum lib.iiij.63. Liuius lib.vij.Festus in litera p.antiq.urb.inscr.114.177. liber Appiani 141.484.

PVP. Pupinia) Cicero ad Q.fratrem lib.iij.epist.fam. li. viij.117: Liuius lib.xxvi.Festus in litera p. duo antiquorum lapidum exempla extãt,alterum Capuæ, D. VIBIDI D.F. PVB. NIGRI; alteꝝ Patauij, CLAVSIO C.F. PVB.

QVIR. Quirina) Cicero pro Quintio 4.epist.fam.lib. viij.117.Asconius 61.Festus in litera q.antiquæ urb.insc.15. 34.44.115.liber Appiani 14.17.18.19.103.

ROM. Romilia) Cicero in Verrẽ 11.70:& in agraria 11. 18: Asconius 18: Varro lib.iiij.de l.L.Festus in litera r. Serui⁹ in iij. Æneidos.antiquæ urb.inscr.165: in libro Veronẽsium antiquitatum. 51: L. GALLIO L. F. ROM. est etiam Ferrariæ semifractus lapis, in imis summi templi parietibus instratus,in quo ita scriptum uidimus, - ITIO T.F. ROM.

SAB. Sabatina) Liuius lib.vi.Festus in litera s. lapis antiquus Romæ in ædibus cardinalis Carpensis: CN. CORNELIO CN.F. SAB. MVSAEO MANCIPI VIAE APPIAE.

SCA. Scaptia) Liuius lib. viij. Suetonius in Augusto. Festus in litera s. lapidis antiqui exemplum Romæ extra in regione Pantheonis: C. AVRELIVS C. F. SCA. SEVERVS. & item aliud, C. GRANTANIVS SCAPTIA MACER.

SER. Sergia) Asconius 61.antiquæ urb.insc.61.63:81. 165.est & in eodem libro 63: quattuor literis SERG.

STEL. Stellatina) Liuius lib.vi.antiquæ urb. inscr.110. & duabus literis ST. 239.

SVB. Suburana) Varro lib.iiij.de l.L. Cicero etiam agraria ij. quo in loco uł corrupte legi,ab Ocriculana: cum in libris quinq; manuscriptis, quos se uidisse affirmauit,uir optimus,ac doctissimus,Gabriel Phaernus,legatur, ab usura nã. unde mihi orta coniectura est,quam Phaernus ipse & Octauius meus probarunt,legi posse, A Suburana, mutatione fere nulla. Plinius lib.xviij. cap.iij. Festus in litera s. & litera u. antiquæ urb. inscr. 147.

TER. Terentina) Cicero pro Plancio 263.epist.fam.lib. viij.117: Liuius lib.vi.& lib.x.antiquę urb.inscr. 140. 199. liber Appiani 105.336.

TRO. Tromentina) Festus in litera t. Liuius ẽt libro vi. scripsit, Tromentina,ut opinor,non,ut impressum est,Promẽtina.antiquæ urb.insc.207: liber Appiani 16.177.& in lapide,qui Caietæ est L. ATILLIO L. F TROMEN.

VEL. Velina) Cicero ad Atticum lib.iiij.63. in Bruto. Horatius epistola vi. libri i. Persius.antiquæ urb.insc. 162. liber Appiani 19.

VOL. Voltinia) Cicero pro Plancio 267. antiquæ urb. inscr.155.& in antiquo lapide,qui est Venetijs in turri S.Vitalis, CN. NVMERIVS CN. F. VOL. FRONTO. est & quatuor literis VOLT. in Appiani libro 484.

VEL. Velentina) pro Plancio.

SI vales, gaudeo. & ipse valeo, & Tullia nostra recte valet. Terẽtia minus belle habuit: sed certũ scio. iam conualuisse eam. praeterea rectißime sunt apud te oĩa. Etsi nullo tẽpore in suspicionem tibi debui venire, partium causa potius, quàm tua tibi suadere, vt te aut cũ Cæsare, nobiscumq; coniungeres, aut certe in ocium referres: praecipue nunc iam inclinata victoria, ne possum quidem in vllã aliam incidere opinionẽ, nisi in eam, in qua scilicet tua de re tibi suadere videar, quod pie tacere non possum. tu aũt mi Cicero sic haec accipies, vt, siue probabuntur tibi, siue non probabuntur, ab optimo certe aĩo, ac deditißimo tibi & cogitata, & scripta esse iudices. Animaduertis, Cn. Põpeiũ nec noĩs sui, nec rerum gestarum gloria, nec ẽt regum, aut nationum cliẽtelis, quas ostentare crebro solebat, esse tutum; & hoc ẽt, quod infimo cuiq; contigit, illi non posse cõtingere, vt honeste effugere poßit, pulso Italia, amißis Hispanijs, capto exercitu veterano, circũuallato nunc deniq;: quod, nescio, an vlli vnquã nostro acciderit imperatori. quãobrem, quid aut ille sperare poßit, aut tu, aĩum aduerte pro tua prudentia. sic .n. facillime quod tibi vtilißimum erit consilij capies. illud aũt à te peto, vt, si iam ille euitauerit hoc periculum, & se abdiderit in classem, tu tuis rebus consulas, & aliquando tibi potius, quàm cuiuis, sis amicus. satisfactum est iam à te, vel officio, vel familiaritati: satisfactum ẽt partibus, & ei reip. quam tu probabas. reliquum est, vbi nunc est resp. ibi simus potius, quàm, dum illam veterem sequimur, simus in nulla. quare velim mi iucundißime Cicero, si forte Põpeius, pulsus his quoq; locis, rursus alias regiones petere cogatur, vt tu te vel Athenas, vel in quãuis quietã recipias ciuitatẽ.

quod

quod si eris facturus, velim mihi scribas: vt ego, si vllo modo potero, ad te aduolem. quacunque de tua dignitate ab imperatore erunt impetranda; qua est humanitate Cæsar, facillimum erit ab eo tibi ipsi impetrare: & meas tamen preces apud eum non minimũ auctoritatis habituras puto. erit tua quoq; fidei, & humanitatis, curare, vt is tabellarius, quẽ ad te misi, reuerti posSit ad me, & à te mihi literas referas. Vale.

HUBER. SI VALES,) Postq̃ Pomp. aliquot cladibus bellicis pculsus est, expulsusq; est Italia, amissisq; Hispanijs, supatis ducibus suis, Dolabella gener Cic. hac epl'a conatus est psuadere Cic. q erat in castris Pomp. ut discedat ab ipso Póp. in quo iam nullã uideret esse spẽ, trãsferretq; se uel Athenas, uel in aliquem alium locũ uacuũ bello. pollicetur aũt se impetratuꝝ omnia à Cęs. quæ ad Ciceronis dignitatem ptineãt, & de his rebus petit sibi rescribi p eundem tabellarium. {Minus belle) non satis bene. {Iam ꝯual.) iam bñ hr̃e, & facta bñ ualente, & sana. {Apud te) domi tuæ in rebus tuis. {Etsi) h.d. quamuis Cic. nunq̃ debuerit suspicari Dolabellam suadere ei ut esset potius cum Cæs. q̃ cũ Pomp. magis, qa ipse Dolab. esset Cæsarianus, q̃ ꝙ eius utilitatis cupidus esset, nunc tñ dicit se multo magis eandem hr̃e opinionem: cũ uideat uictoriã inclinatam erga Cæs. {Causa part.) i. causa Cæs. i. quia sequar partes ipsius Cæs. {Quàm tua) .s. causa. {Nobiscum) mecum. {Certe) saltem, si nolles te ꝯiungere Cæsari. {In ocium) In pacem, non sequereris castra. {Inclinata) pendere. {Pie) ex pietate, quia sumus affinitate ꝯiuncti, & eam pietatẽ tibi debeo, quam pr̃i. {Siue pbab.) i. siue placebunt. {Ab optimo aio) ab optima intẽtione. {Aiaduertis) iam enumerat cãs, quibus suadeat discẽdendum à Pomp. {Gl'ia reꝝ gest.) Quæ est iam imminuta, ut nullus iam multum eum admiretur. {Clientelis) amicitijs, obsequijs. {Oñtare) iactare. {Cuiq; infimo) cuiq; ẽt minimo uiro. {Honeste) qa sine maxima infamia fugere nõ potest. {Veterano) optimo, laboribus militiæ exercitato. {Circũuallato) obsesso à Cęs. Brundusij. {Sic an.) & tuam & illius spem. {Hoc pic.) pñtis obsidionis. {Abdiderit) artificiose dixit non ꝯtulerit: sed abdiderit quasi fugiens, & timens occultauerit. {Consulas) puideas, ꝯsilium capias. {Aliqñ) tandem. {Cuiuis) cuilibet, ẽt ijs: qui non curant salutem tuã. {Satisfactum) occurrit obiectioni. quia sciebat se loq cum uiro forti, & amico reip. sic illud ad Æneam apud Virg. Sãt. pr̃iæ Priamoq; datum. {Offõ) quo eras astrictus erga Pomp. pp beneficia ab eo in te collata. {Familiaritati) erga Pomp. {Partibus) qa oñdisti te malle defendere eam partẽ, q̃ esset iustior. {Vbi est resp.) qa est cum uictore. {Illã uet.) q̃ olim esse ꝯsueuerat. {Simus in nulla) amittamus & ueterẽ & nouam. {Mi iucũd. Cic.) blanditur ei. {Quauis) q̃libet potius q̃ sis cum Pomp. {Quod) ut recipias te Athenas uel in aliũ quẽuis locũ qetũ. {Aduolẽ.) celeriter accurram, & ueniam. {Imperatore) Cæs. {Qua est h.) i. pro ea humanitate, qua est. {Tibi Ipsi) .i. tibi sine alterius auxilio. {Et meas) pollicetur se tñ peccatuꝝ Cæs. pro eo. {Tabellarius) qui fert literas. {Referat) reportet. *Tabellarius.*

ASCEN. SI uales, &c. Vbi res Cæsaris crescere, & Pompeij decrescere cœperũt: Dolabella Ciceronis q in castris Pópeianis erat, gener, cohortatur hac epl'a eum, ut discedat illinc ubi nullam spẽ salutis uideat, transferatq; se Athenas, uel in aliquẽ aliũ locum bello uacuũ, polliceturq;, se impatuꝝ omnia à Cæsare q̃ ad Ciceronis dignitatem ptineant, petitq;, ut Cicero respõdeat. Vr̃ aũt hæc epl'a scripta ante pugnam Pharsalicam, sed Pompeio iam obsesso. Ordo est: O Cicero gaudeo si uales .s. bñ, eqdem .i. ego quidem, ualeo, & Tullia nr̃a, quia filia tua, & ꝯiux mea, & Cicero .s. filius, tuus ualet. Terẽtia .s. uxor tua, & socrus mea, habuit, sup. se minus belle .i. bñ, quia ualetudinaria fuit aut finxit. turpiter. n. uixit. Sed scio certum, sup. esse eã ꝯualuisse iam. Præterea .i. p̃ter ualetudinẽ Terẽtię, oia sunt rectissime apud te .i. in domo tua. Etsi .i. q̃q̃, ego nullo tpe debui uenire tibi in suspicionẽ .i. ut suspiceris me suadere tibi potius cã partiũ .i. ut parti Cæsarianæ ꝓsim, q̃ cã tua .i. ut tibi cõsulam, ut ꝯiungeres te, aut cũ Cęs. nobiscũ, aut certe referres .s. te in ociũ .s. lr̃aꝝ, & uacationẽ à bello. Ego neqdem .i. nõ saltẽ possum, p̃cipue tunc iam uictoria Inclinata .s. ad Cæs. incidere in ullam aliã opinionẽ, nisi in eã in quã ego uidear .s. suadere tibi, sup. Id qđ non possum tacere pie .i. salua pietate in te socerꝝ meũ. Tu aũt o mi Cic. accipies hæc sic, in eã partẽ, ut siue ꝓbabuntur .i. placebunt tibi, siue non probabuntur, iudices certe .i. nihilominus eẽ, & cogitata, & scripta ab aio optimo, & deditissimo tibi, aiaduertis. bñ ꝯsideras. Cn. Póp. nõ esse tutũ, nec gl'ia nois sui q̃ tãta est ut magn' ab oibus noietur, nec gl'ia reꝝ gestaꝝ, q̃ ẽt incõparabilis erat, nec ẽt clientelis .i. obseruãtijs, & cultorib. tanq̃ pr̃oni debitis, regũ & nationũ, quas solebat oñtare .i. iactanter oñdere, crebro .i. frequenter, dum Rom. floreret, & aiaduertis hoc ẽt, quod ꝯtingit infimo cuiq;. non posse ꝯtingere illi, uidelicet ut possit honeste effugere, illi inq̃ pulso .i. expulso Italia .s. pr̃ia sua, ad qua non auderet se recipe, Hispanijs quas prius tenuerat, amissis, qa Cæs. Pópeianos añ bellũ Pharsalicũ illinc expulerat, & Hispaniam totã in deditionẽ recepat. & illi capto, qa ueterani exercitu circũuallato .i. obsesso nũc deniq; .i. tandẽ, ut Hubert. sentit, circa Brundusiũ, qđ .s. capi cũ exercitu ueterano .i. eũ obsideri, & circũuallari, nescio an acciderit unq̃ ulli Impatori qa ueterani milites ea erant animi præstantia, ut mori maluerint, q̃ obsideri. Quamobrẽ aduerte aium .i. ꝯsidera, ꝓ tua prudẽtia .i. s̃m prudentiam tuam, qd aut ille .s. Pópeius possit sperare, aut tu. n. capies facillime sic sup. id ꝯsilij, qđ erit utilissimum tibi. Autẽ .i. sed ego peto à te illud, ut si ille .s. Pópeius, euitauerit hoc piculũ .i. ab obsidione liberatus fuerit, & abdiderit se in classem .i. per mare aufugerit meticulosus, tu ꝯsulas .i. ꝓspicias tuis rebus, & sis aliqñ .i. tandẽ, potius amicus tibi .i. plus facias ꝓ salute tua, q̃ cuiuis .s. alteri .i. q̃ facias ꝓ amicitia alterius. Satisfactũ est iam à te, uel offõ si fuisti obnoxi' Pópeio, Vel familiaritati, si nihil debes p̃ter ꝯsuetudinis uicẽ, satisfactũ ẽt est .s. à te partib. & resp. quã tu ꝓbabas .i. ꝓ qua Pópei' se dicit militare. reliquũ est .i. id restat, ut nos simus ibi .i. in illis partibus, ubi .i. in cuius ptãte resp. est nunc, hoc est simus cũ Cęsare potius, q̃ dũ sequamur illã ueterẽ .s. rẽp. i. collegium illoꝝ q iandiu remp. tenuerũt. simus In nulla .s. rep. qa uetus pijt, & nouæ exptes simus. Quare uelim ò mi Cicero iucũdissime, si forte Pópeius pulsus his quoq; .i. ẽt locis. qa alijs multis, ut Hispanijs totis. & Italia iam pulsus fuerat, cogatur rursus petere aľs regiones, ut tu recipias te uel Athenas uel in q̃uis .i. q̃libet aliã, sup. ciuitatẽ qetã .s. ab hoc bello. Qđ si eris facturus, uelim scribas mihi, ut ego aduolẽ ad te, si potero ullo mõ, Facillimũ erit impetrare tibi ipsi q̃cũq; erũt impetrãda ab impatore de tua dignitate, qua humanitate Cæsar est .i. tã magna est Cæsar humanitate ab eo .s. impatore Cæsare, qđ relatiuũ: postposuit ut hẽat quò referatur. Et tñ .i. licet, facillimũ fuerit impetrare tibi ipsi .i. p teip̃m, oia à Cæs. qa tibi bñ uelit, si Pópeiũ deserueris, tñ ego puto p̃ces meas habituras apud eũ non minimũ, imo plin auctoritatis. Erit quoq; .i. ẽt fidei, & humanitatis tuæ .i. ptinebit ad fidẽ, & ad humanitatẽ tuã, ut Is tabellarius .i. nũcius, q tabellas, hoc est lr̃as, qa olim i tabellis scriptitabãt pferẽdas suscepit quẽ ego misi, ad te, possit reuerti ad me, qa piculũ erat ne detineretur captus, eo q ab aduersæ partis homine missus uenerat. Et referat mihi lr̃as à te.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

A*Nimi causa Cicero litem Niciæ Vidijq;, inter quos cõstitutus iudex erat, scribit.*

CICERO P. DOLABELLAE S. D. 10.

*NON sum ausus Saluio nostro nihil ad te literarum dare: nec mehercule habebã, quid scriberẽ, nisi te à me mirabiliter amari: de quo, etiam nihil scribente me, te non dubitare certo scio. omnino mihi magis literæ sunt expectandæ à te, quàm à me tibi. nihil n. Romæ geritur, quod te *putem scire curare: nisi forte scire vis, me inter Niciam nostrum, & Vidiũ iudicẽ esse. profert alter, vt opinor, duobus versiculis expẽsum Niciæ: alter. Aristarchus hos *ὀβελίζει. ego, tanquã criticus antiquus, iudicaturus sum, vtrum sint *τοῦ ποιητοῦ, an *παρεμβεβλημένοι. puto te nunc dicere: oblitúsne es igitur fungorum illorum, quos apud Niciam? & *ingentium culinarũ cum Sophia Septimæ? quid ergo. tu*

*.i. seru notat.
*i. poetæ
*.i. interiecti.
* alias ĩgentiũ cularũ.

adeo

adeo mihi excussam se veritatem veterem putas, vt ne in foro quidem reliquiæ pristinæ frontis appareant? sed tamē suauißimum ✱ *συμβιώτην nostrum præstabo intellegum: nec cōmittam, vt, si ego eum condemnaro, tu restituas; ne habeat Plancus Bursa, apud quem literas discat. Sed quid ago? cum mihi sit incertum, tranquillo ne sis animo, an, vt in bello, in aliqua maiuscula cura, negotióue versere, labor longius. cum igitur mihi erit exploratum, te libenter esse risurum; scribā ad te pluribus. te tamen hoc scire volo, vehementer populum solicitum fuisse de P. Sylla morte ante, quàm certum scierit. nunc quærere desierunt, quo modo perierit. satis putant se scire, quod sciunt. ego cetero qui animo æquo fero: vnum vereor, ne hasta Cæsaris refrixerit. Vale.*

✱ *Conuictorem.*

HVBER.

NON sum) Cum non hēret Cic. aliquid graue, quod ad Dolabellā scriberet, & tñ Saluio ad eū ꝓficiscenti nō auderet negare līas, scribit rem facetā: se delectum iudicē inter Niciā & quendā Vidium, de quadā controuersia pecuniaria qua alter duobus uersiculis ꝓbare uolebat, alter negabat, significatq; causam esse pro Vidio, idq; se iudicatuꝝ, licet à Nicia aliqñ cœna fungoꝝ fuerit acceptus, dicit tñ se ita damnaturū Niciam, ut nō ferat magnum dánum, hæc aūt ioco quodā dicit, deinde ostēdit se breuius scribere, quia incertum hēt, an Dolabella læto an solicito sit aio. Postremo dicit cum accepit Pop. R. mortem P. Syllę. {Mirabiliter) uehemētissime. {Nihil) scribere me. i. ēt si ego nihil scriberem. {Romæ) ubi ego sum. {Nisi forte) q. d. quod est dignum risu. {Nrm) amicum & familiarē. {Duobus uersiculis). i. breui scripto, quasi uersiculis quibusdā. {Expēsum pr.) i. scribit, & scripto ostēdit se pecuniā dedisse, id. n. (auctore Asconio) sigñat expensum ferre. {Alter) Nicia. {Aristarchus). i. tanq̄ Aristarchus. {ὀβελίζει) .i. negat, obliterat. Aristarchus. n. ut diximus lib. 3. ad Appiū, interpretatus est Homeꝝ, & qm̄ multi uersus putantur additi Homero, q ab eo facti nō sunt, quos minime ꝓbabat, Homeri esse negabat, sic Cic. Vt. n. Aristarchus Homeri uersum negat quē non probat. Sic tu, libet. n. iocari, ꝙ directū non erit, ne putaris meū, ὀβελὸς aūt ueru significat uel bastam, ὀβελίζω uero iugulo, sed hoc loco sigñat oblitero, deleo, reprobo, nā antiqui corrigētes codices quod improbabāt signo oblōgo notabāt in modū hastæ, idq; appellabāt obelū. i. ueru à similitudine, quod uero ꝓbabant signo paruæ stellæ, quod appellebant asteriscum, ut oñdit Diuus Hieron. in epl̄a ad Desideriū, ergo nūc dicit Cic. sicut Aristarchus uersus Homeri, quos nō ꝓbat, obelo notabat, sic alter Nicia improbans uersiculos Vidij de expēso ὀβελίζει. i. notat obelo, & obliterat. {Criticus) iudex. nā critici ꝓprie dicebātur, q iudicabant de poematibus. Horat. Ennius & sapiēs, & fortis, & alter Homerus, Vt critici dñt, leuiter curare uī. Quo ꝓmissa cadunt, & somnia pytorea. {τοῦ ποιητοῦ) i. poetæ: sicut Aristarchus iudicabat utrum essent Homeri. {An παρεμβεβλημένοι). i. interpositi, & inserti: cum nō sint poetæ. {Puto nūc) qa Nicia dederat cœnam Cic. ideo dicit: posset fortasse mihi dicere, oblitúsne es fungoꝝ, quos dedit Nicias, ut uelis cōtra eū iudicare. Quos apud Niciam. s. edisti. {Et ingentiū cul.) i. plenissimaꝝ culinatū, alij codices hñt cochleaꝝ, est aūt cochlea testudo, quam limacā appellāt. {Cū Sophia Sept.) s. filia, sunt aūt Sophia, & Septimia noia ꝓpria. Erat aūt Sophia uel uxor uel ꝓpinqua Niciæ, apud quē Cic. cœnauerat, & comederat cochleas. {Quid ergo) rñdet Cic. credísne me ita allectū his cibis, & cœnis, ut nō seruē grauitatē meam iudicādo? corrūpebantur. n. iudices carminum cœnis, & alijs muneribus. Persius: Calidum scis cū ponere sumē. Scis comitē horridulū trita donare lacerna. Horat. in epistolis. Nō ego uentosæ plebis suffragia uenor. Impēsis cœnarū, & tritæ munere uestis. {Quid ergo). s. dicis. {Excussā) eiectā, amissam. {Seueritatē) grauitatē. {Pristinæ) frōtis quæ solebat esse grauis, neq; mutari hmōi illecebris cœnaꝝ. {Vt nō app.) ut nō ostendā me eūdē esse, q eram. {Sed tñ) licet uelim retinere pristinā seueritatē. {συμβιώτην) conuiuā. s. Niciā apud quē comedimus fungos. {Præstabo) reddā. {Intellegū). i. indēnem, diminutiuū. n. est, ab integro. {Nec cō.) nō sinā. {Tu restituas) tu facias eū indemnē. {Ne habeat). s. nō Imittámne.

Expēsum fero.

Aristarchus.

Obeliscus

Asteriscus.

Critici.

Cochlea.

Intellegus.

{Plācus Bursa) nomē propriū alio codice erat Bursæ, & tunc intelligitur filius. {Apud quē) iocatur Cic. erat. n. ut ꝓdiximus {Nicia) ṗceptor Plāci imperitus. {Sed qd ago) corripit seipm̄: ꝙ scribat iocosa ad Dolabellā, quē ignorat: quo aio sit. {In aliqua cura maiusc.) in aliqua grādiuscula solicitudine, & tristitia. {Vt in bello). s. solet fieri, in quo nunq̄ possumus esse sine cura. {Labor) defluo, descēdo. s. scribēdo, & loquendo: est. n. uerbū labor. {Exploratū) certū. {Risuꝝ) te esse aio tranqllo, ut ridere possis. {P. Syllæ) hic erat de gñe Lucij Syllæ. {Scierit cer.) s. eū esse mortuū. {Desierunt) omiserunt, cessarunt: est aūt synthesis, ppl̄s desierunt, & qa cum sigñone non cū uoce cōcordet uerbū. {Quod sciunt). s. esse mortuū. {Vnū tm̄) solū {Vereor) timeo. {Ne hasta Cæs. refr.) i. quē adhuc seruat Cæs. non adhuc refrixerit. i. cessauerit: incertum aūt utrum intelligat hastā Cęs. de bello, an de subhastatiōe bonoꝝ ꝓscriptoꝝ. quā fecit Cęs. Cic. 2. off. Sic par ē agere cū ciuib. nō ut iā bis uidim⁹ hastā ī foro ponere, & bona ciuiū uoci subiacere ṗconis.

Labor.

ASCEN.

NOn sum ausus &c. Cū nihil scribere nō audeat, rē ridiculam scribit, sed ideo bř, quod nesciat quo aio sit Dolabella. Ordo est. Nō sum ausus nihil līaꝝ dare Saluio. s. uenienti ad te. Nec mehercule habebam, qd scriberē nisi te amari mirabilr̄ à me, de quo scio certo te nō dubitare ēt me nihil scribente. Līæ sunt oino, mihi magis expectādæ à te, q̄ tibi à me. Nihil. n. geritur Romæ qd̄ putē te curare scire. i. ut tu scias nisi forte scire uis me esse iudicē inter Niciā nrm, & Vidiū. Opinor alter. s. Vidius, ꝓfert. s. in libello postulatorio expēsum Niciæ .i. pecuniā in rē eius expositā, & ita sibi debitā: alter. s. Nicias, Aristarchus. i. tanq̄ esset Aristarchus, sicut Horatius dicit de eo q carmina nō placētia ueru aut stellis, hoc est obelisco aut asteriscis notaret, fiet Aristarch⁹. i. Aristarchi simis obelizi. i. ueru trāsfigit hos. s. uersiculos, hoc est negat debitū, & dicit delēdū obelus dř ueru uel hasta, obelizo iugulo, hoc est ueru trāsfigo. Ego iudicaturus sum tanq̄ criticus. i. iudex līaꝝ antiquus, utrū. s. uersiculi illi, qbus Vidius sibi Niciā obligatū dixit, sint τοῦ ποιητοῦ. i. poetæ, hoc est Homeri. Nam Aristarchus recepat uersus Homeri recognoscēdos. erāt. n. plurimi Homero ascripti, q eius nō erāt, ea lege, ut addititios trāsfigat, & deleat, hoc est an sit Nicię seuere obligātis, an παρεμβεβλημένοι. i. iterpositi, & ab alio inserti. i. non scripti à Nicia, sed Vidio, aut altero eius uoie. Puto, sup. te nūc dicere ò Cic. ésne igr̄, quia te seuere dicis iudicatuꝝ. ꝓblitus fungoꝝ illoꝝ. s. tā delicatoꝝ? sunt aūt fungi boleti, quos. s. cœnasti: aut comedisti apud Niciā, & ingentiū cochleaꝝ. i. limachū, sup. comesaꝝ cū Sophia .s. matre Septimiæ? quæ erat uxor Niciæ: Sunt q legānt culinaꝝ. i. cognaꝝ, sed aptius laudātur ingētes cochleę q̄ culinę. Quid ergo ò Dolabella tu putas ueterē seueritatē. i. obseruationē, & sequelā ueri et æqui esse excusā mihi adeo. i. intm̄, ut ne. i. nō saltē in foro. s. iudiciali appareant religę frōtis. i. seueritatis pristinę? Sed tñ. i. licet, nolim ob cœnas perperā iudicare. ego ṗstabo. i. exhibebo iudicādo, Symbioten. i. conuiuam nrm. s. Niciā, suauissimū. i. iucūdissimū intellegū. i. in modica illa re indemnē q. d. Iudicabo scriptū illud esse adulterinum, nec cōmittā, ut si ego ꝯdēnaro eū, tu restituas. i. facias eum indemnē, ne Plancus Bursa aut Bursæ. s. filius habeat. s. Niciam, apud quē discat līas q. d. ꝑ risum Inuidere Planco talē ṗceptorem, tñ nō dubito qn si litē amiserit, ad te ꝯfugiturus sit, & ita ad Plancū, ut ab illo iteꝝ audiatur, accessus, unde uī Plancus uir multo doctior aliqñ Niciā ṗceptorē habuisse, aut ꝯstituisse hře, quod Cic. nunc ridet. Sed qd ago, alij hñt ego, sed opinor legēdum ego, ut ꝑ parēthesim multa sint incerta, & ordo sit, labor. i. dicēdo ꝓgredior lōgius cū certū sit mihi, ne. i. an, sis aio tranqllo, an uerseris, ut in bello i aliqua cura maiuscula. i. aliquantulū magna, ue, pro uel, in negocio. Igitur cū erit exploratū mihi tę risurū esse libēter, scribā ad te pluribus. Tñ uolo te scire hoc pplm̄ fuisse solicitū uehemēter de morte Publij Syllæ q erat de gñe Lucij Syllę anteq̄ sciuerit certū. nunc .s. postq̄ sciūt mortuū esse, desierūt quęrere quo modo ꝑierit, satis putant se scire quod sciūt. i. mortuū esse, unde uīr soliciti fuisse, qa timerēt ꝙ nō esset mortuos. Ego q fero cetera æquo aio, uereor, unū, ne. i. ut nō hasta Cęsaris, sub qua ipse proscriptorū bona uēdebat, nō refrixerit, sed adhuc ferueat. i. feruenter exerceat. Sanè qa idē dicimus cū uerbo uereor, cū negatione, & sine negatione, dubius est sensus. Nā si dicit se uereri, ꝙ refrixerit, ironia est. certū. n. est ꝙ malit refrixisse, & iō expo-

fui.sic ut negatio i particula,ne,referatur ad uerbũ refrixerit, ut sit uereor ꝙ nõ refrixerit. Mutauit aũt lupra numerũ dicẽs sciuerit,& statim post desierũt,eo ꝙ duplex est numerus i uo cabulo pp̃is,& similibus,collectiuis,singularis in uoce,unde dixit sciert,& pluralis in re,uñ ꝑ synthesin addidit,desierũt.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Conquestio de morte Tulliolæ,et mutatio Dolabellæ.ut ad se veniat.

CICERO DOLABELLAE SVO S.D. 11

*VEL meo ipsius interitu,mallem, literas meas desiderares,quàm eo casu,quo sum grauissime afflictus: quem ferrem certe moderatius , te haberem . nam & oratio tua prudens,& amor erga me singularis multum leuaret . sed quoniam breui tempore,ut opinio nostra est , te sum visurus : ita me affectum offendes , ut multum à te possim iuuari : non quo ita sim fractus,ut aut hominem me esse oblitus sim,aut fortunæ succumbendum putem : sed tamen hilaritas illa nostra & suauitas , qua te præter ceteros delectabat , * erepta mihi * omnis est : firmitatem tamen,& constantiam, si modo fuit aliquando in nobis,eandem cognosces,quam reliquisti. Quod scribis, prælia te mea causa sustinere : non tam id laboro, ut,si qui mihi obtrectent,à te refutentur ; quàm intelligi cupio , quod certe intelligitur,me à te amari . quod ut facias,te etiam atque etiam rogo : ignosceśq; breuitati mearũ literarum . nam & celeriter una futuros nos arbitror : et nõ dum satis confirmatus sum ad scribendum. Vale.*

* alias omnine.

RVBER. VEL meo)Tũ,ut alio loco diximus,amauit Tulliam filiam uxorẽ Dol.ut qdam ẽt de eo fallo turpissime suspicati sint : eius.n.mortem, ut ipse supra ad Sul.seri.molestissime tulit , qd idem hac epl̃a ostendit. Dicit.n.ꝙ mallet Dol. accipe l̃ras de interitu suo,q̃ de obitu filiæ suæ,cuius casu dicit se grauissime affectũ:ostedit aut se desiderare aduentũ Dol. Postremo, q̃a Dolab. scripserat se sustinere multa bella , ut defenderet Cic.ad uersus obtrectatores,dicit Cic.se gaudere non tam,ꝙ Dolab.refutet ſqd falso adscribitur sibi. q̃ ꝙ cognoscit se ab amari.{Vel)etiam.{Meo ipsius)meo proprio.{Interitu)mortte.{Eo casu}.i.de morte Tulliæ filiæ meæ,uxoris tuæ.{Afflictus)percullus.{Moderatius)æquus,modestius.{Si te ha.)i.si adesses.{Multũ le.)f.de dolore.{Offendes)inuenies.{Ita af.) ita dispositũ:ita dolore cõmotum.{Hoĩem)q.d.subiectũ oĩb⁹ telis fortunæ:& legibus naturæ.{Succũbendum for.)uincendũ à fortuna.{Hilaritas)iucũditas: quæ mihi aspectu Tulliæ offerebatur.& su.pp elegãtissimos mores:& mirabilẽ facundiã:ut ipse supra ad Sulp.Habebã quò cõfuq.ubi cõquiescerẽ: cuius in sermone & suauitate oẽs curas,doloresq; deponerẽ. {Firmitatẽ) constantiã,fortitudinẽ in ferẽdo hoc casu , sic et ad S.Sulp:Turpe.n.esse existimo me nõ ita ferre hunc casum meũ:ut tu sapiẽtia pditus ferendũ putas:sed opprimor interdũ,& uix resisto dolori.{Eandẽ quam re.)i.talẽ qualẽ reliqsti.{Prælia)cõtentiones cũ multis,q mihi detrahũt.{Mea cã) q̃a amas me.{Laboro)curo.{Refutẽtur)cõuincãtur.{Obtrectãt)detrahũt,male dñt.{Intelligitur me.)à te amari.{Vnà) sit.{Cõfirmatus)pp dolorẽ quem accepi de obitu filiæ meæ.

ASCEN. VEl meo &c.Ostendit mortẽ Tulliæ filiæ suę sibi maximo esse dolori,usqueadeo,ut ad scribendũ inutilis sit, gratũ ꝑterea sibi esse,ꝙ à Dolabella contra detractores defendatur, nõ tam ꝙ maleuoli refutantur,q̃ ꝙ p hoc se à Dolabella amari intelligat. Ordo est. Ac si dicat Cic.scio o Dolabella ꝙ tu desideras l̃ras meas,q̃a multis diebus ad te nõ scripsi, uex malle,sup.ut desiderares l̃ras meas.uel.i.ẽt,interitu meo ipsius.i. pp interitũ .pprium,q̃a si interijssẽt,amplius scribere non possẽt,q̃ eo casu.i.pp eũ casum.s.mortis filiæ , quo sum afflictus grauissime q.d.quod ad te nõ scripsi pluscults diebus , est pp mortẽ filiæ meæ. Velim añt sit potius pp mortẽ meã . Quę.f. casum de morte filiæ meæ,ferrẽ certe moderatius.i.temperantius.si hẽem te.i.si mecũ esses.Nã & oro tua prudens & amor .s.tuus singularis erga me leuaret multũ sup.dolorem meũ . Sed qm ego ium ulurus te breui tpe, ut opinio nra ẽt,ita tu offendes.i.inuenies me affectum.f.dolore,ita, ut possim iuuari multũ à te nõ ꝙ sim fractus, ita ut aut sim oblitus me esse hominẽ,aut ut putẽ succũbendũ sup.esse.i.necesse esse succũbere fortunæ.Sed tñ illa hilaritas nr̃a,& sua.i.comitas,et asfabilitas mox , quæ delectabat te ꝑter ceteros est mihi ois.i.tota erepta.tũ tu cognosces in nobis eandẽ firmitatẽ & cõstantiã, qua reliqsti,si modo.i.modo demus, ꝙ ita sit , quod firmitas & cõstãtia fuit aliqñ in nobis. Quod scribis te sustinere pl̃ia.i. certamina,mea cã.i.pro me ab obtrectatoribus defendendo , ego non tã laboro id, ut siqui obtrectẽt mihi.i.de laude mea. ob inuidiã detractent,refutẽtur à te q.d.nõ sum appetẽs uindictæ,aut nõ tãti eos facio,ut magni faciã eoꝝ refutationẽ, q̃ .i.quãtũ cupio intelligi.s.ab oibus q.d.ego.n.certe scio sup. id quod certe intelligitur,me amari à te. Quod ut facias.i.ut me ames ego rogo etiam atque etiam, & sup.ut ignoscas breuitati mearum literarum . Nam & .i. simul arbitror nos futuros celeriter.i.breuiter,unà.i.pariter,& nondum sum satis cõfirmatus ad scribendum , propter dolorem de morte filiæ.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

FAmiliaris est epistola , amorem Ciceronis erga Dolabellam declarans. Est autem responsoria ad duo capita epistolæ illius,de Baiarum scilicet aere mutato, & oratione pro Deiotaro,quam se mittere dicit .

CICERO DOLABELLAE S.D. 12

GRATVLOR Baijs nostris,siquidem , ut scribis,salubres repente factæ sunt : nisi forte te amant, & tibi assentãtur , et tandiu,dum tu ades,sunt oblitæ sui . quod quidem si ita est ; minime miror, cælum etiam,& terras uim suam,si tibi ita conueniat, dimittere . Oratiunculam pro Deiotaro,quam requirebas,habebam mecum,quod non putaram : itaque eam tibi misi . Velim, sic legas , ut causam tenuem,& inopem,nec scriptione magnopere dignã . sed ego hospiti ueteri, & amico munusculum mittere uolui leuidense crasso filo,cuiusmodi ipsius solent esse munera . Tu velim animo sapienti , fortiq; sis ; ut tua moderatio,& grauitas aliorum infamet iniuriam. Vale.

RVBER. GRATVLOR) Cõtulerat se Dolab. Baias ad balnea, sed cũ antea ea fuisset illic aliquãdiu morbosus,& molestus, scripserat Dolab. factũ esse salubrẽ.Itaq; hac epl̃a Cic.ei gratulatur,et ei assentatur,cũ dicit se nõ mirari aerẽ & terras mutare nãm suã ad cõmodũ ipsius Dol. Deinde q̃a petiuerat Dol.orationem,quã Cic.habuerat pro Deiot.rege. Rñderatq; Cic.se non hẽre eã,hac epl̃a dicit se habuisse apud se,sed nõ sciuisset,extenuatq; Cic.orõnem illã,ut uitet arrogãtiã.{Si qdẽ) qm.{Salu.)sanę,salutiferę.{Nisi for.)ac si dicat nisi id fiat in grãm tuã.{Assentãtur)blandiũtur.{Oblitę sui).i.nisi relique rũt nãm suã pp te. Virg. Oblitúsne sui est Itachus.{Cœlum) aera.{Vim)potestatẽ.{Dimittere)nõ exercere.{Si ita conueniat tibi)si ita tibi cõducat,& utile sit.{Oratiunculã)usus est diminutiuo arrogãtiæ uitãdæ grã.{Pro Deiot.}quã habui ꝓ Deiot.rege Armeniæ q accusat⁹ fuerat à nepote suo apud Cęs. qđ ei parasset insidias,& ꝙ dixisset Cæs. plausum non esse factũ à Pop.R.tanq̃ tyrãno.{Regrebas)exigebas.{Q d')hẽre eã mecũ.{Tenuẽ)paruã,nõ multũ,locupletẽ copia orõnis {Nec di.scr.)nec ualde dignã,cuius exẽplũ accipias eam transcribẽdo.{Hospiti)Deiotaro,qui est uetus hospes,& amicus meus. {Munusculũ) ut hẽt hanc orationẽ qualẽcunq; pro munusculo meo.{Leuidẽse}leuidẽsa genus uestis est,auctore, Ser. ita dictę:qm filo admodũ raro,& leuiter dẽsata,& texta sit,et ptenuis.Ordo est. Sed ego uolo mittere ueteri hospiti, & amico munusculũ leuidẽse.i.hãc orõnẽ tanq̃ munusculũ leuidẽse.i.uilis testis,trãslatiue itelligit orõnem crasso filo sermonis ꝯtextã,nõ ꝙita sit,sed q̃a si uult extollere res suas.{Ipsi⁹) Deiotari,q̃a & ipse dabat munera parua.{Infamet ali.im.)i.faciat ut q̃ tibi iniuriã faciũt,ifames sint faciat dedec⁹ alioꝝ iniuriæ.

Leuidẽse

Gratulor

ASCEN. GRatulor &c. Gratulatur Cic. Dolab. q apud Baias pristinā recepit sospitatē, deinde dicit orationē pro Deiot. rege à se habitā, quam secū hīc nō putarat, se ad eū mittere, sed nō plurimi faciendā. Vnde modeste sua extenuat. Ordo aūt est, Gratulor Baijs nris. i. nobis, aut familiaribus, quidē. i. certe, si ut scribis factę sunt sup. tibi repēte. i. statim, ubi in balnea eas te immiseris, salubres. i. salutē & sospitatē afferentes, nisi forte sup. Baiæ, aut balnea apud Baias, amāt te. i. captæ sunt amore tui, & sunt oblitæ sui. i. naturæ suæ, tātisper. i. tādiu, dum. i. do nec tu ades. Latēter aūt quantum pspicere possum, h. d. Baias quidē corporibus sospitatē afferre, sed cū delicias imodicas af ferāt, aios eneruate. Grauior aūt est aioꝝ, quā corpoꝝ morb⁹. Vnde si plenā sospitatē attulerāt Dolabellę, dicit eas mutasse nām suā aut potius, nā si Dolab. nisi manifeste carpet Dolab. eo gnē morbi laborasse, q apud Baias potius augeri, q̄ leuari soleret. Vn̄ si leuatus est, Baię nām suā mutauerant. Quod qs dē. i. eas oblitas sui, si est ita, ego miror minime cœlū ēt & ter ras dimittere um suā, si cōueniat ita tibi. i. si tibi utile sit. Ego habebā mecū oratiūculam. i. paruā ōonem ꝓ Deiotaro, pe. bre. rege Armeniæ habitā, quā regrebas. i. exigebas à me. Qđ nō putarā. Itaq. i. & ita misi tibi eā quā. s. oratiunculā, uelim sup. ut legas sic, ut causam tenuē. i. exilem, & inopē. i. non at gumētosam, de qua difficile sit copiose dicere, nec dignā mag gnope scriptione. i. ut scribatur. Sed ego uolui mittere hospi ti ueteri et amico. s. Deiotaro, munusculum leuidēse. i. hīs for mā leuidēsem. i. uestis leuiter dēsatæ crasso filo, hoc est oratio nem leuiter ꝑtextā, & rōnibus paꝝ acutis. cuiusmodi munera ipsius. s. Deiotari solent esse, hoc est modici ualoris, & parum elegantia. Leuidensa genus est uestis, auctore Seruio, ita di cta ꝙ leuiter densata & texta sit. Ego uelim sup. ut tu sis anis mo sapienti, & forti, ut moderato & grauitas tua infamet. i. infamia afficiat iniuriam alioꝝ. s. qui de te male loquuntur.

PAVLVS MANVT. MVnusculum Mittere uolui) uerbum, uolui, uetustis in libris alij negant esse. Nos inuenimus in antiquissimo co dice Vincentij Riccij, & in eo, quem habet Paulus Botas, & in alijs, quos Romæ cum impressis contulimus.

D. Eras. Rhoter. SEd ego hospiti ueteri et amico, munusculum mittere uolui Leuidense crasso filo, cuiusmodi ipsius solent esse munera) Munus Leuidense prouerbiali nimirum figura uocat munus uile, minimiq; precij, cuiusmodi uulgaribus, amicis mittitare diuites consueuerunt. Proinde M. Tullius orationem suam, paꝝ elaboratam atque expolitam Leuidēse munus appellat.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

PEtit à Dolabella, vt apud Cæsarem Suberini causam agat, cum excu satione artificiosa Caleni, quod necessitate Pompeij partes secutus sit.

CICERO DOLABELLAE S. D. 13

CAius Suberinus Calenus & meus est familiaris, & Leptæ, nostri familiarissimi, pernecessarius. is cum vitādi belli cau sa profectus esset in Hispaniam cum M. Varrone ante bellū, vt in ea prouincia es set, in qua nemo nostrum, post Afranium superatū, bellum vllum fore putarat; incidit in ea ipsa mala, quæ summo studio vitauerat: oppressus est. n. bello repētino: quod bellum cōmotum à Scapula, ita postea confirmatum est à Pompeio, vt nulla rōne se ab illa miseria eripere posset. Eadem causa fere est M. Planij Heredis, qui est item Calenus, Leptæ nostri familiarissimus. hosce igitur am bos sic tibi cōmendo, vt maiore cura, studio, solicitudine animi cōmendare non possim. volo ipsorū causa: meq; in eo vehe menter & amicitia mouet, et humanitas. Leptæ vero cū ita laboret, vt eius fortunæ videantur in discrimen venire: non possum ego non aut proxime, atque ille, aut et æque laborare, quapropter etsi sæpe expertus sum, quantū me amares: tamen sic uelim tibi persuadeas, id me in hac re maxime iudicaturū. peto igitur à te, vel, si pateris, oro, vt hoīes miseros, & fortuna, quam vitare nemo potest, magis, quàm culpa, calamitosos, cōserues incolumes: velisq; per te me hoc muneris cū ipsis ami eis hoībus, tū municipio Caleno, quicū mihi magna necessitudo est, tum Leptæ, quem oībus antepono, dare. quod dicturus sum, puto equidem non valde ad rem pertinere, sed tamen nihil obest dicere. res familiaris alteri eorū valde exigua est, alte ri vix equestris. quapropter quando his Cæsar vitam sua liberalitate cōcessit; nec est, quod ijs præterea magnopere possit adimi: reditū, si me tantum amas, quātum certe amas, hoibus cōfice: in quo nihil est, præter uiam longā: quam iccirco non fugiūt, vt et viuant cū suis, et moriantur domi. quod vt eni tare, contendasq; vel potius vt perficias, (posse. n. te, mihi persuasi) vehementer te etiam atque etiam rogo. Vale.

HVBER. SVBERINVS) Cū plurimū posset Dol. apud Cęs. cōmendat ei. Cic. C. Suberinū. & M. Placum nō solum familiares suos sed ēt Leptæ, quē Cic. plurimū diligebat. Cum igr̄ post deuictū Afraniū hi ꝓfugisset in Hispaniā tanq̄ in locū tutum & ibi repentino bello fuissent oppssi, rogat Cic. Dolab. ut eos cōmendatos habeat, & qm̄ ꝓhibebātur patria, q secuti erāt Pōp. partes, rogat ēt, ut & sua, & Leptæ cā det operā, cū Cæs. ut restituātur in patriā pfertim cū nō sint diuites, ut Cæs. possit eis multū adimere. {Calenus) ex Caleno, q̄ est, ut scri. Stra. urbs Cāpanię adiūcta Cassilino utroq; ex latinę latere dextor sum. {Nri) utriusq; amicissimi. {Pernecessarius) magna neces situdine piunctus. {M. Var.) i. ad quē Cic. suprascripsit epłas. {In ea pro.) Hispania. {Afraniū) ducē Pōp. {Supatum) uictū sīl cū Petreio ab exercitu Cæs. {Putarat) qa existimabamus il lā ꝓuinciā supatis illis duob' fore uacuā bello. {In ea ip. m.) in bella. {Vitauerat) uitare curauerat. {Oppssus) circūuentus {Cōmotum) excitatū. {Asca.) is un⁹ ex Pōp. factionis ducib⁹ fuit, q bellum in Hispaniā excitauit, qđ postea Sex. Pōp. fili⁹. Cō. pfirmauit, & secutus est, supatus postea apud Mundam. {Nulla rōne) nulla uia, nullo mō. {Eripere) liberare. {Ab illa mi.) ifelicitate belloꝝ. {Eadē cā). i. sīlis, qa & ipse pfectus est in Hispaniā, ut ēt uitaret bellū, in qđ incidit. {Habetur d.) pu to esse cognomen. {Idē ēt) Sicut Suberinus. {Studio) amore. {Hosce am.) Suberinū, & Planiū. {Volo) cupio. {Ipsoꝝ cā). i. eoꝝ respectu. s. ut sint tibi cōmēdati, uel uolo ipsoꝝ cā. i. ipsis bn̄ cupio. {In eo) ut ipsoꝝ cā uelim. {Amicitia) q̄ est mihi cū eis. {Et hum.) qa hois est hoī ꝓdesse. {Lepta vo) addit, & aliā cām, qa uides hāc rē magnę curæ esse Leptæ. {Cū Lep. ita la.) . i. ita curet, & ita sit solicit⁹ p eis. {Eius f.) res eius. {In di.) in pi culum. i. ita ut uideat agi de piculo reꝝ suaꝝ. {Proxime atq; il.) i. paulominus aut æque. i. tm̄, et æqualr̄. {Laborare) angi, curare. {Id qđ me. m. a.) In hac re, si habueris cōmēdatos hos duos. {Vel) Correctio. {Si pat.) qa. amicus no debet pati se os rari. {Calamitosos) ifelices, ifortunatos. {Nemo ui. p.) qa oēs sumus subiecti fortunæ, & ita excusat eos ne uideatur icidisse in calamitatē eꝑa sua, qa si ita esset, essent min⁹ digni fauore & auxilio. {Velisq;) oñdit Cic. hoc bñficio nō solū illos ludos in quos ꝓferet, sed totū oppidū Calenum, & maxime Leptā obligatum iri, est igr̄ ordo, & peto ut uelis me dare hoc mune ris p te. {Cū). i. &. {Ipsis a.) Suberino, & Planio. {Municipio) oppido. {Tū) maxime & ꝑcipue. {Leptę) cui hi duo sunt fami liarissimi. {Nihil o.) nihil nocet. {Res fa.) patrimoniū. {Exis gua) tenuis, parua. {Vix eq.) [.] est res familiaris. i. uix tāta q̄ta exigit cēsus equestris, quē oportebat esse quadrigētoꝝ miliū sestertiū. {Vita quā po. eis c.) qa fuerāt eis hostes, & secuti fue rāt Pōp. {Sua lib.) laudat eū Cic. ut ab eo impetret, ut q dona uit uitā, donet ēt qđ est minus. s. reditū in patriā. {Adimi) eri pi. {Cōfice) impetra. {In quo) reditu. {Quā). i. uiā lōgā. {Nō fu.) qa potuissēt dicere Dol. quare ergo uolūt redire, si uia est lōga, dicit eos hoc curare tm̄ ut uiuāt cū suis. {Et mo. do.) qđ solet esse magnū solatiū uiuere & mori apud suos. {Perficias) re ipa facias. posse. n. parēthesis per quā occurrit obiectioni.

ASCEN. CAius Suberinus &c. Cū apud Cæs. plurimū posset Dolab. cōmēdat ei Cic. C. Suberinū & M. Planiū tā suos, q̄ Leptæ familiares, rogatq;, ut i Hispania cōmēdatos habeat, & apud Cęs. pro eis restituēdis priæ diligenē agat. Ordo est. C. Suberi nus Calenus. i. Caleno urbe Cāpanię Italię est & sīl familiaris me⁹, & pnecessarius. i. ualde necessarius Leptę. familiarissimi nri. Is. s. Suberinus cū pfectus esset i Hispaniā cū M. Varrone, cā uitādi belli, añ bellū, ut i ea ꝓuincia, in q̄ nemo post Afranium

niū nſm.i. Romanū impatorē ſupatū, putaret ullum bellū, fo re.i. futuꝝ eſſe incidit in ea ipſa mala.ſ. belli, q̄ uitauerat ſum mo ſtudio. Ipſe.n.op pſſus eſt bello repētino, q̄ bellū cōmo tū.i. incitatum à Scapula.ſ. duce à Pōp. miſſo, cōfirmatum eſt poſtea, à Pōp.ſ. Sex. Cnei filio, ita ut nulla rōne poſset eripe ſe ab illa miſeria. Eadē cā ferè M. Planij Hæredis.i. cognomina ti. Niſi ſit legēdū Plāci, hæredis.i. q eſt hęres Plāci, ted ſi id eſ ſet, Cic. eū potius pp Plācum, q̄ Leptā cōmendaſlet, q eſt itē.i. ſic Calenus familiariſſimus Leptæ nſi. Igr ego cōmendo tibi hos, aut hoſce ambos. ſic ut nō poſſim cōmēdare ſup. eos ma iore cura, ſtudio, ſolicitudine animi. Volo.ſ. eos tibi cōmēda tos eſſe cā ipſorū, q̄ ita de me meriti ſunt, & amicitia, et huma nitas mouet me uehemēter.ſ. ut uelim cā ipſorum ēt ſi non eſ ſent familiares Lepię. Lepta uero cum laboret.ſ. pro, eis ita, ut fortunæ.i. diutię eius uideātur uenire in diſcrimē.i. periculū, ego nō poſsum nō laborare, aut proxime ſup. tm̄, atque.i. etiā ſicut, ille, aut ēt æque.i. æqualr. Quapp etſi.i. q̄q̄, expt⁹ ſum ſæpe quātum amares me, tn̄ ego uelim pſuadeas tibi ſic, me iu dicaturum id.ſ. quantum me ames, maxime in hac re.i. in ſu ſceptione huius cōmendationis. Igr peto à te, uel oro, ſi patie ris.i. te à me orari, ut ꝯſerues incolumes.i. ſaluos & illæſos ho mines miſeros & calamitoſos.i. ærumnoſos, magis fortuna.ſ. aduerſa quā nemo pōt uitare, q̄ culpa.ſ. ſua. Et uelis me dare .i. ut ego dē.ſ.p interceſſionē tuā. hoc muneris.i. bn̄ficij, cum .ſ. ita ſit ꝙ ipſis hoibus amicis. Sube. & Pla. tum.i. multō ma gis Caleno municipio, q̄ cū.i. cum quo, hoc eſt cū q̄bus ciuib. eſt mihi magna neceſſitudo.i. oblatio mutui officij. Tū.i. ad s huc magis uelis me dare hoc muneris Leptæ quē antepono oibus, equidem.i. ego certe puto, ſup. id quod ſum dicturus, nō pertinere ualde ad rem, ſed tn̄ nihil obeſt.i. nocet dicere. Res familiaris eſt alteri eorum ualde exigua.i. modica, & eſt alteri.i. reliquo uix equeſtris.i. q̄ ſatis ſit ad cēſum equeſtrem, hoc eſt quadringentorum millium ſextertium. Quapp q̄ñ.i. qm̄ Cæſar cōceſſit his uitā liberalitate ſua, nec eſt quod poſſit ꝑterea.i. ꝑter uitā, adimi.i. auferri ijs, magnopē.i. magni æſti mādum cōfice.i. plene impetra hoibus reditum.ſ. in patriam ſuā, ui delicet Calenum, ſi tu amas me tn̄, quātum certe amas. In quo.ſ. reditu nihil eſt.ſ. difficile, aut potius ipſis obtinēdū, q̄ in patria parum aut nihil hn̄t præter uiā longā. ſ. ex Hiſpa nijs Calenum uſque quā.ſ. uiam longā, ipſi nō refugiunt id circo, ut uiuāt cum ſuis, & moriātur domi q̄d ut enitaꝛe, & ꝑſe das uel potius pficias: perſuaſi.n. mihi te poſſe.ſ. pficere: ro go te ut uehementer etiam atq; etiam.i. iterum atque iterū.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Laudat hac epiſtola fortitudinem prudentiamq; Dolabellæ, & ut dein ceps, ſibi ſimilis ſit, hortatur.

CICERO DOLABELLAE COS. S.D. 14.

Etsi contentus eram mi Dolabella tua gloria; ſatiſq; ex ea magnam lætitiam, voluptatemq; capiebam: tamen non poſ ſum non confiteri, cumulari me maximo gaudio, quòd vulgo hominum opinio ſo ciū me aſcribat tuis laudibus. neminem cōueni, (conuenio aūt quotidie plurimos: ſunt.n. permulti optimi viri, qui valetudinis cauſa in hac lo ca cōueniant, præterea ex municipijs frequētes neceſſarij mei) quin oēs, cum te ſummis laudibus ad cœlū extulerunt, mihi eō tinuo maximas gratias agāt: negant.n. ſe dubitare, quin tu, meis præceptis, & conſilijs obtemperans, præſtantiſſimum te ci uem, & ſingularem conſulē prębeas. quibus ego quanquam veriſſime poſſum reſpondere, te, quæ facias, tuo iudicio, & tua ſpōte facere, nec cuiuſquam egere conſilio: tamen neque plane aſſentior, ne imminuā laudem tuam, ſi oīs à meis conſilijs pro fecta videatur; neque valde nego: ſum enim auidior etiā, quàm ſatis eſt, gloriæ. eſt tamen nō alienum à dignitate tua, quod ipſi Agamēnoni, regum regi, fuit honeſtum, habere ali quē in conſilijs capiundis Neſtorem. mihi vero glorioſum, te iuuenem conſulem florere laudibus, quaſi alumnum diſciplinæ meæ. L. quidē Cæſar, cum ad eum ægrotū Neapolim veniſſem, quanquā erat oppreſſus totius corporis doloribus, tamen ante quàm me plane ſalutauit, ò mi Cicero, inquit, gratulor tibi, cū tantum vales apud Dolabellā, quantum ſi ego apud ſororis fi lium valerē, iam ſalui eſſe poſſemus. Dolabellæ vero tuo & gratulor, & gratias ago: quem quidē poſt te conſulem ſolum poſſumus vere conſulem dicere. deinde multa de facto, ac de re geſta: tum nihil magnificentius, nihil præclarius actum vnquam, nihil reip. ſalutarius. atque hæc vna vox omnium eſt. à te aūt peto, vt me hanc quaſi falſam hereditatem alie næ gloriæ ſinas cernere; meq; aliqua ex parte in ſocietatē tua rum laudum venire patiare. quanquam mi Dolabella (hæc enim iocatus ſum) libētius oēs meas, ſi modo ſunt aliquæ meæ laudes, ad te transfuderim, quàm aliquā partem exhauſerim ex tuis. nā cum te ſemper tantum dilexerim, quantum tu in telligere potuiſti: tum his tuis factis ſic incenſus ſum, vt ni hil vnquā in amore fuerit ardentius. NIHIL eſt.n. mihi cre de, virtute formoſius, nihil pulchrius, nihil amabilius. ſemper amaui, vt ſcis, M. Brutum propter eius ſummū ingenium, ſua uiſſimos mores, ſingularem probitatem, atque conſtantiam: ta men idibus Mart. tantum acceſſit ad amorem, vt mirarer lo cum fuiſſe augēdi in eo, quod mihi iampridem cumulatū * eſ ſe videbatur. quis erat, qui putaret ad eum amorem, quem er ga te habebam, poſſe aliquid accedere? tātum acceſſit, vt mi hi nunc denique amare videar, antea dilexiſſe. quare quid eſt, quod ego te horter, vt dignitati, & gloriæ ſeruias? propo nam tibi claros viros, quod facere ſolent, qui hortantur? neminem habeo clariorē, quàm te ipſum. te imitere, oportet, te cum ipſe certes. nec licet quidem tibi, tam tantis rebus geſtis, nō tui ſimilem eſſe. quod cum ita ſit, hortatio non eſt neceſſa ria; gratulatione magis vtendum eſt. contigit enim tibi, quod haud ſcio an nemini, vt ſumma ſeueritas animaduerſio nis nō modo non inuidioſa, ſed etiam popularis eſſet, & cum bonis oībus, tum infimo cuique gratiſſima. hoc ſi tibi fortuna quadam contigiſſet, gratularer felicitati tuæ: ſed cōtigit ma gnitudine tum animi, tum ēt ingenij, atque conſilij. legi.n. cō cionem tuam: nihil illa ſapientius: ita pedetentim, & gra datim tum acceſſus à te ad cauſam facti, tum receſſus, vt res ipſa * maturitatem tibi animaduertendi omnium conceſſu daret. liberaſti igitur & vrbem periculo, & ciuitatem me tu: neque ſolum ad tempus maximam vtilitatem attuliſti, ſed etiam ad exemplum. quo facto intelligere debes, in te re poſitam eſſe remp. tibiq; non modo tuendos, ſed etiam ornan dos eſſe illos viros, à quibus initium libertatis profectum eſt. ſed his de rebus coram plura propediem, vt ſpero. Tu quando remp. noſq; conſeruas, fac vt diligentiſſime te ipſum mi Do labella cuſtodias. Vale.

* alias etiam.

* alias auctori tatem.

HVBER. Etsi) Iulio Cæſ. in ſenatu interfecto, cū q̄dā ei arā & magnos honores decernerent. Dol. ꝯſul ſingulari aī magnitudine ei reſtitit, & punien dos curauit, ꝙ tāta iuſtitia ab oibus factū exi ſtimatū eſt ut uehemēter à toto ppło ꝓbaret, i quo Cic. nūc uehemēter gratulatur ipſi Dol. oſīdens laudē & gloriā eius ſapiæ ſibi à multis ex magna parte attribui, q exi ſtimabāt. Dol. talē eſſe, q̄ ita fuiſſet iſtitutus ꝑceptis & moni tis Cic. licet ipſe Dol. ea faceret ſpōte ſua, & ꝓprio iudicio. Ita que Cic. dicit multū additū eſſe ad amorē, quo antea ꝓſeque batur eū, ſicut ēt erga Brutū poſtq̄ Cæſ. iterfecit, hortatur aūt eū ut pgat queādmodū incepit, & imitetur ſeipm, deinde ut nō ſolū tueatur iterfectores Cæſ. q fuerūt auctores libertatis, ſed ēt ornet, & honorib⁹ amplificet, poſtremo eū monet ut ſa lutē diligēter cuſtodiat cū reip. ꝯſeruatio ex eo pēdeat. Aduer tēdū eſt tn̄ Cic. ſeipm latēter laudare, licet diſſimulet {Tua).ſ. ſola & ꝓpria. {Nō poſ.) nō poſſū negare, nō poſſū facere, q n apte dicā. {Cumulari) ipleri, tractū à mēſuris, q̄bus nihil pōt addi. {Sociū) participē. {Cōuenio) aūt parētheſis. {Valetudi nis

nis cã).s.curandæ,q ueniunt huc tanq̃ ad loca salubria ut cu rent ualetudinē,aut ut bene ualeāt.{Municipijs)ex ciuitatib⁹ q̃bus ab urbe Roma tm̃modo muneris partē non ēt magiſ tū licebat accipe:i dixim⁹ alio loco plura ex auctoritate Festi. & A.Cel.{Quin)q non.{Cõtinuo)statim.{Obtēperans) pa rēs,auscultās.{Te ipon.)p teipsum siue monitis meis.{Tuo iud.)tuo consilio.{Neq; as.m.)q meis pceptis obtempans te pbiturus,sis singularē consulē.{Ois)tota,sit laus tua.{Profe cta)deducta,pcessisse.{Neq; ne.)neq; recuso.{Etiā q̃).i.est.i. ēt aliquanto plus q̃ deceat.{Est ta.)pbat Cic.exēplo qd non modo Dol.nō debeat indignari,si Cic.ↄsilio multa recte face re dr̃ & putetur,uerũetiam potius debeat gaudere.{Nō ali.à di.)i.non cōtra honorē.{Quod ipsi) argm̃ à maiori ad mi nus.{Ipsi)emphasim hēt.{Regū re.)sic Ouid.in Hero. Ianta lida oēs ipsumq; regebat Achillē.Nis præs militiæ,duxerat il le ducū.{Aliquē Ne.)i.aliquē sīlem Nestori,q sæpe dabat cōsi lia Agamemnoni,ex cuius.Nest.lingua,ut ait Horat.dulcior melle fluebat oratio & dux ille Græciæ nunq̃ optauit ut Aia cis sīles hrēt,at ut Nestoris,quod sibi si accideret, nō dubita bat q n breui esset Troia peritura.{Mihi ue.) q.d.nec tibi est turpe,& mihi est magnæ gloriæ.{Quasi alum.dil.meæ).i.tā quā mea disciplina institutum.L.Cæſ.auũculus M. Antonij. {Tm̃ ua.)tm̃ potes,tm̃ habes auctoritatis.{Apud filiū sor.) apud M.Ant.natū ex sorore mea.{Vere).i.reipsam multi con sules sunt solo nomine,q tñ reipsa non ↄsulūt reip. sicut tu fe cisti & nũc Dol.{De facto)de eo quod egisti in puniēdis ijs, q uidebantur cōtra libertatē Rom.sentire & facere.{Saluta rius)utilius.{Vna uox oium).i.oēs uno ore ita dn̄t.{Atque) nũc Cic.petit admitti,in partē,gloriæ ipsius Dolab.{Hāc fal sam hære.)i.licet nō merear,nec debeā esse particeps gloriæ, tuæ tñ patiaris me esse hæredē,huius tuæ gloriæ.{Quanq̃) nunc Cic.artificiose se corrigit,dicēs se potius datuꝝ oēs, lau des suas siquas hēt,ipsi Dol.q̃ dimi nutuꝝ aliqd de illius lau dibus.{Trāsfuderim)pro trāsfundam,&transmittā,uel trans funderē.{Exhauserim)attulerim,amouerim.{His)quæ gessi sti in ↄsulatu tuo.{Nihil fuerit ar.in amo.) i.nihil magis fue rit incēsum amore,q̃ ego sum incensus amore tuo.{Nihil est enim)ostēdit Cic.amorē suum excitatū esse erga Dol. pp solā uirtutē.{Amabilius)quod magis mereatur amari.{Semper amaui),pbat quod nihil sit uirtute amabilius,qa pp eā dicit, Brutū à se plurimū amari, & pcipue postq̃ interfecit Cæſ. qa eo die ostendit uirtutē suam,cum patriā tyrannide liberauit. {Idib.Mar.) i 5.die Martij cū Cæſ.interfecit.{Accessit) additū est.{Augendi)amorē.Cumulatum,plenissimū.quod nullum augmētum accipe posse uideretur.{Quis erat) sicut dixit au ctū fuisse amorē suum erga Brutum pp mortem Cæſ.ita dicit auctū amorem, q uidebatur cumulatissimus erga Dol.{Nōe amare)ponit apertissimam dr̃iam inter amare & diligere,q̃n amare maiorē uim hēt.{Seruias)obtēperes.i.facias id, quod & dignitas & gloria tua exigit.{Proponā)subaudiendū est, qd est quod horter te,ut ↄponas tibi ad.{Quod).s.ↄpones re,claros uiros.{Tecū c.)i.uim.reip.& quotidie aliqd melius facere.{Nec licet nō esse tui sīlem).i.nō potes non esse is q es .i.clarissimus.{Hortatio)ad dignitatē & gloriam cōparandā {Magis)potius q̃ hortatione.{An ne.) s.ↄtigerit.{Seueritas) asperitas.{Animaduersionis)punitionis in eos,q aram & co lōnam & reliquos honores Cæſ.decreuissent,uel in eos,q cōs tra libertatē patriæ sentirēt.{Non Inu.) i.nō odiosa,nam ins uidia,ut alio loco diximus,interdū pro odio ponitur.{Popu laris)grata pplo,fauoribus plena.{Infimo).i.ēt plebeis.{Cō silij)sapientię.{Concionē)orationē liret alia ēt interdū sigai ficet,ut alio loco diximus.{Accessus)ingressus exordiū.{Res cessus)rcſo.{Pedetētim)Paulatim.{Res).i.rei honestas.{Cō cessu o.)i.oibus ↄcedētibus & pbātibus.{Vrbē)ędificia ipsa. {Ciuitatem)ciues.{Ad tempus).s.aliquid.i.ad pn̄s.{Reposi tam in te.) i.in te hēre magnum præsidium, & esse sub tutela tua.{Illos ui.)Brutum & Cassium.{Profectum est) processi, factum est.{Plura).s.dicam.{Qn̄)qm̄.{Nosq̄) ciues Rom.

Quin, Non, — Amare, — Inuidia — Accessus, Pedetentim

LIbro IX.epla ad Papirium Pætum, cuius initium, Duplr delectatus sum tuis lris &c.sic in fine hodie.{Sed cura,si me amas,ut ualeas,ne ego te iacẽte,bona tua comedã. Statui .n.tibi ne ęgroto qdẽ parcere)Non.Marcellus ad notauit,Comedim.hic esse legendũ,ꝓ comedã quõ Plaut. qd' in Bacch. Qd' dẽ scortis quodq́; lustris comedim,ꝯgreget pr.Neq; ũo mihi displicet illud comedim,uerbũ antiquum,nã uerisile est hũc locũ,Ne ego te iacẽte bona tua comedim, sicuti alios plerosq; ex uetere aliquo esse poeta sumptũ. Qd' qdã,credo,paꝝ aduertẽtes, cum insolẽtia ũbi offenderẽtur,locũ deprauarũt.

to. xiv. Attend.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

ESt hæc epistola propemodum contentiosa. Confutat enim quod Papirius fulmina tonitruaq; in epistolis Ciceronis: esse dixerit, quod ipse nequiret. Cõfutat etiam falsum Papirij de familia sua mendacium, quod putaret neminem nisi plebeium hoc nomine Romæ floruisse.

CICERO PAPIRIO PAETO S. D. 21

AIn tandem? insanire tibi uideris, quòd imitere uerborũ meorum, ut scribis, fulmina? tum insanires, si consequi non posses: cum uero ẽt uincas, me prius irrideas, quàm te oportet. quare nihil tibi opus est illud à Trabea, sed potius ἀπόπυγμα *meum. Verumtamen quid tibi ego uideor in epistolis? non ne plebeio sermone agere tecũ? nec enim semper eodem modo. quid.n. simile habet epistola aut iudicio, aut concioni, quin ipsa iudicia non solemus omnia tractare uno modo. priuatas causas, & eas tenues, agimus subtilius: capitis, aut famæ, scilicet ornatius. epistolas uero quotidianis uerbis texere solemus. Sed tamen mi Pæte qui tibi uenit in mentem, negare, Papirium quenquã unquam nisi plebeium fuisse? fuerunt.n. patricij minorũ gentium: quorum princeps L. Papirius Mugillanus: qui consul cum L. Sempronio Atratino fuit, cum antea censor cum eodẽ fuisset, annis post R.C. CCCXII.*

*i.dictũ

CCCXII. sed tum Papisij dicebamini. post hunc, XIII. fuerũt sella curuli ante L. Papiriũ Crassum, qui primus Papisius est vocari desitus. is dictator cum L. Papirio Cursore, magistro equitum, factus est, annis post R.C. CCCCXV. & quadriennio post consul cum C. Duilio. hunc secutus est Cursor, homo valde honoratus: deinde L. Masso ædilicius: inde multi Massones: quorum quidem tu omnium patriciorum imagines habeas, volo. deinde Carbones, & Turdi insequuntur. hi plebeij fuerunt: quos contemnas, censeo. nam præter hunc Cn. Carbonem, quem Damasippus occidit, ciuis è rep. Carbonum nemo fuit. cognouimus Cn. Carbonem, & eius fratrem scurram: quid his improbius? de hoc amico meo, Rubriæ filio, nihil dico. tres illi fratres fuere, P.C.M. Carbones. Publius Flacco accusante condẽnatus; fugit Marcus ex Sicilia. Caius, accusante Lucio Crasso; cantharidas sumpsisse dicitur. is trib. pl. seditiosus, & P. Africano vim attulisse existimatus est. hoc vero, qui Lilybæi à Põpeio nostro interfectus est, improbior nemo, meo iudicio, fuit. iam, pater eius accusatus à M. Antonio, sutorio atramẽto absolutus putatur. quare ad patres, censeo, reuertare: plebeij quàm fuerint importuni, vides. Vale.

RUBER.

AIN tandem) Scripserat Pætus Cic. uti tanta ui & uehemẽtia dicẽdi, ut ipse insanus uideretur, dũ uellet eum imitari, cui rñdens Cic. ei adulatur dicẽs quod insaniret, si nõ posset assequi & æquare eius orationẽ. sed cum lõge supet. discit se potius irridẽdumq; tali gñe oronis utatur, q̃ ipm Pętũ: oñdit tñ epl'as suas nõ hre fulmina & uehementiá oronis: ut dicebat Pætus, sed potius esse in humili gñe dicẽdi, & quotidianis uerbis cõtextas: deinde qa Papyrius Pętus dicebat nullũ ex Papyrijs unq̃ fuisse nisi plebeiũ, id ɔfutat Cic. & recẽset familiã Papyrioꝝ, cuius originẽ lõgius repẽtes sumit à L. Papyrio Mugillano usq; ad tp̃a sua. {Ain' tandẽ).i. anim(sne. est aũt mos quidã reprehendẽdi, & inuehẽdi in aliquẽ cũ ita dicimus, est.n. comicũ, quo utitur Terent. {Quod imi.) quod uelis seq. {Fulmina) uim uehemẽtiam, trãslatio est. hoc.n. uocabulo usus fuerat Pætus. uĩ aũt dictum esse quasi ad iniuriã Cic. ideo dixit sicut tu scribis, nõ & ita sit. {Cõsequi) æquare. {Vincas me) q uehemẽtior es in dicẽdo q̃ ego. {Irrideas me) q tibi cedam. {Quare) cõcludit, ꝙ nõ insaniendũ ei sit pp fulmẽ eius oronis. {Illud à Tra.) genus. uestis qua primum usi sunt reges, deinde & cõsules. hic aũt uĩ esse nomẽ uiri siue poetæ oratoris; licet de eo nõ meminerim apud aliquẽ factã esse mẽtionẽ: illud aũt à trabea, pro illud trabeæ dr̃: sicut dicimus à uobis est pro uester, & uerbũ à Cic. pro uerboꝝ Cic. {ἀνέφεσιν) i. nõ assecutionem. i. nõ assequaris me. τετευχέναι.n. assequor: cum ἀνὰ negationem sigñat. {Veruntñ) dicit se nullo fulmine, & uehementia orationis uti in epl'is. {Agere) loqui. {Plebeio) uulgari. {Nec semp eo. modo). s. ago. {Quid ha. si. tu.) i. in quo hẽt comparationẽ cum gñe iudiciali. {Aut cõ.) demõstratiuo, & deliberatiuo gñi: quod in cõcionibus habebatur. {Ipsa iu.) ipsas causas iudiciales, quæ magis desiderãt graue genus. {Et pri.) priuatoꝝ hoium. {Eas te.) i. tenuis. eas enim à Cic. ad ornatũ additur. ut supra alio loco diximus plenius. {Tenues). i. nõ magnas, neq; ualde periculosas. {Capitis). s. causas. {Ornatius) agi, cũ maiori elegãtia uerboꝝ sniaꝝ. {Texere) cõponere, tractũ à telis, unde & filũ orationis dicimus. {Sed tñ) transit ad aliã partem epl'æ, in quæ repetit originẽ Papyrioꝝ. {Quid ue. in mentẽ) qđ cogitaueris. {Quẽ quã Pa.) i. aliquẽ ex familia Papyrioꝝ. {Nisi pleb.) de ordine plebeio. {Patritij) nobilis, quõꝝ maiores patres appellati sũt. {De ge. m.) qa erant & de gente maiore à Romulo instituta. {Cũ eo.) Sempronio. {Tũ) eo tp̃e. 13. s. fuerũt. {Sella cu.) s. decorari. i. fuerũt ædiles curules. {Q. L. Papirius) Crassus. {Est de. uocari Pap.) i. fuit ultimus q uocatus est Papirius. {Dictator) cui summa ptãs fuit, & nõ creabatur nisi cũ aliqua uis maior oborta de improuiso ingentẽ urbi cladem minari uideretur: de quo uide plura apud Fenestellã, & de officio magr̃i eqtũ: cui ita in oẽs milites ius fuit, sicut dictator in pplm. {Cum Ca. Duilio) is fuit q primus Carthaginẽses bello nauali fugauit: cui pmissum est primũ & tibicine & funali uti. {Aedilici') ædilitate dignitatis. {Insequuntur) sunt post hos. {Contẽnas) paruifacias. {Reip.) i. de rep. hoc est amicus reip. {Is Cn. Carbone & eius fratre scurra) adducit in ɔtemptũ familiã Papyrioꝝ quoꝝ q fuerũt plebeij, ostẽdit eos fuisse & uiles & improbos. {De hoc a.) ironice, nõ erat amicus, sed ita est mos dicendi: cũ aliquẽ uolumus nominare pro idignatione. {Rubriæ) nomẽ mulieris. {Tres) cõmemorat tres Carbones improbos, & malo exitu assumptos. {Cãtharidas) uermes quidẽ sunt terreni: quoꝝ succus in uenas igressus ut uenenũ interimit. hoc gñe mortis interij Magnetes filius Gelonis & Hereidos filiæ Pirrychi, ut Ouid. in Ibin. Vtq; nepos dicti nr̃o modo carmine, regis Cantharidũ succos dante parẽte bibas: à matre.n. pp negatũ ei icestũ dato poculo cãtharidũ interẽptus est. {Vim at.) existimatus esse q Scipio. Africanũ nocte necauit. {Lilybei), pmõtorium est Siciliæ: sed hic pro oppido eiusdẽ regionis ponitur. {Sutorio att.) q.d. uado iudicio: sutoriũ attramẽtũ appellauit tincturã: qua sutores hoc est calcearij pelles & calceos tingũt: est aũt pessimi coloris: hortatur nũc Cic. Pætũ ut malit esset de Papyrijs patritijs, q̃ de plebeijs: q fuerñt pessimi, {Ad pa.) ad patricios. {Importuni) mali improbi. Inciderat in manus impssoris exemplar quoddã meum mẽdosum, ubi erat circa principiũ huius epl'æ locus male expositus: eũ aduerti nõ esse datũ exẽplum fidum. Itaque statim reuocaui & correxi, anteq̃ oẽs chartæ fuissent impssæ cum locũ declarãdum putaui fideliter: ne quispiã ex ignorãtia factũ esse putaret, sil'ne ad quos peruenięt priores impssiones fallantur. Locus ubi ἀνέφεσιν erat scriptũ: debuerat. i. ἀνεφεσιν. i. inassecutio, ut ita dicã, quod illa uerba græca, q̃ suppoluimus, declarabãt. s. μετανοῆσαι hoc est asseq. s. me, uel qđ magis placet, opus est tibi ἀνέφεσιν meũ. i. opus est tibi inassecutio & quodãmodo. ipolicitas mea: qa nõ assequor illumina fulmina, q̃ scribit deriuat.n. ꝟbo ἀποτυχεῖν qđ sigñat impos sum, nõ assequor.

AIn, tandẽ. scripserat Pætus se imitãdo uehementiã dicẽdi Cic. uisum sibi insanire. ad qđ rñdet Cic. simulq; redarguit ꝙ dixerat Papyrios oẽs plebeios fuisse. Ordo est. Ain. i. ais ne tandẽ, ut tu uideris tibi insanire, ꝙ mirere, ut scribis fulmina. i. uehementem impetũ uerboꝝ, meoꝝ. tum insanires tũ. i. tunc si nõ posses, & sup. uelles ɔseq. i. obtinere uim meã dicẽdi. uero pro sed, cum. s. ita sit, ꝙ uincas. i. supes me, oportet sup. ut irrideas prius me, quã te. Quare cũ sis in dicẽdo acrior q̃ ego, nihil opus est tibi illud à Trabea. i. sumptum ab orone habita in Trabea. i. in ueste regali, & augurali, & ita tranqllũ & sedatũ, sed potius apophthegma. i. acre dictũ meum, & sententiosum. Veruntñ qd uideor, tibi agere in epl'is: nõne uideor agere tecum sermone plebeio. i. uulgari? Nec.n. sup. decet loq semp eodẽ modo Enim. i. qa, quid sile habet epl'a. aut iudicio aut cõcioni? q.d. nihil, & ita licet simus in iudicio aut cõcione acuti & uehemẽtes, nõ cõtinuo tales erimus in epl'is. Quin. i. qa ẽt nos nõ solemus tractare ipsa iudicia uno modo ẽt omnia, qa nos agimus causas priuatas & oẽs tenues. i. modici momẽti subtilius. i. deductius, & magis tenuiter. i. id est scire licet cur id faciamus, qa agimus causas capitis aut famę. i. ubi aut uita, aut fama in periculo est, ornatius: uero. i. sed nos solemus texere. i. componere epl'as uerbis quotidianis. Sed tñ ò mi Pæte qd. i. ad qd, aut legamus qui. i. qũo, uenit tibi in mẽtẽ negare quenq̃ Papirium fuisse unq̃ nisi plebeiũ. i. humilẽ & ignobilẽ? fuerunt.n. sæpe Papirij, patritij. i. de gñe patrum ɔscriptoꝝ seu senatoꝝ gẽtium minoꝝ. i. posterioꝝ nõ ab illis centum, quos Romulus patres legerat orti, quoꝝ L. Papirius Mugilanus sup. fuit princeps. i. principiũ capiẽs & primus, q fuit ɔsul cum L. Sẽpronio Atracino, cũ fuisset antea cẽsor cum eodẽ. s. Sẽpronio annis trecẽtis duodecim, sed uos qui estis de gñe Papyrioꝝ dicebamini tũ. i. tũc Papisij. Sic Valesij dicebãtur, q postea Valerij, & Fusij q fuerunt. Tredecim. s. magr̃atus de gñe Papirioꝝ, fuerũt sella curuli. i. q ędiles facti eo ꝙ nobiles sella curuli gaudebãt post hũc. s. Sẽpronium añ L. Papiriũ Crassum, q prim' est desitus. i. desinit uocari Papirius, qa sumpsit cognomẽtum Crassi. Is Papirius factus est dictator cũ L. Papirio Cursore magistro eqtũ annis quadringẽtis, seu trecẽtis qndecim post Romã ɔditã, & factus est ɔsul cum C. Duilio q̃driẽnio. i. spatior q̃ttuor annorũ post. Cursor. s. alter de gñe Papiriorũ, hõ ualde honoratus secutus est. s. in magr̃atu, hũc. s. L. Papiriũ. Deinde sup. secutus est L. Masso ædilicius. i. ædili

Trabe.

A uobis est pro uester.

Texere,

patritij,

C. Duilius.

Cantharides,

Lilybæum,

Sutorium attramentum,

ciæ dignitatis: inde sup. secuti sunt multi massones, quorum quidem ortum ego uolo sup. ut tu habeas imagines .i. cereas in stemmate tuo, quia oēs sunt de progenie tua. Deinde insequuntur .i. in locū Papiriorum, Carbones & Turdi .i. sic cognominati, hi .i. Carbones & Turdi, fuerūt Plebeij quos cēseo sup. ut cōtēnas .i. uilipēdas. Nā nemo Carbonū fuit ciuis e Rep. per publicum magistratum quē gesserit, pter hunc Cn. Carbonē quē Damasipp' occidit. Nos cognouimus Cn. Carbonē & eius fratrē scurra .i. infami uita & sermone uictum quæritatē. Quid, sup. fuit improbius his? q.d. nihil. Ego nihil dico de hoc .i. Carbone amico meo, filio Rubriæ. Tres fratres fuerūt illi: Publius, Caius, Marcus Carbones. Publius cōdēnatus Flacco accusatore .i. accusante, fugit .s. ab urbe Marcus sup. fugit ex Sicilia. Caius Lucio Crasso accusante .i. cū ab illo accusaretur, dr sumpsisse cantharidas .i. uermiculos uenenatos in ficis interdū nascentes, quorum succo hoïes cito enecātur. Is .s. Caius sup. erat trib. pl. seditiosus & existimatus est attulisse uim .i. necē Africano, q domi suæ inuētus est extinctus. Vero pro sed, nemo, fuit meo iudicio .i. quantū ego iudico, improbior hoc .i. M. Carbone, qui interfectus est Lilybæi cum fugā pararet, à Pomp. nro .i. amico. Iā .i. deinde pater eius accusatus à M. Antonio putatur absolutus atramento sutorio .i. cū nota infamiæ sicut improbi sutorio atramento .i. quo sutores pelles denigrāt sugillari solēt. q̄re ego censeo sup. ut reuertare ad patres .i. ad pmos illos Papyrios, q patricij ac uiri boni fuerūt, hoc est te de illorum gñe ēt morib' asseras, quia tu uides q̄ .i. quātū importuni fuerint plebeij .i. Papyrij .i. q e plebe in familiam Papyriorū asciti sunt.

D. Eras. Rhoter. IAm pater eius accusatus à M. Ant. sutorio atramēto absolutus putatur) Subesse uidetur, prouerbium, Sentit opinor, hoïem absolutū fuisse iudicium corruptela, nō citra infamiā.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

FAceta disputatio, nec vt apparet affectata. Est aūt tota pro sñia Stoicorum, qui nullum uerbum inhonestum putabant, cuius significatio erat honesta. Laudat tamen postea Academicos vtpote uerecundiæ amatores.

M. CICERO L. PAPIRIO PAETO S.D. 22

*AMo verecundiam, vel potius libertatem loquendi. atque hoc Zenoni placuit, homini mehercule acuto: etsi Academia nostræ cum eo magna rixa est. sed, vt dico, placet Stoicis suo quāque rem nomine appellare. sic enim disserunt: nihil esse obscœnum, nihil turpe dictu: nam si quod sit in obscœnitate flagitium, id aut in re esse, aut in verbo; nihil esse tertium. in re non est. itaque non modo in comœdijs res ipsa narratur, vt ille in Demiurgo: Modo (forte nosti canticum: meministi Roscium) ita me destituit nudum: totus est sermo verbis tectus, re impudentior: sed etiam in tragœdijs. quid est n. illud? Quæ mulier vna? quid, inquam, est? Vsurpata duplex cubile? quid illud? Pheræi hic cubile inire est ausus. quid est? Virginem me quondā inuitam per vim violat. * Iupiter bone, uiolat? atqui idem significat, sed alterū nemo tulisset. vides igitur, cum eadem res sit, quia uerba non sint, nihil uideri turpe. ergo in re non est; multo minus in verbis. si enim quod verbo significatur, id turpe non est: verbū, quod significat, turpe esse non potest. anū appellas alieno nomine: cur non suo potius? si turpe est, ne alieno quidem: si non est, suo potius. caudā antiqui penem vocabant, ex quo est propter similitudinē penicillus: at hodie penis est in obscœnis. at vero Piso ille Frugi in annalibus suis queritur, adolescētes peni deditos esse. quod tu in epistola appellas suo nomine, ille tectius penem. sed quia multi, factum est tam obscœnū, quàm id verbum, quo tu vsus es. quid, quod vulgo dicitur, cū nos te volumus conuenire, num obscœnū est? memini in senatu disertum consularem ita eloqui, hanc culpam maiorem, an illam dicam? potuit obscœnius? nō, inquis: non enim ita sensit. non ergo in verbo est. docui aūt in re non esse. nusquam igitur est. liberis dare operam, quàm honeste dicitur. etiam patres rogant filios: eius opera nomen non audent dicere. Socratem fidibus docuit nobilissimus fidicen. is Connus vocitatus est. num id obscœnum putas? cum loquimur terni, nihil flagitij dicimus: at cum bini, obscœnū est. Græcis quidem, inquies: nihil est ergo in verbo: quando & ego Græce scio: & tamen tibi dico bini: idq; tu facis, quasi ego Græce, nō Latine, dixerim. ruta, & menta, recte vtrunque. volo mentam pusillam ita appellare, ut rutulam: non licet. bella tectoriola dicis: dic ergo etiā pauimenta isto modo. non potes. vides igitur nihil esse, nisi ineptias, turpitudinē nec in uerbo esse, nec in re, itaque nusquā esse. ergo in verbis honestis obscœna ponimus. quid enim, nō honestum verbum est * diuisio? at inest obscœnū, cui respondet intercapedo. num hæc ergo obscœna sunt? nos aūt ridicule, si dicimus, ille patrem strangulauit, honorem non præfamur: sin de Aurelia aliquid, aut Lollia, honos præfandus est. & quidem iam nō etiam obscœna verba pro obscœnis sunt. batuit, inquit, impudenter: depsit, multo impudentius. atqui neutrū est obscœnum. STVLTORVM plena sunt omnia. testes, verbum honestissimum in iudicio, alio loco non nimis. at honesti Coles Lanuuini, Cliternini nō honesti. quid? ipsa res modo honesta, modo * turpis. suppedit, flagitium est. iam erit nudus in balneo: non reprehendes. Habes scholam Stoicam. * ὁ σοφὸς μόνος ἐλεύθερος [best reading; Greek printed indistinctly]. Quàm multa ex vno verbo tuo? te aduersus me omnia audere, gratum est. ego seruo, & seruabo (sic enim assueui) Platonis verecundiam. itaque tectis uerbis ea ad te scripsi, quæ apertissimis agunt Stoici. sed illi etiam crepitus aiunt æque liberos, ac ructus esse oportere. honorem igitur calendis Martijs.*

Tu me diliges, & valebis.

** alias Iupiter bone.*

** alias diuisor.*

** alias tur. suspendit, vel det, vel suscipitur*

** .i. sapiēs rectē solo quus c-ris.* [margin partly illegible]

HVBER. AMO uerecundiā) sicut de rebus & sentētijs magna fuit inter diuersas sectarū phos dissentio, ita ēt de uerbis. Academici .n. & peripatetici existimauerūt multa esse, q̄ licet essent re honesta, tñ suis uocabulis nō essent appellāda: cōtra stoici nihil esse re honestū, quod suo uocabulo nō esset appellandū: idq; pbant argumēto sumpto à cōtrario: nā si res turpes ut adulterium & furtū & homicidiū & silia pprio uocabulo nō inhoneste dr̄r, quāto honestius erit suo uocabulo appellare rem honestā. Quæsiuerat igr̄ Pætus à Cic. utra snia uideretur honestior. & scripserat, ad eū quędā obscœna suis nominibus. Itaq; Cic. primū excusat in quibusdā snīam stoicorū. Dicit tñ se malle imitari scholā & opinionē Academicorū qui sunt uerecūdiores, est aūt tota faceta hæc epl'a. {Vel p.) correctio. {Zenoni) hic .n. stoicæ sectæ princeps & magr̄ fuit, ex Cypro. {Acuto) ingeniolo, subtili. {Nr̄æ) quā nos imitamur: nā Cic. interdū fuit stoicus, in multis ēt Academicus ut ipse in pœmio primi off. qm̄ utriq; Socratici & Platonici esse uolumus. {Rixa) ɔtētio. {Stoicis) hoc idē & Cynicis, quia stoicis tm̄ uestibus distabāt: qm̄ nullis utebātur. Iuuen. Dolia nudi nō ardēt Cynici. Idē. Et q nec Cynicos, nec stoica dogmata legit. A Cynicis tunica distātia Cic. 1. off. Quę .n. nā occultauit, oēs, q sana mēte sunt, remouēt ab oculis, ipsiq; necessitati dāt operā: ut q̄ occultissime pareant: quarūq; partiū corporis usus sunt necessarij, eas neq; partes, neq; earum usus suis noibus appellāt quodq; facere nō turpe, modo occulte: id dicere obscœnū. Itaq; nec actio rerum illarum apta petulātia uacat: nec orationis obscœnitas. Nec uero audiēdi sunt Cynici q rephēdūt, & irridēt qd' ea, q̄ turpia nō sunt, uerbis flagitiosa dicamus. Illa aūt, q̄ turpia sunt noibus appellemus suis &c. {Nā si.) utitur argumēto, qd' dilēma appellāt, qd' ex utraq; parte ɔcludit. obscœnitatē .n. oēm dicit esse aut in re, aut in uerbis, nihil esse tertiū, sed neq; in re neq; i uerbis probat esse obscœnitatē, ergo nulla est, idq; exēplis pbat, ut patebit. {Itaq;) pbat q in re nō sit obscœnitas: qa nō solū in comœdijs narratur res ipsa, uerum ēt in tragœdijs, q̄ sunt, seueriores. {Trinūmo) nomē est comœdiæ. {Forte no. cā.) i. forte scis ò Pæte carmē illud. {Meministi) qa aderas cū egit, illā comœdiā. {Roscium) comœdum, de quo diximus lib. 7. {Ita me.) hæc sunt comœdiæ uerba q̄ Ros

scius

ſcius ꝓnunciauit.{Nudũ)erat.n.aliqs introductus in comœdia q dicebat,ita me destituit nudũ,quæ uerba ex añtibus & ſequẽtibus,ſi inueniretur comœdia, facilius intelligerentur hñt.n.neſcio quã turpitudinẽ,quæ uerbis regitur: ſicut apud Ter.in Eun. Quid tũ fatue,& apud Virg. Fuit aut tibi quicq̃ Dulce meũ:& itẽ Speluncã Dido dux & troianus eandẽ Deueniũt.ſubticuit.n.qđ uidebatur obſcœnũ dictu.{Re)qa aliud intelligitur q̃ deſtitutũ eſſe nudũ.{Sed ẽt in trag.)q̃ ſunt ſeueriores. {Quid eſt.n.qua.eſt) q.d.ſatis obſcœnũ. {Quæ mu. un.)ſ.cõcubuit,uel aliud ẽt turpius intelligitur.eſt.n.eclipſis {Quid inq̃)repetit Cic.interrogationẽ ex admiratione obſcœnitatis.{Vſurpata d.c.) eſt ne aliud dicere q̃ obſeqtur duob' uiris:uel ſi de uiro intelligimus:duabus ꝯcubito mulieribus. {Quid id.Ph.)quos hactenus audiui:& quorũ ſcripta ad manus meas ꝑuenerũt,affirmauerũt Phæreũ nomẽ eſſe poetæ de quo nuſq̃ legi.ego uero affirmo nõ temere,ſed magna auctoritate nilus,ita diſtinguẽdũ eſſe.{Quid il.)ſ.q̃le illud.ſ.dictũ erat aũt alicuius comici q qm eo tp̃e erat tritus,& familiaris, nõ nominatur à Cic.erat aũt hoc dictũ qđ ſeqtur.ſ.{Pherei) hic cubile inire auſus eſt:hęc.n.uerba licet uideãtur honeſta, ſignãt Pherei uxorẽ uitiatã fuiſſe.inire.n.cubile alicuius uiri ſignãt uim eius uxori afferre,de hoc aũt Pheræo,q Alexander appellatus eſt,Cic.2.off.ita inqt.{Quid.)Alexandrũ Pheræ quo aio uixiſſe arbitramur,q,ut ſcriptũ legimus, cũ uxorẽ Theberi admodũ diligeret:tñ ad eã ex epulis in cubiculũ. ueniẽs barbaꝝ & eũ quidẽ,ut ſcriptũ eſt,cõpunctũ notis threiciis diſtincto gladio iubebatur anteire,ꝓmittebatq́; de ſtipatoribus q ſcrutarẽtur arculas muliebres,& neqd in ueſtimẽtis telũ occultaretur,exqrerẽt:ò miſeꝝ qui fideliorẽ & barbaꝝ & ſtigmaticũ putaret q̃ ꝯiugẽ,nec eũ fefellit opinio,ab ea.n.ipſe pp pellicatus ſuſpicionẽ interẽptus eſt,ut ẽt Ouid.in Ibin teſtatur. Inq; tuo thalamo iuguleris more Pheræi, Qui datus eſt leto cõiugis enſe ſuæ.poſſumus tñ intelligere, quod illud Pheræi.i.q Pheræus in tragœdia dicit,ut queratur Pheræus quod aliqs cubile ſuũ inire auſus ſit.{Quid eſt Vir.me)aliud exẽplũ.{Iupiter b.)exclamatio.{Verba nõ ſint).ſ.turpia.{Ergo)ꝯclõ h' partis.{Si.n.)rõ quare turpitudo nõ ſit in uerbo. {Anũ)podicẽ.{Cur nõ ſuo p.)ut puta culũ.{Ne ali.) q.d.qa ẽt alieno uocabulo nõ poterit uitari obſcœnitas,q̃ eſt.{Si nõ eſt).ſ.turpe.{Suo p.).ſ.appellandũ eſt,qa ſi res nõ eſt turpis, ne uocabulũ quidẽ erit turpe.{Penẽ.cau.uo.)i.ab antiqs cauda appellabatur penis,inde & peniculos dicimus,qbus calciamẽta texũtur,quę de caudaꝝ extremitate fiũt,& inde ẽt peniculi ſpõgiæ lõgæ pp ſimilitudinem caudaꝝ appellatæ.Vnde Ter.in Eun. Quid ignaue peniculũ pugnare q iſtuc huc portes cogitas.{Hodie)tp̃e nřo.{In obſcœ.)qa ſignãt mẽbrũ uirile.Sal.i Catilinario.Nã quicũq; impudicus adulter,ganeo, manu,uẽtre,alea,pene bona patria lacerauerat.{Piſo)non gener Cicer.ſed alius uir doctus q ſcripſit annales.{Peni.)i.libidini,coitui.{Tectius)qa penis ſignãt caudã & trãſlatiue, nõ aũt ꝓpꝛea intelligit mẽbrũ, ſicut ẽt cauda hodie interdũ ponit pro mẽbro.Hor.in ſer.Quæcũq; excepit patiẽter uerbera caudæ.Idẽ.Quin ẽt illud accidit,ut qdã teſtes caudamq́; ſalacem Demeteret ferroq́;.{Verbũ)uocabulũ: quod aũt uocabulũ ſit neq; dicit,neq; poſſumus intelligere.{Cũ nos)fit.n. cacephatõ ꝓnũciatione haꝝ duaꝝ dictionũ.{Non ob.eſt) q.d.nõ tñ uř obſcœnũ,qa uidemur dicere cũ nos. Cõnus.n.eſt mulieꝝ prima.Horat. Nã fuit ante Helenã cõnus teterrima belli cauſa {Memini)ꝓbat ab auctoritate utẽtis qđ non ſit obſcœnũ.qa uir grauis,& diſertus in ſenatu ubi erãt uiri grauiſſimi,dixit eũ &c.qđ nõ feciſſet in eo,ſi exiſtimaſſet obſcœnũ.{Illã cul.) illius uiri ꝯſularis.qa ita elocut' eſt.{An)an tua q in ep̃la tua obſcœno ꝟbo uſus es.{Potuit obſcœnius).ſ.dici.{Nõ) rñſio & excuſatio,q nõnulla ſit obſcœnitas.{Nõ.n.ita ſen.) i.non putabat ſe dicere cũ nos.{Nuſq̃ igř)ꝯclõ & ꝯñs bonũ:ſi.n.obſcœnitas nõ eſt in re,neq; in uerbo:nuſq̃ eſt, qa nihil eſt tertiũ,in alio eſſe nõ põt.{Liberis da.ope.) hoc eodẽ exẽplo utitur.Cic.lib.1.off.cõtra quã hic liberis,inqt,dare opam re honeſtũ eſt,noie obſcœnũ. liberis.n.dare opam eſt mulierẽ ſubagitare liberoꝝ creãdoꝝ eã.{Nomẽ eius op.q.) i.ſuſceperũt filios.{Nõ au.)qa opa ſuſcipiẽdoꝝ liberoꝝ eſt mulierẽ futuere qđ nõ audẽt dicere,qa putãt turpe.{Socratẽ)aliud exẽplũ qđ quædã uideãtur turpia dictu q̃ nõ ſunt. {Docuit).ſ.ſubaudit canere.i.docuit eũ canere cithara.nã fidis pro cithara ſępe ponitur:uñ & fidicẽ.i.citharœdus,ut nũc intelligitur hic.{Is)ſi dicẽ.{Vocitatus Cõnus)ꝓprio noie appellabatur.{Connus. Nũ.an.)q.d.minime.{Cũ l.)hoc exẽplũ ſatis eſt obſcuꝝ ignorãtib.græcitatẽ:licet quidã conati ſint interp̃tari cõtra mentẽ Cic.ut oñdemus inqunt.n.{Cũ lo.ter.)i.tres.{Nihil fla.) nihil obſcœnitatis & turpitudinis.{At cũ b.)ſ.loqmur,qa ꝑ binos intelligimus teſticulos q duo ſunt,q ſiqs hẽt tris,ut qdã dñr hře,ridiculus eſt hic ſenſus:ꝑcipue cũ ſubdat,grecis qdẽ, inqes:nã bini cũ duo ſignãt nõ eſt græcũ: puto aũt ſic intelligi:qdã uerba uñr hře obſcœnitatẽ uoce ipſa,qdam nõ hñt,ut cũ loquimur terni.i.cũ diximus hãc dictionẽ terni:nullã facimus obſcœnitatẽ:at cũ bini,cũ dicimus bini obſcœnũ eſt, βινῶ ſignãt futuo:βινεῖ tertia pſona uř dicere bini, & ſignãt futuit uel futue:põt.n.eſſe ẽt prima pſona impatiui p ſyneresin & iõ dicit.{Græcis).ſ.obſcœnũ:qa apud eos ſignãt futuit uel futue:nõ aũt Latinis,qa ſignãt duos.{In uer.) in uocabulo. ſed in ſignãto.{Scio g.)i.græcitatis cognitionẽ habeo.{Ruta & m.)ꝓgit oñdere in aliis uerbis nullã eſſe obſcœnitatẽ.in aliis eſſe,cũ tñ ſint eiuſdẽ formę ruta & mẽta noia herbaꝝ honeſte dñr primitiua,at in diminutiuis rutula honeſte dř:mẽtula uř obſcœnitatẽ hře, qa aliud uř ſignãre.ſ.mẽbrũ uirile. Ma.Mẽtula cũ doleat puero,tibi Neuole culus, Nõ ſum diuinus,ſed ſcio qd facias.{Nõ li.)nõ debet.{Bella te.) ſenſus eſt tectoriola bella.i.honeſta ſunt noia:ſed pauimẽtũ nõ ita honeſte dici põt:licet ferẽ id ſignificet. dñr.n.tectoria illinimenta qdã & quaſi pauimẽta parietis atq; incruſtationes.Iuuen. Tectoria prima reponit,tectoriũ à tegẽdo dř: pauimẽtũ à pauiẽdo.i.feriẽdo:qđ licet ſignificet incruſtationẽ:tñ q a à feriẽdo dř:poterit tñ uideri hře ſigñonem minus honeſtã:qa partes muliebres actu uenereo feriũtur,ut ex uerſu Horatiano ſupra adducto oſtẽditur. Quæcũq; excepit patiẽter ꝟbera caudæ,id ſignãt Iuuen. Antiquũ & uetus eſt alienũ poſthume lectum Cõcutere.{Ineptias)ſtultitias: qa putamus ea turpia q̃ nõ ſunt.{Nõ hõ.)ꝓbat Cic.q in uerbis honeſtis obſcœna ponãtur.{Nũ eſt q.)i.imò eſt.{Diuiſio)qđ.n.hẽt turpitudinis. {Cui r.)cui ęqualet.{Intercapedo)ſignãt interſtitiũ:interuallũ:& deniq; idẽ qđ diuiſio.Cic.filius ad Tyronẽ lib.ult. itaq; me iã nõ pœnitebat intercapedinẽ ſcribẽdi feciſſe.{Ineſt ob.) qa uř ſignãre rimã ſciſſurã muliebrẽ.{Nos aũt)oñdit Cic. ineptias eſſe nřas:q ꝓbeamus honorẽ turpibus,& honeſta turpia putemus.Ordo eſt nos ridicule nõ ꝓfamur honorẽ:ſi dicimus ille ſtrãgulauit patrẽ:qđ quidẽ re turpe eſt.{Si dici. aliquid de Aur.& Lol.honor præ.eſt)ꝓfari honorẽ eſt,qđ dicimus loqui cũ reuerẽtia eius qui audit. Aurelia & Lollia noia impudicaꝝ mulierũ.{Inquit)academicus uel qſpiã.{Batuit) uerberauit:qa ſubagitãdo uerberãtur nates,ut ſupra diximus {Dep̃ſſit) calcauit.{Multo imp.)ſ.dř.{Atq;) certe. {Neutrũ) nec batuit,nec dep̃ſſit.{Stultoꝝ)quia oĩa ꝑuertunt. Siľe eſt illud Iuu.Non unus mẽtes agitat furor.{Teſtes)ꝓbat qđ dixit uerba nõ obſcœna iã eſſe pro obſcœnis:ſi in iudicio noiemus teſtes,intelligimus eos,q dictum ſuũ ad alic' rei ꝓbationẽ deponũtur,ſin uero extra iudiciũ,nõ uř honeſtũ,quia uidemur coleos ſiue teſticulos:ut dixim' eſſe apud Hor.Accidit ut qdã teſtes caudamq́; ſalacẽ Demeteret ferro.{At ho.)ꝑm ea tpa nõ [illegible] uaginã ſignãt:colei ẽt uel colii dñr teſticuli.{Lanuuini) cliternini ita.n.tũc honeſte uocabatur teſticuli: lanuuini aũt à lana:eo q lana hoc eſt pilis circũdentur. {Cliternini) uero à κλείω.i.claudo: aut q̃ſi clitellini:nã clitella ſignãt ſarcinam, aut quaſi cliternini: nã κλίνη lectum ſignãt q eis maxime i lecto utamur ꝯcubitus grã.{Nõ ho.)ſicut nunc cacius ꝓ pene in obſcœnis eſt:licet latine docti nõ utãtur.{Modo hõ) ꝑ ſe.n.nullã hẽt turpitudinẽ ſicut gladius neq; bonus neq; malus eſt,ſed ſicut qs eo utiř ita eſt.ſic ẽt & hæc ſunt ſuꝑ noiata. {Suppellit)ꝟbum erat obſcœnũ nõ cõpoſitũ ex ſub & pello: ſuppellit capiebat:ſupponit:uel iferiori ꝑte ſurſum agit. {Nõ re.)qa ex ꝯſuetudine uř hoc licere.{Habes) cognoſcis.{Scholã St.)i.ſniæ ſectæ ſtoici q̃ ſuis ꝟbis oĩa putãt appellãda [illegible] i.ſapiẽs rectiloquus eris.i.ſi fueris: ſapiẽs: ſcies recte loqui,cognoſces qd deceat & qd ñ deceat.{Quàm mul.ex u.ue.tuo.)ſ.ſunt à me ſcripta, qa ſcripſiſti unũ ꝟbũ: qđ uidebat obſcœnũ,& petiuiſti quid ſentirẽ tã multa poſtea ſcripſi.Audere.{Audẽter) ſcribere. {Gratũ eſt)ſic ẽt ſuꝑ me ãs ut ſcurrã uel itẽ malis oneratum eſſe nõ moleſte tuli. {Lect.) oculis. {Sed il.) q.d.ſunt inuerecundi.{Crepitus).ſ.uentris.

Pharreus, Connus, Tectoria, Pauimentum. Intercapedo. Præfari honorem. Colei. Lanuuini Clitella, Cliternini, Suppellit. Silus gallinarij.

{Atq; li.)ita dicere & licere sicut ructus q ore emittentur, pp frigiditatẽ & repletionem stomachi. Iuuen. Si bene ructauit, ructũ si minxit amicus. {Hono. igr)q dã expoluit : q̃ qñ eitur tinus crepitus uẽtris, aut ructus dicimus ad honore calẽdar Martij, ego nunq̃ sum solitus ita dicere, nec audiui queng̃ ita dicẽtẽ, itaq; sic est distinguendũ, Honorẽ. igr. i. seruemus uel p̃scremur, deinde Cal. Martijs. s. scripta est, uel data hęc epl̃a.

ASCEN. AMo uerecundiã &c. Sicut de rebus ita de uerbis erat iter p̃hos cõtrouersia. Academici. n. & peripatetici existimauerunt multas esse res nõ inhonestas cum sint nãles & necessariæ, quæ tñ non sint pprijs uocabulis appellandæ. Contra sentiebãt Stoici, qa si turpia, ut sunt adulteriũ, incestus, homicidiũ, parricidium, furtũ, sacrilegiũ, & silia, inhoneste suis uocabulis exprimũtur quæ turpia nõ sunt, inhoneste explicari nõ pñt, si suis explicentur. De q bus sententijs cũ Pætus quæsiuisset, utra placeret, Cic. excusatis nõnihil Stoicis dicit se i Academicor potius iturr suiam, q uerecundiores q̃ Cynici sunt. Ordo est. Ego amo uerecundiã loquendi, quã Academici cõmendãt, uel potius libertatẽ quã Stoici. Alij legũt, uel potius libertate. i. q̃ libertatem, quia Cic. alibi sigñat uerecundiã sibi potius placere q̃ libertatem loquendi. Atqui, obiectio est. sed qũo hæc. s. rem quoq; appellare suo. i. proprio nomine placuit Zenoni. s. principi Stoicæ sectæ, hoi, mehercule, acuto. i. subtili, etsi. i. q̃q̃ magna rixa. i. lis et cõtrouersia est Academię nrę. i. quã frequentius imitamur cũ eo. s. Zenone. sed, ut dico, placet Stoicis. qa Zenoni placuit. ipsi. n. Stoici differunt. i. argumẽtantur sic. Nihil esse obscœnum, nihil esse turpe dictu. i. dum dr aut ad dicendũ. Nam si qđ. i. aliquod flagitiũ. i. pc̃tm magnũ fit in obscœnitate, ipsi sup. differũt, id esse aut i re aut in uerbo, nihil esse tertiũ. s. præter rẽ aut uerbũ, quod possit esse obscœnũ. Sup. obscœnitas nõ est in re. Itaq;. i. & ita, res ipsa narratur nõ modo. i. nõ solũ in comœdijs, ut ille sup. inducitur dicere in Trinumo in comœdia, illa à qua Plautus titulũ Trinumi mutuatur est. Virgo. i. puella modo. i. paulo ante, destituit. i. fugiẽs de reliqt me nudũ. Tu forte nosti canticũ. i. carmen poetæ in comœdia, & meministi Rosciũ. i. cũ Roscius illud recitaret agẽdo personã iuuenis id dicentis. Sermo totus est tectus uerbis, sed sup. est impudẽtior re, qa significãdo se nudũ à uirgine nuda destitutũ, innuit, se prius rem cum ea habuisse, sed ẽt i tragœdijs sup. narratur res ipsa, eo, q̃ turpis nõ sit. Quid. n. est illud quod dicit in tragœdia. Quę mulier una. i. cũ sit una, qd inq̃ est, Vsurpata. i. usum cõuertit duplex cubile: q. d. ur quidẽ res turpis, et tñ non est ẽm Stoicos, qa tam in comœdijs q̃ in tragœdijs satis exprimitur. nã dicẽdo, quę mulier cũ sit una. intelligitur, aut à duobus simul stuprũ passa, aut duobus uiris succubuisse. cũ duplex usurpet cubile. quasi de cubili mariti dormiẽtis ad cubile mœchi se transtulerit. Itaq; poterit unũ esse exemplũ, & duo. si unũ, sensus est: quod mulier cũ sit una, duplex cubile usurpet. i. duos uiros appetat. si duo, sensus est prioris, q̃ mulier una duobus simul opam turpẽ nauarit: posterioris q̃ mulier una duplex cubile frequẽtarit. Quid illud. s. i alia tragœdia: hic ausus est intrare cubile Phærei. s. tyrãni & Zelotypi, q nunq̃ ad uxorẽ ingressus esse fertur. nisi stipatus armatis, & excussa muliere, & toto cubili, an telũ, aut ferrũ aliquod lateret, & tñ ab ea interfectus est. alij legũt, ut inducatur Phæreus dicere in tragœdia, hoc modo: Quid illud Phærei. i. qd dicit Phæreus in tragœdia. s. hic ausus est inire cubile: q. d. certũ est q̃ sigñat coniugẽ eius uiolatã. Quid est sup. illud in tragœdia: Violat p uim me quondã uirginẽ. Iupiter bone uiolat. Atq. i. sed, qũo idem sigñat. s. qđ dr sicut uerbis tectis, & aptis, sed nemo tulisset. i. passus fuisset, alter. s. uerbũ quod pprium est, forte, honor sit auribus, futuit, aut qd sile. Tu igr uides cum res sit eadẽ, qa ũba nõ sint. s. turpia nihil uideri turpe ego sup. turpitudo aut obscœnitas nõ est in re. qa re satis indicatur, & multo minus est in uerbis. Si. n. id qđ sigñatur uerbo. i. res sigñata nõ est turpis, uerbũ qđ sigñat sup. illud non põt esse turpe. Tu appellas anũ. i. podicẽ aut culũ, alio noie. s. circũlocutione, ut posterior aut clunes &c. cur nõ appellas sup. eũ potius suo. i. pprio noie. Si turpe est. s. qđ dr, ne q dẽ. i. nõ saltẽ sup. dici aut noiari debeat alieno. s. noie: si nõ est sup. turpe, dici aut uocari debet potius suo. s. noie. Antiq. s. Romani, uocabãt caudã penẽ. ex quo est penicillus, quo pictores utũtur pp similitudinẽ. s. cũ cauda. At penis est. i. cõnumeratur, hodie in obscœnis. s. uocabulis, qa accipitur pro cauda salaci: hoc est pro mẽtula. At. i. sed. Piso ille frugi. i. parcus, & ad frugẽ intẽtus, queritur. i. cõqueritur in annalib. suis. adulescẽtes esse deditos peni. i. libidini, & uirgi salaci. Id qđ tu appellas in epl̃a noie suo. i. pprio: utpote mẽtula, ille. s. Piso: sup. appellat tectius. i. coopertius, pene, sed sup. nomẽ penis, factũ est iã multis rã obscœnũ, q̃ illud uerbũ. s. mẽtula, quo tu usus es. Quid sup. dices de illo qđ dr uulgo, cũ nos uolumus ꝯuenire te, nũ. i. nunq d obscœnũ est: q. d. minime: qa memini ꝯsulare. s. uir disertũ eloq in senatu ita. s. cõuenire te uolumus, & tñ cõuenire uulgo accipitur sicut à nobis coire: unñ sunt q putãt hic legẽdũ coire p ꝯuenire. Dicã, Hãc culpã maiorẽ an illã, potuit. s. dicere obscœnius: nõ inqs. Nõ. n. sensit ita. Ergo sup. obscœnitas est in uerbo, qa idẽ uerbũ sigñat rẽ honestã & inhonestã, añt pro sed, docui sup. obscœnitatẽ nõ esse in re. Igitur nusq̃ est p locũ ab inductione sufficiẽti, qa nõ est dabile tertiũ. Etiã patres rogãt filios dare. i. ut dent opam liberis. & tñ dare opam liberis, & gñare, & nõ audẽt dicere nomẽ eius opæ. s. quã rogãt ut filij dẽt, hoc est bõdi rẽ cũ muliere. Nobilissimus fidicẽ docuit Socratẽ fidibus. s. canere. Is. s. fidicẽ, uocitatus est Cõnus, aut, ut alij scribũt, Cũnus, qđ mẽbri mulieris nomen est, sed Græci u, nõ hñt, uer eodẽ feremodo pfertur, licet p u, scribatur mẽbrũ illud, nũ. i. nunq d id sup. est obscœnũ: q. d. nequaq̃, qa pprium est uiri nomẽ. Cũ nos loqmur. i. loquẽdo pferimus terni. i. illud nomẽ, nihil dicimus flagitij. i. turpi flagitio dignũ. at cũ sup. loqmur bini. i. dicẽdo illud uerbum, qđ Gręce scribit βινῶ. i. futui aut futue. i. egi aut agi rẽ ueneream. inqs, obscœnũ est qdẽ Græcis, licet nõ Latinis. Ergo nihil est. s. obscœni i uerbo qñ, &. i. ẽt ego scio Græce. s. loq. & tñ dico tibi bini, & tu facis id, quasi ego dixerim Græce nõ Latine. Ruta, & mẽta utrũq; dr recte. i. honeste, ego uolo. i. demꝰ ut uelim mẽtã pusillã. i. p diminutionẽ appellare ita ut rutulã. s. pusillã appello. nõ licet qa mentula obscœnũ est uocabulũ. Volo sup. appellare tectoriola. i. parua tectoria, hoc est incrustationes & coopimenta, bella. i. bona & uenusta, dic ergo ẽt paulmẽta isto modo. i. p diminutionẽ uidelicet pauimẽtula, nõ potes: qa sic iter pfertur mẽtula nomẽ obscœnũ. Tu igr uides nihil esse. i. i unãda tali turpitudine nisi ineptias, qa licet dicẽdo pauimentula sigñet in fine id qđ turpe putatur, tñ nõ illud sigñatur. uides igr turpitudinẽ nec in uerbo esse, nec in re & ita nusq̃ esse qđ pro Stoicis cõcludit. Ergo nos q dicimus i uerbis obscœnitatẽ esse ponimꝰ obscœna. i. res obscœnas in uerbis honestis. i. dicimꝰ p uerba honesta sigñari. Quid em. i. qño nõ pooamꝰ? diuisio nõ. i. nõne est uerbũ. i. uocabulũ honestũ: q. d. ẽt. At. i. attñ obscœnũ inest. s. in eo, aut qa capitur p circũlocutionẽ p rima & fissura muliebri. ut sentit Hubert. aut quia. s. dure ut à Græcis pfertur plata, diuisio sonat ut diuitio. i. i diuersis uitio & corrũpo, qđ nimir obscœnũ est, cui. s. uocabulo rñdet. i. synonymũ est, intercapedo. i. distãtia, spatium, aut loci, aut tpis intermedij. nũquid hæc quoq;. s. intercapedo obscœna, sup. est sicut diuisio: q. d. minime, & tñ idem sunt. Aũt. i. sed si nos dicimꝰ ridicule. i. ad excitandũ risum, ille strangulauit patrẽ, nõ p̃famur. i. fando nõ p̃mittimus honorẽ. i. honor sit auribus urĩs aut tuis, aut saluo honore ita loquar, cũ tñ turpissimũ sit quia imanissimũ pc̃tm, strãgulare patrẽ suũ. Sio. i. sed si sup. nos dicimꝰ aliquid. s. libidinosum de Aurelia, aut Lolia. i. meretriculis illis famosis, sed minus flagitij admittẽtibus, honos est p̃fandus. i. ne aures audiẽtis lædamus, pręmittendus. Et quidẽ ũba nõ obscœna sunt. i. hñr iã pro obscœnis. Inqt. s. Comicꝰ quidã aut Tragicus, batuit. i. pcussit, ut opinor. Salacis ũbere caudæ. qa addit impudẽter, & suppressit. i. subagitauit multo impudẽtius. Atq. i. sed qũo pro obscœnis hñr: neutrũ. i. nec batuere, qđ est pcutere, nec supprimere est obscœnũ. s. ex ppria sigñatione. Sed oia sunt plena stultor. i. turpitudinẽ cẽsentiũ, ubi nulla est. Testes est uerbũ. i. uocabulũ honestissimum in iudicio ubi citãtur & audiũtur testes, alio loco. i. extra illã sigñationẽ est. s. uerbũ nois. s. honestũ qa testes & testiculis sunt uirilitatis indicia & q̃si testes uidelicet colei. At. i. sed. colei sup. sunt honesti. i. honeste noiatur, aut qa κολεόν, coleos gręce uaginã sigñat, aut qa io ꝯsuetudine loquẽtiũ nõ inhoneste noiabantur ẽt pro testib. seu testiculis. Lanuuini. i. colei lanugine. i. pube tecti, & cliternini. i. colei sic alio noie dicti, sup. sunt nõ honesti. Quid sup. dices? ipsa res est modo honesta mõ turpis. s. ẽm æstimationẽ hoium. Suppẽdit est flagitium

gitium.i.qui dicit hoc uocabulum suppēdit aut, ut alij legūt, suppellit quasi flagitium cōmittit, tam obscœnū est dictu, sonat.n.idē quod subagitat & quasi pellā subigit aut q desuper pepēdit. Iam erat nudus in balneo.i.si qs hoc dixerit, tu nō reprehendes, quia non uꝛ obscœnū, cum tñ nudum esse hoi pudori sit, taceo si qd turpius celat, nam pro eodē suppellere aut suppēdere & esse nudū in balneo accipit, cū dicat eandem rē modo honestā modo turpē. Tu habes scholam Stoicā. ò, articulus & sicut gallice le, & theutonice de. sophos.i.sapiens eu thyrrhemon.i.eris, hoc est ex Stoicoꝝ schola poteris rectiloquus euadere. Quàm.i.ò quātum multa sup.attulimꝰ uerba, ex uno uerbo tuo.s.quo usus es obscœne putans quod in uerbis non sit obscœnitas gratū est.i.acceptū mihi te audere oia aduersus me.i.ausum esse obscœnis uerbis uti. Ego seruo & seruabo uerecundiā Platonis.s.in loquēdo. ego.n.assueui sic .s.facere. Itaq; ego scripsi ad te uerbis tectis.i.coopertis ea sup. quæ Stoici agunt aptissimis sup.uerbis. Sed illi.i.Stoici aiunt crepitus.s.natium aut culi, hoc est pedendi sonitus oportere esse æque liberos ac ructus.s.oris. Igitur honor est Calen. Martijs, quibus rei uxoriæ operā dabāt. unde Flaccus, Martijs cœlebs qd agam Calendis, q.d. loqui obscœnē & re uenerea, est apud Stoicos honestum cum nullum censent uerbum turpe, cui res sit licita. Tu diliges me & ualebis. Non ergo semper ponitur in fine uale, nec solæ sunt uoces uale & ualete.

PAVLVS MANVT. Per uim uiolat) Antiqui, uiolauit uirginem, pro, uiciauit; & cum muliere fuit, pro, cōcubuit, modeste dicebant. auctor M. Varro libro V. de lingua Latina. sunt aūt hæc ueteris poetę uerba. {Peniculus) In oibus fere manuscriptis libris ita legitur. cuncti tñ impressi, penicillus, hñt: quam lectionē ab ijs repositā existimo, q quid peniculus significaret, non intellexerunt. quæ quidē uox à Sex. Pōpeio libro XIIII. bis exponitur. Peniculi, inqt, spongię lōgę pp similitudinem caudaꝝ appellatæ. penes.n. uocabātur caudæ. & inferius. Penem caudā uocabāt. hinc peniculos diximus, qbus calceamēta tergūtur. ex quo uel maxime uetusti libri lectio cōprobatur. eūdem.n. sensum Sex. Pōpeius ijsdem uerbis, qbus Cicero, complexus est. Plautus quoque in Menæhmis, actu I. Iuuentus, inquit sub persona parasiti, nomen fecit Peniculo mihi, Ideo quia mensam, quando edo, detergeo. ut eius uocis significatio obscura iam esse non possit. hunc autem locum ingeniosissimo, atque eruditissimo iuueni Hieronymi Ferrario debemus.

Cæl. Rho. Antiq. lect. lib. 11. cap. 39. Testes à Græcis δίδυμοι appellātur: Dñr & colei ab eruditis, atq; itē Lanuini, & cliternini, ut est in Cicer. epist. ad Pætū. Ad quē tñ arriserit magis, si clitorios legas, potiꝰ q cliterninos, dictione ab Græcis pducta, apud quos clitoriū est muliebre pudēdum. qd & sacadus dr. unde κλειτορίζειν, turpiter mēbrū id attrectare signat. Pollux p̄ scribere mauult; ubi ait lib. 11. Onomastici: Totū i uirginali. siue iter fęmineo; uocat κτείς.i.pectē, aut episiō. rima uero dr schisma, qd arctū illatenus q̄nque est, ut mulier fieri nequeat sicuti cōmeminit Vlp. q̄ interiacet subsultās carūcula. nympha nūcupatur, aut myrthon siue, epideris aut κλειτορὶς cletoris. Est & κλειτόριον.i. cletoriū, apud illos: sed id uerbū, q̄nq; mensam indicat regiā, q̄nq; ēt gloriā. Iā opinor restitutus est cādori suo M. Tullius.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Iocatur cum Pæto, qui scripserat se pedibus ægrum: ait siquidem, se venturum, quod coquus illius adhuc membris integer sit, et cum eo liberalius conuicturum.

CICERO PAPIRIO PAETO S. D. 23

Heri veni in Cumanum: cras ad te fortasse. sed, cum certum sciam, faciam te paulo ante certiorem. etsi M. Cepaeius, cū mihi in silua Gallinaria obuiam uenisset, quæsissemq́, quid ageres, dixit te in lecto esse, quòd ex pedibus laborares. tuli scilicet moleste, vt debui: sed tamen constitui ad te venire, vt & viderem te, & viserem, & cœnarem ēt. non enim arbitror cocum etiam te arthriticum habere. expecta igitur hospitem cum minime edacem, tum inimicum cœnis sumptuosis. Vale.

HVBER. Heri) Laborabat Pætus pedibus. Itaq; Cic. cū eo iocans dicit se nihilominus ad eū itūꝝ: quia licet ipse laboret podagra, non tñ credit eū hře coquum laborantē eodem morbo, posse parare cœnas. {Ad te for. faciam cer.) ita.n. pmisit supra. Sed si me expediero ut in ista loca uenire possim: non cōmittam, ut te sero à me certiorē factū putes. {In silua gal.) Quidā exposuerunt siluā esse non lōge ab urbe olim latronibus referta, eam uidelicet quæ erat ad nouū urbe lapidum in uilla, quæ Cæsaꝝ dicebatur, sed nō aduertunt q; illic pp̄ locū celebrē latrones esse nō poterant. est ergo hæc Gallinaria silua in sinu Cumano, ut scribit Strab. lib. 5. his uerbis. In hoc sinu Cumano fructicosis uirgultis frequēs & arborib silua est multis porrecta stadijs aquaꝝ indiga, ceteꝝ sabulosa qua gallinaria uocant siluā. hic S. Pompeij, classis præfecti pyratica struxere nauigia, qua tēpestate Siciliā ab Romano decisse refecit impio. de qua Iuuen. Et pontina palus, & gallinaria pinus. {Laborares ex pedib.) i. ægrotares morbo pedū.i. podagra. {Viderem & ui.) uidere est naturæ: uisere est officij. {Nō.n.) iocātur. {Arthriticū).i. articulari morbo laborantē: intelligit aūt uel chiragrā uel podagrā nā utraq; articulos solet uexare. Persius. Sed cū lapidosa chiragra Fregerit articulos ueteris ramalia fagi. ἄρθρον.n. grece articulū signat. {Minime ed.) .i. nō multi cibi. {Sūptuosis) in quibus multum expenditur.

Videre. Visere.

ASCEN. Heri & c. Laborabat Pætus ut Cic. audiuerat, pedibus, ipse tñ more suo iocās dicit, se nihilominus ad eum ituꝝ, qa credit coquū eius non laborare eodē morbo, nec lecto teneri quo minus ualeat cœnā parare. Ordo est. Ego ueni heri i Cumanum.i. in possessionē meā, apud Cumas. Cras sup. ueniam fortasse ad te. Sed cū sciam certū.i. ut rem certā, ego faciam te certiorem.i. signābo tibi pauloante.s.q̄ uenturus sim. Etsi M. Ceparius cū uenisset mihi obuiā in silua Gallinaria. & quæsissem pro quæsiuissem sup. ab eo, qd ageres, dixit te esse i lecto, q laborares ex pedibus.i. dolore pedum. Scilicet.i. scire licet, qd fecerim eo audito. qa tuli.i. portaui, ut dñt seu passus sum, moleste, ut debui.i. portare morbū amici, sed tñ.i. nihilhominus constitui uenire ad te, ut & .i. simul uiderem te, tanq̄ amicum. cuius uidendi essem cupidus, & uiserem.i. tanq̄ ægrotū, cœnarem ēt, tanq̄ apud bonum conuiuioꝝ instructorē. Non enim arbitror te hře coquum arthritum.i. articulari morbo laborantem. Nam ἄρθρον dr articulus. Igitur expecta hominē minime.i. nequaquam edacem.i. multum comedentem, tum .i. insuper inimicum cœnis sumptuosis.i. magnoꝝ sumptuū, in qbus.s. multæ maneant reliquiæ. nā ut alibi iocose dixit, tales cœnas odit innuens se potius gaudere cibo & delicato & modico, q̄ multo & uulgari. Nā licet pluris bos q̄ turdus constet, delicatus tamen malit ad turdum inuitari q̄ ad bouem.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Monet Pætum, ut consuetudinem cœnandi intermissam & relictam redintegret, & animi causa concœnationes cōuiuiaq; amicorū celebret.

CICERO PAPIRIO PAETO S. D. 24

Rufum istum, amicum tuum, de quo iterum iam ad me scribis, adiuuarem, quantum possem, etiam si ab eo læsus essem, cum te tantopere viderem eius causa laborare. cum vero & ex tuis literis, & illius ad me missis intelligam, & iudicem, magnæ curæ ei salutem meā fuisse; non possum ei non amicus esse, neque solum tua cōmendatione, quæ apud me, vt debet, valet plurimum, sed etiā voluntate, ac iudicio meo. uolo.n. te scire mi Pæte, initiū mihi suspicionis, & cautionis, et diligētiæ fuisse literas tuas. quibus literis congruentes fuerūt alia postea multorū. nam & Aquini, et Fabrateriæ consilia sunt inita de me, quæ te video inaudisse: et, quasi diuinarent, quàm his molestus essem futurus, nihil aliud egerunt, nisi me ut opprimerēt. quod ego non suspicans, incautior fuissem, nisi à te admonitus essem. quāobrem iste tuus amicus apud me commendatione non eget. vtinam ea fortuna reip. sit, vt ille me quamgratissimum possit cognoscere. sed hæc hactenus. Te

*ad cœnas itare desisse, moleste fero. magna enim te delectatione, & voluptate priuasti: deinde etiam vereor, (licet.n. verū dicere) ne nescio quid illud, quod solebas, dediscas, & obliuiscare cœnulas facere. nam si tum, cū habebas, quos imitarere, nō multū proficiebas: quid nunc te facturum putem? Spurina quidem, cum ei rem demonstrassem, & vitam tuam superiorē exposuissem: magnum periculum summæ reip. demonstrabat, nisi ad superiorem consuetudinem tum, cum fauonius flaret, reuertisses. hoc * tempore ferri posse: si forte tu frigus ferre nō posses. sed mehercule mi Pæte, extra iocum, moneo te, quod pertinere ad beate viuendum arbitror, vt cum viris bonis, iucundis, amantibus tui viuas. nihil est aptius uitæ, nihil ad beate viuendum accōmodatius. nec id ad voluptatem refero, sed ad * cōmunitatē vitæ, atque victus, remißionemq́; animorū, quæ maxime sermone efficitur familiari, qui est in conuiuijs dulcißimus: vt sapientius nostri, quàm Græci: illi συμπόσια, aut σύνδειπνα, id est compotationes, aut concœnationes: nos conuiuia, quòd tum maxime simul viuitur. Vides, vt te philosophando reuocare coner ad cœnas? Cura vt valeas. id foris cœnitando facillime consequere. sed caue, si me amas, existimes me, quòd iocosius scribam, abiecisse curā reip. sic tibi mi Pæte persuade, me dies, & noctes nihil aliud agere, nihil curare, nisi vt mei ciues salui, liberiq́; sint. nullum locum prætermitto monendi, agendi, prouidendi. hoc denique animo sum, vt, si in hac cura, atque administratione vita mihi ponenda sit, præclare actum mecum putem.*

Etiam atque etiam uale.

** alias tempore ferre te pos.*

** alias comitatem.*

HVBER.

RVFVM) Scribit Cic. q̄ iustis causis debeat hēre cōmendatum Rufum, quem Pætus suis literis cōmendauerat: deinde q̄a scripserat Pætus se omisisse ire ad cœnas amicoꝝ Cic. iocando nititur eum reuocare ad morem solitum cœnaꝝ: idq́; dicit faciēdum esse non tam causa cibi q̄ conuictus & cōsuetudinis & collocutionis amicoꝝ. postremo dicit se non abiecisse curā, reip. licet iocetur. {Iteꝝ) secundo. {Si læsus essem ab eo) si accepissem ab eo iniuriam. {Cum te) .i. cū uiderem ꝙ tantam cura de eo susciperes. {Eius) .s. Rufi. {Iudicio) ꝓpria dispositione. {Initium) principiū. {Cautionis) ut cauerem mihi, nam ut ipse scribit. Equinates Frabaterni cōsilia acceperāt de opprimendo Cic. quod cū intellexisset Pætus: scribit ad eū, ut sibi caueret, quod idē postea multi alij scripserunt. dicit ergo initio suæ cautionis ꝓfectum esse ex literis ipsius Pęti, quibus est admonitus de insidijs, quæ sibi parabātur. {Opprimerent) interimerent. {Aquinū & Frab.) urbs Italiæ. Frabaterīa aūt teste Prisciano Frabaternus facit possessiuū. {Non susp.) nō putans. {Incautior fuissem) nō prouidessem mihi. {Fortuna) cōditio, status. {Ire defuisse) ire omisisse. {Illud nescio. q̄d quod solebas) q.d. nihil: paꝝ esset. {Nam si) sensus est, si nō faciebas cœnas multū lautas, cum habebas quos posses imitari: quid putem te nunc factuꝝ. cū desieris ire ad cœnas. {Nō multo proficiebat) non tū multum laudabaris in cœnis faciēdis, quia eras parcus. {Quid putem) q.d. multo prius. {Spurina) aruspex fuit, q̄ Cæsari diem mortis prædixit, ut scribit Trāquillus. {Superiorem) ex anteacta.n. uita potest iudicari aliquid de futuris. {Fauonius) uentus q̄ tempore ueris maxime flat. {Fieri posse) demōstrabat. Spurina ut reuerteres ad priscā cōsuetudinem cœnaꝝ. {Aptius uitæ) quia homo nā est animal sociale. {Ad uoluptatem) cibi & potius quod esset ferè belluaꝝ. {Remissionem) relationem. {Quæ.) remissio amicoꝝ. {Dulcissimus) plus.n. sapit q̄ omnia gnā ferculoꝝ: ostendit Macrobius in Saturnalibus, & ipse Cicero in Catone maiore his uerbis. Neque.n. conuiuioꝝ delectationem uoluptatibus corporis magis q̄ cœtu amicoꝝ & sermonibus metiebar. Bene.n. maiores accubationem epularem amicoꝝ, quia uitæ cōiunctionem hēret conuiuium nominauerūt melius q̄ Græci, q̄ hoc idem tum concœnationem tum cōpotationem uocāt, ut quod in eo gn̄e minimum est, id maxime probare uideantur. Ego pp sermonis delectationē tempestiuis quoq; conuiuijs delector: nunc igitur eandem ferè sniam exequitur Cic. quod Latini sapientius appellauerint accubationes epulares quam Græci. nři.n. conuiuia dixerunt: quod uitæ coniunctionē habebant: Græci uero σύνδειπνα .i. cōcœnationes, uel συμπόσια .i. compotationes. {Philosophando) afferendo rationes phicas {Reuocare) reducere. {Foris) apud amicos. {Id) ut ualeas. Sed caue) remouet à se suspicionem neglectæ reip. quæ posset haberi de eo, quia scribit iocose. {Quod) quia. {Abiecisse) omisisse. {Vita mei ponenda sit) id est mihi bene euenisse.

Aquinū. Frabaterna,

Spurina,

IMmortales &c. Scripserat Cic. ad Plancū se oia diligēter fecisse pro tuenda eius dignitate, & pro eo fortiter certasse, de quo Plancus gr̄as agit, dicitq; sibi Remp. eo maiori curę futurā, simulq; docet qd speret se factuꝝ aduersus Antoniū adiuuātibus Laterense & Furnio. Ordo est: Ego ago tibi.s. uerbis, aut scriptis, gr̄as Immortales.i. non intermorituras nec è memoria abolēdas, & agam dū.i. donec uiuam, nā non possum adfirmare me relatuꝝ.i. reipsa paria bn̄ficia reddituꝝ. Ego.n. nō uideor mihi posse rn̄dere.i. satisfacere, tātis officijs tuis, nisi forte ut tu scripsisti grauissime & disertissime, ut tu sensurus es.i. iudicaturus. ita ut putes me referre gr̄am.i. re ipsa satisfacere, cum.i. qn̄ tenebo memoria.s. beneficia in me collata, hoc est qn̄ habebo gr̄as, ut memorem esse sit instar relationis beneficij. Si actum.i. transactū & constitutum esset de dignitate filij tui, tu nihil potuisses facere amabili' sup. mihi. Primę sen

ASCEN.

tentiæ tuæ sup. de me cōpositæ sunt.i.constitutæ cū muneribus.i.officijs,infinitis.i.plurimis in me liberalr collatis,posteriores.s.sniæ tuæ cōpositæ sunt ad tps.i. pro rōne tpis & ad arbitrium amicoꝝ meoꝝ.Oratio.s.tua, assidua.i.sermo quotidianus & iurgia.s.tua,perpetua.i.cōtinua cum obtrectatoribus sup.meis pp me.s.habita sunt mihi notissima. Quare nō mediocris cura adhibenda est mihi ut præstem.i. exhibeam Reip.me ciuē dignum laudibus & sup.memorē,atq;.i.& gratū in amicitia tua . Quod reliquū est tuere.i.defende munus tuū.i.partes & offm,& defende ac, suscipe me,si coguosces.i. cognoscere uoles eum exitū rebus,quē uoluisti esse.Cū traiecissem copias Rhodanū,q fluuius est Galliæ Lugdunen.& pmisissem fratrem cū tribus millibus equitū,& ipse.i.ego dirigerē iter ad Mutinā,ubi D.Brutus obsidebatur. Notandū aūt ꝓprio nomini ciuitatis licere pꝑositionem addere. audiui in itinere de p̄lio facto & de Bruto & Mutina liberatis obsidione.Animaduerti nullum.i.nō ullum,Antoniū & reliqas.s.copiaꝝ quæ essent cū eo, non hre ullum aliū receptum.i.locū refugij,nisi in his partibus.s.in qbus essem.Et duas spes esse ꝓpositas ei.s.Antonio,unā Lepidi.s.ad se trahēdi , alter exercitus ipsius,quod quædam pars exercitus nō minus furiosa est mala.i.sentiēs de Rep. q̄ q fuerunt cū Ant. reuocaui equitatū .i.eqtum exercitū ipse.i.egomet māsi stans in Allobrogibus .i.Gallis circa Viennā & Lugdunū , ut essem paratus ad oia . Proinde.i.perinde ac.i.sic,ut res.i.utilitas rei moneret me . si Antonius ꝯferret se huc.i.ad hūc locum ubi essē,nudus.i.inermis, Ego uideor posse suscipe.s.negociū capiendi aut debellādi Antonij facile p me.i.sine adiutorio,& administrare rē , ex sna.i.uolūtate nra quāuis sup.Antonius recipiat ab exercitu Lepidi.Si uero adducet secū aliqd copiaꝝ,etsi decima legio ueterana.i.ueteranoꝝ militū,quæ pcipue fortitudinis habebatur,q̄ reuocata est cū reliqs.s.legionibus, opera.i.diligētia nra,qa uolebat ad Antoniū transire,redierit ad eundē furorē.s.transeundi ad Antoniū. tñ.i.nihilominus opera dabitur à me,neqd detrimēti.i.dāni fiat.s.Reip.et spero me pstaturū.i.exhibituꝝ & effectuꝝ id,dūmodo copiæ.s.nouæ traijciātur istinc.i.ex Italia trās alpes,& cōiunctę nobiscū opprimāt facilius perditos.s.milites,q Remp.perdant. O mi Cicero ego spōdeo tibi hoc,neq; aium, neq; diligentiā defuturā mihi cupio mehercule nullam solicitudinē esse residuam.i.reliq̄,hoc est uolo penit' extirpare inimicos Reip. Sed si fuerit.s.aliqua solicitudo residua,ego nec cedam aio,nec bñuolentię,nec patiētiæ.i.pseuerantię cuiusq̄ pro uobis.i.derelictis uobis. Ego quidē do opam,ut incitem ēt Lepidū ad societatē h' rei.s.opprimēdi.Antonij,& polliceor ei oia obseq, si modo uolet respicere.s.misericorditer & fauenter Remp. Ego utor in hac re fratre meo,& Laterēse nro & Furnio nro.s.cōibus amicis adiutoribus.& interpretibus.i.quasi intercessoribus & significatoribus uolūtatis meæ.Offensioues priuatæ.i.læsiones priuatoꝝ hoium,aut quas priuatim fecere,nō impediēt me quo minus sentiā pro salute Reip. ēt cum inimicissimo . Qđ si nihil ꝓfecero.s.enitendo pro Rep.nihilominus ego sum maximo aio,& satisfaciam uobis.i.uræ cupiditati fortasse maiore aio, cum gloria mea,hoc est si uincere non potero, & alios in sentētiam meā attrahere,paratus sum pro Rep.fortiter pugnādo si fors dabit cadere,quod gloriosius erit q̄ uerbis uicisse . Fac sup.ut ualeas & diligas me mutuo.i.ꝙ mutuo facturus es.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Scribit Planco, quam grata fuerint & sibi & senatui literæ illius hortaturq; eodem illo superiore argumento ad Remp. defendendam.

CICERO PLANCO IMP. COS. DES. S. 12

*Etsi reip. causa maxime gaudere debeo, tantum ei te præsidij, tantum opis attulisse extremis pene temporibus: tamen, ita te victorem complectar rep. recuperata, vt magnam partem mihi lætitiæ tua dignitas afferat: quam & esse iam, et futuram amplissimam intelligo . caue.n. putes, vllas literas vnquam * gratiores, quàm tuas, in senatu esse recitatas . idq́ contigit tum meritorum tuorum in remp. eximia quadā magnitudine, tum verborum, sententiarumq́ grauitate . quod mihi quidem minime nouum, qui & te nossem, & tuarum literarum ad me missarum promissa meminissem, & haberem à Furnio nostro tua penitus consilia cognita : sed senatui maiora visa sunt, quàm erant expectata : nō quòd vnquam de tua voluntate dubitasset : sed nec, quantum facere posses, nec, quò progredi velles, exploratum satis habebat. itaque cum ad VII. id. Apr. mane mihi tuas literas M. Varisidius reddidisset, easq́ legissem, incredibili gaudio sum elatus . cumq́ magna multitudo optimorum virorum, & ciuium me de domo deduceret, feci continuo omnes participes meæ voluptatis . interim ad me venit Munatius noster, vt consueuerat : et ego ei literas tuas * ostendi : nihil dum enim sciebat : nam ad me primum Varisidius : idq́ sibi à te mandatum esse dicebat . paulo post idem mihi Munatius eas literas legendas dedit, quas ipsi miseras, & eas, quas publice . placuit nobis, vt statim ad Cornutum, prætorem vrb. literas deferremus, qui, quòd consules aberant, consulare munus sustinebat more maiorum . senatus est continuo conuocatus, frequensq́ conuenit, propter famam, atque expectationem tuarum literarum . recitatis literis, oblata religio Cornuto est, pullariorum admonitu, non satis diligenter eum auspicijs operam dedisse . idq́ à nostro collegio comprobatum est . itaque res dilata est in posterum . eo autem die magna mihi fuit pro tua dignitate contentio cum Seruilio . qui cum gratia effecisset, vt sua sententia prima pronunciaretur : frequens eum senatus reliquit, & in alia omnia discessit : meaq́ sententia, quæ secunda pronunciata erat, cum frequens assentiretur senatus, rogatu Seruilij P. Titius intercessit . res in posterum dilata . venit paratus Seruilius, Ioui ipsi iniquus, cuius in templo res agebatur : hunc quemadmodum fregerim, quantaq́ contentione Titium intercessorem abiecerim, ex aliorum te literis malo cognoscere : vnum hoc ex meis : senatus grauior, constantior amicior tuis laudibus esse non potuit, quam tum fuit . nec vero tibi senatus amicior, quàm cuncta ciuitas : mirabiliter.n. populus R. vniuersus, & omnium generum, ordinumq́ consensus ad liberandam remp. conspirauit . perge igitur, vt agis, nomenq́ tuum cōmenda immortalitati ; atq; hæc omnia, quæ habent speciem gloriæ, collecta inanissimis splendoris insignibus, contēne ; breuia, fugacia, caduca existima verū DECVS in virtute positum est ; quæ maxime illustratur magnis in rē pub. meritis . eam facultatem habes maximam . quā quando complexus es, & tenes ; perfice, vt ne minus resp. tibi, quàm tu reip. debeas . me tuæ dignitatis non modo fautorem, sed etiā amplificatorem cognosces . id tum reip. quæ mihi est mea vita carior, tum nostræ necessitudini debere me iudico . Atque in his curis, quas contuli ad dignitatem tuam, cepi magnam voluptatem, quòd bene cognitam mihi T. Munatij prudentiam, & fidem, magis etiam perspexi in eius incredibili erga te beneuolentia, & diligentia . III. id. Apr. Vale .*

* alias grauiores.

* alias dedi.

HVBER.

Etsi reip.)cū scripsisset Plan.primū ad Cic.de uolūtate sua erga remp. Deinde ad S.P.Q.R, oñdit Cic. quanti fecerit illas literas ad se scriptas:deinde quanti etiam senatus eas,quas publice scripserat , unde hortatur eum ut pergat ita facere,sicut instituit : & existimet uerā gloriam in uirtute positā . postremo declarat Manutij incredibilē erga cū beneuolentiā.{Præsidij)tutelæ ad terrendū hostes.{Opis att.) ad eos frāgendum,q remp.oppugnarent . {Pene extr.temp.) cū uideretur eē in summa desperatione.{Ita cō.)ita charꝫ habeo {Amplissimā)maximam.{Caue.n.p.li.)i.putare.{Magnitudinē t.mer.)qa contulisti maxima beneficia in remp. ex quo omnia tua uñr maioris grauitatis.{Promissa t.lit.)i.ea , quæ mihi in tuis literis promiseras.{A Furnio)cui tua consilia mihi exponenda mandaueras : ut supra uisum est.{Expectata) sperata.

ſperata.{Quò) quouſq;.{Elatus) ſubleuatus,eſt aũt mos ita dicendi.{Deduceret) comitaretur.{Feci part.om.) oib' oñdi lr̃as tuas ex quibus tm̃ uoluptatis capiebam.{Nihil ſc.) te ad me ſcripſiſſe.{Primum) anteq̃ ad Munatium.{Quas pub.)ſ. miſeras.{Cornutum p̃t.) is fuit q poſtea,ut ſcribit App.ſe ip̃m interemit.{Conſulare m.) onus offm̃ ꝯſulum.{Conſules) Hirtius et Panſa,q Mutinam uerſus ierant,frequens i.oia.{Famã) q̃ iam erat lr̃is tuis.{Expectationem) de aliquibus rebus nouis.{Oblata) obiecta.{Religio) ne eo die recitarẽtur lr̃æ tuæ,

Pullarij.

quia eſſet ꝯtra auſpicia,pullarij admonuerant, erant aũt pullarij aruſpices,q pullis ex quib.auſpicia captabant,præerant, pullis aũt in auſpicijs,ut ſcribit Feſtus,potiſſimũ dabatur pl'.{Non dediſſe operam auſpicijs) .i. nõ recte captaſſe auſpicia.{Collegio) augurũ,inter quos Cic.erat.{Gr̃a feciſſet).i.gratia obtinuiſſet.{Aſſentiretur) approbaret eã.{Interceſſit) impediuit: de quo uerbo diximus ſatis multa in primo libro.{In t.) qa eramus in capitolio,qđ eſt ꝯſecratum Ioui.{Fregerim) uiſcerim: deiecerim.{Interceſſorẽ) impeditorẽ ſniæ meæ,ut ſupra Titi' interceſſit.{Ex meis).ſ.uolo te cognoſcere.{Tũ) eo die.{Oium gñum) nobilium & plebeiorũ.{Ordinũ) ſenatorũ equeſtriũ &c.{Cõſpirauit) ꝯſenſit.{Spẽm) apparentiã non.n.ſunt uera bona ſed opina.biba.{Inanibus) uanis.{Verũ d.) ſnia et exornatio.{Maxime) præcipue,licet & alijs rebus.{Id tum) .i.exiſtimo me eſſe obligatum ita ꝓ te facere: tum cauſa reip. cuius es defenſor : tum ꝑꝑ neceſſitudinem: quę,inter nos eſt.

ASCEN.

ETſi Reip.Cum ſcripſiſſet Plancus ad Cic. & ſenatũ de uoluntate ſua in Remp. oñdit Cic. quanti lr̃as illas fecerit, hortaturq́; ut pergat ueram gl̃iam uirtute aſſeq, docetq́; Munatij erga ip̃m beneuolentiam.Ordo eſt.Etſi.i.q̃q̃ ego debeo maxime gaudere cauſa . Reip. attuliſſe ei pene.i. quaſi extremis.i.ultimis tp̃ib.i.quibus ꝓuincia hñda eſt,tunc aũt cũ ſentirent ad ſucceſſorẽ ꝑfectæ rei ꝑuenturam raro magna inceptare ſolebant,tm̃ p̃ſidij & ꝓtectionis honorificæ & cuſtodię & tm̃ opis.i.auxilij,tñ ita.i.ſic,&.i.cõprecatiua locutio, complectar te.i.p̃cor ut detur mihi te cõplecti Rep.recuperata,ut tua dignitas,ſ.quã ex uictoria ꝯſequeris,adferat mihi magnã partẽ lætitiæ, quã.ſ.dignitatẽ tuã ego intelligo & eſſe iam & futurã ampliſſimã.Em̃.i.qa,caue ſup.ut aut ne putes ullas literas unq̃ grauiores eſſe recitatas in ſenatu q̃ tuas . Et id.ſ.ꝙ grauiſſimæ æſtimatę ſunt,ꝯtigit tñ.i.ſil' eximia quadã magnitudine meritorũ tuorũ in Remp. tum.i.ſil' grauitate uerborũ & ſniarũ,qđ minime nouũ ſup.fuit quidem .i. certe, aut ſaltẽ ut de alijs taceã mihi q,&.i.ſil' noſſem te, & meminiſſem .i. memoria tenerẽ,ꝓmiſſa lr̃arũ tuarũ miſſarũ ad me,& hr̃em à Furnio nr̃o ꝯſilia tua penitus cognita.Sed ſup.q̃ ſcripſiſti, erant uiſa ſenatui maiora,q̃ erant expectata,non ꝙ.ſ.ſenatus dubitaſſet unq̃ de uoluntate tua,ſed ſup. ꝙ nec hẽbat ſatis exploratũ.i.cognitũ quantũ poſſes facere,nec quò.i.uſq; ac quantũ laboris & ꝑiculi uelles ꝓgredi.ſ.ꝓ Repub.Scripſerat.n.ꝙ ad mortẽ uſq; ꝓ ea certare uellet . Itaq; cũ Variſidius reddidiſſet mihi lr̃as tuas ad vij. idus, hoc eſt ad vi. diem Aprilis & ego legiſſem eas,ego ſum elatus.i. ſupra me rapt' incredibili gaudio.Cumq́;.i.& cũ magna multitudo optimorũ uirorũ & ciuiũ deduceret me.ſ.in ſenatũ aut forũ de domo.ſ.priuata, ego feci ꝯtinuo oẽs participes uoluptatis meæ.i.indicaui oibus tuam uoluntatẽ in remp. de qua æque gauiſi ſunt ac ego . Interim Munatius nr̃ uenit ad me,ut ꝯſueuerat , ac ego dedi ei literas tuas,nihil.n.ſciebat dũ.i.tunc adhuc.Nã Variſidius,ſup. uenerat primũ ad me,& dicebat id.ſ.ut primũ ad me ueniret, eſſe mandatũ ſibi à te.Idẽ Munatius dedit mihi paulopoſt legendas eas lr̃as,quas tu miſeras ipſi, Et eas quas miſeras publice.ſ.recitandas in ſenatu.Placuit nobis ut deferremus ſtatim lr̃as ad Cornutũ p̃torẽ urbis.ſ.Romæ, q.ſ.Cornutus ſuſtinebat munus ꝯſulare.i.fungebatur,offõ ꝯſulari,eo ꝙ ꝯſules aberant,more maiorũ.i.ſicut apud maiores & priſcos Romanos,p̃tor urbanus fungebatur offõ,ꝯſulũ abñtium.Senatus eſt ꝯtinuo ꝯuocatus,& ꝯuenit frequens ꝑꝑ famã atq; expectationẽ lr̃arũ tuarũ.Lr̃is.ſ.tuis recitatis.i. poſtq̃ erant recitatæ,religio.i.metus de nõ ſeruato auſpicio,eſt oblatus.i.obiectus Cornuto: admonitu pullariorũ .i. eorũ q pullos ad auguria & auſpicia nutritos obſeruabant,eũ non ſatis diligẽter operã dediſſe, eſt comprobatum ſup.à collegio nr̃o uidelicet augurali.Itaq;.i.& ita res eſt dilata in poſterũ.i.in diẽ ſequẽtem.Aũt.i.ſed magna ꝯtentio ſup. fuit mihi, eo die.ſ.poſtero cũ Seruilio.ꝓ dignitate tua.ſ.tuẽda,q.ſ.Seruilius cũ effeciſſet gr̃a.i.fauore quorundam,ut ſnia ſua pronunciaretur prima, frequens ſenatus .i. plurima ꝑs ſenatus,reliq̃t eũ.i.non eſt ſecutus aut ſecuta ſn̄iam eius.& diſceſſit in alia oia.i. probaſſet potius alia oia q̃ q̃ à Seruilio dicebantur, & cũ freqũes ſenatus aſſentiretur meæ ſniæ q̃ ꝓnunciata erat ſecunda,P.Titius interceſſit.i.ſe appoſuit,rogatu.i.ob p̃ces Seruilij.Res eſt dilata in poſterũ.i.in diem rurſus ſequentẽ.Seruilius uenit paratus.ſ.ad reſiſtendum ſniæ Ciceronis,Iniquus ipſi Ioui .i. auctori Reip.Romanæ,in cuius tẽplo res agebatur . Ego malo .i.magis uolo te cognoſcere,ex lr̃is aliorũ ſup.q̃ ex meis, quẽadmodũ ego fregerim hunc.i.impetũ huius.ſ.Seruilij,& quãta ꝯtentione abiecerim Titiũ interceſſorẽ.i.repugnatorẽ ſniæ meæ.Volo ſup.te cognoſcere aut cognoſce, hoc unũ ex meis ſup.lr̃is.Senatus nõ potuit eſſe grauior,ꝯſtatior,amicior tuis laudib.q̃ fuit tũ.i.tunc.Nec uero ſenatus ſup.eſt amicior.i.fauentior tibi,q̃ tota ciuitas.Em̃.i.qa.ppl's R. uniuerſus & ꝯſenſus oium gñum & ordinum conſpirauit.i.ꝯſenſit mirabilr̃ ad liberandũ Rẽp.Perge .i. ꝓcede & ꝑfice inceptũ igr̃ ut agis, & cõmenda nomen tuũ immortalitati,qa ꝯſtituerat Plãcus aut Rẽp.cũ ſolicitudine liberare,aut ꝓ ea mori.Atq; ꝯtemne hæc oia q̃ hñt ſpẽm.i.ſilitudinem gl̃iæ,ſed non ueram gl̃iã,utpote lecta inſignibus inanib.i.friuolis,ſplendoris .i. magiſtrat' clari,hoc eſt ex honorib.ſine uirtute acq̃ſitis, & exiſtima breuia,qa diu durare non pñt,cum breuis ſit hois uita, fugacia, qa ẽt ſi uita ꝑduraret,hoiem deſtituere ſolẽt,& cito ad alium trãsfugere,& caduca,qa ꝑ nãm ſuã ſunt inſtabilia: ſplẽdor.n. ille q in pricipio magiſtratuũ eſt cito lãgueſcit . Verũ.i.ſolidũ & ꝑpetuũ decus eſt poſitũ in uirtute,q̃.ſ.uirtus illuſtratur maxime magnis meritis in rẽp. Tu hẽs eã facultatẽ.ſ.ꝯferẽdi magna merita in Rẽp.maximã,quã.ſ.facultatẽ.qñ.i.qm̃ cõplex' .i.aggreſſus es,tene & ꝑfice,ut ne.i.nõ minus Reſp. debeat tibi,q̃ tu debeas reip.tu cognoſces me nõ mõ.i.ñ ſolũ fautorẽ, ſed ẽt amplificatorẽ dignitatis tuæ.Ego iudico me dr̃e id.ſ.ut ſim amplificator dignitatis tuę,tum.i.ſil',Reip.q̃ eſt mihi charior uita mea,tũ.i.ſil' neceſſitudini nr̃æ.ſ.à parte tuo primum ꝯtractæ.Atq; ego cepi magnã uoluptatẽ in his curis,quas cõtuli ad dignitatẽ tuam, ꝙ perſpexi prudentiã & fidẽ Titi Munatij cognitã mihi bñ.i.multum ẽt magis.i.amplius q̃ prius, incredibili beneuolentia & diligentia eius erga te. Datũ &c.

TVA dignitas affert) Antea legebatur,afferat.nos,affert, ex uetuſto libro,quẽ hẽt Ioannes Scala.eſt aũt ſenſus. ita mihi detur te uictorẽ cõplecti rep. recupata , ut mihi magnã lætitiæ partẽ tua dignitas affert . uerbũ,cõplectar,q crediderunt eſſe indicatiui modi ; uocẽ,affert,ut ipſi putabãt, emẽdarunt ; ut ego exiſtimo,deprauarunt.{Breuia,fugacia,caduca exiſtima) In uoce fugacia,uetuſti libri diſſentiunt.alij,fugacia ; alij,fugatocia ; alij,fugato,hñt . ego, etſi uulgata lectio ſenſu non caret,tñ libẽtius legerẽ,fucata: ut tralatio ſit à mulieribus,quarũ ſæpe nitor nõ naturalis, ſed fucatus eſt, ideoq́; breuis,& caducus . hæc,inq̃t,fucata exiſtima, qm̃ uerũ ſplendorẽ nõ hñt,ſed collecta ſunt inaniſſimis ſplẽdoris inſignib.

PAVLVS MANVT.

APud Plinium præmiſſa uini uocantur primitię: Hermolaus emẽdãs,ꝓmiſſa reponit , publica lectione expũcta. Mihi aũt mire arridet uerbũ Præmiſſa, ut intelligamus primitias quaſdam ſicuti præmiſſa ſacrorũ dĩt. Vtitur eo uocabulo & M.Tullius ep̃la quandã ad Plancũ: Et tuarũ,inq̃t,lr̃arũ pręmiſſa meminiſſem.Etiam ſi in uulgatis modò codicib.paſſim ſcriptũ iuenias ꝓmiſſa,nõ p̃miſſa : ſenſu nullo,aut leuiſſimo.

Cal. Rho. Antiq. lect. lib. 3. cap. 20.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

CVpit teſtatam Planco ſuam erga illum voluntatem in augenda dignitate facere, hortaturq́; bellum cum Antonio inchoatum conficiat.

CICERO PLANCO IMP. COS. DES. S. P. D. 13

VT primum poteſtas data eſt augendæ dignitatis tuæ, nihil prætermiſi in te ornando, quod poſitum eſſet aut in præmio virtutis, aut in honore verborum. id ex ipſo s. c. poteris cognoſcere : ita enim eſt perſcriptum, Vt à me de ſcripto dicta ſententia eſt : quã ſenatus

*senatus frequens secutus est summo studio, magnoq́ consensu. ego quanquam ex tuis literis, quas mihi misisti, perspexerā, te magis iudicio bonorum, quàm insignibus gloriæ, delectari: tamen considerandum nobis existimaui, etiam si tu nihil postulares, quantum tibi à rep. deberetur. tu contexes extrema cum primis: qui enim M. Antonium oppresserit, is bellum confecerit. itaque Homerus non Aiacem, nec Achillem, sed Vlyssem appellauit * πτολιπόρθον. Vale.*

**.i. Vrbis direptorem.*

HVBER. VT primum) Scribit Cic. satis cognosci posse ex senatusconsulto. quod de Planco perscriptū est: quanta diligentia usus sit in augenda eius dignitate. Postremo eum hortatur, ut cōficiat bellum inceptum: hoc est ut M. Ant. opprimat: si uelit summam gl'iam assequi. {Ornando) cōmendando. Ter. munus nr̄m ornato uerbis. {Senatusconsulto) qd' de tua dignitate scr̄m est: pscriptum: notatum cum ꝯsensu totius senatus. {Vt à me dicta ē snia) sicut ego sensi & dixi. {Iudicio b.) qd' boni uiri de te recte sentiant. {Insignibus) ornamentis sunt laudes senatoꝝ statuæ, & sīa ornamenta. {Oppresserit) deuicerit, subegerit. {Confecerit) finierit. {Itaq; Hom.) oñdit summā gl'iam esse in fine reꝝ, non in principio. Aiacē & Achillē licet fuerint fortissimi πτολιπόρθον urbis expugnator q finē dedit bello: πορθῶ.n. pugno signat, πόλις urbs: poetæ interdū addūt πτόλιμος p πόλιμος: et ita πτόλις p πόλις, dr̄ et πτολιπορθος sumpsit ex Homero colorem. Ouid. lib. 12. Metam. ut introduceret Vlyssem iactantem se his uerbis. Iam labor in fine cū obstātia fata remoui. Altaq; posse capi faciēdo pargama cepi.

ASCEN. VT primum &c. Dicit Plancum ex senatusconsulto pspicere posse quantum ipse Cic. pro eius dignitate ꝯtēderit, Hortaturq; ut bellum cū Antonio ꝯficiat. Ordo est. Vt. i. ubi primum, potestas augendæ dignitatis tuæ est data. i. ꝯcessa et facta mihi: nihil prætermisi in te ornando, qd' positum esset aut in p̄mio uirtutis aut in honore ꝗ boꝝ. Tu poteris cognoscere id. i. ꝙ ita fecerim ex ipso senatuscōsulto: qđ missum erat ad Plancum, & de Planco augendo. Ita.n. sup. senatusconsultum est perscriptum, ut snia dicta est à me de scripto. i. de eo scribendo quam .s. sniam meam senatus frequens. i. plurima pars senatoꝝ, secut' est summo studio & magno ꝯsensu. Ego ꝗꝗ pspexerā ex lr̄is tuis quas misisti, te magis delectari, iudicio bonoꝝ, ut sunt reip. fautores, ꝙ̄ insignibus gl'iæ: tñ existimaui ꝯsiderandum sup. esse nobis, ēt si tu nihil postules, quātum dr̄etur tibi à rep. Tu ꝯtexes. i. ꝯferes extrema. i. p̄mia & gl'iam, cū primis. i. cū sudore & labore ac picul͡is. Labor autē erit in opprimendo Antonio, Præmiū, summus in rep. locus. Qui.n. opp̄sserit M. Antoniū, is ꝯfecerit. i. finiuerit bellū. Itaq; Hom. nō Aiacē nec Achillē, appellauit πτολιπόρθον. i. urbis populatorē & expugnatorē, ꝗuis uterq; esset fortissimus bellator, sed Vlyssem, q callido ꝯsilio plus ualuit ꝙ̄ illi uirib. q. d. ꝯsilio potius ꝙ̄ uiribus ꝯtra Antoniū ꝯtendendū πτολίπορθος, & p eodē πτολιέπορθος dr̄ à nomine πτολίεθρον ꝙ est oppidum seu urbs, & uerbo πορθῶ, quod est populo. i. oppugno,

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Laudat voluntatem Planci, hortaturq; vt in eo proposito perseueret.

CICERO PLANCO IMP. COS. DES. S. D. 14

O GRATAM *famam biduo ante victoriā, de subsidio tuo, de studio, de celeritate, de copijs. atqui, etiam hostibus fusis, spes omnis in te est: fugisse enim ex p̄lio Mutinensi dicuntur notissimi latronum duces.* EST *autem non minus gratum extrema delere, quàm prima depellere. equidem expectabam iam tuas literas, idq́ cum multis; sperabamq́ etiam Lepidum, temporibus admonitum, tecum, & reip. satis esse facturum. in illam igitur curam incumbe mi Plance, ne qua scintilla teterrimi belli relinquatur. quod si erit factum; & remp. diuino beneficio affeceris, & ipse æternam gloriam consequere. III. id. Maj. Vale.*

HVBER. O GRATAM) Sicut Planc. supra scripsit ad Cic. direxerat inter Mutinā uersus, ut succurreret Brut. obsesso cum in itinere factus est certior M. Ant. fusum, & Brut. liberatū. Cic. igitur ita laudat eius ꝓpositum & uolūtatē succurrēdi Brut. ut præ lætitia exclamet: oñdit aūt quanta spes sit in eo & in eius exercitu. hortaturq; ut ita incūbat in cura reip. ut nullæ reliqæ belli restēt. {O gr. f.) exclamatio præ lætitia. {Victoriā) ꝯtra M. Ant. apud Mutinā. {De c.) uenēdi ut Br. subueniret. {Hostibus fusis) à te in Gallia. {Latronū) q ꝯtra rēp. pugnat. {Delere) tollere. {Extrema) finem, Cū. s. expectabam literas tuas. {Tpibus) cū uideret M. Ant. male successisse. {Scintilla) particula: bellū.n. cōparatur igni siue incendio. pticula igitur belli recte cōparata est scintillæ, ꝗ est particula ignis.

ASCEN. O Gratam. Gratulatur Planco ꝙ bonam famā ꝯsecutus sit sine dispendio, nā bellum ad qd' opam suā pollicitus erat, ꝯfectum erat biduo post. Hortatur tñ ad reliqas delēdas, dicens: O famā gratā sup. sparsam biduo añ uictoriā de subsidio tuo, de studio in rēp. de celeritate, de copijs, atq; ēt de hostib. fusis. s. à te in Gallia. Spes ois est in te. Em. i. qa, notissimi duces latronū. i. Antonianoꝝ dr̄r fugisse ex p̄lio Mutinēsi. i. apud Mutinam cōmisso. Autem. i. sed non minus gratū. i. utile & acceptū est delere extrema. s. belli ꝙ̄ depellere prima. Eqdem. i. ego qdē expectabā iam lr̄as tuas idq; . i. & id sup. feci cū multis, qa ēt alij multi eas expectabāt. Et sperabā ēt Lepidū admonitū tpibus, qa res Antoniana cepat ibi, eē sup. tecū & satisfacturū reip. Igr̄ ò mi Plāce incūbe in illā curā ut ne qua. i. nō aliqua scintilla. i. particula uel minima pars ꝗ ut scintilla magnū posset incendiū excitare. bellū aūt nūc diluuio nūc incēdio cōparari solet. belli teterrimi. i. execrādi eo ꝙ ꝯtra rēp. cepti relinquatur. Qd' si erit scm̄. s. p te, tu affeceris. i. afficies rēp. bñficio diuino. i. ęterno, aut diuino incōparabili, & ipse ꝯsequere. i. obtinebis gloriam æternam, Datum &c.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

NVnciat Ciceroni, quid pro republica, vt Antonium opprimeret, egerit cum Lepido.

PLANCVS IMP. CICERONI S. D. 15

HIS literis scriptis, quæ postea accidissent, scire te, ad remp. putaui pertinere. Sedulitas mea, vt spero, & mihi, & reip. tulit fructum. nanque assiduis internuncijs cum Lepido egi, vt, omissa omni contentione, reconciliataq́ voluntate nostra, cōmuni consilio reip. succurreret: se, liberos, vrbem pluris, quàm vnum perditum abiectumq́ latronem, putaret: obsequioq́ meo, si ita faceret, ad omnes res abuteretur. profect itaque per Laterensem internuncium: fidē mihi dedit, se Antonium, si prohibere sua prouincia non potuisset, bello persecuturum: me, vt venirem, copiasq́ coniungerem, rogauit, eoq́ magis, quòd & Antonius ab equitatu firmus esse dicebatur, & Lepidus ne mediocrem quidē equitatum habebat: nam etiam ex paucitate eius, nō multis ante diebus, decem, qui optimi fuerant, ad me transierunt. quibus rebus ego cognitis, cunctatus non sum; in cursu bonorū consiliorum Lepidum adiuuandum putaui. aduentus meus quid profecturus esset, vidi: vel quòd equitatu meo persequi, atque opprimere equitatum eius possem: vel quòd exercitus Lepidi eam partem, quæ corrupta est, & ab rep. alienata, & corrigere, & coercere præsentia mei exercitus possem. itaque in Isara, flumine maximo, quod in finibus est Allobrogum, ponte vno die facto, exercitum ad IIII. id. Maj traduxi. cum vero mihi nunciatū esset, L. Antonium p̄missum cū equitibus & cohortibus ad Forū Iulij venisse: fratrē cum equitū quatuor millibus, ut occurreret ei, nisi ad prid. id. Maj:

ipse

ipse maximis itineribus cum quatuor legionibus expeditis, et reliquo equitatu subsequar. si nos mediocris modo fortuna resp. adiuuerit: & audacia perditorum, & nostrae solicitudinis hic finem reperiemus. quòd si latro, praecognito nostro aduentu, rursus in Italiam se recipere coeperit: Bruti erit officium, occurrere ei: cui scio nec consilium, nec animum defuturum. ego tamen, si id acciderit, fratrem cum equitatu mittam, qui sequatur, Italiamq́ à vastatione defendat.

Fac Valeas, meq́ mutuo diligas.

HVBER. HIS lris scriptis) q̄dq̄d alij dicant ego ita sentio hāc eplam ponendam fuisse statim post illam quae incipit. Immortales ago tibi gratias. idq́; utriusq; eplae mā facile declarat: imo uī hoc potius fuisse finis: & pars illius eplae q̄ epla sperata. Nam cum illic scripsisset se datuꝝ operā: ut traheret Lep. in societatē suā ad tuendā rēp. depositis oēs priuatas offensiones p reip. salute, in hac parte scribit se id effecisse, se .n. cū Lep. ꝯiunctum esse qđ cur fecerit, reddit rōnem: dicit q̄d egerit & acturus sit. ut M. Ant. opprimatur. {His) intelligit eas quas diximus: post quas ēt misisset: subiunxerat hanc partem de ꝯiunctione sua cum Lep. {Internuncijs) mediatorib. s. Laterense & Furnio. {Omni ꝯt.) quam mecum hēbat. {Liberos) cū, quibus male esset actum si resp. perijsset. {Vnum latr.) Antoniū. {Abuteretur). i. & bn̄ & male uteretur mō reip. succurreret. {Prouincia) Hyberia. ut scribit App. {Firmus ab eqt.) i. munitus equitib. firmus p eqtes. Est aūt ornatus dicēdi mos, ut Cic. fuit clarius ab eloquentia. i. p eloquentiam. {Ne med. q̄dē). i. ēt nimium. {Ex pauc.) i. ex paucis quos hēbat. {Decē) eqtes. {Non sum) non feci morā. {In cursu bon. ꝯs.) in expediendis bonis ꝯsilijs. {Eam partē) exercitus Lep. q̄ est corrupta, quidā .n. ex militib. Lael. male sentiebant de rep. quos uidebas se posse corrigere, & ad remp. reducere si ad Lep. uenisset. {Forum Iul.) urbs Gal. Octauianoꝝ colonia non lōge ab Antipoli, q̄ alpes tangit: neq; ut quidā exposuit: est quā nunc uulgo appellant Friuolum cū longissime à Gallia distet, ubi nunc erat Plācus. {Occurreret ei) opponeret se. {Maximis it.) i. celerrimis. ꝯfectis multis miliarib. in uno die. {Legionib.) peditum. {Modo) tantūmodo. {Perditoꝝ) sceleratoꝝ: q rēp. oppugnant. {Latro) Antonius quem ubiq; p ꝯtumeliam appellat latronē. {Rursus) sicut fecerat, cū ex Gallia secutus fuerat Brut. cum eum obsedit Mutinae. {Animū) audaciā. {Qui seq.) s. ipsum Antonium. {A uastatione) à depopulatione quā facturus esset Anton. si rursus in Italiam se recepisset.

ASCEN. HIs lris &c. dicit se fecisse q̄ pollicitus erat in epla cuius principium est, Immortales &c. uñ uī post illam ponēdam. Ordo est. Ego putaui ptinere ad remp. te scire ea q̄ accidissent his. s. superioribus lris. Immortales &c. scriptis. Sedulitas mea tulit. i. attulit, ut spero fructum. i. utilitatē & mihi & reip. Nanq; egi cū Lepido assiduis internuncijs ut omni ꝯtentione omissa, & uoluntate nr̄a, bn̄uolentia inter nos reconciliata ipse succurreret reip. ꝯsilio cōi, & putaret .i. existimaret pluris, se. s. ipm, liberos. s. suos, & urbē. s. tectā q̄ unum latronē perditū & abiectū uidelicet Ant. & sup. dixi agendo cum eo qđ abuteretur .i. ad uoluntatē suam non parcendo uteretur nā abuti est absumere res utendo eis, usi abutimur uino, oleo &c. utimur uestib. & domo &c. neq; capitur hic in malā partem, sed in liberā. oblego meo ad oēs res si faceret ita. Itaque ego ꝑfeci p Laterensem inter nunciū, nā sup. dedit mihi fidē .i. sancte ꝓmisit se ꝑsecutuꝝ bello Antoniū si non posset ꝓhibere. i. arcere ꝓuincia sua. Rogauit me ut uenirē & ꝯiungerē copias. s. meas cum suis, & eo magis sup. rogauit q̄ & Antonius dicebatur esse firmus. i. firmiter munitus ab eqtatu, & Lepidus ne q̄dem. i. non saltē mediocrē hēbat eqtatum. Nam ēt decem. s. eqtes q fuerant optimi, transierūt ad me ex paucitate eius. i. quam ipse hēbat, non multis dieb' ante. s. q̄ me rogaret. Quibus rebus cognitis, ego non sum cunctatus. i. immoratus, putaui Lepidum adiuuandū in cursu. i. tantisp dū esset in cursu bonoꝝ ꝯsilioꝝ. Vidi. i. aiaduerti, q̄d aduentus meus esset ꝑfecturus. i. utilitatis facturus uel qđ possem pseq, atq; opprimere eqtatū eius eqtatu meo, uel q̄ possem & corrigere & coercere pn̄tia. i. per pn̄tiam exercitus mei, eam partē exercitus Lepidi quae est corrupta. s. donis aut pollicitationibus Antonianis & alienata ab rep. Itaq; ponte facto uno die in Isara flumine maximo qđ est in finibus Allobrogū est, tn̄ minus Rhodano, sed Rhodanus secat Allobrogas ab Gallis traduxi exercitū ad IIII. idus Maij. Cum uero nunciatum esset mihi Luc. Antonium frēm Marci ꝑmissum cum eqtibus & cohortib. uenisse ad Foꝝ Iulij urbem Galliȩ nō longe ab alpib. misi frēm sup. meum cum quatuor millibus equitum ad II. id' Maij ut occurreret & ei subsisteret, ei. s. Luc. Antonio. Ipse .i. ego subsequar maximis itineribus cum quatuor legionib' expeditis, & reliquo eqtatu. Si modo. i. dūmodo mediocris fortuna reip. adiuuerit, nos reperiemus hic. i. in hoc ꝯflictu finem &. i. sil' audaciae perditoꝝ. s. hoium, & solicitudinis nr̄ae. quod si latro. s. Antonius ceperit recipere se. i. redire tanq̄ in locum tutiorem in Italiā, rursus. i. iteꝝ cognito aduentu nr̄o, erit offm̄ Bruti occurrere ei, cui. s. Bruto, scio nec ꝯsilium, nec animum defuturum. Ego tamen si id acciderit. i. si redierit in Italiam, mittam fratrem sup. meum cum equitatu, qui sequatur sup. eum, & defendat Italiam à uastatione, quam Antonius esset factueus. Fac ualeas & diligas me mutuo.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

QVanta fuerit senatus erga Lepidum voluntas post recitatas literas narrat, hortaturq́; Plancum vt strenue pro rep. laboret.

CICERO PLANCO S. D. 16

NIHIL post hominum memoriam gloriosius, nihil gratius, ne tempore quidem ipso opportunius accidere vidi, quàm tuas Plance literas: redditae sunt .n. frequenti senatu Cornuto, cum is frigidas sane, & inconstantes recitasset literas Lepidi. sub eas statim recitatae sunt tuae, non sine magnis quidem clamoribus: cum rebus enim ipsis essent, & studijs, beneficijsq́ in remp. gratissimae; tum erant grauissimis verbis, & sententijs. flagitare senatus institit Cornutum, vt referret statim de tuis literis. ille se considerare ait velle. cum ei magnum conuicium fieret cuncto à senatu, quinque tribuni pl. retulerunt. Seruilius rogatus rem distulit. ego eam sententiam dixi, cui sunt assensi ad vnum. ea quae fuerit, ex s. c. cognosces. Tu, quanquam consilio non eges, vel abundas potius, tamen hoc animo esse debes, vt nihil huc reijcias, néne in rebus tam subitis, tamq́ angustis à senatu consilium petendum putes. ipse tibi sis senatus. quocunque te ratio reip. ducet, sequare. cures, vt ante factum aliquod à te egregiū audiamus, quàm futurum putarimus. illud tibi promitto, quidquid erit à te factum, id senatum non modo vt fideliter, sed etiam vt sapienter factum comprobaturum. Vale.

HVBER. NIHIL) haec epla eiusdem ferè est argumenti, cuius illa q̄ incipit, etsi reip. ca. oñdit .n. q̄ gratae fuerint Planci lrȩ in senatu: quibus declarauerat aium suum & uoluntatē erga remp. hortatur aūt ut pergat: neq;, petat ꝯsilium à senatu q̄d sit facturus: q̄a quidq̄d fecerit affirmat approbatum iri à senatu tanq̄ & fideliter & sapienter gestum. {Cornuto) ꝑtori qui ut supra uidimus gerebat uices ꝯsulū absentium. {Frigidas) nō multū graues uel certe in q̄bus nō declarabatur prōptus aius Lepidi. {Sub eas). s. lrās frigidas Lepidi. {Clamoribus) fremitib. ex laetitiae plausib. {Studijs) q̄a oñdebas uoluntatē tuā prōptissimam. {Referret) ꝓponeret. {Ad u.) i. oēs, nemine excepto, sic Virg. Iupiter oīpotēs, si nondum exosus ad unū Troianos. {Ex S.C.) qđ est ꝑscriptū. {Reijcias) huic remittas huc. Ro. ut ñ remittas ad senatū R. q̄ñ aliq̄d eris facturus, ut ipse deliberet. {Angustis) p̄ui tp̄is. {Ipse ti. sis sen.) i. cape ꝯsiliū à te ipso loco senat'. {Rō) utilitas. {Nō mō ut f. &c.) i. ꝓmitto senatū cōprobatuꝝ q̄dq̄d feceris ñ solū q̄d feceris fidelr, sed ēt q̄d feceris sapienter. {Cōprobatuꝝ) ꝯfirmaturum.

ASCEN. NIhil. Eiusdem est ferè argumenti cū illa. Etsi reip. causa oñdit .n. q̄ gratae fuerunt, senatui Plāci lrae, hortatur ut pergat

pgat hostes pseq,neq; differat donec ɔsiliũ à senatu accepit. Ordo est. Nihil uidi accidere gl'iosius,nihil gratius ne qdé .i. & nó ét tpe ipso opportuni⁹ post memoria hoium.i.post tm̃ tpis quantũ hó posset memoria cõplecti,q̃ ò Plãce lras tuas: Sũt.n. eddiţæ,senatu sup.frequẽti,Cornuto .i. à Cornuto p̃s tore urbis * ɔsulis offõ fungẽte.Cũ is.s.Cornutus recitasset li teras Lepidi,frigidas sane.i.ualde frigide opam suá pollicen tis,& incõsta ntes qa ambigue scriptas.tuę.s.lræ recitatæ sunt statim,sub.i.post eas qdé id certe nõ sine magnis clamorib.i. clamationib.Cũ.n.lræ tuæ essent gratissimæ, reb⁹ ipsis & stu dijs & bñficijs i rẽp.tũ.i. multo ma gis erãt plenę grauissimis ∂bis ac sentẽtijs,ubi plenæ cũ abltõ ɔtra Vallæ opinioné.Se natus instituit.i.cœpit flagitare Cornutũ,ut referret.i.ɔsulta tioné faceret statim de lris tuis.Ille ait.i.rñdit se uelle ɔsidera re,& cũ magnũ ɔuiciũ fieret ei à cũcto.i.sil'toto senatu, qnq; tribuni pl,retulerũt .i. in ɔsultationé attulerũt qd de lris tuis sentiendũ esset.Seruilius qa aduersarius rogatus.s.sniam dis tulit ré.i.noluit tũc dicere . Ego dixi eá sniam cui assensi sunt .s.senatores ad unũ.i.uno dũtaxat Seruilio excepto. Tu co gnosces ex senatuscõsulto.s.ad te misso,q̃ fuerit ea.i.snia mea. Tu q̃q̃ nõ eges uel potius abũdas ɔsilio,tñ debes eé hoc aio, ut nihil reijcias.i.ex humeris tuis excussum transferas huc.i. ad nos. néue putes ɔsilium petendũ à senatu in rebus tá subi tis.i.subito faciẽdis & tá angustis.i. tá modicũ tp̃s ad delibe rationem hñtibus.Ipse.i.tute sis tibi senatus,sequere te.i. ɔsi lium tuũ,quocũq; rõ reip.deducet te.Cures ut audiamus ali qđ scm̃ egregie à te antequá putaremus futuꝝ . Ego pmitto tibi illud quidquid factũ erit à te, id senatum comprobaturũ non modo ut factum fideliter,sed etiam ut factum sapienter.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Narrat Ciceroni, quomodo instituerit Antonium victum persequi bel lo, vt finem tandem huісе malo imponat.

PLANCVS IMP. CICERONI S. D. 17

ANTONIVS *id. Maij ad Forum Iulij cũ primis copijs venit. Ventidius bidui spa- tio abest ab eo. Lepidus ad forum Vocorij castra habet. qui locus à Foro Iulij qua- tuor & viginti millia passuum abest: ibiq́ me expectare constituit, quemadmo dum ipse mihi scripsit. quòd si oĩa mihi integra & ipse, & fortuna seruauerit: recipio vobis; cele riter me negocium ex sñia confecturum. Fratrem meum, as siduis laboribus, concursationibusq́ confectum, grauiter se ha buisse, antea tibi scripsi sed tamen, cum primum posse incre di cœpit; non magis sibi, quàm reip. conualuisse se existimans, ad oĩa pericula princeps esse non recusabat. sed ego eum non solum hortatus sum, verum etiam coegi isto proficisci: quòd illa valetudines magis conficere se, quàm* * *me tueri posset in castris: & quòd acerbissimo interitu consulum rep. nudatam, tali ciue pratore in vrbanis officijs indigere existimabam. quod si quis vestrum non probabit, mihi prudentiam in consi lio defuisse sciat, non illi erga patriam fidelitatem. Lepidus tandem, quòd ego desiderabam, fecit, vt Appellam ad me mitteret, quo obside fide illius, & societatis in rep. admini stranda vterer. studium in ea re suum mihi L. Gellius, de tri bus fratribus, Segauiano probauit: quo ego interprete nouissi me ad Lepidum sum vsus. amicum eũ reip. cognoscere videor: libenterq́ ei sum testimonio, & oĩbus iro, qui bene merẽtur.*

Fac ualeas, me qua mutuo diligas, dignitatemq́ meam, si mereor, tuearis, sicut adhuc singulari cũ beneuolẽtia fecisti.

* *alias musare.*

HVBER.

ANTONIVS) postq̃ Ant. apud Mutiná supe rat⁹ est,celeri cursu ad alpes se pripuit, sperans fore ut Vẽtidius ei amicissim⁹ ex Piceno ubi e rat cũ trib.legionib.ad se ueniret, & Lepid⁹ & Plácus secũ ɔiungerẽtur,sinauté pgeret mora ri circa Mutiná sicut quidá ei⁹ amici ei ɔsulabãt:fore,ut cõtes tineretur à Lepido,& à Planco.Scriptũ.n.fuerat à senatu ad Lepidi.Planc.& Asiniũ Poll.ut cũ Antonio proximi forent il lo depugnarẽt,Lep.igitur scribit ad Cic.ubi sit Antoni⁹,& u bi sit Lep.& queãdmodũ sperat se oia ɔsectuꝝ ad utilitatem reip.Deinde quia miserat fratré sum Rom.dicit quare miserit: qđ si quispiá improperet id fcm̃, dicit se non frem suum accu sandũ.{Id.Ma.) puto deesse ad ut sit ad idus Maias.{Primis) electis uel qa Vẽtidius erat postea uenturus ex Piceno cũ tri bus legionib.ut scribit Appian⁹.{Vẽtidius) his primũ fuerat mulio,deinde militauerat sub Cęs.eratq́; amicissim⁹ M. Ant. his fuit qui postea de Parthis triũphauit, de quo Iuuen.Vẽti dius qd.n. qd Tullius ánne aliud q̃ Sydus & occulti miran da potentia fati.{Spatio bidui).i.quantũ duobus dieb. pos sit ad eum accidere.{Ad forum).i.apud ut Prima quod ad Troiá pro charis gesserat Argis.Est aũt foꝝ Voconij, ut hic docet Cicero,oppidũ trans alpes.{Integra sine aliquo impe dimento,uel ita ut ego deliberaui:ut nihil aliud innouetur. {Ipse)Lepidus,ut nõ mutet sniam.{Recipio) promitto. {Ex snia)ut uolumus.{Cõcursationib.)itinerationib.eundo,mõ huc modo illuc.{Confectũ) debilitatum. {Grauiter se h.)i. uehementer & periculosa ægrotasse.{Ingredi)incidere.{Sibi) pp se.{Princeps p.)ut Primus añ oẽs densum palinurus age bat Agmen.{Istò).i.istuc.s.Rom.ubi tu es.{Conficere)debi litare.{Consulũ)Hirtij & Pansæ.{Tali(qualis est fr meus , q posset esse optimus pręt̃or deficiẽtib⁹ ɔsulib. {Quod).s. frem meũ esse missum Romá.{Mihi pr.)i.ad scribat imprudentię meæ:non aũt fidelitati illius erga ptiam.{Appellam)nomen pprũ fortasse legati Lepidi,uel alicuius ei charissimi.{Obsi de)idẽ apud me manente loco obsidis.dñr.n.obsides q dan tur in tutelá fidei.{Illi⁹).i.Lepidi .{Studiũ)uolũtaté. {Quo) Gellio.{Interpte)nũcio.{Sũ test.)q; sit amic⁹reip.{Quin bñ m.) de rep.i.qui ei bñfaciũt.{Singulari) maxim a præcipua.

Obsides,

ASCEN.

ANtonius &c.Postq̃ Antoni⁹ apud Mutiná superatus est, celeri cursu ad alpes se proripuit sperans Ventidiũ ad se uentuꝝ ex Piceno cũ tribus legionib.Lepidum ac Plancum sibi ɔiungendos.Scribit ergo ad Cic.Plácus ubi sit Antoni⁹, & ubi Lepid.& quid speret se pro republica facturum. deinde docet cur frem Romam miserit. Ordo est. Antonius uenit ad Forũ Iulij.i.urbẽ illá Galliæ Cisalpinæ.i. Italiæ,idib.Maijs,cũ primis.i. expeditissimis copijs . Ventidius abest ab eo spatio bidui.i.itineris duoꝝ dieꝝ.Lepidus hẽt castra ad foꝝ Voco nij,oppidum trans alpes, q locus abest à Foro Iulij, quatuor & uiginti millia passuum, & ɔstituit expectare me ibi queãd modum ipse scripsit mibi.quod si & ipse.s.Lepidus,& fortu na seruauerit mihi omnia integra.i.non impedita , nec uiola ta aliqua perfidia:recipio.i.polliceor uobis cõfecturum cele riter negociũ.i.totũ bellum ex snia.i.arbitrio nro.Ego scripsi tibi antea, eæ tñ lræ nõ extãt,frem meũ ɔsectum.i. debilitatũ defatigatũ assiduis laboribus,& ɔcursationib.(pmiserat.n.eũ ut uidim⁹.)habuisse se grauiter.i.multũ ægrotasse sed tñ cum primũ cœpit posse ingredi,extimás se ɔualuisse non magis si bi.i.ad utilitaté suam,quá reip.i.ad utilitaté reip.non recusa bat esse princeps ad oia pericula.Sed ego nõ solũ hortatus sũ eum ueꝝ ét coegi proficisci istò.i.istuc est ad uos Romã, q; i pse &.i.sil',posset magis ɔficere.i.interimere se illa ualetudine .s.tam aduersa,q̃ tueri me in castris,& q; existimabá rẽp.nu datá.i.orbatá & spoliatá,acerbissimo interitu ɔsulũ .s. Hirtij & Pansæ q in ɔflictu cum Antonianis ceciderant,ut Appian⁹ late recitat,indigere in offcijs urbanis,tali.i.tá & prudẽti ci ue ptore.Qđ.i.ɔsilium meum & scm̃ fris,si quis uestrum nõ probabit.i.non approbabit , sciat prudẽtiam defuisse mihi in consilio,non fidelitaté illi.s.fri meo,erga ptiam . Lepidus tñ fecit qđ ego desiderabam, ut mitteret Appellá legatum suum ad me,quo obside supplente,aut habito,ego uterer fide illius & societate in rep.administranda.Luci⁹ Gellius pbauit.i.ostẽ dit mihi in ea re studium suum.s.in rẽp.Segauiano.s.uno de tribus fribus.hoc est,ut intelligo, Segauiano mihi obside da to quo.s.Gellio interpte.i.iternũcio, ego sum usus nouissime .i.ultime ad Lepidum . Ego uideor cognoscere eum.s. Gelliũ amicũ reip.& libenter sum ei testimonio .s. fidelitatis, & ero oibus qui bene merẽtur. Fac ualeas & diligas me mutuo: & tuearis dignitatem meam si mereor , sicut fecisti adhuc .i. in hunc usq; diem cum singulari beneuolentia.i.ea comitante.

Obside

PAVL. MANVT. OBside fide)Sic in oibus uetustis exemplaribus.&dixit,fide,pro fidei,gñandi casu,queadmodũ et Salustius in Iugurtha,decima parte die reliqua,pro diei. id qđ Gellius adnotauit: qui et C.Cæsarem,huius die,& huius specie,dicẽdũ putasse tradit.{De tribus fratribus Segauiano probauit.) Ita legitur in oib^{v} libris manuscriptis.forte melius, S. Gauiano, ut significetur Sex.Atilius Gauianus, de quo in orone ꝓ Sextio.sensus erit: In ea re (ut scilicet Lepidus Apellam ad me mitteret)studium mihi suum Gellius probauit; de tribus aũt fratribus,(qdpiam sigñat nobis minus notum,cuiusmodi in epl̃is ad Atticũ scriptis multa sunt)Sexto Gauiano.Postea in Vbaldini libro aiaduerti scriptũ esse,Gauiano,ꝓ Segauiano.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Narrat Ciceroni consilium suum,de sua Lepidiq; coniunctione.

PLANCVS CICERONI S. 18

* *alias Leernus*

*QVID in animo habuerim,cum * Laenus, Neruaq; discesserunt à me, & ex literis, quas eis dedi, & ex ipsis cognoscere potuisti, qui oĩbus rebus, consilijsq; meis interfuerunt. accidit mihi quod homini pudẽti & cupido satisfaciendi respub. bonisq; oĩbus accidere solet; ut consiliũ sequerer periculosum magis, dum me probarem, quàm tutum, quod habere posset obtrectationem. itaque post discessum legatorũ cũ binis continuis literis et Lepidus me, ut uenirem, rogaret; et Laterensis multo ẽt magis, prope implorans, obtestaretur, nullam rem aliã extimescens quàm eandem,qua mihi quoque facit timorem, uarietatẽ, atque infidelitatem exercitus eius: non dubitandum putaui, quin succurrerem, meq; cõi periculo offerrem. sciebã enim: & cautius illud erat cõsiliũ, expectare me ad Isaram, dum Brutus traijceret exercitum, & collega consentiente, sicut milites faciunt hostibus obuiam ire. tamen, si quid Lepidus bene sentiens detrimenti cepisset, hoc oẽ assignatum iri aut pertinaciæ meæ, aut timori uidebam, si aut hominem offensum mihi, coniunctum cum rep. non sublenassem; aut ipse à certamine belli tam necessarij me remouissem. itaque potius periclitari uolui, si possem mea præsentia et Lepidũ tueri, & exercitum facere meliorem, quàm nimis cautus uideri. solicitiorem certe hoĩem non suis contractis neminem puto fuisse. nam quæ res nullam habebat dubitationẽ; si exercitus Lepidi absit,ea nunc magnã affert solicitudinẽ, magnumq; habet casum mihi.n. si contigisset, ut prior occurrerẽ Antonio; nõ mehercule horã constitisset: tantũ ego et mihi confido, & sic perculsas illius copias, Ventidijq; Mulionis castra despicio. sed non possum non exhorrescere, si quid intra cutem subest uulneris: quod prius nocere potest, quàm sciri, curariq; possit. sed certe, nisi uno loco * metaremur, magnũ periculũ ipse Lepidus, magnum ea pars exercitus adiret,quæ bene de rep. sentit. magnam etiam perditi hostes accessionem sibi fecissent, si quas copias à Lepido abstraxissent. quæ si aduẽtus meus represserit, agam gratias fortunæ,constantiæq; meæ, quæ me ad hanc experientiam excitauit. itaque ad XII.cal. Iun.ab Isara castra moui: pontẽ tamen, quem in Isara feceram, castellis duobus ad capita positis reliqui; præsidiaq; ibi firma posui; ut uenienti Bruto, exercituiq; eius sine mora trãsitus esset paratus. ipse, ut spero, diebus octo,quibus has literas dabam, cum Lepidi copijs me coniungam. Vale.*

* *alias me tenerem.*

HVBER. QVID in animo)Cum rogatus fuisset à Planc. à Lep.ut ad se ueniret,secumq; ꝯiungeretur:ut M.Ant.posset occurrere: licet Planc.ei diffideret suspicareturq; aliquid fraudis subesse, tñ ne postea sibi imputaretur,si Lep.qa multis credebatur bene sentire,aliqd detrimẽti accepisset, dicit se maluisse seq ꝯsilium sibi ꝑiculosum,dũmodo reip.ꝓbaret fidem suã & aium,ꝗ tutũ,de quo posset ab aliquo accusari, qđ aũt esset ꝑiculosum,& tutũ declarat. Itaq; dicit se ꝯiunctũ iri cũ Lep. ꝙ sperat fore octo dieb.post has lras scriptas eius ferè argumẽti est superior illa epl̃a ꝗ icipit. his lr̃is scriptis ubi narrat fere idẽ ꝯsilium.{Leernus & Ner.)quos ad uos misi cum lr̃is meis & mandatis.{Pudenti).i.uerecundo timenti.dedecus.{Dũ ꝓb. me) dũ oñderem me uiꝝ bonũ.{Obtrectationẽ) reꝑhẽsionẽ. {Continuis lit.)post alteras statim missis. {Implorans) cum misericordia petens.{Obtestaretur)adiuuaret.{Varietatem) hæc est illa res:quæ & laterensi & ipsi Planc.timorẽ faciebat: qđ exercit^{v} Lep.erat uarius & infidelis.{Cõi)& Lep.& meo. {Sciebam)iam incipit exponere tutum ꝯsilium. {Traijceret) trãsmitteret exercitũ suũ huc ex Italia.{Brutus)Decius. {Collega)Decio.{Sicut mil.fac.)i.armis intentis,& ais arrectis ut est mos militũ.{Assignatũ).i.assignandũ, est.n.futuꝝ infinitiui passiui.{Pertinaciæ ob.) ꝙ nõ uoluissẽ succurrere.{Aut) .i.qđ timuissem.{Si aut hom.off.)hæc est rõ ꝑtinaciæ.{Aut) .i.à certamine.rõ timoris.{Periclitari)expiri:inde ꝑiculũ experimentũ.ut sæc ꝑiculum in lr̃is,inde aũt dr̃:quia reꝝ est experimentũ sine ꝑiculo.{Meliorem)q,ut supra dixit,erat corruptus,& à rep.alienatus.{Nimis cau.) nimis astutus oñdẽs me uidere oĩa ꝑicula,ꝗ imminebant.{Solicitiorẽ) .s.ꝗ me,est aũt sensus,nunꝗ puto fuisse hoiem:q maiorẽ capiat solicitudinem ubi nihil admisit,ꝗ ego facio:uel q magis sit solicitus suis ꝯtractis.i.suis rebus non ꝯgregatis,non cõpositis.Et hic est fortasse melior sensus ꝗ dicere ꝯtractis.{Admil.)i.non potuisset ꝑ unã horã se sustinere ꝯtra me & exercitũ meũ qui fuisset uictus.{Mihi)meis ꝯsilijs:ꝗ aduersus eũ ꝑparaui.{Illius) Antonij.{Perculsas)iam terrore ꝯcussas,qa fuerunt uictæ apud Mutinã.{Vẽtidij M.)ad ꝯtemptũ dixit,fuerat.n.mulio, non aũt tunc erat.{Despicio)paruifacio.{Si qd int.c.)i.si qd est occultũ & latet tractũ à moribus,qa intra cutẽ latens sunt ꝑiculosiores:uñ illud Persij.Ego te int^{v}et in cute noui.{Subest)latet.{Qđ)uulnus.{Nocere)ut puta si putrescat:& ut uulgo dñt chirurgi,si infistuletur.{Perditi h.) Antoniani. {Accessionem) incrementũ.i.auxissent res suas. {Quas)aliquas. {Quæ b.R.ne)qui bene de rep.sentiunt:ꝑiculum adeunt: & ne hostes nostri augeantur abstractis aliquibus copijs à Lepido.{Excitauit)cõmouit.{Ab If.) fluuio: quem supra dixit esse in finibus Allobrogum.{Pontem)supra enim dixit, Itaque in flumine Isara quod in finibus est Allobrogum ponte uno die facto exercitum ad IIII. id. Maij traduxi. {Castellis) turribus,propugnaculis. {Præsidia) milites ad custodiã illius pontis.{Transitus esset paratus.)ut possẽt transire nullo impediente. {Octo diebus) ad octo dies.{Quibus) id est, ex quibus scilicet diebus. {Copijs) exercitui.

ASCEN. QVid in animo &c.Rogatus fuerat à Lepido Plancus ut secum eo adiungeret aduersus Antoniũ, qđ ꝯsiliũ licet suspectum hr̃et Plancus,dicit se maluisse sequi ꝗ accusari detrimento fuisse reip. si ꝑ se stetisset quo minus Antoniũ Lepidus ꝑsecutus fuisset,dicit ergo se ꝯiunctũ iri cum Lepido octo diebus postꝗ has dederat.Ordo est. Tu potuisti cognoscere quid habuerim in aio,cũ Leernus & Nerua,discesserunt à me,&.i.sił,ex lr̃is quas dedi eis sup.ad te, & ex ipsis.i.ex eorum relatione,q interfuerunt oibus rebus & consilijs meis. Accidit mihi.s.deinde sup.id qđ solet accidere hoi pudenti.i. uerecundo & cupido satisfaciendi reip.oibus bonis,ut sequerer magis consiliũ ꝑiculosum,dum.i.dũmodo probarẽ.i. probatum aut ꝓbum facerẽ,& oñderem me, ꝗ.s.cõsiliũ tutum.i. sine ꝑiculo,qđ posset hr̃e obtrectationẽ.Consiliũ aũt apui i argõ & statim explanabitur.Itaq; post discessum legatoꝝ,uidelicet Leerni & Neruæ.cõ.s.ita esset,ꝙ & Lepid^{v} rogaret me binis lr̃is ꝯtinuis .i.alteris suꝑ alteras missis & Lateren. multo magis ẽt ꝓpẽ.i.ꝗsi plorãs obtestaretur.i.deos & fidẽ meã in testes adducens rogaret ut uenirẽ.s.ad Lep.obtestaret inꝗ Lateren.nullã aliã rẽ extimescẽs ꝗ eãdẽ,ꝗ mihi quoq; facit timorẽ.Multi textus hñt implorãs & nõnullã ꝓ nullã. sed minus ꝓbantur.qa si quã aliã extimuisset Laterẽsis,nõ tã excusabilis esset Plancus. qđ inꝗ eandẽ ꝗ &c. hoc est ꝗ uarietatẽ .i.uariabilitatem.Nam uarium quoq; dr̃,quod est uariabile, ut Æneid.IIII. Variũ & mutabile semper Fœmina.uñ uarietas mutabilitas atq; infidelitatẽ exercitus eius .i. Lepidi, q

pollicit

ra, iucũdum aũt est in gratos bñficiũ ꝯferre, & gratos referre.

PAVLVS MANVT. Elapsus sum his) Dictio, his cum oleret mēdum, scripsi ad amicissimum meū, ut is mihi, de ea quid sentiret, exponeret, rescripsit, corruptam se iampridem iudicasse, nuper aūt rarissimæ uirtutis, & summæ nobilitatis hominem, Benedictū Accoltum Rauennę Cardinalem, quem ego honoris amplitudinisq́; causa nomino, cū has Cicer. ep̄las succesiuis tp̄ibus legendo percurreret, eā emendasse, něpe sic, Elapsus sum bis, ut se dicat Plancus periculū bis effugisse: semel, cū ad Lepidū non accessit, neq; se unq̄ cum eo uoluit cōiungere, qđ si fecisset, ipse cū uniuerso exercitu in Ant. ptātem Lepido pdēte deuenisset: iterū, cū audito Lepidi Antonijq́; aduētu, celerit se recepit.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Ciceronem certiorem facit & de exercitu, & de suo officio, quam habet de Cæsare, ne cum Antonio consereret.

PLANCVS IMP. COS. DES. CICERONI S. D. 24

PACERE non possum, quin in singulas res, meritaq́; tua tibi gratias agam: sed mehercule facio cum pudore. neque enim tanta necessitudo, quantam tu mihi tecū esse voluisti, desiderare videtur gratiarū actionem: neque ego libenter pro maximis tuis beneficijs tā vili munere defungor orationis, & malo præsens obseruantia, indulgentia, assiduitate memorem me tibi probare. quòd si mihi vita contigerit; oēs gratas amicitias, atque etiam pias propinquitates in tua obseruantia, indulgentia, assiduitate vincam. amor.n. tuus, ac iudicium de me vtrum mihi plus dignitatis in perpetuum, an voluptatū quotidie sit allaturus, non facile dixerim. De militum cōmodis fuit tibi curæ: quos ego nō potentia mea causa (nihil.n. enim me nō salutariter cogitare scio) ornari volui à senatu, sed primum, quòd ita meritos iudicabam; deinde, quòd ad oēs casus coniunctiores reip. esse volebam; nouissime, vt ab omni omnium solicitatione auersos eos, tales vobis præstare possem, quales adhuc fuerunt. Nos adhuc hic omnia integra sustinuimus. quod consilium nostrum; etsi, quanta sit auiditas hominum, non sine causa, talis victoria, scio; tamen vobis probari spero. non enim, si quid in his exercitibus sit offensum, magna subsidia resp. habet expedita, quibus subito impetu, ac latrocinio parricidarū resistat. copias vero nostras notas tibi esse arbitror. in castris meis legiones sunt veteranæ tres, tironum vel luculentissima ex omnibus vna. in castris Bruti vna veterana legio, altera bima, * octo tironū. ita vniuersus exercitus numero amplissimus est, firmitatē exiguus. quantum aūt in acie tironi sit cōmittendum, nimium sæpe expertum habemus. ad hoc robur nostrorum exercituum sine Africanus exercitus, qui est veteranus, sive Cæsaris accessisset, æquo animo summam remp. in discrimen deduceremus. aliquanto aūt propius esse, quod ad Cæsarem attinet, videbamus. nihil destiti eum literis hortari: neque ille intermisit affirmare, se sine mora venire: cum interim auersum illum ab hac cogitatione, ad alia consilia video se contulisse. ego tamē ad eum Furnium nostrum cum mādatis, literisq́; misi, si quid forte proficere posset. Scis tu mi Cicero quod ad Cæsaris amorem attinet, societatem mihi esse tecum: vel quòd in familiaritate Cæsaris, viuo illo, iam tueri eum, & diligere mihi fuit necesse: vel quòd ipse, quoad ego nosse potui, moderatissimi, atque humanissimi fuit sensus: vel quòd ex tam insigni amicitia mea, atque Cæsaris, hunc, filij loco & illius, & vestro iudicio substitutum, non perinde habere mihi turpe videtur. sed quicquid tibi scribo, dolenter mehercule magis, quàm inimice, facio. quòd vivit Antonius hodie, quòd Lepidus vna est, quod exercitus habent non contemnendos, quod sperant, quod audent; id omne Cæsari acceptum referre possunt, neque ego superiora repetam: sed ex eo tempore, quo ipse mihi professus est se venire, si venire voluisset; aut oppressum iam bellum esset, aut in aduersissimam illis Hispaniam cum detrimento eorum maximo extrusum. quæ mens eum, aut quorum consilia à tanta gloria, sibi vero etiam necessaria, ac salutari auocarint, et ad cogitationem consulatus bimestris summo cum terrore hominum, & insulsa cum efflagitatione transtulerint; exputare non possum. multum in hac re mihi videntur necessarij eius & reip. & ipsius causa proficere posse: plurimum, ut puto, tu quoque: cuius ille tanta merita habet, quanta nemo præter me: nunquam enim obliuiscar, maxima, ac plurima me tibi debere. de his rebus, vt exigeret cum eo, Furnio mandaui. quòd si, quantam debeo, habuero apud eum auctoritatē, plurimum ipsum iuuero. nos interea duriori conditione bellū sustinemus; quòd neque expeditissimam dimicationem putamus; neque tamen refugiendo cōmissuri sumus, vt maius detrimentum resp. accipere possit. quòd si aut Cæsar se respexerit; aut Africanæ legiones celeriter venerint; securos vos ad hac parte reddemus. Tu, vt instituisti, me diligas, rogo, proprieq́; tuum esse, tibi persuadeas. V. cal. Sext. ex castris.

* alias octo millium.

HVBER. PACERE) Cum egisset Cic. omnia diligenter pro dignitate Planci. & maxime de re agraria, de qua in alia epist. mentio facta est, Plan. artificioso quodam modo se erga Cic. memorē & gratū ostendit. Nam dum signat non esse ei satisfaciendū actione graȝ, agit quidē & habet maximas gratias: postea uero ostēdit q̄ diffidat copiis suis, in quibus maxima pars sit tyronū: dicitq; Cæs. Octa. causam esse quare M. Ant. et Lep. nondum sint oppressi, significat.n. latenter se intellexere eū conferre cum Ant. dicit aūt se misisse ad ipm Cæs. Furniū cū mandatis suis. {In sin.)i. pro singulis. {Neq;.n.)ratio qua re faciat cū pudore: qa amicitia tā magna quia erat inter eos nō patitur graȝ actionem. ptereà qa dicit se nolle maximis bñficijs uerbis satisfacere. {Ego) qui sum & magno & grato aio. {Vili m.) est.n. uile munus oronis & uerboȝ pro beneficijs acceptis: qa nō sunt reddenda uerba pro rebus. {Probare) cū laude ostēdere. {Defungor) utor. {Et m.) sensus est, potius uolo cū ero Ro. in pñtia tua tibi obtemperando in opus, quę à me uoles: & honorando te, ostēdere me esse memorē beneficioȝ tuoȝ: q̄ nunc satisfacere uerbis. {Obseruantia) honore, reuerētia erga te. {Indulgētia) obsequio. {Quòd si.) sensus est, si deus cōcesserit mihi uitam, pstabo tibi maiorem obseruantiam, indulgentiā et assiduitatem, quam oēs grati amici amicis suis, aut pij propinqui propinquis suis unq̄ ostenderint. {Amor ac iu.) quæ duo dixit supius afferre sibi magnas solicitudines, ne imminuatur. {Cōmodis.) i. quod supra dixit de agraria. Curabat Plan. ut militibus suis darentur, eū ob remunerationē pristinoȝ laboȝ, tum uero ut magis excitarētur in futuȝ ad defendendā remp. natl. honorati muneribus agrarijs eis datis. {Causa p. meæ) ut uiderer esse potentior. {Nihil .n.) parenthesis est. est aūt sensus nihil cogito, quod non sit reip. {Ita me.) .i. milites meos. {Cōiunctiores) magis astrictos pp maxima pmia accepta. {Nouissime).i. postremo, hoc est finali causa. {Auersos) remotos. {Ab omni sol.) quam faciebat assidue M. Ant. q solicitabat eos assidue, pmittendo maxima, quæ uidebā eos esse aspernaturos: si à senatu fuissent nunc ornatis eos aūt solicitatos fuisse ab Ant. supra ondit his uerbis. cōfirmandus erat exercitus nobis magnis sæpe pmijs solicitatus, ut à rep. moderāta potius q̄ ab uno infinita speraret. {Præstare) reddere, ostēdere. {Tales).i. pròptos manu pro rep. & fidos. {Adhuc) hucusq;. {Sustinuimus.) tutati sumus. {Quod psi.) quod sustinuerim oia integra potius sapiēter defendendo, q̄ periculose cū hoste dimicando. {Scio probari à uobis) scio uobis placere. scio à uobis laudari. licet aliqui ita sint auidi huius uictoriæ, q nollet me amplius sustinere, sed iam dare finem. {Non.n.) dicit quare potius hactenus sustinuerit q̄ extremo prœlio expertus sit fortunam. qa si male ei cōuenisset, non uidebat remp. hre alia subsidia parata quæ possent resistere impetui Antonij & Lepidi, & ideo dicit noluisse se exponere

Defungor

Præstare Adhuc.

ponere periculo.{Si quid eſſet off.)ſi quid nobis male accidiſ
ſet.{In his exer.)nris quibus ego præſum.{Subſidia)auxilia
ad ſuccurrẽdum.{Expedita)parata.{Notas)quales ſint.{Ve
teranæ)ueteranoꝝ militum,licet eſſent cognitæ. Cic.tñ dicit
copias habeat.{Tironum)nouitioꝝ militum.{Luculentiſſi
ma)ſplendidiſſima.Nam lucułẽtus à luce dr̃, lutulentus uero
à luto.i.cœno,& ſigñat immundũ,fœdatum.{Bima) duoꝝ
annoꝝ.i.quæ duos annos tm̃ militauit,& exercuit ſe.{Firmi
tate)fortitudine.{Exiguus)quia ex maxima parte ſunt tiro
nes.Cõtra eſt illud Virg.Exigui numero,ſed bello uiuida uir
tus.{Nimiũ)quia cũ laude nr̃a.{Ad hoc robur).i.ad has ui
res,quas habemus,maxime pp paucos ueteranos.{Acceſſiſ
ſet)adiũctus eſſet.{Africanus)qui fuerat in Africa.{Aliquan
to aũt)ſenſus eſt.Videbamus ſub.Cæſ.eſſe nobis ꝓpius q̃ Afri
canũ.{Quod att.ad Cæſ.)ſ.ut nobis ſuccurrat.{Siue Cæſ.)ſ.
Octaui.{Aequo aio) nõ magna cura aut timore.{In dil.) in
periculũ ga minus dubitaremus ſuſcipere prælũ aduerſus ho
ſtes.{Eũ).ſ.Cæſ.Octa.{Intermiſit)deſtitit,ceſſauit.{Auerſũ)
amoꝝ.{Ab hac cog.)ueniẽdi ad me.{Ad alia ꝯſ.)ut Ant.con
ſentiret.{Proficere)pſuadere ei.{Scis)remouet Plãcus à ſe ſu
ſpicionẽ odij erga Octauiũ,ne uideatur hæc ex maleuolentia
dicere.{Societatẽ eſſe mihi te).i.me eſſe coniunctum tecũ ad
eũ amãdum.{Cæſaris).ſ.Iulij.{Viuo illo).i.cũ uiueret Iulius
Cæſ.{Quòd).i.inquantũ.{Loco fi.) ga Cæſ.adoptauerat O
ctauia.in filiũ iudicio & ſnia ſenatus.{Dolẽter magis q̃ ini
mice).i.magis cũ dolore q̃ cum odio & inimicitijs.i.ut hæc
dicã,magis mouet me dolor,quẽ capio pro rep. quã odium,
aut inimicitiæ,q̃ mihi ſint cũ Cæſ.{Quòd) repetitio eſt, hæc
aũt oia,quæ hñt hoſtes,dicit aſcribenda eſſe Octauiano,ga ſi
uoluiſſent, iã fuiſſent oppreſſi.{Quòd ui.) quod habet uitã,
ga potuiſſet eũ interficere.{Eſt una).i.coniunctus cum Ant.
{Nõ con.)i.fortiſſimos.{Quòd ſpe.)de uictoria & deoprimẽ
da patria.{Quòd au.)quod habet aios & nõ fugiunt.{Id oẽ
Cæſ.acceptũ re.po.)i.pñt id omne attribuere Cæſ.à quo acce
perũt.i.pñt dicere ſe accepiſſe id omne à Cæſ.Octauio.{Neq;
repetã).i.neq; recenſebo.{Supiora)quæ antea fecit.{Profeſ
ſus)pollicitus.{Oppreſſum)extinctũ.{Aut in aduer.) inimi
ciſſimã ſubaudi fugiſſent uel eſſent expulſi,& rurſum ſenſus,
& ẽt non poſſum ſatis putare q̃ mente ſua:aut quoꝝ ꝯſilijs ſit
adductus,ut efflagitet ꝯſulatum tm̃modo duoꝝ menſium, g
ſupant ad finiendũ conſulatum Panſæ & Hyr.g perierant in
bello Mutinẽſi:in hoꝝ aũt locum ſubſtitui petiuerat Plan.ut
ſupra uiſum eſt:&,ut ſcribit Appianus,petiuerat ẽt D.Brut.&
Itidẽ petiuerat Cæſ.adoleſcẽs non ad ſenatũ,ſed ad Cic. priua
tim mittẽs.{Auocarint)auerterint,amouerint.{A tanta) quã
ta erat cõparaturus,ſi perrexiſſet:ut cœpat.{Salutari) utili.
{Cũ ſummo terrore ſolum) ut ſcribit Ap. percuſſoꝝ cognati
et amici ueriti ne Cæſ.cõſul effectus ſuppliciũ de illis ſumeret,
dilationibus in creatione factis uarijs de cauſis ex lege rẽ per
trahebant.{Inſulſa) uel ga ad ſolũ Cic. ſcribebat, uel certe ga
p ætatem nõ licebat ei gerere ꝯſulatum,ga adhuc erat adole
ſcẽs.{Exputare)diligẽter putare,excogitare.{Quoꝝ)at g tur

Exputare

maꝝ eius duces ad ſenatũ uenerunt Cæſ.ꝯſulatũ petens,& ſe
natu eius ætatẽ accuſante illi,g edocti fuerãt,exponunt Cor
uinũ iampridem ætate iuniorẽ geſſiſſe ꝯſulatũ.Dehinc Scipio
nes primũ ac p̃m,cum adhuc uterq; adoleſcẽs eſſet,multa pa
triæ adeptos eſſe.Ad recẽtiora deinde ꝓgreſſi Pomp. magnũ
& Dolobellã protulere, ipſi ẽt Cæſ.p Decenniũ ante tp̃s cõceſ
ſum eſſe ut ꝯſulatum peteret. Hæc Appia.{In hac re) ne pſtet
in efflagitatione cõſulatus.{Eius)Cæſaris.{Neceſſarij) amici
{Proficere)retrahẽdo eũ.{Tu quoq;) ò Cic. plurimũ.ſ.pote
ris ꝓficere, quia multũ tuis ꝯſilijs parebit qm̃ tibi plurimũ de
bet,cui aũt plurimum debemus,ei plurimũ credimus.{Meri
ta)p̃ſtita beneficia.{Exigeret)tractaret.{Iuuero ipm̃) ſi pote
ro eũ retrahere ab hac ſnia:quæ eſt cõtra eius & honorẽ & ſa
lutẽ.{Duriori) aſperiore.{Quid neq;).i.ga nõ putamus nõ
eſſe expeditos & aptos ad dimicandũ neq; tñ uolumus fuge
re:ne reſp.ex fuga nr̃a maius detrimentũ accipiat.{Reſpexe
rit).i.habuerit reſpectum ſui. ut nihil agat niſi quod eſt ſe di
gnũ.{Africanæ le.) exercitus qui eſt in Africa, de quo ſupra.
{Securos)ut nihil timeatis.{Inſtituiſti)incepiſti.{Proprieq;
tuũ).i.oino & iure tuum tanq̃ res, quaꝝ proprietas ſit tua.

ASCEN.

FAcere &c.Cũ egiſſet Cic.oia diligenter pro dignitate Plãci
& potiſſimũ de re agraria, Plancus ſe artificio arguto me
morẽ oſtendit.Nam ſignificans nõ eſſe ſatisfaciendum Cicer.
p actionem gr̃aꝝ gr̃as agit.& ſe hr̃e indicat maximas,deinde
oſtẽdit q̃ diffidat copijs ſuis, in quibus plurimi erãt tirones.
Dicitq; Cæſarẽ Octauium eſſe cauſam,quare Antonius & Le
pidus nondũ ſint oppreſſi,ſigñat.n.eum latẽter ꝯſentire cum
Ant.Dicit aũt ſe miſiſſe ad Cæſarem cũ mãdatis ſuis.Ordo eſt.
Ego nõ poſſum facere qn agam gr̃as tibi in.i.ob ſingulas res
& merita tua.Sed mehercule facio:ſup.illud cũ pudore.Neq;
enim tanta neceſſitudo.i.neceſſaria cõciliatio amicitiæ,quan
tã tu uoluiſti eſſe mecũ,ut deſiderare.i.poſcere actio nẽ gr̃aꝝ.
Neq; ego defungor libenter tã uili munere orõnis.i.uerboꝝ
pro maximis beneficijs tuis.i.agendo, pro bñficijs gr̃as quas
referre deberẽ,& malo.i.magis uolo ꝓbare.i.oſtendere me ti
bi memorẽ.ſ.beneficioꝝ.i.gratum pñs.i.qñ ero pñs, obſeruã
tia.i.ueneratione & cultu,gbus ſic obſeruamus aliquẽ,ut ca
ueamus quicq̃,aut dicere aut facere quod illũ offendat.indul
gẽtia.i.cõceſſione obſequi ẽt ultra quam oporteat,aſſiduitate
.i.obſeqoꝝ.Quod.ſ.pñtem eſſe,ſi cõtigerit mihi in uita, ego
uincã.i.ſuperabo,oẽs amicitias gratas. alij legunt oẽs gr̃as,
amicitias &c.utrunq; placet, ſed ga ad propinquitates addi
dit pias,puto,ad amicitias ẽt graras addidiſſe, atq; ẽt oẽs pro
pingtates.i.cõſanguinitates & coniũctiones ſanguinis, pias
.i.pietate obſeqoſas in maiores ſuos uincã ingt in obſeruãtia
tua.Valla diceret tui, ſed tua quã tibi impenſam à me poſſide
bis,in indulgẽtia & aſſiduitate.gbus ſe memorem ꝓbare iam
dixit.Enim.i.ga,ego nõ dixerim.i. diudicauerim facile utrũ
amor tuus ac iudiciũ.ſ.tuum de me ſit allaturus, nouæ figu
ræ locutio,nã per zeugma diceret allatuꝝ, & p ſyllepſim alla
turi,aut quia res ſunt inanimes,allatura.ſ.amor unde ꝓcedit
iudiciũ,mihi plus dignitatis in perpetuũ.i.quæ ſit in ꝑpetuũ
duratura,an uoluptatis, quotidie.i.quæ quotidie innouabi
tur.Fuit tibi curæ.i.habuiſti curam de cõmodis militum.Ro
gauerat.n.Plancus ut p Cic.militibus diuiderẽtur agri, quos
.ſ.milites ego uolui ornari à ſenatu nõ cauſa potentiæ meę.i.
ut potẽtior euadam. Scio.n.me nihil cogitare nõ ſalutariter
.i.quod nõ ſit cum ſalute Reip.coniunctũ.Sed ſup.uolui eos
ornari,primũ ꝙ iudicabam eos meritos eſſe ita, deinde ꝙ uo
lebã eos eſſe cõiunctiores Reip.ad oẽs caſus, nouiſſime.i.po
ſtremo loco,ut poſſem p̃ſtare.i.exhibere nobis,eos auerſos.i.
abhorrentes ab omni ſolicitatione oium tales quales fuerunt
adhuc.i.Reip.fideles. Nos ſuſtinuimus hic.i.in ꝓuincia ad
huc oia integra.i.ſalua, & nulla imminuta quod ꝯſiliũ nr̃m
.ſ.ſuſtinendo oia integra, & ſi.i.q̃q̃ ſcio quanta ſit auiditas
hoium talis uictoriæ.ſ.hñdæ non ſine cauſa,ga in ea tota ſa
lus Reip.pẽdebat,tñ ſpero probari.i.approbari uobis.i.à uo
bis.Non.n.&c. Affert rõnem quare ꝓbabile putet ꝯſiliũ ſuũ,
ꝙ nondum cõmiſerit pugnam dicens.Enim.i.ga,ſiquid ſit of
fenſum.i.pc̃tm̃ & erratũ in his exercitibus.ſ.quos habemus,
hoc eſt ſi male eſſet nobis pugnatũ, mitioribus tñ id uerbis,
ad uitandũ malum omen ꝓſequitur,Reſp.non habet magna
ſubſidia.i.magnas copias ſubſidio uẽturas, expedita.i.para
ta, gbus.ſ.ſubſidijs ipſa reſiſtat.i.reſiſtere poſſit ad latrocinia
parricidaꝝ,impetu ſubito,alij legũt ac latrocinio,ut ſit gbus,
reſiſtat ſubito impetu pro impetui declinatione antiqua, ac
latrocinio parricidaꝝ.ſ.Antonij Lepidi,& alioꝝ patriã perſe
quentiũ,Vero,pro ſed, ego arbitror copias nr̃as eſſe notas ti
bis.In caſtris meis ſunt legiones ueteranę tres tironũ.i.noui
tioꝝ militũ una.ſ.legio. uel.i.ẽt luculẽtiſſima.i.clariſſima ex
oibus.In caſtris Bruti eſt,ſup. una legio ueterana.i.ueterano
rũ militum.i.g multos annos in militia exegerũt,altera.i.ad
huc una bima.i.duorũ annoꝝ.i.eorum g biennium militaue
rãt,octo ſup.legiones tironũ ſup.ſunt.Itaq; uniuerſus exerci
tus eſt ampliſſimus numero,exiguus firmitate, quia plurima
pars tironũ eſt aũt.i.ſed nos habemus nimium exptum.i.cõ
pertũ cum malo nr̃o,quãtum ſit cõmittendum tironi.i.nouo
militi in acie.Siue exercitus Africanus.i. ex Africa reductus,
g eſt ueteranus, ſiue exercitus Cæſaris.ſ.Octauij,acceſſiſſet.i.
additus fuiſſet,ad hoc robur exercituum nr̃oꝝ, nos deducere
mus in diſcrimen.i.periculum ſummã Reip.hoc eſt ſalutẽ ei⁹,
æquo aio.i.libenter cõgreſſi eſſemus cum hoſtibus.conflictu
pnicioſo.Autẽ.i.ſed nos uidebamus.i.ꝯſiderabamus id quod
attinet.i.ſpectat ad Cæſ.eſſe aliquãto proprius.i.coniunctius
ſaluti Reip.Et ita ego nihil.i.nulla re,aut nullo modo deſtiti
.i.prætermiſi,ſeu intermiſi hortari eum lr̃is,neq; ille.ſ.Cæſar,

loquitur ut notũ de Octauio, qui postea Augustus dictus est, intermisit.i.interdũ omisit, affirmare se uenire, siue mora, hoc est ad singulas lr̃as meas rñdit se uenire, cũ ego uideo illũ.s. Cæsarẽ, aduersum.i.alienatũ interim.i.interea tp̃is ab hac cogitatione.s.fauendę Reip. cõtulisse se ad alia consilia. Ego iñ misi ad eã Furniũ nr̃m.s.amicũ, & ut opinor legatũ, cum mandatis & literis sup. nr̃is, si forte possit proficere qd.i.in aliquo. Scis tu ò mi Cic. ꝙ.i.quatenus attinet quæ res attinet ad amorẽ Cæsaris.s.Octauij, societatẽ esse mihi tecũ.i.me hr̃e in ea re te sociũ, uel ꝙ.i.quia in familiaritate Cæsaris.s.Iulij sup. fuerim uiuo illo.i.dũ ille uiueret, necesse fuit mihi, si uidelicet uir bonus & fidelis amicus uelim hr̃i, tueri & diligere iã.s. post cædẽ eius, eũ: uel ꝙ.i.q̃a ipse.s.Cæsar, quoad.i.quatenus potui nosse.i.nouisse, fuit sensus moderatissimi atq; humanissimi, q̃a non sup̃be nec immaniter dñatus est, imò fuit usq; ad pœnitudinẽ clemens, uel ꝙ turpe ur̃ mihi ex tã insigni amicitia mea.i.post tã insignẽ amicitiã, meã atq; Cæsaris.s.Iulij, non hr̃e.i.æstimare, & amplecti hũc.s.Octa.Cæs. substitutũ.s.testamẽto Iulij Cæs. loco filij iudicio & illius.s.Cæsaris cæsi, & uestro, perinde.i.ita ut suo substitutus est hoc est ut filiũ Cęsaris nobis dũ uiueret amicissimi. Sed quicq̃d scribo tibi, ego facio me hercule magis dolenter.i.q̃a dolet mihi Cæsarẽ non recte sentire de Rep. quã inimice.i.quasi sim inimicus Cæsaris. Qd̃ Antonius uiuit hodie.i.adhuc, & Lepidus est unà.i.sil̃ cũ Antonio, ꝙ bñt exercitus non contẽnendos, ꝙ sperãt.s.uictoriã ꝙ audẽt.s.nos lacessere, pñt referre acceptũ.i.agnoscere se debere ut à quo accep̃int, id oẽ Cæsari.s.Octauio. Acceptũ ferre, est facere se accepisse, ẽt siq̃s nõ accep̃it. Pulchre aũt cũ datiuo dr̃ q̃ñ uolumus innuere bñficio alterius nos aliq̃d hr̃e ut hoc loco. Neq; ego repetã superiora.i.q̃ multum p̃cesserũt sed ex eo tp̃e quo ipse.s.Cæsar ꝓfessus est mihi se uenire, si uoluisset uenire, aut bellũ esset iã oppressum.i.sopitũ, aut extrusum .i.ui eiectũ ex Italia cũ maximo detrimẽto eoꝝ.s.Antonij & Lepidi, in Hispaniã aduersissimã illã.s.bello gerẽdo. Ego nõ possum exputare.i.excogitare, aut cõminisci quæ mens, aut quoꝝ cõsilia auocarint eum à tanta gloria.s.libertate p̃rię necessaria ẽt ac salutari sibi, & transtulerũt eam cogitationẽ cõsulatus bimestris.i.duos tm̃ menses duraturi per mortẽ cõsulũ obtinendi, cũ summo terrore hoium.s.q̃ uerebãtur ne ꝯsul effectus percussores Iulij Cæsaris ꝑsequeretur, quod ẽt euenit eisq́; deletis monarchiã inuasit, & cũ efflagitatione insulsã.i. insipiẽti. Necessarij.i.coniũctissimi amici, & ꝯsanguinei eius uñr posse proficere.i.ꝑfectũ facere multũ in hac re.s.ut à cõsulatu desistat, & Ant. nõ adhæreat, & .i.sil̃.cã, Reip. & ipsius .s.Octauij. & ut puto tu quoq; sup. uideris posse proficere plurimũ, cuius ille.s.Octauius hẽt tãta merita, quãta nemo sup. hẽt p̃ter me, sup. quod dico. Enim.i.q̃a ego nunq̃ obliuiscar me debere tibi maxima ac plurima.s.ã te suscepta bñficia. Ego mãdaui Furnio.s.legato meo, ut exigeret.i.postularet & q̃si quereretur cũ eo.s.Octauio, de his rebus.s.ut ad saniorẽ mẽtẽ redeat. Quòd si babuero apud eũ tantam auctoritatem quãtũ debeo.s.hr̃e.i.meritus sum de eo ut habeã: Ego iuuero ip̃m plurimũ, q̃a ad saniora ꝯsilia reduxero. Nos sustinemus interea.s.dũ Furnius cũ eo aget, bellũ ꝯditione duriorẽ.i.multum aspera, ꝙ neq; putamus dimicationẽ.i. p̃liationem expeditissimũ i.maxime utilẽ fore, neq; tñ cõmissuri.i.passuri sumus, refugiẽdo.s.dimicationẽ, ut Resp. possit accip̃e maius detrimentum. Quod si aut Cæsar.s.Octauius, respexerit.i.miseratus Rẽpub. aspexerit, aut lege resipuerit, aut legiones Africanæ.i.q̃ In Africa nũc sunt, uenerint celeriter, nos reddemus uos securos ab hac parte.s.quam tuendã recepimus. Rogo sup. ut diligas me, ut instituisti.i.data op̃a cœpisti, & ꝑsuadeas, sup. me esse tuũ proprie.i.peculiariter sicut non alterius. Quinto &c.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Dissuadet Furnio petitionem præturæ, quod facilius assequetur cum Plãcus fuerit consul.

M. CICERO C. FVRNIO S.P.D. 25

*SI interest, id quod homines arbitrantur, reip. te, ut instituisti, atque fecisti, nauare operam, rebusq́ maximis, q̃ ad extinguendas reliquias belli pertinent, interesse: nihil uideris melius, neque laudabilius, neque honestius facere posse: istamq́ operã * tuam, nauitatem, animum in remp. celeritati præturæ anteponendam censeo. nolo enim te ignorare, quantam laudem cõsecutus sis: mihi crede, proximam Planco, idq́ ipsius Planci testimonio, præterea * fama, scientiaq́ omnium. quamobrem si quid operis tibi etiam nũc restat, id maximopere censeo persequendum. quid enim honestius? aut quid honesto anteponẽdum? sin aũt satisfactum reip. putas: celeriter ad comitia, quando mature futura sunt, ueniendum censeo; dũmodo ne quid hæc ambitiosa festinatio imminuat eius gloriæ, quam cõsecuti sumus. multi clarissimi uiri, cum reip. darent operam, annum petitionis suæ non obierunt, quod eo facilius nobis est; quòd non est annus hic tibi destinatus: ut, si ædilis fuisses; post biennium tuus annus esset. nunc nihil prætermittere uidebere usitati, et quasi legitimi temporis ad petendum. uideo aũt, Planco consule, etsi etiam sine eo rationes expeditas haberes, tamen splendidiorem petitionem tuam fore, si modo ista ex sententia confecta essent. omnino plura me scribere, cum tuum tantum consilium, iudiciumq́ sit, non ita necesse arbitrabar: sed tamen sententiam meam tibi ignotam esse nolebam; cuius est hæc summa, ut omnia re metiri dignitate malim, quàm ambitione, maioremq́ fructum ponere in perpetuitate laudis, quàm in celeritate præturæ. hæc eadem locutus sum domi meæ, adhibito Quinto, fratre meo, & Cæcina, & Caluisio, studiosissimis tui, cum Dardanus, libertus tuus, interesset. omnibus probari uidebatur oratio mea: sed tu optime iudicabis. Vale.*

* alias Tuã nauatam.

* alias Fama sñiaq́.

HVBER.

SI interest) Furnius Plãci legatus, de quo supra sæpe mẽtio facta est, diligẽtissime se pro rep. gesserat, & in Gallia Narbonẽsi multa p̃lia egerat: itaq; cũ appropinquantibus comitijs cup̃et petere præturã uelletq́; relicto negocio prouincię Roma ad comitia uenire. Cic. hac ep̃la ei dissuadet, ne ueniat ostendẽs fore contra honorẽ et dignitatẽ eius, si omiserit rem magnæ glorię pro cupiditate p̃turæ: fore aũt cum maiore honore suo petat præturã: cum Plãcus fuerit ꝯsul: qd̃ erat futuꝝ breui, idẽ aũt dicit sentire Q.F. suũ, Cæcinnã, & Caluisiũ eius amicissimos. {Si inter.) si utile est. {Id qd̃).i.quod. {Nauare) diligenter & studiose p̃stare. {Interesse) p̃ñtem esse. {Reliquias) particulas quæ restant in bello. {Nauitatẽ) industria, tractũ à naui. {Anteponẽda ce.præ.) i.pluris faciendã q̃ quod celeriter assequaris præturã. {Cẽseo) iudico. {Proxiinã plan.) i.secũdã post Plan. {Fama) sermone. {Sentẽtiaq́;) iudico. {Operis) negocij. {Persequẽdum) ad exitũ deducendũ. {Satisfactum) p̃stitum, à te qd̃ debuerat. {Q̃ñ) qm̃. {Mature) cito. {Comitia) de q̃bus satis multa diximus lib. 1. Hic aũt intelligit comitia, quæ erãt futura p̃toꝝ creãdoꝝ causa. {Quid) aliq̃d. {Cõsecuti adepti p̃sonam aũt suã tanq̃ amicissimi inserũt laudibus Furnij, qm̃ amicoꝝ oia sunt cõia. {Cũ da.o.reip.) i.cũ agerent negocia reip. et pro ea laborẽt. {Non ob.) nõ audierunt, nam antiq interdũ ob pro ad ponebat unde obire mortem, est ad mortẽ ire: unde & apud Virg. Hectora circũ. Et lituo pugnas Insignis obibat & hasta, & Cic. in Lelio. Qui illũ diem & illud munus semp solitus es obire. {Annuũ pe.suę).i. annũ sibi destinatũ & deputatũ ad petẽdum magistratum suũ. {Destinatus) deputatus, ut putas nunc p̃turam. Ordo est. Hic annus nõ destinatus tibi, ut esset tuus annus post bienniũ.i.duob' annis post ædilitatẽ administrandã posses petere præturam. {Si).i.quãuis fuisses ędilis hoc uult dicere, ꝙ quãuis post ædilitatẽ sequeretur p̃turam, tñ nõ erat hic annus ei destinat', ut post biẽniũ peteret p̃turã, licet gessisset ędilitatẽ. {Nihil usitati).i.nihil ꝯsueti, sed id qd̃ & alij soliti sunt p̃termittere, ut post ædilitatẽ nõ petãt p̃turam. {Video aũt) hortatur ut differat petitionẽ p̃turæ usq; ad ꝯsulatũ Plãci, q̃a licet hr̃et Furnius optimas rõnes petẽdi p̃turã sine Plan. tñ dicit eius petitionẽ fore splẽdidiorẽ sub eius ꝯsulatu, q̃ poterit esse testis uirtutũ ipsius Furnij, & eoꝝ, q̃ pro rep. gessit. {Ista) quę agitis in Gallia ꝯtra hostes. {Cõfecta) finita. {Cũ tuũ iu. & con. sit tm̃) .i.cum

Nauare.

Nauias.

cum ita sis sapiens & habeas iam magnum iudiciū de rebus oībus.{Cuius)sniæ meæ.{Hęc est summa)hæc ꝯclō.{Metiri) diffinire,ꝯsiderare.{Dignitate mallm q̄ ambitione).i.magis respicere q̄d sit te dignū,q̄ qd tu cupias.{Fructū)uoluptatē, ut lucrū.{In ꝑpetuitate laudis).i.in ꝑpetua laude,quā cōpa-rabis,si feceris q̄ instituisti pro rep.{Quàm in celeritate pre.) .i.q̄ in obtinēda ꝑtura potius hoc anno sequēti.{Ad hab.)as sumptis in cōicatione sermonis mei.{Studiosissimis tui)amā tissimis tui.{Dardanus)noia seruoꝝ plerunq; à regionib' su mebatur,ut sæpius diximus, hic aūt factus erat libertus noie Dardanus.{Probari oib.)placere oibus.{Iudicabis)an recte cōsulam.{Optime).s.omnium.i.melius quam ceteri omnes.

ASCEN. SI interest &c. Furnius Planci legatus diligentissime se pro Rep.gesserat, ꝑsertim in Gallia Narbonēsi, itaq; cū proximis comitijs pretura esset,petiturus,uelletq; ob id relicta ꝓuincia in urbem uenire,Cic. hac epla suadet ne id fa ciat,cum honori nō sit futuꝝ,& facilius assequatur sub ꝯsula tu Plāci ꝓximo.Ordo est.Si id quod hoies arbitrantur,inters est.i.refert & in utilitate est Reip.te.ut instituisti.i.cepisti aut ꝓposuisti,atq; fecisti.s.hactenus nauare.i.abūde dare opam, & interesse rebus maximis quæ pertinēt ad extinguendas res ligas belli.s.cōtra Aut sumpti,tu nihil uideris posse facere, ne que laudabilius neq; honestius.s.q̄ hoc & ego cēseo ista ope rā tuam,nauitatē.i.strenuitatem opæ, & aium.i.studium in Remp.anteponendū esse priori celeritati præturæ.Nolo.n.te ignorare,quātam laudē ꝯsecutus sis,ꝓximā Planco.i. Planci laudi,idq;.i.& id testimonio ipsius Planci ꝑterea.i.insup fa ma & scientia oium. Quamobrē siqd operis restat tibi ēt nūc .i.adhuc,ego censeo magnopere id persequendū.i.perficiendū tibi. Quid.n.est honestius aut qd est anteponendū honestor q.d.nihil. Sin aūt.i.sed si tu putas satisfactum sup.esse Reip. ego cēseo.i.iudico ueniendū sup. esse tibi ad comitia.i.cōgre gationes & ꝯciones ꝓpli ad magistratus eligendos, celeriter, qñ.i.qm̄ futura sunt mature.i.cito. Dūmodo hæc festinatio ambitiosa.i.plena ambitionis & suspecta de ambitione neqd .i.aliqd,nō imminuat aliqd,eius gloriæ quā fumus cōsecuti. Multi uiri clarissimi cū essent militiæ aut in legatione, aut alio officio publico nō obierunt.i.non adiuerūt seu iniuerunt annū petitionis suæ.i.quo poterat le gitime petere magistratū. Nam ꝑ ordinem ferè quasi grada tim ad summos honores ascēdebant,quod.s.non obire annū petitionis usæ est facilius uobis.s.q in castris agitis, ꝙ hic.i. pñs annus non est destinatus.i.adiudicatus & addictus tibi ō Furni,ut.i.quemadmodū annus tuus esset post bienniū, si fuisses ædilis,sed qa nō fuisti ædilis biēnio ante, non est nūc petitionis tuæ. Nunc.i.qñ non est annus tuus,tu nihil,i.nō aliqd non uidebere ꝑtermittere aliqd usitati, & tpis quasi le gitimi ad petendū. Aūt.i.sed ego uideo petitionem tuā.s. ꝑtu ræ, Planco ꝯsule.i.si differres eam donec Plancus imperator tuus esset cōsul, etsi.i.q̄q hres ēt sine eo.i.eius auxilio & suf fragio,rōnes.i.uias & media impetrādę pręturæ expeditas.i. nullo impeditas,sed paratas ad manū, tñ.i.nihilominus splē didiorē,sup.futuram,qa splendidū esset legatum sic ab impe ratore suo cōmendari,ut dignius cēseatur q̄ magistratū obti neat,si modo.i.dūmodo.s.quæ nūc pro Rep.geritis, essent cō fecta,ꝑfecta & absoluta. Ego nō arbitrabar ita.i.multū neces se me scribere oino plura cū tm̄.i.duntaxat ꝯsiliū &iudicium tuū ,utrum.s.hoc anno an alio petere malis, sed tū nolebam sniam meam esse ignotā tibi.Cuius.s.sniæ meę.i.iudicij de pe titione tua.hæc est summa.i.breuis expꝯsio caput ꝯsilij cōple ctens,ut malim.i.magis uelim te metiri.i.æstimare dignitate .i.ſm dignitatē,q̄ ambitione.i.ſm ambitionem.i.te iudicare id maxime utile & expetendū tibi,qđ ex dignitate tua sit, nō qđ ambitionē tuā expleat, & te ponere maiorē fructū in ꝑpe tuitate laudis q̄ celeritate ꝑturæ.Ego locutus ,sum hæc eadē .s.q̄ scribo domeæ adhibito.s.ꝯsilio meo,& Cæcinna et Calui sio studiosissimis tui.i.tibi summę fauētib.cū Darban' Libert' tuus iteresset.Oro mea.i.snia , uidebatur ꝓbari oibus.i.ab o mnibus,sed tu iudicabis optime qa potuisti rē optime nosse.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Rursus dissuadet Furnio petitionem præturæ. hortatur autem, ut Rempub.quantum possit adiuuare purgat.

M. CICERO C. FVRNIO S.P.D. 26

LECTIS tuis literis, quibus declarabas aut omittendos Narbonenses, aut cum periculo dimicandum; illud magis timui, quod vitatum non moleste fero. Quod de Planci, & Bruti cōcordia scribis, in eo vel maximam spem pono victoria. De Gallorum studio, nos aliquando cognoscemus, vt scribis, cuius id opera maxime excitatū: sis sed iam, mihi crede, cognouimus. itaq; iucundissimis tuis literis stomachatus sum in extremo. scribis enim, si in Sextilem comitia, cito te: si iam confecta, citius; ne diutius cum periculo fatuus sis. ò mi Furni, quàm tu causam tuā non nosti, qui alienas tam facile discas. tu nunc candidatum te putas: & id cogitas, vt aut ad comitia curras; aut, si iam confecta, domi tua sis. scilicet ne cum maximo periculo, vt scribis, stultissimus sis. non arbitror te ita sentire. omnes enim tuos ad laudem impetus noui. quòd si, vt scribis, ita sentis: non magis te, quàm de te iudicium reprehendo meum. te adipiscendi magistratus leuissimi, & diuulgatissimi, si ita adipiscare, vt plerique, præpropera festinatio abducet à tantis laudibus, quibus te omnes in cælum iure, & vere ferunt? scilicet id agitur, vtrum hac petitione, an proxima prætor fias, nō vt ita de rep. mereare, omni honore vt dignissimus iudicere. Vtrum nescis, quàm alte ascenderis; an pro nihilo id putas? si nescis: tibi ignosco: nos in culpa sumus. sin intelligis: vlla tibi est prætura vel offitio, quod pauci, vel gloria, quam omnes sequuntur, dulcior? hac de re & ego, & Caluisius, homo magni iudicij, tuiq; amantissimus, te accusamus quotidie: comitia tamen, quando ex his pendes, quantum facere possumus, quòd multis de causis reip. arbitramur conducere, in Ianuarium mensem protrudimus. Vince igitur, & vale.

HVBER. LECTIS) hac epla sicut superior deterret Cic. Fur. à petitione ꝑturæ: hortaturq; ut potius expediat quæ pro rep.instituerat, ex eo.n.ma iorem laudē esse consecutuꝝ. Et qm̄ scripserat Fur.ꝙ si non posset assequi pręturā,uolebat le cōferre domum,ubi in ocio uiueret, Cic.rñdit se non credere eū esse hoc aïo,licet ita dicat,deterretq; eū ab hoc proposito, ostenditq; nō pertinere ad eius laudē utrum hoc anno ꝑtor, an in sequēti,interesse aūt plurimum , ut ita mereatur de rep. ut nō solum honore ꝑture, sed ēt omni honore dignissimus iudicetur.Dicit tñ se dare operā eius causa,ut comitia in mēse Ianua.differantur.{Narbonēses)Gallos. Narbonensis.n.Gal lia ea dr,quę statim post Italia ab ea Varro flumine diuisa est, ut scrib.Strab.{Cognominata)à Narbone ciuitate eius ,puīn cię.Cū periculo,cladis tuę & exercitus.{Illud).i. quod cū pe riculo esse dimieandū.{Non moleste fe.)i.gaudeo.{In ea re) quod sint inter se cōcordes.{Studio)uoluntate, fauore erga Ant. {Cuius opera m.e.fit).i.qs fuerit ille, qui eos excitauit ad partes Ant.{Itaq;)sensus est, cū literæ tuæ fuerint mihi iu cundissimæ,in fine fecerūt mihi indignationē.{In sextilē).i. in augustū mensem subaudi differantur. {Cito te).s.uentuꝝ ad ipsa comitia.{Si iam cōfecta).s.ēt celerius te uenturo q̄ si differētur in augustum.{Ne.sis fatuus eum pe.)i.ne sis stul tus dimittēdo petitionē præturæ, & pugnādo cum periculo tuo.{O mi Furni)familiaris reprehēsio.{Quàm).i.quātum. {Alienas)causas.{Candidatū).i.paratum ad petendā ꝑturā. Nā qui magratus petebant,cādidis uestibus induti candidati dicebātur.{Et id cogitas) repħendit cogitationē Furnij, qui putaret aut se celeriter uētuꝝ ad comitia,ut præturam obtine ret,aut si comitia iā essent ꝯfecta,se manluꝝ domi fuę.{Domi tuę).s.maneas.{Ita sentire).i.hr̄e eū aium quem dicis.{Impe tus)motus animi.{Meum iud.)qui semp de te recte iudicaue rim te esse hoiem magis cupidum laudis q̄ ambitionis.{Te adipiscēdi)argm̄ ab honesto, est autē sensus si tu uelis adipis

Gallia Narbonēsis.

Candidati.

sci hãc magistratũ leuissimum,& uulgarissimũ eo modo,quo multi alij ita festinatio ita ꝓperat abducet,et abstrahet te à tãtis laudibus qbus oẽs te iure extollebant. {Scilicet id agitur) ironia est q.d.nõ agitur.Virg.Scilicet is supis labor est. Idẽ. Scilicet id magnũ sperans fore munus amãti.{Quàm alt.)in quantã æstimationẽ apud ppl̃m & senatũ deueneris.{An putas id pro nihilo.)an id nihil impedis, ꝙ in tãta sis existimatione.{Nos sumus in culpa)q tibi nõ declarauimus,ꝙ alte ascẽderis.{Tibi ulla)cũ interrogatione legendũ est sic, sin intelligis ꝙ alte ascẽderis,debétne ulla p̃tura esse tibi dulcior & charior officio & debito tuo erga remp.Qđ pauci seq.)i.pauci quęrũt & p̃stanti.{Vel debésne esse dulcior gloria,quã oẽs seq.)i.quærũt,nã oẽs trahimur cupiditate glię.{Qñ)qm.{Pẽdes ex his)ea expectas,& ppea solicitus es.{Quòd)qa.{Conducere)utile esse.{Potrudimus) reijcimus differẽda mittim⁹.

Protrudimus.

ASCEN. Lectis &c.Rursus deterret Furniũ à petitione p̃turæ.Hortaturq́; cum potius & prius expediat,ꝙ pro Rep.institerat,ex eo.n.dicit eum maiorẽ laudem assecutuꝝ.Hortaturq́; ne domũ re nondũ cõfecta redeat,cum nõ minus,honorifice aliàs prætor fieri possit. Pollicetur aũt se datuꝝ operam ut comitia in Ianuariũ differãtur. Ordo est: Literis tuis lectis .i.post quã lectæ sunt literæ tuæ, qbus declarabas aut Narbonẽses.s.Gallos dimittẽdos,aut dimicandũ:sup.esse cũ periculo,Ego magis timui illud.s.pugnari cũ periculo, qđ ego fero non moleste uitatum sup.esse.Ego pono uel.i.ẽt maximã spẽ uictoriæ in eo qđ scribis de cõcordia Planci,& Bruti. nos cognoscemus.i.disgremus aliqñ de studio Galloꝝ, quos Furni⁹ ad defectionẽ spectare scripserat, & ideo ab exercitu amouendos cognoscemus inq̃ cuius opa id.s.studiũ Galloꝝ in Ant. maxime excitatũ.Sed crede mihi nos iã cognouimus q.d.pp ambitionẽ tuam ab æmulo tuo ad hoc sunt incitati.Itaq; stomachatus.i.indignatus & ira cõmotus sum literis tuis iucũdissimis,in extremo.i.calce eaꝝ,Scribis.n.si comitia.s.sint differenda in Sextilẽ.s.mẽsem hoc est q nunc Augustus dr̃,te citò.s.affutuꝝ,si comitia sup.sint iã confecta,te sup.redituꝝ citius ne sis diutius fatuus cũ periculo.i.tuo , qa fatuus ur̃ , sed fatuus,q neglecto ꝓprio,bono cõi inseruit,cum cõe quodam modo ꝓprium sit. O mi Furni,ꝙ.i.ò quantũ tu nosti causam tuam q disras tã facile,alienas.s.causas,tu putas me nũc candidatũ.i.cãdida ueste ad petitionem p̃turæ indutũ . Et cogitas.i.solũ id in aio habet.l.ut aut curras ad comitia,aut ut sis domi tuæ,si comitia sup.sint iam cõfecta.s.Ironiæ apta uox , ne sis stultissimus,ut scribis cũ maximo periculo , qa in bello piculosissimo.Ego nõ arbitror te sentire ita . Ego.n.noui oẽs impetus tuos ad laudẽ.Quod si sentis ita ut scribis , ego non magis reprehendo te,ꝙ iudicium meũ de te, quo.i.te bonũ ciuẽ & prudentẽ uĺꝝ existimo. Festinatio præpropa.i.ante tp̃s ꝓperata adipiscendi magĩatus leuissimi,diuulgatissimi,adipiscare.i.obtineas sup.eũ ut pleriq; p importunas preces, aut p ambitum aliquem occultũ,abducet te à tantis laudibus,qbus oẽs ferũt te in cœlum iure, quia per ip̃m præcipue Plancus in fide mãserat.Scilicet,iteꝝ indignãter & ironicos loquẽtis uox q.d.scio cur ita ꝓperes,quia.s.id agitur.i.in eo ois uis iacet,utrũ fias prætor hac petitione.s.quæ nunc fiet,an proxima.i.in ꝓximis comitijs,& non sup.id agitur, ut ita mereare de Rep.ut iudicere.i.iudiceris dignissim⁹ omni honore.Vtrũ nescis ꝙ alte ascẽderis:an putas.i.reputas,id pro nihilo: si nescis.s.ꝙ alte ascẽderis ego ignosco tibi,nos sumus in culpa,qa tibi nõ significauimus. Si intelligis,est ulla p̃tura dulcior tibi,uel officio quod pauci assequũtur uel gloria, quam oẽs assequũtur.i.ad obtinendã sequũtur:q.d.certe nulla esse debet, qa melius est officium fecisse, aut gloriã meruisse sine p̃tura , ꝙ præturam sine illis.Et ego & Caluisius hõ magni iudicij et amantissimus tui, accusamus te quotidie de hac re.i.ob hanc rem , Nos tñ protrudimus aut protendimus comitia in mensem Ianuarium,quantum possumus facere,quod arbitramur ꝯducere.i.utile esse Reip.multis de causis.i.ob multas causas, qđ sup.dico aut facio,qñ.i.qñquidẽ,tu pẽdes.i.suspẽsus es ex his.s.comitijs.Igr̃ uince.s.ambitionẽ tuã & hostes,& Vale.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Lepidum primò accusat , quod inciuilis senatui pro datis honoribus gratias non egerit . Deinde suadet,ut ita pacem faciat inter senatum & Antonium,ut tandem in seruitutem Remp.propellat .

M. CICERO M. LEPIDO S.P.D 27

Quo'n mihi pro mea summa erga te beneuolentia magna curæ est,ut quamamplissima dignitate sis; moleste tuli,te senatui gratias non egisse , cum esses ab eo ordine ornatus summis honoribus . Pacis inter ciues conciliandæ te cupidum esse,lætor . pacem eam si à seruitute seiungis,consules & reip. & dignitati tuæ . sin ista pax perditum hominem in possessionem impotentissimi dominatus restitutura est: hoc animo scito esse oẽs sanos,ut mortem seruituti anteponãt . itaque sapientius,meo quidẽ iudicio,facies, si te in istam pacificationẽ non interpones,quæ neque senatui,neq; populo , neque cuiquã bono probatur . sed hæc audies ex alijs, aut certior fies literis . tu pro tua prudentia, quid optimũ factu sit , uidebis .

HVBER. QVO'D mihi) Lepido à senatu mandatũ erat , ut Antoniũ oppugnaret, ille uero aio corrupt⁹ & male reip.affectus,cum iã decreuisset se cum Antonio coniungere,priusꝙ id faceret,scripserat Romã se cupidum esse ꝯciliãdæ pacis inter ciues Rom.facturusq́; ut Ant.desisteret à bello.Itaq; Cic. qui intelligebat quorsum intẽderet intẽtio Lepidi,q Ant.fauebat et eũ sustinere cupiebat,rescribit aliqñ acerbius primum accusans Lepidũ,ꝙ nõ egerit gr̃as senatui.à quo esset ornatus, cũ erat factus impator aduersus Ant.Deinde dicit se lætari,ꝙ uelit esse auctor pacis,si modo illa pax nõ afferat periculũ seruitutis Pop.R.ꝙ si est futura in rẽ M.Ant.cõtra Pop. R. hortatur ut ea amittat,neq; se tali paci immisceat,qa sapiẽtius faciet . {Quod mihi)sensus est,qa ualde curo,& laboro,ut tu sis magna dignitate,iõ dolui ꝙ nõ egeris gr̃as senatui,à quo ordine ornatus es,& accepisti dignitatẽ.{Maximis bo.)qa præs exercitib⁹ Rom.ꝯciliãdę cõponẽdæ.{Si seiũgis eã pacẽ à).s.si facis qđ p eã pacẽ nos redigamur in seruitute Ant.{Cõsules) ꝓuidebis,facies,ꝙ reip.& tibi sit utile.{Perditũ)sceleratũ Ant. {Impotẽtissimi)incõtinentissimi,supbissimi , nam impotẽtes dr̃ q ab appetitibus uincuntur.{Dñatus)tyrannidis & uiolenti impij.{Restitutũ)repositura.{Sanos)sanæ mẽtis , bene sentiẽtes.{Vt mor.)i.ut malit mori,ꝙ se effeci seruus.{Interponeres)intermitteres.{Istã)talẽ.{Probatur)placet.{Ex alijs) ꝙ ex me.{Lr̃is) qa ad te scribetur ab alijs sicut ego nũc dico .

ASCEN. QVòd mihi etc.Lepido à senatu mãdatum erat,ut Antoniũ oppugnaret. Ille uero corrupto aio & Remp. male affecto se cum Antonio ꝯiũctuꝝ decreuit.Scripsit aũt se uelle Romã uenire ꝯciliãdæ pacis inter ciues gr̃a,quam uanã cum intellexisset Cic.acerbe accusat Lepidũ ingratitudinis,et pacẽ laudat modo bona sit.Ordo est: Quòd.i.qa summæ curæ est mihi , ut sis ꝙ amplissima dignitate.i.habeas amplissimã dignitatem,pro summa beneuolẽtia mea erga te. sup. iõ , tuli moleste, te non egisse senatui gratias . cum esses ornatus ab eo ordine.s.senatorio summis honoribus. Ego lætor te esse cupidum pacis conciliandæ.i.componendo inter ciues , si tu seiungis.i.separas eam pacem à seruitute . hoc est si uis ut illi cum pace remp.tractent qui eam liberam esse uelint,tu cõsules.i. proderis & reip. & dignitati tuæ.Sin.i. sed si ista pax .s.quam conciliare uis, est restitutura hominem perditum.s. Antonium,in possessionem dominatus.i. tyrannidis impotẽtissimi.i.superbissimi,scito omnes sanos hoc animo sup. esse, ut anteponant seruituti mortem.i.potius moriantur ꝙ illi seruiant.i.itaque tu facies,meo quidem iudicio,sapientius,si nõ interpones te in ista pacificatione quæ neque probatur.i.bona uidetur senatui,neque populo,neque cuiquam bono. Sed tu audies hæc ex alijs aut fies certior.i.disces literas . Tu uidebis.i.considerabis pro prudentia tua.i.secundum prudentiã tuam,quid sit optimum factu,id est ut fiat .

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Nunciat Trebonio,quã forti animo sit pro defensione reip. Oportet autem animaduertere principium ænigmaticum de epulis hec est absumptione & Cæsaris morte .

M. CICERO C. TREBONIO S. D. 28

QVAM vellem, ad illas pulcherrimas epulas me idibus Mart. inuitasses: reliquiarum nihil haberemus. at nunc cũ his tantum negocij est, vt vestrũ illud diuinum in remp. beneficium non nullã habeat querelam. quòd vero à te, viro optimo, seductus est, tuoq́; beneficio adhuc viuit haec pestis: interdum, quod mihi vix fas est, tibi subirascor. mihi n. negocij plus reliquisti vni, quàm praeter me oĩbus. vt enim primum post Antonij foedißimum discessum senatus haberi libere potuit; ad illum aĩum meum reuerti pristinum, quẽ tu cum ciue acerrimo, patre tuo, in ore, et amore semper habuisti. nã cum senatum ad XIII. cal. Ian. tribuni pl. vocauissent; deq́; alia re referrent, totã remp. sum cõplexus, egiq́; acerrime; senatumq́; iam languentem, et defessum, ad pristinam virtutem, consuetudinemq́; reuocaui, magis animi, quàm ingenij viribus. hic dies, meaq́; contentio, atque actio spem primum populo R. attulit libertatis recuperãdæ. nec uero ipse postea tempus vllum intermisi de rep. non cogitandi solũ, sed ẽt agendi. quòd nisi res vrbanas, actaq́; oĩa ad te perferri arbitrarer, ipse perscriberẽ. quanquã eram maximis occupationibus impeditus. sed illa cognosces ex alijs, à me pauca, & ea summatim. Habemus fortẽ senatum, consulares partim timidos, partim male sentientes. magnum damnum factum est in Seruio. L. Caesar optime sentit: sed, quòd auunculus est, non acerrimas dicit sñias. cõsules egregij: praeclarus D. Brutus: egregius puer Caesar: de quo spero equidem reliqua: hoc vero certum habeto, nisi ille veteranos celeriter cõscripsisset, legionesq́; duae de exercitu Antonij ad eius se auctoritatẽ contulissent, atque is oppositus esset terror Antonio, nihil Antonium sceleris, nihil crudelitatis praeteriturũ fuisse. Haec tibi, etsi audita esse arbitrabar, volui tamen notiora esse. plura scribam, si plus ocij habuero. Vale.

HVBER.

QVAM uellem) Cum uideret Cic. quantũ M. Ant. uexaret remp. post mortem Cęs. cõqueritur de Trebonio, q eũ detinuerat ante fores senatus: donec Cæs. interficeretur, q & illũ non interfecissent, ne superessent aliquæ reliquiæ tyrãnidis, quas dicit nõ fuisse superfuturas, si ipse Cic. interfuisset illi ꝯiurationi, quam appellat epulas, & quasi ꝯuiuium quoddam. Deinde dicit q fortiter dixerit in senatu pro rep. pręcipue aduersus Antonium. Enumerat aũt quosdã, quales sint erga rep. inter quos praecipue laudat Brut. & Cæs. iuniorẽ. {Inuitasses) uocasses, est aũt uerbũ epulis & ꝯuiuio aptũ. {Idibus Mart.) eo. n. die, ut Tranquill. & Plut. & App. scribunt interẽptus est Cæs. {Nihil reliquiarum) perseuerauit in translatione. Reliquias. n. de epulis dicit, epulas aũt intelligit cædem Cæs. reliquas uero M. Ant. quia & ipse fuerat Cæsarianus, eodẽ autẽ argũ eplam uide lib. 12. ad Cassium, q incipit. Vellem idibus Martijs me ad cœnã inuitasses reliquiarum nihil fuisset etc. {Cũ his) .s. reliquijs. i. cũ Ant. & ceteris amicis Cæs. {Tm̃ neg.) tm̃ laboris. {Bñficiũ) liberatio à seruitute & tyrãnide. {Nõnullã) quandã ut possit ex aliqua parte accusari. {Seduct') seorsum ab alijs ductus, qa ut scribit App. relict' fuerat Trebonius: q Ant. añ fores senat' detineret. donec Cæs. iterficeretur. {Tuoq; bñficio) qa si fuisset igressus: uoluisset fortasse defendere Cęs. & fuisset cũ eo trucidatus. {Q d' uix possum, aut uix fas est,) qd' uix decetquia sum tibi amicus, & tu pro salute priæ hoc fecisti. {Præter me) me excepto. i. plus infestat me Ant. q oẽs alij. {Reliquisti) .s. seruãdo ipsum à morte. {Illum animum) pristinũ amatorẽ & defensorẽ libertatis. {Habuisti in ore) .l. laudasti & extulisti sp uerbis. {Habuisti iam.) .l. amasti. {Vocauissent) ꝯgregassent. {De alia re) q de libertate tuẽda. {Cõplexus) suscepi defendendã. {Egi) dixi. {Acerrime) aĩosissime. {Languentẽ) quasi debilitatũ. {Virtutem) fortitudinem. {Cõ suetudinẽ) tuendæ libertatis, q proprie est P. R. {Animi uir.) quã ostendebam inflãmatum & promptissimum erga remp. {Quàm uir. ing.) eloquentia & ui dicendi. {Summatim) br. {Fortem) magno & prompto aio. {Timidos) q non audent defendere qd est defendendũ. {Male sent.) male effectos erga remp. {In Ser. Sul.) is. n. optime de rep. sentiebat. & ex labore nimio: cũ ad M. Ant. missus fuisset legatus: interijt. {Auũcul') .s. Cæs. n. fr̃ mris. {Egregij) optimi. {Puer Cæs.) Octauianus, q adhuc erat pene puer. {De quo) Cæs. {Spero rel.) i. qd' ẽt in futurum egregius: & opprimet Ant. {Conscripsisset) stipendio ꝯduxisset. {Is terror) .l. Cæs. ita instructi. {Præteriturum) omissurum. {Notiora) ex sermone & ex literis aliorum.

AICEN.

QVàm uellem &c. Cum uideret Cic. quantum Ant. uexaret remp. post mortẽ Cæsaris conqueritur de Trebonio q eũ detinuerat ante fores senatus, donec Cæsar interficeretur, per hoc. n. fcm̃ est quo minus ille quoq; occideretur, & resp. mere liberaretur. quod fcm̃ uelit, scribitq; q fortiter in Antonium in senatu dixerit, laudãs bonos. Ordo est. Quàm .l. o quantum uellẽ sup. ut inuitasses me, idibus Mart. quibus Cæs. à coniuratis discerptus est ad illas pulcherrimas epulas .l. qbus Cæs. absumpserunt coniurati. nos nihil hẽmus reliquiarum, quia ẽt Ant. delendum curasset. Satis aũt crudel'r Cæs. cædẽ epulis cõparat. At. i. sed tñ. i. tam multũ negocij est nõc eum his. f. reliquijs, ut illud diuinum bñficium urm̃ in remp. hẽat nõnullam. i. quandam q̃relã. f. non ꝯsummationis. Qd' uero. f. Ant. seductus est. i. ab oculis coniuratorum adductus capitur. n. à te bonũ, à te uiro optimo. i. de rep. optime sentiẽte, et qd' hæc pestis uiuit adhuc bñficio tuo, ego subirascor tibi interdũ. Qd' uix est mihi fas. l. licitũ & ꝑmissum. Tu. n. reliqsti mihi plus negocij. i. curæ & laboris, q oibus pter me. Em̃. i. qa, ut. i. postq senatus potuit libere primũ post discessum fœdissimũ Ant. f. Mare: ego reuerti. i. iter ꝯuerti, pristinum animum meũ ad illum. f. senatum, quẽ. f. senatũ tu habuisti sp in ore & amore, cũ pře tuo ciue acerrimo. i. maxime strenuo. Nã cũ trib. pl. uocauissent senatũ ad xiij. cal. Ian. & si tribuni referrent. l. ꝯsulerent senatũ de alia re ego sum cõplexus totã rẽp. & egi acerrime. f. pro rep. ꝯtra Ant. & reuocaui senatũ iam lãguentẽ & defessum. i. extreme fessum, ad uirtutẽ & ꝯsuetudinẽ pristinã, magis uirib. animi. i. actionis, q uirib. igenij. Hic dies & ꝯtentio mea. f. in Ant. attulit P. R. spẽ libertatis recuperãdæ. Nec uo ipse. i. ego ꝑtermisi postea. ꝯ. deinceps ullũ tps, nõ solũ cogitãdi, sed ẽt agendi. f. in senatu de rep. i. de eius libertate tuenda. Qd' nisi arbitrarer res urbanas & oĩa acta. f. l senatu & iudicio pferri. f. scripto ad te, ipse. i. egomet pscriberem. q q eram impeditus. f. cum hæc scriberẽ, occupationibus maximis. Sed tu cognosces illa ex alijs, sup. cognosces pauca à me, aut ex me. Et ea sup. cognosces summatim. i. p summas non p singulas particulas. Nos hẽmus senatũ fortẽ & hẽmus ꝯsulares. i. q aliqñ ꝯsules fuerunt partim sentientes male, quia ꝯtra bonũ publicũ Magnũ dãnum fcm̃ est in Seruio. i. seruij morte, Lucius Cęs. sentit optime, sed q. i. qa, ipse est auũcul'. f. M. Ant. Ipse non dicit sñias acerrimas. Cõsules sup. sunt egregij. f. Hirtius & Pansa, Decius Brut. est pclarus, Cæsar. f. Octauius est puer egregius, de quo. f. Cæs. eqdem. i. ego qdẽ, spero reliqua: hoc est q ꝑseuerabit in amore reip. qui tñ solum dominaturus est, sed clementer. Vero pro sed: habeto hoc certũ, nisi ille. f. Cæs. scripsisset celeriter ueteranos. f. milites, & nisi duæ legiones de exercitu Antonij ꝯtulissent se ad auctoritatem eius, atq; is. f. Cęsar esset oppositus terror Ant. Antonium nihil sceleris & nihil crudelitatis fuisse præteriturum. l. pter missurum. Ego etsi arbitrabar hæc esse audita tibi, tñ uolui esse notiora tibi. Ego scribam plura si habuero plus ocij.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Approbat studium suum in Appio defendendo.

M. CICERO APPIO S. D. 29

DE meo studio erga salutem, & incolumitatem tuam credo te cognoscere ex literis tuorum: quibus me cumulatißime satisfecisse certo scio. nec ijs contedo, quanquam sunt singulari in te beneuolentia, vt te salnum malint, quàm ego. illi mihi, necesse est, concedant, vt tibi plus, quam ipsi, hoc tempore prodesse possim.

possim. quod quidem nec destiti facere, nec desistam, & iam in maxima re feci, & fundamenta ieci salutis tuæ. tu fac bono animo, magnoq; sis, meq; tibi nulla rè defuturum esse confidas. Pridie non. Quint. Vale.

HVBER. DE MEO) Ad eundem Appium puto Cic. scribere ad quem scripsisti lib.3. Sed nescio quo pacto hæc epist. in hunc librum reiecta est, nisi qđ illæ de rebus prouinciæ tractant, in hanc aũt cũ ageretur de salute & incolumitate Appij, quia p̃ria aberat Cic. scribit studium in defendẽda eius salute, seq; iam iecisse optima fundamenta, nec defutuꝝ posthac. {Salute) uita. {Incolumitatẽ) tui corporis & fortunaꝝ tuaꝝ, q̃buſdã placet hanc ep̃lam scriptã fuisse quo tp̃e resp. opprimebatur à Cæs. {Satisfecisse) q̃a nõ p̃nt plus exigere à me q̃ p̃stiti. ijs.s.tuis ꝓpinquis. {Concedo) uincor ab eis. {Possim ꝓdesse) q̃a maior est mea auctoritas, q̃ ipsoꝝ. {Ieci fun.) i. feci optima initia: tractũ ab ædificijs, quorũ ꝑus fundamẽta iaciũtur.

ASCEN. DE meo etc. Ad eundem Appiũ uẽ scribere, ad quẽ scribit lib. iij. agens de rebus ꝓuinciæ, nunc aũt de salute eius scribens dicit se pro ea iecisse optima fundamenta, nec cessaturũ deinceps. Ordo est: Ego credo te cognoscere de studio meo erga salutẽ & incolumitatẽ tuã, ex l̃ris tuorũ, q̃bus ego scio certo me satisfecisse cumulatissime .i. abundãtissime, nec ꝯcedo ijs .i. eis .i. nõ fateor me ab eis uinci q̃ q̃ sunt singulari bñuolentia in te ut malint .i. magis uelint te sup. esse saluum q̃ ego. Necesse est sup. ut ꝯcedãt .i. attribuant mihi illud .s. ut .i. ꝙ possim prodesse tibi hoc tp̃e plus quam ipsi. Qđ .s. tibi prodesse quidem .l. certe, ego nec destiti facere, nec desistam, & feci iam in maxima re .i. pro maxima parte, & ieci fundamenta .i. posui initia salutis tuæ, tracta metaphora à fundamentis ædificiorum q̃ ꝙ in imo fiunt desuper iaci solent. Tu fac sup. ut sis aĩo bono & magno & ꝯfidas me nulla re defuturũ tibi. Pridie non. Quintiles .i. q̃ postea Iuliæ dictæ sunt.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

NArrat conflictum cum Antonio uires recensendo, uictoriamq; speratam Ciceroni, boniq; omnibus annunciat.

GALBA CICERONI S. D. 30

DECIMO SEPTIMO *cal. Maij, quo die Pansa in castris Hirtij erat futurus, cum quo ego eram, (uam ei obuiam processeram millia passuum centum, quo maturius ueniret) Antonius legiones eduxit duas, secundam, & quintamtrigesimam, & cohortes prætorias duas, unã suam, alteram Silani, & euocatorum partem. ita obuiam uenit nobis, quòd nos quatuor legiones tironum habere solũ arbitrabatur. sed noctu, quo tutius uenire ĩ castra possemus, legionem Martiam, cui ego præesse solebam, & duas cohortes prætorias miserat Hirtius nobis. cum equites Antonij apparuissent, contineri neque legio Martia, neque cohortes p̃toriæ potuerunt: quas sequi cœpimus coacti, quando eas retinere non poteramus. Antonius ad Forum Gallorum suas copias continebat: neque sciri uolebat, se legiones habere: tantum equitatum, & leuem armaturam ostendebat. posteaquã uidit se inuito legionem ire Pãsa; sequi se, duas legiones iussit tironum. posteaquam angustias paludis, & siluarũ transiuimus; acies est instructa à nobis duodecim cohortium. nondũ uenerant legiones duæ, cum repente Antonius in aciem suas copias de uico produxit, & sine mora concurrit. primo ita pugnatum est, ut acrius non posset ex utraque parte pugnari. sed dexterius cornu, in quo ego eram cũ Martia legionis cohortibus octo, impetu primo fugauerat legionẽ trigesimam quintã Antonij, ut amplius passus * quingentos ultra aciem, quo loco steterat, processerit. itaque, cum equites nostrum cornu circuire uellent, recipere me cœpi, & leuem armaturam opponere Maurorum equitibus, ne auersos nostros aggrederentur. interim uideo, me esse inter Antonianos, Antoniumq; post me esse aliquanto. repente equũ immisi ad eam legionem tironũ, quæ ueniebat ex castris, scuto reiecto. Antoniani me insequi: nostri pila conijcere uelle. ita, nescio quo fato, sum seruatus, quòd cito sum à nostris cognitus. in ipsa Aemilia, ubi cohors Cæsaris prætoria erat, diu pugnatum est. cornu sinisterius, quod erat infirmius, ubi Martiæ legionis duæ cohortes erant, & cohors prætoria, pedem referre cœperunt, quòd ab equitatu circuibantur, quo uel plurimum ualet Antonius. cum oẽs se recepissent nostri ordines, recipere me nouissimus cœpi ad castra. Antonius, tanquã uictor, castra putauit se posse capere. quò cũ uenit, cõplures ibi amisit, nec egit quidquã. audita re, Hirtius cum cohortibus uiginti ueteranis redeunti Antonio in sua castra occurrit, copiasq; oẽs eius deleuit, fugauitq; eodẽ loco, ubi erat pugnatum, ad Forum Gallorũ. Antonius cũ equitibus hora noctis quarta se in castra sua ad Mutinã recepit. Hirtius in ea castra redijt, unde Pansa exierat, ubi duas legiones reliquerat, quæ ab Antonio erant oppugnatæ. sic partẽ maiorem suarũ copiarum Antonius amisit ueteranarum: nec id tamen sine aliqua iactura cohortium prætoriarum nostrarũ, & legionis Martiæ fieri potuit. Aquilæ duæ, signa sexagĩta sunt relata Antonij. res bene gesta est. ad XII cal. Maij, ex castris. Vale.*

* alias CC.

HVBER. DECIMO SEPTIMO) Galba unus fuit ex ijs, q̃ in Cæs. ꝯiurauerant, cui post eius mortem cum Ant. desciuisset à uoluntate senatus, cõmissæ fuerant q̃dam legiones aduersus eum, q̃ Mutinæ Brutũ obsidebat. Narrat igitur Galba quẽ admodum eo die, quo Pansa & Hirtius ꝯsules erant futuri in castris ꝯtra Ant. Antonius existimans hos hr̃e tm̃mõ .4. legiones Tironũ eos aggressus est, exponitq; uires Ant. & suas & ꝯflictum inter se acerrimũ, ex quo dicit Ant. sup̃atum cũ magna iactura, & amissione suarũ copiarũ ueteranarũ recepisse se in castra sua ad Mutinã. {Nã ei) parẽthesis. {Processeram) ꝓgressus erã. {Veniret) .s. i castra, in q̃bus ego erã anteq̃ ipse. {Secundam & q̃nt.) ita erant apud Romanos nõia legionũ. {Syllani) is erat ex eius ducib. {Partẽ) .i. q̃ legio Syllani erat pars euocatorũ, qui aũt dicerentur milites euocati, supra diximus. {Apparuissent) de improuiso se oñdissent. {Contineri) à nobis q̃n irrueret in hostes. {Cõtinebat) seruabat, Sciri, à nobis. {Forum Gall.) nomen est oppidi in Italia ita dicti, q̃m à Gallis fuit ꝯditum. Appianus appellat Celtarũ forum, seu uillam. {Leuẽ) armaturam .i. milites leuis armaturæ, q̃ p̃mittebantur, ut essent agiliores ad incipiendũ prœlium. {Tm̃) solũmodo. {Angustias) difficultates, loca angusta & difficilia, sic .n. sunt ubi cõmissum est prœliũ, ut declarat App. his uerbis de hoc ipso prœlio loquens. Antonius angustias locorum non multi faciens quasi nihil amplius quã ab accessu eos esset ꝓhibiturus, & pugnæ ductus desiderio, cũ eq̃tatu ante iret per cãpum plaustrum & fossis p̃peditum duas ex p̃stantiorib. legiones in occulto collocata uersus iter. qđ angustũ & manu fcm̃ utraq; ex parte harundinibus circum septem adhæreat. {Duæ leg.) quas Pansa iusserat se sequi. {De uico) de foro Gallorũ. {Martiæ) ita appellabatur fortasse quasi bellicosa. {Cornu) diuiditur .n. exercit' in duo cornua dextrum & sinistrũ. Lucan. Cornus tibi cura sinistri Lentule. {Processerit) ꝓgressum sit .s. corno dextrum. {Circũuenire) insidijs, circũuallare {Recipere) retrahere. {Equitibus Maurorum) quos habebat. M. Ant. Aduersos) à tergo, q̃a se recipiebant, ut iusseram. {Reiecto) post terga posito, ne feriretur à sequentibus hostibus. {Pila) ꝓp̃rie sunt tela Rom. ut & pila minantia pilis. {Velle) uolebant. {Conijcere in me) quẽ credebant esse hostem, q̃a uiderãt me in medio Antonianorum. {Nescio quo fato) nescio, qua fortuna, ita dijs uolẽtib. {Referre p.) retrahere sese retro. {Equitatu) equitib. Antonianis. {Quo) equitatu. {Nr̃i or.) nostræ acies. {Nouissimus) ultimus oium. {Quò) ad quæ castra. {Iactura) amissione. {Prætoriarũ n.) nam prætoria Cæs. cohors. integra cõcisa est, & cecidit in prima pugna ad dimidiam

diam ferè partem ex utroq; exercitu, ex Hirtij militibus pauci interiere. {Signa) uexilla. {Relata) reportata. s. à nostris. {Bene) feliciter. {Gesta) à nostris. hãc pugnam scribit plenissime Appianus lib. 3. sed tamen non nominat hunc Galbam.

ASCEN. Decimo septimo &c. Galba unus fuit ex his qui in Cæsarẽ ꝯiurauerant, cui post eius mortẽ cũ Ant. desciuisset à uoluntate senatus, cõmissæ sunt q̃dã legiones aduersus eũdẽ Ant. q Mutinæ obsidebat Brutũ. Narrat aũt hac ep̃la quẽadmodũ eo die de quo Pãsa & Hirtius ꝯsules erãt futuri, in castris Ant. eos aggressus sit, & qd in eo ꝯflictu effectũ. Ordo est: Anton. eduxit legiones duas. X V I I. cal. Maij, hoc est in Aprili septẽdecim diebus añ primũ diem Maij, quo die Pãsa erat futurus in castris, & sup. ẽt Hirtius, q ꝯsules erant. cũ quo. s. Pansa ego erã. Nã ꝓcesserã ei obuiã. s. officij, & honoris grã centũ millia passuũ, quo. i. ut Ipse ueniret maturiꝰ. i. citius sed tñ in tpe opportuno. Antonius inq̃ eduxit legiones duas. s. secundam, & trigesimã q̃ntã, & duas cohortes p̃torias, unã. s. cohortẽ suã alterã Syllani. i. cui p̃erat Syllanus: appositorie partẽ euocatoꝝ. Ita qa bñ instructus uenit obuiã nobis. i. qa arbitrabar nos hr̃e tm̃. i. duntaxat quatuor legiones tyronũ. i. nouicioꝝ militũ. Sed Hircius miserat nobis noctu. i. tpe nocturno quo. i. iõ ut possemus uenire tutius in castra, legionẽ Martiã q̃ p̃stãtissima hẽbat, & duas cohortes p̃torias q̃ ueteranoꝝ erãt. Cũ. i. postq̃, eq̃tes Ant. apparuissent, neq; legio Martia, neque cohortes p̃toriæ ab Hirtio missæ, potuerũt ꝯtineri. s. q̃n in hostes irruerẽt. Quas. s. legiones, nos coacti, ne eos turpiter desereramus cœpimus. i. incepimus seq. Docet q̃ño coacti, qñ. i. q̃ñ quidẽ nos nõ poteramus retinere. s. sub signis & in statione sua eas. Antoniꝰ obtinebat copias suas ad foꝝ Galloꝝ, q; Galli in ea regione ꝯdiderãt oppidulũ dcm̃ Celtaꝝ foꝝ seu uillã ab Appiano eo qđ Celtę ꝯdiderãt aut frequẽtare solebãt, neq; uolebãt sciri. i. ut sciretur. Est aũt ꝟbũ impsonale se hr̃e. i. qđ ipse hr̃et legiones. i. exercitũ pedestrẽ qa oñdebat. s. nobis tm̃. i. duntaxat aut solũ mõ, eq̃tatũ. i. exercitũ equestrẽ, aut eq̃tatũ seu equo merẽtiũ, & armaturã leuẽ. i. uelites, q eq̃tatũ comitabãtur, qa cũ leuiter essent armati cũ eq̃s fugere & inuadere poterãt, iõ aũt noluit sciri ut inciderẽ in insidias. Posteaq̃ Pansa uidit legionẽ ire. i. ꝓficisci in Ant. se inuito iussit duas legiones tironũ seq se. Posteaquã trãsiuimus angustias paludis & syluaꝝ, acies duodecim cohortiũ est instructa à nobis. Nam sup. duæ legiones, ut opinor, p̃torianę nõdũ uenerãt, Anton. ꝓduxit de uico. s. fori Galloꝝ repẽte copias suas in aciẽ & cõcurrit. s. nobiscũ sine mora. i. dilatione facta. Pugnatũ est primo. s. ꝯcursu, ita ut nõ possit pugnari ex utraq; parte acrius. Etsi. i. tãetsi cornua & dexteriꝰ. i. dexteꝝ, in quo ego erã, inq̃t Cic. cũ octo cohortib. legionis Martiæ, fugauerat trigesimam q̃ntã legionẽ Antonij, ita sup. ut ꝓcesserit amplius centũ passus ultra aciẽ, quo loco steterat. s. priꝰ. Itaq; cũ eq̃tes uellẽt circũire cornu nr̃m qđ p̃sequẽdo hostẽ ꝓcesserit lõgius, ego cœpi recipe me. i. retrocedere ad castra tanquã loca tutiora, & opponere eq̃tib. Mauroꝝ armaturã leuẽ. i. uelites leuiter armatos ne aggrederẽtur aduersus nostros. Interim. i. inter id faciẽdũ uideo. i. agnosco me esse inter Antonianos, & Antoniũ esse aliquãto post me ego inmisi repẽte equũ. s. meũ ad eam legionẽ tironũ, q̃ ueniebat ex castris scuto reiecto. i. post tergũ iacto, ne ferirer ab insequẽtib. Antonianis, sup. cœpũt insequi me, aut Inseq ꝓ Inseq̃bantur me. Nr̃i. s. milites uelle sup. cępũt aut uelle ꝓ uolebãt, ꝯijcere. i. sil̃r iacere in me pila. i. tela sua oblõga. Ita nescio quo facto sum seruatus, qa petitus tã à meis q̃ ab hostib. sum aũt seruatꝰ, qđ. i. qa sum cognitꝰ cito à nr̃is. Pugnatũ est diu in ipsa Æmylia. s. uia, ubi erat cohors p̃toria Cæs. s. Octauij Cornu sinisterius. i. qa erãt i cornu sinistro. capitur. n. collectiue ꝓ ijs q i cornu sunt: uñ cœpunt dicere, qđ. s. cornu erat infirmius. i. q erãt infirmiores, ubi erãt duæ cohortes legionis Martiæ, & cohors p̃toria, cœpunt referre. i. retrocedere, qđ. i. qa circuibãtur. i. ꝯcludebãtur ab eq̃tatu quo Ant. ualet uel. i. ẽt, p̃m cũ oẽs ordines nr̃i. i. milites i ordines dispositi recepissent se. s. in castra, ego nouissimus. i. ultimꝰ cœpi recipe me ad castra Ant. tã, q̃ uictor. s. esset, putauit se posse cape castra. quo. i. ad q̃, cũ. i. postq̃ uenit, amisit ibi cõplures nec egit q̃dq̃. i. nihil cepit. Hirtiꝰ audita re occurrit cũ uiginti cohortib. Ant. redeũti i sua castra, & deleuit oẽs copias eiꝰ fugauitq; ab eodẽ loco ubi erat pugnatũ, sup. usq; ad forũ Galloꝝ. Ant. recepit se cũ eq̃tib. hora q̃rta noctis i castra sua ad. i. apud Mutinã Hirtiꝰ redijt i castra uñ. i. ẽ q̃bꝰ Pãsa exierat, ubi. s. Pãsa reliq̃rat duas legiones, q̃ erãt oppugnatæ ab Ant. Sic Ant. amisit maiorẽ partẽ copiaꝝ suaꝝ ueteranarũ. Nec tñ id potuit fieri sine aliq̃ iactura. i. detrimẽto cohortũ p̃toriarum usarũ, & legionis Martiæ. Duæ aq̃læ. i. uexilla magna, sexaginta signa. s. minora uexilla Ant. sunt relata. s. ex ꝯflictu. Res est gesta bñ. i. feliciter. Ad xij. cal. Maij, sup. dedimꝰ has ex castris.

PAVLVS MANVT. Amplius passus quingentos) Passuum numerum, quem alij manuscriptis in libris se non uidisse dixerunt, comperimus in libro perantiquo Vincentij Riccij.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Excusat se cur minus scripserit, conqueriturq; de Balbo prætore suo, & quem animum habeat, erga remp. ostendit. Postremo consilium capiat a Cicer. nũ in prouincia mansurus sit, an in Italiã se trãsferre debeat.

C. ASINIVS POLLIO M. CICERONI S. P. D. 31

Minime mirum debet tibi uideri, nihil me scripsisse de rep. postquam itum est ad arma. nam saltus Castulonensis, qui semper tenuit nostros tabellarios, etsi nũc frequẽtioribus latrocinijs infestior factus est, tamen nequaquã tanta in mora est, quanta qui, locis oĩbus dispositi, ab utraq; parte scrutantur tabellarios, & retinent. itaque, nisi naue perlatæ literæ essent, oĩno nescirẽ, quid istic fieret. nunc uero nactus occasionẽ, posteaquam nauigari cœptum est, cupidißime, & quàm creberrime potero, scribam ad te. Ne moueat eius sermonibus, quem, tãetsi nemo est qui uidere uelit, tamẽ nequaquã perinde, ac dignus est, oderunt hoĩes, periculum non est. adeo est .n. inuisus mihi, ut nihil non acerbum putẽ, quod cõe cum illo sit. natura aũt mea, & studia traxũt me ad pacis, & libertatis cupiditatem. itaque illud initium ciuilis belli sæpe defleui. cũ uero non liceret mihi nullius partis esse, quia utrobique magnos inimicos habebã: ea castra fugi, in quibus plane tutum me ab insidijs inimici sciebã non futurũ. compulsus eò, quò minime uolebam; ne in extremis essem, plane pericula non dubitanter adij. Cæsarẽ uero, quòd me in tanta fortuna, modo cognitũ, uetustißimorum familiarium loco habuit, dilexi summa cum pietate, & fide. q̃ mea sñĩa gerere mihi licuit, ita feci, ut optimus quisque maxime probarit. quod iussus sum eo tempore, id ita feci, ut appareret, inuito imperatum esse. cuius facti iniustißima inuidia erudire me potuit, quàm iucunda libertas, & quam misera sub dominatione uita esset. ita, si id agitur, ut rursus in potestate oĩa unius sint: quicunque is est, ei me profiteor inimicum; nec periculũ est ullũ, quod pro libertate aut refugiã, aut deprecer. sed consules neque s. c. neque literis suis p̃ceperant mihi, quid facerẽ. unas .n. post id. Mart. demum à Pansa literas accepi: in quibus hortatur me, ut senatui scribam, me, & exercitũ in potestate eius futurum. quod, cũ Lepidus concionaretur, atque oĩbus scriberet, se consentire cum Antonio, maxime contrarium fuit. nam quibus cõmeatibus, inuito illo, per illius prouinciã legiones ducerẽ, aut, si cetera trãsissem, num ẽt Alpes poteram trãsuolare, quæ præsidio illius tenerentur? adde huc, quòd perferri literæ nulla cõditione potuerunt: sexcentis .n. locis excutiuntur, deinde ẽt retinentur à Lepido tabellarij. illud me Cordubæ pro cõcione dixisse, nemo uocabit in dubium, prouinciam me nulli, nisi qui à senatu missus uenisset, traditurum. nam de legione trigesima tradenda quantas habuerim contentiones, quid ego scribam? qua tradita, quanto pro rep. infirmior futurus fuerim, quis ignorat? hac .n. legione nulli acrius, aut pugnacius quidquã putate esse. quare me eum existima esse, qui primum pacis

cupid

cupidissimus sim, (omnes enim ciues plane studeo esse saluos) deinde qui & me, & remp. vindicare in libertatem paratus sim. Quod familiarem meum in tuorum numero habes; opinione tua mihi gratius est. inuideo illi tamen, quòd ambulat, & iocatur tecum. quares, quanti astimem. si vnquam licuerit viuere in ocio, experieris: nullum enim vestigium abs te discessurus sum. Illud vehementer admiror, non scripsisse te mihi, manendo in prouinciâne, an ducendo exercitũ in Italiam, reip. magis satisfacere possim. ego quidem, etsi mihi tutius, ac minus laboriosum est manere; tamen, quia video, tali tempore multo magis legionibus opus esse, quàm prouinciis, quæ præsertim recuperari nullo negocio possunt, constitui, vt nunc est, cum exercitu proficisci. deinde ex literis, quas Pansæ misi, cognosces omnia: nam earum tibi exẽplar misi. XVII. cal. Apr. Corduba.

HVARR.

MINIME) Cum tumultibus bellorum ciuilium aduersus M. Ant. post cædem Cæs. Asin. Pollio esset Cordubæ, quæ urbs est in Hispania Bæstica: neq; postq̃ illuc ierat quidq̃ scripsisset Romã.ne haberetur suspectus, qa fuerat Cæsarianus: hac ep̃la se excusauit transferens culpã suæ cessationis in latrones: a q̃bus lr̃æ intercipiebantur. Postq̃ uero cœptum est nauigari: ita ut lr̃æ possint naui deferri: dicit se q̃creberrime scripturũ. conqueritur aũt de Balbo q̃storẽ suo: de quo sequenti ep̃la plura dicet: oñditq; se cupidissimum esse pacis, & dicit se olim necessitate non uoluntate secutum fuisse partes Cæs. q̃s quanta moderatione seruauerit declarat, ex quo oñdit quem animum nunc hẽat, ne rursus oĩa in p̃tate unius ueniant. Dicit aũt se p̃hibitum à Lep. ne transiret in Italiã, aut ẽt scriberet, ex hoc aũt testatur fidẽ suã erga remp. q̃ cũ iuissent qui uellẽt ei succedere, in p̃uincia peterent dari sibi ab eo legionẽ trigesimã ducendã ꝯtra Ant. rñdit se nemini traditurũ p̃uinciã, nisi senatus misisset eum, neq; ẽt traditurũ legionem trigesimã, q̃ erat pugnacissima, dubitabat. n. Pollio de eorũ aïo, & fide erga remp. q uenirent non missi à senatu: ꝯcludit aũt se cupidissimum pacis, & uindicandæ reip. in libertatem. Postremo dicit quantũ cupiat ꝯsuetudinem ipsius Cic. quam quãti faciat, oñdet, si aliq̃ pax fuerit. petit aũt à Cic. fieri certior, an utilius sit futurũ q̃ ueniat in Italiã, an q̃ remaneat in p̃uincia. {Itum est ad arm.) i. ueni ad bella, ut in hac prouincia obsisterem Antonianis & oĩbus hostib. reip. {Nam sal.) ponit causam, quare non scripserit, qa apud Castulonẽ oppidũ Hispaniæ sylua, q̃dam, p quam necesse erat transire, ita esset referta latronibus, q̃ intercipiebant tabellarios & lr̃as, ut nemo posset tutò transire. Saltus aũt p̃ sylua & loco nemoroso ponitur, ubi solent insidiari latrones. Iuuen. Quoties tuto custode tenentur, Et pontina palus, & gallinaria pinus. Nam q̃d satis legendum sit, & sit nomen sicarij, qui apud Castulonem latrocinabatur, absurdissimum est: q̃d & uerba textus declarant quibus oñdit saltum oẽm nõ uno latrone, sed multis latronibus fuisse infestum, cum dicit latrocinia, & dicit aliis ẽt in locis dispositos esse multos latrones. {Tenuit) impediuit. {Frequentioribus) q̃ solebat. {Infestior) periculosior. {Tãta mora est) s. saltus Castulonensis tñ moratur, & detinet nostros tabellarios. {Dispositi) collocati. s. latrones. {Scrutãtur) inquirunt. {Istic) in Italia, qa non potuissent p̃ferri mihi lr̃æ ex Italia, nisi platæ essent naue. {Cupidissime) libentissime. {Perinde) ita quia maiore ẽt odio holum dignus est q̃ eum ꝯsequantur. Vt aũt signare Calbum q̃storem suum pessimo ingenio q quantũ ꝯijcimus maledixerat de Pollione. {Periculũ non est). s. in eo quod ipse de me dicit. {Non ac.) graue. i. nihil est q̃d non uideatur infelix, quod cũ illo sim gestus. {Nã aũt) signat Balbum discordiarũ amatorem: se uero pacis & ꝯcordiæ cupidum, quod probat ex ante acta uita ẽt t̃pibus Iulij Cæs. & Pomp. {Defleui) indolui. {Illud) i. cũ orta sunt bella inter Cæs. & Pomp. {Vtrobiq;) & apud Cæs. & Pomp. {In ea) Cæs. {Inimici) s. cuiuslibet inimici mei. {Eò) ad. Cæs. {In extr.) i. oino ꝯtemptus. {Nõ dub.) sine dubio, certissime. {Modo cognitum) i. paulo añ cognitũ. non aũt multo ante. {Vetustissimorũ) quos iandiu cognouerat & expertus erat. {Mea sñia) iudicio mea. {Ita) ea moderatione. {Probarit) affirmarit me bñ fecisse. {Iussus sum) à Cæs. {Ita) eo modo, ut homines intelligere possent me nõ gaudere, q̃d imperatũ esset mihi. {Cuius facti) s. q̃d licet inuitus, tñ fecissem q̃ impasset. {Inuidia iniustiss.) odium quo me hoĩes iniustissimẽ p̃seque bãtur, qa facerẽ q̃ mihi imperaret. iniustissimam aũt inuidiã dixit, qm̃ quod sponte non faceres, nõ merebatur odium, q̃d licet non mereretur, qa non potuit effugere: dicit se nunc intelligere ex eo q̃ iucundum sic uiuere in libertate: ubi nullius impio cogaris aliqd facere q̃d nolis: itaq; profitetur se fore inimicum ei, qui remp. opprimere uoluerit: quicq̃ is fuerit. {Erudire) docere. {In pot. unius) ut unus sit oium dñs, sicut fuit Cæs. {Quicunq; is est) q. d. nullo excepto: ẽt si esset mihi fr. {Refugiam) uitẽ. {Aut depr.) aut recusem p̃cando ne mihi imponatur: sicut eqdem meruiit nec dep̃cor inquit. {Post id. Mart.) i. postq̃ Cæs. est interfectus. {Quod) dicit ualde sibi nocuisse quod Lep. in ꝯcione dixit suis militibus Pollionem esse in p̃tate senatus: & scripsit ẽt ad multos se consentire cũ Ant. {Fuit ꝯtr.) i. nocuit. {Quibus) interrogatus. q. d. nullis: qa nulli dati essent mihi, cum ille iam diuulgasset se ꝯsentire cum Ant. {Cõmeatibus) cibarijs datis exercitui meo. {Illius) Lep. {Cetera) eius p̃uinciam & uim militum Lep. {Num) an {Poterã tranuol.) tanq̃ uolucris. q. d. non, qa non hẽo alas. {Præsidio) militib. {Illius) Lep. q dispofuit milites ad seruandas alpes ne q̃lpiam possit transire. {Adde) subiungit aliam cam, quare non potuerit declarare senatui se & exercitũ suum in p̃tate eius futurũ. {Huc). i. ad hæc. {Sescentis) numerus finitus p̃ infinito. i. in plurimis locis. Sescentis aũt non sexcentis legendum est, qa numerales dictiones inter se integræ cõpositæ inuariabiles sunt p̃ casus: ut, Hic iam tercentum totos regnabitur annos: sin uero cũ corruptis cõponantur: uariantur, ut Virg. 10. Æn. Sescentos illi dederat Populonia mater Expertos belli iuuenes, est illa trecentos. & sic ducentos, & bis cẽtum quatercentũ, & quadringenti: & sic de reliquis. {Excurtiuntur) uiolẽter ingruntur. {Cordubæ) in Corduba, q̃ urbs est Hispaniæ Bæticæ ædificiũ Marcelli hodie duobus Seneca & Lucan. poetæ noie percelebris. {Pro ꝯc.) i. in ꝯcione. {Nemo uocabit in dub.) i. non dubitabit. {Prouincia m.) Hispaniam, cui p̃sum. {Conciones) oṙones, qui dicebãt me nunquã cuiq̃ traditurũ esse. {Hac leg.) trigesima. {Tradita) alij data. {Pugnacius) bellicosius. {Acrius) aiosius & fortius. {Deinde) post cupiditatẽ pacis. {Qui). i. eum q uelim & me libertatem meã defendere & restituere. {Familiarẽ m.) de quo dicat, nõ satis intelligitur. {Quæres) petes, interrogabis. {Quanti æstimẽ) quanti faciam. {s. ambulare & iocari tecũ. {Si lic. uiuere in ocio) si unq̃ potero in tranquillitate uiuere. {Expieris) re ipsa cognosces. {Nullum uest.) nullũ passum. i. non mouebis pedem sine me. {Magis) p̃desse & p̃stare offm̃ meum & facere quod illa me exigat. {Nullo neg.) i. nullo labore: hoc est sine difficultate. {Tutius) qa non ita exponã me p̃iculis bellorũ. {Et si mihi). i. quia non ibo p̃ hostes & p̃ alpes. {Legionib⁹) exercitibus, qui subueniant reip. {Vt nunc) i. s̃m p̃dõnẽ horũ t̃pum. {Proficisci) discedere in Italiam. {Pansæ) ꝯsuli, ad eum enim scripserat Pollio plenius. {Exemplũ) i. eas lr̃as transcriptas, sic. n. appellamus exemplum, quod est ad similitudinem alterius, neq; solum factorũ, sed etiam rerũ dicimus exempla, utputa si uelim uendere uinum, aut frumentũ aut pãnum, q̃d damus, & mõstramus pro similitudine illius, appellatur exemplum, quod uulgo appellant monstrationẽ, ut dabo tibi exẽplum panni, quem sum uenditurus. i. monstrabo tibi qualis sit. {Cordubæ (subaudi, scripta est hæc epistola uel data.

Commeatus.

saltus.

Corduba.

Exẽplum

MInime & c. Cũ in tumultib. bellorũ ciuiliũ post cędẽ Cęs. ꝯtra Ant. Asinius Poll. esset Cordubæ in Hispania, neq; q̃dq̃ à p̃fectione sua Romã scripsisset, ne haberetur suspectus, qa fuerat Cæsarianus, hac ep̃la se excusat trãsferẽs culpã cessationis suæ in latrones, a q̃bus lr̃æ intercipiebãtur. Postq̃ ꝯo cœptũ est nauigari, dicit se q̃primũ scripsisse. Scribit aũt se cupidissimum pacis & Cæs. partes necessitate secutum. Dicit ẽt se à Lepido ne i Italiã trãsiret p̃hibitũ, nec cuiquã se traditurũ p̃uinciã sine iussu senatus, demũ se cupe ueheméter ꝯsuetudinẽ Cic. dicit. Ordo est: Minime mirum debet uideri tibi me nihil scripsisse de rep. postea quàm itum est ad arma. s. contra Ant. Nam saltus Castulonẽ. i. locus syluosus, & etiam saltuosus in Hispania iuxta Castulonen. oppidum q tenuit semp. i. omni

tempore

tpe tabellarios nros.i.eos qui ferunt tabellas hoc est lras nostras,etsi.i.q̃q̃ factus est nunc infestior.i. maiorẽ uim inferẽs frequentioribus ijs,tñ ipse nequaq̃ est in tanta mora.i.impedimento nros remorati, quanta sup.sunt ij qui dispositi oib. locis scrutantur ab utraq; parte aut factionis aut regionis tabellarios & retinent.Itaq; nisi lrę essent periatæ naui .i.nauigio,ego nescirẽ omnino qd fieret istic.s.Romæ ubi tu es.Nũc uero nactus occasionẽ,postea q̃ cœptum est nauigari, scribã ad te cupidissime.& q̃.i.quantum potero creberrime. ne mouear sermonibus eius.s.pessimi delatoris, uidelicet ut opinio est,Balbi q̃storis eius,quẽ tametsi nemo est q uelit uidere, tñ homines non oderunt pinde ac .i. tm̃ quantum dignus est. piculum nõ est.s.si eum oderint, aut si male de me loquatur. Ipse est mibi adeo inuisus .i. in odio habitus,ut nihil putem non acerbum qd' sit cõe cum illo,Aũt.i.sed uã mea & studia mea.i.inclinationes nãles & exercitia mea trahunt me ad cupiditatem pacis & libertatis. Itaq; ego defleui sæpe illud initium belli ciuilis.s.inter Cæs.& Pompeium.Vero.i.sed cũ nõ liceret mihi esse,nullius.i.neutrius pr̃is , quia tales p hostib' Pompeianis iudicabantur, sed hic affert aliam occasionẽ dicens quia habebam utrobiq;.i.ab utraq; parte magnos inimicos,ego fugi in ea castra.s.Cæs. in qbus sciebam me nõ futuꝝ tutum planè.i.omnino , ab insidijs inimici.s.à Pompeio stantis cõpulsus eò quò uolebã minime.i. ad bella ciuilia gerenda,ne essem plane.i.oĩno in extremis.i. deputarer cũ abiectissimis,& pessimis militib.adij non dubitanter picula. Vero pro sed,ego dilexi cũ summa pietate & fide Cæsarẽ.s. Iuliũ q.i.quia,ipse habuit me cognitum.Modo.i.paulo añ, In tota fortuna,loco.i.æstimatione familiarium.s. suoꝝ uetustissimoꝝ . Ego feci ea q̃ licuit mihi gerere s̃nia mea .i. ex arbitrio & iudicio pprio,ita ut optimus quisq; probarit .i. laudarit , maxime ego feci id qd' iussus sum sup.facere eo tpe,ita ut apparet imperatũ esse inuito.q.d.siqd hostile gessi id coactus feci,& ita frigide feci ut coactus uiderer.Cuius facti inuidia iustissima,quia qd' potuit fecerat,potuit erudire.i.docere me,q̃.i.quantum iucunda sup.esset libertas,& q̃.i.quantum misera uita esset sub dñatione.i.tyrannide.Ita pro itaq;.i.& sic,id agitur.i.p̃tenditur,ut oĩa sint rursus.i.iteꝝ in ptãte uni', ego pfiteor me inimicum ei quicunq; is est . Sciebat aũt Antoniũ esse . Veruntñ postea sub Augusto reꝝ dño suauissime uixit . Nec ullum est piculum qd' aut fugiam aut deprecer .i. p̃cer ne sit mihi obeundum, p libertate .s.publica.Sed ꝯsules.s.Pãsa & Hirtius,neq; p̃ceperant mihi quid facerẽ per senatusconsultũ.i.mittendo ad me senatusconsultum.i.decretũ senatus , neq; lr̃is suis.Ego.n.accepi demũ post id.Martias unas lras à Pansa .s. ꝯsule, in quibus hortatur me ut scribam senatui me & exercitũ.s.meum,futuꝝ in ptãte eius.s.senatus,qd'.s.significasse me futuꝝ in ptãte senatus fuit maxime ꝯtrarium.i.nociuum,cum Lepidus ꝯcionaretur.i.uerba ad milites suos faceret atq; scriberet oibus se ꝯsentire cum Ant. Nam quibus commeatibus.i.ut dñt uictualibus pro itinere necessarijs ego ducerẽ.i.ducere possem legiones per prouinciam illius.s. Lep.illo inuito.q.d.nullius aut si sup. Lep.uitans transissem cetera .s.loca, unde.i.nunqd poteram transuolare ẽt alpeis q̃ tenentur prę̃sidio illius.s.Lep:q.d.minime.Adde huc.i.ad hanc rationem,aut excusationem , q lrę nulla ꝯdõne potuerũt perferri.literæ.n.excutiuntur.i. inuestigantur & leguntur sexcẽtis.i.plurimis locis,deinde .i. insuper tabellarij retinentur ẽt à Lepido.Nemo uocabit illud in dubium.nemo poterit asserere illud dubium me dixisse Cordubæ q̃ ciuitas est Hispaniæ Bæticæ pro ꝯcione.i.ante oẽs ad ꝯcionem ꝯcitatos me traditurum nulli prouinciam nisi qui uenisset missus a senatu .s. Romano.Nam qd.i.ad quid scribam quantas ꝯciones habuerim de legione trigesima tradenda.i.qd' nolim cuiq̃ tradere: Qua.s.legione tradita.i.si fuisset alteri ut Lepido, aut Antonio tradita quis ignorat quanto infirmior pro rep.fuissem futurus?q.d.nemo. Enim.i.quia ò Cicero noli putare quidq̃ esse acrius,aut pugnacius.i.efficacius ad pugnam,hac.s.legione trigesima.Quare existima.i.iudica me esse eum primum q sim cupidissimus pacis. Ego.n.studio.i.studiose cupio oẽs ciues esse saluos.Deinde sup.eũ,qui sim paratus uindicare.i.asserere,& me & rẽp.in libertatem,qd' hẽs familiarem meũ opinor de Appio loq,in numero tuoꝝ est mihi gratius opinione tua.i. quã opiuaris . Inuideo tñ illi q ambulat & iocatur tecum,hoc est uelim id mihi ꝯtingere.Quod.s.tecum ambulare & iocari quanti æstimẽ.i.appreciandum iudicẽ,tu experieris si licuerit sup.nobis uiuere unq̃ in ocio.Ego.n.nullum uestigium discessurus sum à te.Ego admiror uehementer illud te non scripsisse mihi utrum sup.ego possum magis satisfacere reip.manendo in puincia,hoc est in Hispania, an ducendo exercitum in Italiam.Ego quidẽ,etsi.i.q̃q̃ tutius ac minus laboriosum est mihi manere.s.in puincia, tñ quia uideo multo magis opus esse.s.reip.tali tpe.s.quo disceptatur p libertate legionibus.s.quibus defendatur resp.q̃ prouincijs qbus augeatur,presertim sup.illis prouincijs,quæ pñt recuperari nullo negocio,constitui ut nunc est.i. ut res se nunc habent,proficisci.i.discedere hinc in Italiam cum exercitu . Deinde.i.insuper,tu cognosces ea.s. quæ decreuerim facere ex literis quas misi Pansæ.s.consuli,à quo literas acceperat . Sunt qui legant quas Pansa mibi,sed non procedit : nouit.n.quæ Pansa scripserat etiam prius Cicero. Nam misi tibi exemplar, id est diploma,aut duplum earũ. Datum suppie aut scriptum Cordubæ . XVII. calendas Aprilis .

Quantas habuerim contentiones) Antea , conciones . nos , contentiones , emendauimus ex uetusto libro Pauli Boti , & ex epistola sequenti , in qua idem Pollio ita scribit : Nec uero minus Lepidus ursit me & suis , & Antonij literis , ut legionem trigesimam mitterem sibi. PAVL. MANVT.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Conqueritur de Balbo flagitia eius recensens , & quo animo erga Senatum Rempublicamq; sit : postremo quid apud exercitum agat exponit .

C. ASINIVS POLLIO M. CICERONI S. 32

BALBVS *quæstor , magna numerata pecunia , magnó pondere auri , maiore argenti coacto de publicis exactionibus , ne stipendio quidem militibus reddito , duxit se à Gadibus ; & triduum tempestate retentus ad Calpen , cal. Iunij traiecit sese in regnum Bogudis , plane bene peculiatus . his rumoribus utrum Gades referatur , an. Romam , (ad singulos enim nuncios turpissime consilia mutat) nondum scio . sed , præter furta , & rapinas , & uirgis cæsos socios , hæc quoque fecit , ut ipse gloriari solet , eadem , quæ C . Cæsar : ludis , quos Gadibus fecit , Herennium Gallum , histrionem , summo ludorum die , annulo aureo donatum , in quatuordecim sessum deduxit : tot enim fecerat ordines equestris loci : quatuoruiratum sibi prorogauit : comitia biennij biduo habuit , hoc est renunciauit quos ei uisum est : exules reduxit , non horum temporum , sed illorum , quibus à sediciosis senatus trucidatus , aut expulsus est Sex. Varo pro consule . Illa uero iam ne Cæsaris quidem exemplo , quòd ludis prætextam de suo itinere ad * L . Lentulum pro consule solicitandum posuit : & quidem , cum ageretur , fleuit , memoria rerum gestarum commotus . gladiatoribus autem Fadium quendam , militem Pompeianum , quia , cum , depressus in ludum , bis gratis depugnasset , auctore sese nolebat , & ad populum confugerat ; primum Gallos equites immisit in populum , (coniecti enim sunt lapides in eum , cum arriperetur Fadius) deinde abstractum defodit in ludo , & uiuum combussit ; cum quidem pransus , nudis pedibus , tunica soluta , manibus ad tergum reiectis , inambularet , & illi misero quiritanti , Ciuis Romanus sum , responderet , Abi nunc , populi fidẽ implora . bestijs uero ciues Romanos , etiam in his circulatorẽ*

* alias Lẽtulũ Cos.

quendam

*quendam auctionum, notissimum hominem Hispali, quia deformis erat, obiecit. Cum huiusmodi portēto res mihi fuit. sed de illo plura coram. Nunc, quod præstat, quid me velitis facere, constituite. tres legiones firmas habeo. quarum vnam vigesimam octauam cum ad se initio belli arcessisset Antonius hac pollicitatione, quo die in castra venisset, denarios quingenos singulis militibus daturum, in victoria vero eadem præmia, quæ suis legionibus: (quorū quis * vllū finē, aut modum futurum putauit?) incitatissimā retinui, ægre mehercule; nec retinuissem, si vno loco habuissem; vtpote cū singulæ q̄dam cohortes seditionem fecerint. reliquas quoque legiones non destitit literis, atque infinitis pollicitationibus incitare. nec vero minus Lepidus vrsit me & suis, & Antonij literis, vt legionē trigesimam mitterē sibi. itaque quem exercitum neque vendere ullis præmijs volui, nec eorum periculorum metu, quæ victoribus illis portēdebantur, diminuere, debetis existimare retentum, & conseruatum reip. esse; atque ita credere, quodcūque imperassetis, factū fuisse, si, quod iussistis, feci. nam & prouinciam in ocio, & exercitū in mea potestate tenui: finibus meæ prouinciæ nusquā excessi: militem non modo legionarium, sed ne auxiliarium quidem vllū quoquā misi; &, si quos equites decedentes nactus sum, supplicio affeci. quarum rerum fructum satis magnum rep. salua tulisse me putabo. sed resp. si me satis nouisset, & maior pars senatus; maiores ex me fructus tulisset. Epistolam, quā Balbo, cum etiamnum in prouincia esset, scripsi, legendā tibi misi. etiam prætextam, si voles legere, Gallum Cornelium, familiarem meum poscito. VI. id. Iun. Corduba. Vale.*

* alias vllā finem. *

HVBER. BALBVS) Cōmemorat Pollio Balbi q̄storis sui fugam ex Hispania, & rapinas, & quasdam crudelitates quas exercuit in quosdā. deinde et ineptias in ludis, quas iactabat se fecisse exemplo Cæs. Postea uero Pollio exponit se totū arbitrio senatus & P.R. dicitq; se facturū quidq̄d ab his ꝯstitutū fuerit: ostenditq; quem exercitum hēbat & quemadmodum eū uix retinuerit aduersus pollicitationes q̄s ei faciebat M. Ant. Postremo declarat qua moderatione usus sit, & in retinendo exercitu, & in ꝯseruanda ꝓuincia. {Quæstor meus) in hanc prouinciam. {Numerata) sibi. {Coacto) ꝯgregato. ut, Tityre coge pecus. {De exact.) publicis. s. de uectigalibus q̄ fuerant exigenda noīe P.R. exigere. n. est ex debito petere, licet & alia ꝓ loco significet. {Ne stip. q̄dem militib. redd.) i. defraudatis etiam militib. suo stipendio, quia eis non dedit, q̄d debuerat. {Duxit) mouit. {A Gadib.) Gados ut scribit Str. li. 3. angusto discreta freto insula distans à Tuedetania Calpe stadia circiter sexaginta & q̄nquaginta, seu, ut alij ꝓhibent, octingenta, est aūt eadē Turdetania Hispaniæ regio q̄ & Bætica: ꝓpē hāc mons est circuitu q̄dem non admodum magnus, altitudine uero ingens & arrectus, in cuius radicib. sita est urbs Calpe uetustum & haud abiectum oppidum. {Bene pecul.) bñ nūmatus: pecunia bene munitus. {His rumorib.) q̄ ex Italia referuntur de M. Ant. superato. {Referatur) euertatur. {Ad sing.) parēthesis est. {Præter fue.) exceptis furtis, q̄ fecit in ꝓuincia. Furta dñr, quæ occulte fiunt, rapinæ, quæ ꝑ uim. {Socio) amicos P.R. fœdere nobis ꝯiunctos. {Cæsos uirgis) acriter diuerberatos uirgis publice, ꝙ solet fieri ijs, qui aliq̄d sceleris admiserunt. {Gloriari) cum sua gł'ia iactare. quasi potuerit æquari factis suis uirꝰ maximum C. Cæs. {Fecit Gad.) in Hispania: cū in ea fuisset quæstor. {Herēnium Gal.) i. quod iactabat Balbꝰ se fecisse exemplo Cæs. nam ultimo die, quo ludi finiti sunt, donauit Herenniū Histrionem aureo, & deduxit eum ad sedēdū in quartodecimo gradu: quo solebant tantūmodo sedere equites Romani q̄ quadraginta millia sestertium possiderēt: Cæs. aūt ut scribit Trāquillus, edidit spectacula uarij gñis, munus gladiatorꝰ. ludos etiam regionatim urbe tota & quidem per oium linguarꝰ histriones: q̄bus ludis Laberius eques Rom. mimum suum egit: donatusq; est quingentis sestertijs, annulo aureo sessum in 14. scena ꝑ orchestrā transit, i quo dicebat Balbus se imitatum Cæs. qui idem fecisset Herēnio Gallo histrioni. {Quatuoruiratum) magistratus erat ita dictus, quia quatuor uiri ad eum gerendū eligerentur. {Prorogauit) ꝓlōgauit ita longius t̄ps produxit. {Comitia biennij bid. hab.) i. duobus dieb. fecit comitia q̄ in duobus annis solebant fieri. {Renunciauit) pro denunciauit se facere comitia. {Quos est ui. ei) . s. reducere. i. quos ipse suo iudicio putauit reducēdos: reduxit. {Non h. tem.) s. exules reduxit. {Sed il.) q. d. non reduxit exules horum t̄pum, qui paruin sontes sunt, sed eos, q̄ per seditionem olim aut trucidauerunt senatum aut expulerunt. {Illa) dicit quædam à Balbo facta, q̄ non pōt iactare se fecisse ad exemplū Cæs. qm̄ tentauit solicitare. L. Lentulū proficiscētem ꝓconsulem in Hispaniam quominus iret. {Illa v̄o ne exemplo quidem Cæs.) subaudi, fecit. {Posuit) exposuit. {Prætextam) uestem. {Solicitandum de suo itin.) ut de suo itinere reuocaretur. Hanc aūt prætextam posuerat in ludis, quia posset solicitare ipsum Lentulum ab itinere. {Ageretur) . i. cū ludi agerētur. {Depressus) compulsus. {Gratis) sine mercede, & aliquo munere. {Sese adc.) sese impulsore. {Nolebat). s. amplius pugnare. {Immisit) . s. Balbus. {Gallos eq.) quos secum habebat. {In ppl'm) ut ei eriperent Fadiū. {Coniecti) . s. à populo. {In eum) in Balbū. {Defodit) demisit in fouea. {Viuū) adhuc uiuentem, ut maiorem sentiret pœnam. {Cū quidem) . i. cum interea dum combureretur Fadius ipse ambularet circa pyram bene potus & pransus. {Nudis pedib.) sine calceis. {Tunica sol.) ueste recisa: aut more furiosi: aut more sacrificātis: quasi illum immolaret: ut Virg. de Didone. Ipsa mola manibusq; pijs altaria iuxta. Vnum exuta pedem uinclis in ueste recincta. Testatur moritura deos. & alibi. Aut añ ora deū pinguis spatiatur ad aras. {Manibus re. ad ter.) quod apud quosdam hr̄ inurbanum. licet is mos sit satis familiaris Genuensib. {Queritanti) ꝯquerenti, lamentanti, uel certe melius legatur quiritanti: nam ut scribit Varro: quiritare dr̄ is: qui quiritum fidem clamans implorat: ergo quiritanti fidem populi inuocanti. {Ciuis R.) quem non licet tali suspicione afficere. {Rñderet) Balbus. {Abi nunc) uade nunc & inuoca ppl'i fidem, ut te defendat. {Implora) implorare est cū miseratione auxilium petere in rebus malis & aduersis: neq̄. n. recte diceretur: implora te ad nuptias. {Vero) indignationem quandā indicat. {Bestijs) obiecit & non est legendum bestias, sicut à quibusdam deprauatur textus. {Circulatorem) circūforaneū hi. n. circulatores dñr: qui circa fora concionari solēt, & multis fabellis & adulationibus uictū mendicare. {Hispali) quæ urbs est, ut scribit Pomp. in Bætica Hispania. fuit aūt auctore Str. olim insignis: & Romana colonia. {Quia def. erat) q̄a aliquantulum monstruoso corpore quasi ideo non esset hō. {Hmōi) talia, quo homines tam crudelr̄ necarentur. {Res mihi f. cum hmōi port.) i. monstro. i. fuit mihi tolerandum tale mōstrum potius q̄ homo. monstrum aūt appellat ꝑp feritatem. {Plura) s. dicam. {Arcessisset) aduocasset, inuitasset. {Singulis mil.) unicuique militi. {Denarios) denarius genus monetæ, inde dictus, ut uoluit Var. quod denos æris ualebat. {Quingentos) quinq̄ centum, nam quinquaginta dicimus de quinquies decem. {Quorum quis ul. f.) quarum rerum ab eo Ant. promissarꝰ. {Modum) mensuram. {Incitatissimam) inclinatissimam, ualde motam & stimulatam erga Ant. {Ægre) difficile. {Vtpote) declarantis est uerbū. {Seditionem) tumultū, q̄d fuisset periculosius, si fuissent oēs uno in loco. {Reliquas) p̄ter uigesimam octauam, de qua dixi. {Destitit) cessauit. s. Anton. {Vrsit) stimulauit. {Portēdebantur) denunciabantur, intelligebantur futura. {Illis uict.) si illi habuissent uictoriam. est . n. ablt'ūs casus. {Reip.) i. ꝓ rep. {Credere) . s. debetis. {Si f.) q̄a iam feci. {In oc.) i. pace. {Nusq̄) in nullū locū: signāt. n. in loco & ad locum, ut alio loco ꝓbauimus alijs exēplis. {Legionariū) q̄ esset adscriptus alicui legioni, q̄ esset de legione. {Auxiliariū) ex ijs q̄ in auxiliū uenerat, dñr aūt & auxiliarij & auxiliares. {Quoq̄) in aliquē locū. {Nactus) inueni, dep̄hendi. {Fructū) utilitatem, remunerationē. {Tulisse) percepisset. {Prætextā) comœdiam aliq̄ dicit. nam erant comœdiæ q̄ p̄textatę siue prætextę dicebātur à prætexta ornamēto nobiliū Romanorꝰ. Horat. Et q̄ prætextas, & q̄ docuere togatas. Sūt & alia gñia comœdiarum, de quibus non est nunc dicendi locus.

Coactus. Exigere. Gades. Furta. Rapina. Quatuoruiratum. Gratis. Implorare. Circulator. Hispalis. Denarios. Nusquā. Auxiliarij. Auxiliare. Prætextā.

ASCEN. Balbus &c. Cōmemorat Pollio Balbi quæstoris sui fugam ex Hispania, & quasdam crudelitates, quas exercuit in quidam.

q̃dã. Deinde ẽt ineptias eius in ludis quos iactabat se fecisse exẽplo Cæsaris. postea uero exponit se totũ arbitrio senatus populiq; R. dicitq; se factuꝝ, quidquid ab his ꝯstitutum fuerit, oñdıtq; quem exercitũ hẽat, & quẽadmodũ eũ uix retinuerit pp̄ pollicitationes quas ei M. Antonius fecerat. Et postremo declarat qua moderatione usus sit, & in retinendo exercitu, & in ꝯseruanda prouincia, q̃ oĩa ad sui cõmendationes & studij sui in remp. oñtationem facit. Ordo aũt est. Balbus q̃stor. i. receptor, accumulator pecuniæ publicæ in Hispania, duxit. i. proripuit se à Gadibus. i. ultima parte Hispaniaꝝ, magna pecunia numerata. i. ut dñt moneta sup. coacta. i. coaceruata, & magno pondere auri, & maiore pondere argenti coacto de exactionibus publicis. i. quas publico noie fecerat, ne quidem. i. non saltẽ stipendio. i. mercede militari reddito militibus, & ipse retentus tempestate. s. aduersa triduum. i. per tres dies. ad Calpen. i. montẽ illum in finibus Hispaniæ, traiecit se cal. Iun. in regnũ Bogudis. i. in Mauritania, peculiat⁹. i. numatus, aut peculatus. i. dep̃datus ꝓuinciam plane. i. oino, bñ. i. multũ. Ego nondum scio his rumoribus sup. diuulgatis utrũ referatur Gadeis an Romam: mutat. n. turpissime, ut uir nullius fidei & ꝯstantiæ, ꝯsilia ad singulos nuncios. s. quos mittit diuersa nunciantes. Sed sup. Balbus fecit p̃ter furta & rapinas, & socios cæsos uirgis quoq;. i. ẽt, hæc eadẽ q̃ C. Cæsar sup. factitauit, ut ipse solet gloriari. i. iactanter dicere. fecit disco ludos quos fecit Gadib. Ipse deduxit Herẽnium Gallũ Histrionem, donatũ. i. ꝓ dono auctũ & decoratũ annulo aureo summo. i. ultimo die, ludoꝝ in decimũ quartũ sessum. i. sedile, aut deduxit sessum ut sederet in quatuordecim. s. gradib. theatri. Eñ. i. q̃a tot. i. 14. erant ordines. i. gradus loci equestris. i. in q̃bus hñtes censum equestrẽ. i. quadragies mille sestertiũ, solũmodo sedebant lege lata ab Othone. unde Iuuen. Sic libitum uano, q̃ nos distinxit Othoni. Reliq̃ aũt in ea cauea sedebant. Ipse ꝓrogauit sibi. q. d. ꝓpria auctoritate, quatuoruiratũ. i. magistratũ quẽ quatuor uiri sil' gerũt. Ipse habuit biduo. i. spatio duoꝝ dieꝝ comitia biẽnij. i. duoꝝ annoꝝ. hoc est renũciauit. i. sig̃nauit saltẽ se habuisse comitia. ipse reduxit exules quos uisum est. i. placitũ est ei reducere, non hoꝝ tp̄um. s. in q̃bus ẽt boni uiri exulant, sed illoꝝ. s. tp̄um, q̃bus senatus. s. ꝓuincialis est trucidatus aut expulsus à seditiosis Sexto Varo ꝓconsule. i. ꝯsulari ptãte i Hispania fungente. Vero ꝓ sed, ipse fecit illa. s. q̃ sequuntur ne q̃dem. i. non ẽt exemplo. i. ad exemplũ Cæsaris qđ posuit, aut ꝓposuit, ludis. s. factis p̃textã. i. uestẽ illã nobilẽ, ad solicitandum Luc. Lentulum ꝓconsulem de itinere suo. i. ꝓferret iter suum donec ludi essent pacti, aut posuit de itinere suo. i. qua iter esset facturus ad solicitandum. i. afficiendũ forte inuidia Luciũ. Et q̃dẽ. i. certe, ipse cõmotus memoria reꝝ gestaꝝ. s. ab ipso Cæsare fleuit cũ ageretur. i. inter agendũ. Aũt. i. sed, posuit gladiatorib. i. inter gladiatores quendã militem Pompeianũ Fadiũ. s. noie, q̃a cũ ipse Fadius dep̃ssus. i. ui intrusus in ludũ. i. in arenã depugnasset. i. ad finẽ usq;, hoc est ad uictoriã pugnasset, bis gratis. i. sine mercede, nolebat. i. amplius pugnare, auctore sese. s. Balbo, & s. Fadius ꝯfugerat ad pp̄lm, ut ab eo defenderetur. ipse Balb⁹ immisit primum in pp̄lm Gallos eq̃tes. s. ad recipiendum Fadium, ideo aũt immisit Gallos. n. i. q̃a, lapides sunt ꝯiecti. s. à pp̄lo in eum. s. Balbum, cum. i. qñ, Fadius accipetur. s. ab eo. Deinde ipse Balbus defodit. i. in terra fodit. s. Fadiũ abstractũ. s. per Gallos è pp̄lo, & cõbussit uiuũ, in ludo. i. in publico spectaculo, quidẽ. i. certe, cũ pransus, & ita potus ac ebrius inambularet. s. circa rogum, p̃inde ac sacrificiũ facturus nudis pedibus, q̃a saltem alteꝝ nudum habebant sacrificantes, ut Æn. 4. de Elissa dr. Vnũ exuta pedem uinclis in ueste recincta. i. soluta, nequid non solutũ. i. non liberꝝ uideretur in sacrificio uñ addit. Tunica sol. i. hñs tunicã solutam, & manibus reiectis ad tergũ, ut. s. nullam hostiæ uim inferre putaretur rñderet illi misero. s. Fadio q̃ritanti. i. inuocando quiritiũ nomen et opẽ clamanti ac dicenti, natus sum ciuis Rom. rñderit inq̃, abi nunc, implora fidẽ pp̄li. s. ut te à dimicãdo defendant, qui non pñt ab igne defendere. Bestijs uero sup. obiecit ciues Ro. & obiecit his. i. inter hos ciues Rom. Hispali. i. in eo oppido Hispaniæ Bæticæ quendam circulatorẽ. i. circũ foraneũ exercitatorem auctionum. i. uenditionũ sub auctione hoc est sectorẽ, aut auctionum. i. fabulaꝝ ridiculaꝝ, hoiem notissimũ, quia erat deformis, quæ causa erat quod notissimus esset, aut qđ obiectus bestijs deuorandus ab eis. Cum &c. Ordo est: Res. i. cõmercium, fuit mihi, quia q̃storem eum sortitus erat, cum hmõi portento. i. monstro hois. Sed sup. dicam plura de illo coràm. i. cũ adero. Nunc qđ præstat. i. de quo utilius est loq̃, ꝯstituite quid uelitis me facere. Ego hẽo tres legiones firmas. quaꝝ unam, uidelicet uigesimam octauã cũ Ant. accersisset. i. allexisset & uocasset ad se initio belli ac pollicitatione. s. se datuꝝ singulis militibus q̃ngentos denarios, sup. eo die quo. s. legio illa uenisset in castra. Vero ꝓ sed, pollicitus est se datuꝝ in uictoria eadẽ p̃mia qua legionibus suis. Quoꝝ. s. militũ sic solicitatoꝝ q̃s putauit, ullam fidem aut modum. i. moderamen futuꝝ, q. d. nemo & tñ retinui, inq̃t, citatissimã. s. legionẽ. i. maxime inclinatã ad p̃mia illa, hercule. i. p Herculẽ, ægre. i. cũ difficultate, nec retinuissem si habuissem. s. oẽs legiones uno in loco, utputa cũ singulæ cohortes seiunctæ. s. ad cautelã ab alijs fecerunt quandã seditionẽ, sed non perfecerunt timentes als in fide mansisse & in se immittendas, sed si sil' fuissent, ꝯspirare impune potuissent, q̃a Antonius nõ destitit icitare quoq;. i. ẽt reliquas legiones lr̃is atque infinitis pollicitationib. Nec uero minus. i. & æque Lepidus ursit. i. urgẽter solicitauit me lr̃is & suis & Antonij, ut mitterẽ sibi legionem trigesimã, q̃ firmissima erat. Itaq; uos debetis existimare exercitũ, quẽ neq; uolui uendere ullis p̃mijs, nec diminuere metu eoꝝ periculoꝝ, q̃ portendebantur illis uictorib. i. si forte fuerint uictores, esse retentũ. i. à me & ꝯseruatum reip. atq; ita sup. debetis credere sup. me fuisse facturũ, quodcunq; imperassetis, si feci qđ iussistis. Nam ego tenui & . i. sil' ꝓuinciã in ocio. s. pacis, & exercitum in ptãte mea, nusq̃ excessi finib⁹ prouinciæ meæ. Non modo. i. non solum sup. non nisi quoq̃. i. ad quemuis locum militem legionarium. i. ad legionẽ ptinentem qui sub sacro legitime militabant, sed ne quidem. i. non saltem misi quoq̃ ullum auxiliarum. i. missum auxilio et q̃, cum eius auxilio opus nõ esset, aliò mitti posse uidebatur. Sanè negatio q̃ est in particula ne, debet utriq; particulæ seruire. etsi nactus sum. i. deprehendi quos. i. aliquos milites, decedentes. i. de ꝓuincia ego affeci sup. eos supplicio. Quarum reꝝ. i. quoꝝ studioꝝ in rẽp. Ego putabo me tulisse. i. reportasse aut accepisse satis magnũ fructũ. i. utilitatẽ rep. salua. i. resp. fuerit salua. Sed resp. si nouisset me, & maior ps senatus nouisset sup. me. i. aĩum meũ, tulisset ex me maiores fruct⁹. Ego misi tibi legẽdã ep̃lam quã scripsi Balbo, cũ eẽt ẽt nũc. i. adhuc in ꝓuincia. Si ẽt uoles legere p̃textã. i. comœdiã & fabulã agẽdã i p̃texta, q̃a est de argũ Romano, p̃sertim hois nobilis, utpote Balbi, hoc est de Balbi insolẽtia in q̃stura, poscito sup. eã Cornelium Gallũ, familiarem meum, qui Virgilio summe dilectus erat poeta insignis. Scriptũ sup. Cordubæ. V. I. id. Iun.

DVxit se à Gadibus) Locutio quibusdam uidetur durior: qua tamen & Terentius in Hecyra usus est, Vxor, inquit, ubi me ad filiam ire sensit, se duxit foras: & Plautus in Aulularia cum dixit, Ego me deorsum duco de arbore. & in Bacch. Duc te ab ædibus. {Sex. Varro proconsule) Historia mihi quidem ignota. &, ut dicam, quod sentio, mendum subesse crediderim. nam etiam librum habeo uetustissimum, in quo hæc uerba non leguntur. {Ciuis Romanus natus sum) Cum mihi Hieronymus Ferrarius Corrigiensis hunc locum se habere suspectum dixisset; &, ut ueteres libros inspiceremus, rogasset; collatis cum impressa lectione manuscriptis libris, dictionem, natus, ita ut ipse existimauerat, abundare comperimus. quo factum est, ut eam de nostro expungere ne dubitarem. hanc autem coniecturam ea ratione Ferrarius faciebat, quòd Ciceronem V. in Verrem libro ita locutum esse meminisset. Ceruices, inquit, in carcere frangebantur indignissime ciuium Romanorum: ut etiam illa uox, & illa imploratio, Ciuis Romanus sum, quæ sæpe multis in ultimis terris opem inter barbaros, & salutem tulit, ea mortem illis acerbiorem, & supplicium maturius ferret. & infra eodem libro: Nulla uox audiebatur, nisi hæc, Ciuis Romanus sum. & item paulo post sæpissime: ut sibi quisque legendo facile reperiet.

PAVLVS MANVT.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

SCribit Ciceroni Pollio, se tardius accepisse nuncios de conflictu Mutinensi, grauiterq; conquerітur de clade illata Reip. per Coss. mortem, cui quam primum succurrendum consulit.

C. AST

C. ASINIVS POLLIO M. CICERONI S. P. D. 33

*QVO tardius certior fierem de prœlijs apud Mutinam factis, Lepidus effecit, qui meos tabellarios nouem dies retinuit. tāetsi, tantam calamitatem reip. quā tardissime audire, optandum est, sed illis, qui prodesse nihil possunt, neque mederi. atque vtinam eodem s. c. quo Plancum, & Lepidum in Italiam accersistis, me quoque iussissetis venire. profecto non accepisset resp. hoc vulnus. quo si qui lætantur in præsentia, quia videntur & duces, & veterani Cæsaris partium interijsse; tamen postmodum necesse est doleant, cum vastitatem Italiæ respexerint. nam & robur, & soboles militum interijt: siquidem, quæ nunciantur, vlla ex parte vera sunt. Neque ego non videbā, quanto vsui reip. essem futurus, si ad Lepidū venissem: oēm .n. cunctationem eius discussissem, presertim adiutore Planco. sed scribenti ad me eiusmodi literas, quas leges, & contionibus videlicet, quas Narbone habuisse dicitur, similes, palparer, necesse erat, si vellē cōmeatum, per prouinciam eius iter faciens, habere. Præterea verebar, ne, si ante, quàm ego incepta perficerem, prœliū confectum esset, pium meū consilium raperent in contrariam partē obtrectatores mei, propter amicitiam, q̄ mihi cum Antonio, non maior tamen, * quàm Plāco, fuit. itaque à Gadibus mense Aprili binos tabellarios in duas naues imposui, & tibi, & consulibus, & Octauiano scripsi, vt me faceretis certiorem, quonā modo * plurimum possem prodesse reip. sed, vt rōnem in eo, quo die prœliū Pansa cōmisit, eodē à Gadibus naues profectæ sunt. nulla .n. post hiemē fuit ante eā diem nauigatio. & hercule longe remotus ab oī suspicione futuri ciuilis tumultus, penitus in Lusitania legiones in hibernis collocarā. ita porro festinauit vterque confligere, tāquam nihil peius timerent, quàm ne sine maximo reip. detrimento bellum componeremur. sed, si properandū fuit, nihil nō summi ducis consilio gessisse Hirtiū video. nā hæc mihi scribuntur ex Gallia Lepidi, & nunciantur. Pansæ exercitū cōcisum esse: Pansam ex vulneribus mortuū: eodē prœlio Martiam legionē interijsse, & L. Fabatū, & C. Peduceū, & D. Carsulenum: Hirtiano aūt prœlio & quartā legionē, & oēs * peræque Antonij cæsas: item Hirtij quartam, cum castra quoque Antonij cepisset, à quinta legione concisam esse: ibi Hirtium quoque perijsse, & Pontium Aquilam: dici etiā, Octauianum cecidisse: quæ si, quod dij prohibeāt, vera sunt, non mediocriter doleo: Antonium turpiter Mutinæ obsessionem reliquisse, sed habere equitatum, ac legiones sub signis armatas tres, & P. Vagieni vnam, inermes bene multos: Ventidium quoque se cum legione septima, octaua, nona cōiunxisse: si nihil in Lepido spei sit, descensurum ad extrema, & non modo nationes, sed etiam seruitia concitaturū: Parmam direptam: L. Antonium Alpes occupasse. quæ si vera sunt; nemini nostrum cessandum est; neque expectandū, quid decernat senatus. res enim cogit, huic tanto incendio succurrere omnes, qui aut imperium, aut nomen denique populi R. saluum esse volunt. Brutum enim decem & septem cohortes, & duas non frequentes tironum legiones, quas conscripserat Antonius, habere audio. neque tamen dubito, quin oēs, qui supersint de Hirtij exercitu, confluant ad eum. nā in delectu non multum spei puto esse; presertim cū nihil sit periculosius, quàm spatium confirmandi sese Antonio dari. anni autem tempus libertatem maiorem mihi dat: propterea quia frumēta aut in agris, aut in villis sunt. itaque proximus literis cō filium meum expedietur: nam neque deesse, neque superesse reip. volo. maxime tamen doleo, adeo & longo, & infesto itinere ad me veniri, vt die quadragesimo post, aut vltra etiam, quàm facta sunt, omnia nuncientur. Vale.*

** alias quàm cū Plāco*

** alias primū.*

** alias per equites An.*

QVO tardius) De M. Anton. apud Mutinam ab Octauiano Cæs. & ɔsulibus supato: Interfectus tñ in ꝑlio ipsis ɔsulibus Pollio se tardius intellexisse scribit pp Lep. qui tabellarios ex Italia uenientes nouem dies retinuit. Dicit aūt q̄ audierit de illo ɔflictu. ob q̄ cū decreuisset ad Lepidū uenire: dicit se à proposito reuocatum: ne obtrectatores sui in aliā partē eius ɔsiliū acciperent: ostēdit aūt acerbissima multa de rep. calamitate ad se delata esse, q̄bus dr ab oībus: qui pñt succurrendum esse. {Qui).i. ut. {Meos tabell.) qui ex Italia ueniebant. {Quātard.) quæq̃.n. tardissima semper optare debemus, ut tardissime nūcientur: & qua diutissime pñt, differantur. {Eosdem S.C.) nam p senatusconsultū Lep. & Planc. qui erant in Gallia iussi sunt Italiam uenire, ut succurrerēt Bruto obsesso. {Vulnus).i. cladē, est aūt trāslatio sumpta à corpore. {Quo) uulnere. {In pñtia).i. hoc tpe: & est recte dcm, male.n. quidā dñt in pñtiarum. {Cæsaris part.) i. ex ijs, q fuerant Cæsariani: sigñat aūt quosdam ex ijs: q fuerant Pōpeiani gauisos fuisse clade Romanorū: q pierant apud Mutinam: q̄m fuerant uel duces uel milites Cæsariani. {Vastitatem) destructionē: calamitatē. {Robur).i. militum.i. robustissimi milites. {Soboles) successio, dicta est aūt à subolescendo.i. crescendo. {Siqdē) p si. {Vsui) utilitati. {Cunctationē) dubōnem, tardationē, discussionem. {Discussissem) amouissem. {Scribenti) Lep. {Eiusmodi) tales & sises ɔcionib.i. tales quales fuerunt ɔciones & orōnes, quas dr habuisse. {Narbone) q̄ urbs est Galliæ: q̄ alias qñ Brachata Gallia appellata est, nunc à ciuitate Narbone Narbonensis dr. {Cōmeatū) cibaria uictus. {Per eius ꝓuin.) p Galliā Narbonēsem. {Incepta) ut ad Planc. uenissem. {Prœlium) Mutinense. {Pium) reip. officiosum & ptriæ debitū. {In ɔtrariam p.) l. atq̃ ego fecissem.i. dicerent me fecisse ɔtra rēp. {Binos) duos notandum aūt iunctum cum noīe ēt singulari declinato. {In duas) ut si una capta aut detenta fuisset: saltē altera ad uos ueniret cum tabellario. {Quonāmodo) an manendo in ꝓuincia: an ueniendo in Italiā: an alio modo. {Vt in eo r.) i. sicut cōputo. in eo. aūt uerbum est, legendū est .n. sic. sed ut rōnem in eo, quo die &c. {Profectæ sunt) discesserunt. {Remotus ab oi).i. nihil oīno suspicans de ciuili tumultu futuro in Lusitania, est aūt Lusitania pars Hispaniæ, diuiditur.n. Hispania in Bæticā siue Turdetaniā Terraconensem, & Lusitaniā: auctor Pompon. {In hib.) i. ut hiemarent, sunt .n. hiberna loca, ubi milites tpe hiemis esse solent: dñr tñ etiā abusiue ubicunq̃ solent esse milites ocij & qetis grā. {Vterq̃) .s. ɔsulij.i. Hirtius & Pansa. {Componeretur) finiretur. {Nihil non summi ducis ɔs.) i. oīa prudētissime, & eo ɔsilio quo summus dux gñe debet. {Gallia Lep.) s. Narbonensi. cui ꝑerat Lepid. {Concisum) cōminutū, ex magna parte trucidatū. {Hirtiano ꝑlio).i. prœlio qd̓ Hirtius fecit, erat collega Pansæ. {L. Fabatum, C. Peduceum, &c.) Hæc oīa sunt noīa ductorum, q erant in castris ɔsulum aduersus Antoniū. {Oēs Ant.) s. legiones. {Peræq̃) .i. æqualr, sicut & quartā legionē nrām. {A quinta leg.) Antonij. {Dici) subaudi, nūciantur. {Qd̓ dij ꝓhib.) qd̓ dij auertant, ut ita nō sit. est aūt parēthesis. {Antoniū) .s. nūciabatur. {Turpiter) cū magno dedecore sñ. {Pupilli, Bieni,) nomen ꝓpriū ducis cuiusdā. {Bene) ualde. {Ventidiū) de quo diximus supra, q fuerat añ mulio. {Si nihil spei sit in L.) ut secū coniūgatur. sicut tētauerat, & tandē, ut supra uidim⁹. effectū est. {Descensurū ad extr.) i. expturū oīa picula. {Seruitia).i. seruos. {Parmā) urbē. {Direptā) depopulatā. {Occupasse) inuasisse, & in ptātē suā redegisse. {Cessandū) morandum. {Non fr.) non integras, non plenas. {Qui sup.) post prœliū Mutinēse. {Confluāt) undiq̃ ɔcurrāt. {In del.) quē decreuerāt facere p Italiā, dr aūt delectus militum collectio ex uarijs locis à deligendo, qd̓ ex quolibet oppido aliquot deligātur. {Spatiū) memoriā. {Confirmandi sese) colligendi uires suas. qd̓ fortasse faciet iterea dū fiet delectus. {Tp̄s) opportunitas, erat.n. æstas. {Proximis) quas mox scribā post has deesse ad succurrendū. {Superesse) superstites esse, q̄a si ipsa interierit, & ego

HVBER.

Quo

Soboles,

Cūctatio

Lusitania.

Hyberna

Concisum

Peraque,

Delectus militum

& ego uolo unà interire.{Infesto)difficili,periculoſo pp hoſtes & latrones,qui retinent tabellarios.{Aut ultra etiam).i. etiam poſt quadraginta dies intelligam,quæ iſtic facta ſunt, & quæ multo citius deberem intelligere, ſi iter non eſſet ita longum & infeſtum.

ASCEN. QVO tardius &c. De M. Antonio apud Mutiná ubi Brut. obſeſſum tenuerat, ab Octauio Cæſare & conſulibus ſuperato, interfectis tñ in prœlio ipſis, conſulibus. Pollio ſe tardius intellexiſſe rem omnem dicit, pp Lepidum qui tabellarios ex Italia ueniētes nouem dies retioue rat. Dicit aũt quæ audierit de illo conflictu ob quæ decreuiſſet ad Lepidum uenire, ſed dicit ſe reuocatum à propoſito ne obtrectatores ſui in aliam partem eius conſilium acciperent. Oſtendit aũt acerbiſſima de Reip.calamitate ad ſe delata eſſe, qbus ſentit ſuccurrédum eſſe ab oibus quibus facultas fuerit. Ordo eſt:Lepidus effecit,quod.i.ut fierem certior.i.cognoſcerem tardius de prœlijs factis apud Mutinam, qui.ſ.Lepidus retinuit tabellarios meos.i.à me miſſos, noué dies tametſi.i. q̃q̃ tñ optandum eſt audire tantam calamitatem Reip.quam tardiſſime.Sed nequeo mederi illis aut occiſis,aut pditis hominibus,qui nullo modo pñt prodeſſe.Atque utinam iuſſiſſetis me quoq; uenire in Italiã eodem ſenatuſcõſulto, quo acerſiſtis.i.aduocaſtis Plancũ & Lepidum in Italiam.ſ.ex Gallia. Profecto Reſp.nó accepiſſet hoc uulnus.i.hoc detrimentum, qa innuit ſe Antonium aut abſteruiſſe,aut reconciliaſſe Reip. ſi interfuiſſet,quo.ſ.uulnere.i.ſtrage tot ciuiũ ſi qui lętantur, in pñtia.i.pñti tpe, quia & duces & ueterani milites partium Cæſaris unr interijſſe,tñ neceſſe eſt ſup.ut doleant poſtmodũ cum reſpexerint uaſtitatem.i.deſolationem Italiæ.Nam & robur ſoboles.i.propagatiua uirtus militum interijt,quidem.i. certe,ſi illa quæ núciantur ſunt uera ex ulla parte.Neque ego non uidebam.i.& ego bene cognoſcebam quanto uſui futurus eſſem Reip.ſi ueniſſem ad Lepidum.Enim.i.quia diſcuſſiſſem.i.amouiſſem oẽm cunctationem.i.moram aut dubitationem eius, preſertim Planco adiutore. Sed neceſſe erat ſup. ut ſimularē Planco.ſ.me in illius ſniam conceſſuꝝ,ſcribenti.i.cũ Lepidus ſcriberet ad me eiuſmodi literas quas leges, quia eas ad Ciceronem,aut miſſurus aut allaturus erat. & concionibꝰ .i.pp conciones quas dr̃ habuiſſe Narbone, ſi uellem hr̃e cõmeatum.i.uiaticum cibũ faciens iter per prouinciam eius.Si hæc uera eſt lectio,illud ſcribenti meo iudicio poſitum eſt abſolute ſicut Aen.1.dr̃.Talia iactanti.i.cũ talia iactaret,nam ſi in datiuo cũ uerbo ſimularet poſueris,dure poneretur uox cõcionibus niſi ſunt ꝯcionib.utenti ubi eſt uidelicet. Sunt tñ q legant nó ſimularem,ſed ſilĩs parerem,ut ſit neceſſe eſt parerē ſcribenti eiuſmodi literas,quas leges & ſilẽs cõcionibus uidelicet quas,&c.Pręterea.i.inſuper uerebar,ne ſi prœliũ eſſet cõfectum anteq̃ ego perficerem incepta.i.pertraherem Lepidũ in partes nr̃as, obtrectatores mei caperẽt ꝯſiliũ meum pium .ſ.in patriam in partē contrariam,i.ad impietatē,contra Rēp. pp amicitiam,quæ fuit mihi cũ Antonio,non tñ maior q̃ cũ Planco.Itaq; impoſui mente Aprili binos tabellarios in duas naues.i.in ſingulas duos,àGadibus ultima parte Hiſpaniaꝝ. Scripſi & tibi & cõſulibus et Octauiano.ſ.Cæſari,q raro alibi Octauianus,ſed ferè Octauius dr̃. Vir Luſimus Octaui &c.ut faceretis me certiorē quonam modo poſſem pdeſſe plurimũ Reip.Sed ut in eo rõnem.i.ut cõiectura ꝯſequor, naues profectę ſunt à Gadibus eodē die,quo die Panſa cõmiſit prœlium. Nulla.n.nauigatio.i.facultas nauigandi fuit poſt hiemē ante eã diem.i.id tp̃s.Et hercule, ego remotus lõge ab omni ſuſpicione tumultus ciuilis collocatã legiones in hybernis.i.locis tutis in qbus hieme trãſigerẽt penitus.i.oino intus,in Luſitaoia. Porrò.i.uterq;.ſ.tã Panſa quam Antonius feſtinauit cõfligere.i.pugnare ita,tanq̃ nihil timerẽt peius.i.grauius et tanq̃ magis malum, q̃ ne bellum cõponeretur.i.finiretur ſine maximo detrimẽto Reip. Sed ſi fuit pperandum.i.neceſſe pperare, ego nihil uideo Hirciũ geſſiſſe nõ ꝯſilio.i.quod nõ geſſiſſet ꝯſilio ſummi ducis. Nam hæc ſcribũtur & nunciãtur mihi ex Gallia Lepidi.i.Narbonẽſi,cui Lepidus præeſt.Exercitũ Panſæ eſſe conciſum.i.ſil̃ cæſum, Panſam eſſe mortuũ ex uulneribus,Martiam legioné interijſſe eodem p̃lium,& L.Fabatũ,& C.Peduceũ,& D.Carſulenũ,ſup.interijſſe. Aũt.i.ſed & quartã legionem,& oẽs ſup.legiones Antonij eſſe cæſas,pers æq;.i.ꝯſilr̃ ſup.in p̃lio Hirtiano.i.quod Hirtius cõmiſit. Item quartam ſup.legionem Hirtij,ergo ſuperior Antonio erat cũ cœpiſſet quoq;.i.ẽt caſtra Antonij, eſſe conciſam.i.totã ſimul cæſam à quinta legione.ſ.Antonij.Et ſup.ſcribitur mihi, Hirtiũ quoq; perijſſe ibi.& Pontiũ Aquilam.dici ẽt,quod tñ ueꝝ nõ fuit, Octauianum ẽt cecidiſſe ibi. Quæ ſi uera ſunt, qđ dij prohibeát,doleo oõ mediocriter.Et ſup.ſcribitur Ant.reliqſſe turpiter obſeſſionem Mutinæ,ſed habet equitatũ & tres legiones armatas ſub ſignis,et unã.ſ.legionem P.Vagieni.i.quam ille duxerat,& ſup.milites inermes,bñ.i.ualde multos. Ventidiũ, quoq; ſe coniunxiſſe.ſ.Antonio cũ legione ſeptima octaua,nona. Et ſup. Antoniũ diſcenſuꝝ ad extremam.i.ultimam fortunã tentatuꝝ,ſi nihil ſpei ſit,in Lepido.ſ.attrahẽdo.Parmã ſup.eſſe L.Antoniũ fratrem.ſ.Antonij occupaſſe alpes,Ita ut Antonius p eas libeꝝ habeat tranſitum. Quæ ſi ſunt uera, nemini oĩm.ſ.q Reip.fauemus eſt ceſſandum, nec expectandũ eſt,quid ſenatus decernat. Res.n.cogit oẽs qui nolunt,aut imperiũ,aut deinde nomen pop.R.eſſe ſaluũ, ſuccurrere.ſ.ad extinguendũ,huic tanto incendio.i.tumultui bellico,quo ut ædificia incendio,Reſp.ſit ſubito peritura. Enim.i.qa,ego audio Brutum hr̃e decem & ſeptẽ cohortes, & duas legiones tironũ.i.nouitioꝝ militum,nó frequentes.i.nó plenas, aut militũ non ſemper pñtium,quas Antonius cõſcripſerat.ſ.ſibi nõ Bruto. Neq; tñ dubito quin oẽs qui ſuperſint de exercitu Hirtij,ꝯfluant ad eũ,uidelicet Brutum. Nam nõ modo puto multũ ſpei eſſe in delectu.i.cõſcriptione nouoꝝ militum.p̃ſertim cũ nihil ſit periculoſius q̃ dare Antonio ſpatiũ confirmãdi.i. corroborãdi ſeſe. Aũt.i.ſed tp̃s anni dat mihi maiorem libertatem,ppea,ꝙ.i.quia frumenta,ut triticum,hordeũ,auena,ſiligo,& ſilĩa ſunt,aut in agris.ſ.matura & demeſſa aut in uillis.i.domib. in agro poſitis. Itaq; ꝯſiliũ meum expedietur.i. explicabitur pximis lr̃is. Nã neq; uolo deeſſe.i.quod dñt deficere Reip.neq; ſupereſſe.i.ſupſtes eſſe illa cadente. Signãt ẽt (ut Gellius docet)ſupfluũ eſſe, ſed ſic nõ uidere hic accipiendũ. Doleo tñ maxime,ueniri.i.qđ uenitur ad me itinere adeo & lõgo & infeſto.i.uim inferẽte,qa ab latronibus obſeſſo,ut oia núcientur die quadrageſimo. Scriptũ repi quadrageſima, poſt aut ẽt ultra.i.ſupra quadrageſimum diem, q̃ facta ſunt.

NOn maior tñ,q̃ Planco,fuit) Hoc dicit. ſane mecum iniquiſſime agatur,ſi pp amicitiam, quæ mihi cum Antonio fuit,durius quidquam hoies de me ſuſpicentur; cum eũdem Antonium non minus, q̃ ego,dilexerit Plancus; cui tñ exercitũ credidiſtis,ut cum Antonio,reliqsq; bonoꝝ partium inimicis bellũ gerat. ſcripſit aũt hoc cum indignatione quadam,grauiter ferẽs,inimicum ſuũ melius erga remp. animatũ exiſtimari. inimicitias aũt inter Aſinium,& Plancũ fuiſſe, cũ alij,tum Plinius in p̃fatione libroꝝ ſuoꝝ ad Veſpaſianum oſtendit.{Habere eqtum)Sic oẽs libri manuſcripti.forte legẽdum ſit,hr̃e equitatum.ut ſubaudiatur, quẽ antea habuerat. equitem.n.in pugna nullum amiſerat Antonius.nam ẽt epl̃a huius libri ultima,Equitatũ,ſcribit Lepidus, habet bene magnũ:nam ois ex prœlio integer diſceſſit. ſæpe aũt,à librarijs in ſcribendo ſyllabã fuiſſe omiſſam,animaduertimus.{P.Vagleni)Hanc lectionem in extremo olim adnotauerã,ẽ coniectura tñ, uetuſtis libris nihil adiuuantibus: poſtea in antiquo exemplari,quod Bernardinus Maffeo habet,eam reperi. PAVL. MANVT.

NAm neq; deeſſe Reip.uolo,neq; ſupereſſe)Supereſſe pro ſuperſtitem eſſe dixit. Significat.n.ſi Reſp. emoriatur & pereat,nolle ſe uiuere. Sic Plaut.in Aſin. Sicut tuum uis unicũ gnatum tuæ ſupereſſe uitæ ſoſpitem & ſuperſtitem. AVL. GELL. Lib. I. cap.xxij.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

PVrgatoria eſt epiſtola, ſe peperciſſe Antonio,non illius gratia, ſed ne in ſuos,& ciues Romanos ſæuiret.

M. LEPIDVS, IMP. ITERVM, PONT.
MAX. M. CICERONI S.P.D. 34

SI Vales,bene eſt: ego quoque Valeo. Cum audiſſem, Antonium cũ ſuis copijs, præmiſſo L. Antonio cum parte equitatus,in prouinciam meam Venire; cum exercitu meo à cõfluente Rhodano caſtra moui,ac contra eos uenire inſtitui.itaque continuis itineribus ad Forum Vocontiũ ueni, et Vltra caſtra ad flumen Argenteum

genteum contra Antonios feci. P. Ventidius suas legiones tres coniunxit cum eo, et ultra me castra posuit. habebat antea legionem secundam, & ex reliquis legionibus magnam multitudinem, sed inermium. equitatum habet magnum: nã omnis ex prœlio integer discessit, ita ut sint amplius equitum xxx. itaque ad me complures milites, & equites ab eo transierunt: & in dies singulos eius copia minuuntur. Silanus, & Culeo ab eo discesserunt. nos, etsi grauiter ab his læsi eramus, quòd contra nostram uoluntatem ad Antonium ierant: tamen, nostræ humanitatis, & necessitudinis causa, eorum salutis rationem habuimus. nec tamen eorum opera utimur; neque in castris habemus, neque ulli negocio præfecimus. quod ad bellum hoc attinet, nec senatui, nec reip. deerimus. quæ postea egerimus, faciam te certiorem. Etsi omni tẽpore summa studia, officiaq́ mutuo inter nos certatim constiterunt pro nostra inter nos familiaritate, & proinde diligenter ab utroque conseruata sunt: tamen non dubito, in tanto, & tam repentino motu reip. quin non nulla de me falsis rumoribus à meis obtrectatoribus me indigna ad te delata sint, quæ tuum animum magnopere mouerent pro tuo amore in remp. ea te moderate accepisse, neque temere credendum iudicasse, à meis procuratoribus certior sum factus: quæ mihi, ut debẽt, gratissima sunt. memini autem et illa superiora, quæ abs tua uoluntate profecta sunt ad meam dignitatem augendam, et ornandam: quæ perpetuo animo meo fixa manebunt. abs te mi Cicero magnopere peto, si meam uitam, studium diligentissime superioribus temporibus in rep. administranda, qua Lepido digna sunt, perspecta habes, ut paria, aut eo ampliora reliquo tempore expectes, & proinde tua auctoritate me tuendum existimes, quo tibi plura tuo merito debeo. Vale.

XII. cal. Iun. ex castris, ex Ponte Argenteo.

HVBER. CVM audissem) Quia Ant. apud Mutinã superatus in transalpinam Galliam se conuerterat; spe coniungendi se cũ Lep. hac ep̃la docet Cic. quid egerit in aduẽtu Ant. & ubi aduersus eũ castra fecerit, & quantum & qualem exercitum habeat Ant. a quo dicit ad se fugisse, & multos milites & duos duces Syllanum & Culleonem, quibus tñ dicit se non fidere, licet eos receperit. Pollicetur deinde se non defuturũ reip. Et qm̃ quidam suspicati fuerant, de eius leuitate quod esset coniuncturus secum Ant. idq́; Romæ fuerat diuulgatũ cum Cic. eũ defendisset contra obtrectatores, Lep. admonitus à suis procuratoribus quod à Cic. fuisset defensus, ostendit eius bñficia sibi gratissima fuisse & in se defendendo, & in credendo moderate quæ de eo dicerentur, pollicetur aũt se non minora p̃stiturũ quam adhuc fecerit. Itaq; rogat, ut pergat eum tueri. {L. An.) fratre suo. {Prouinciã meam) Galliam Narbonẽsem. {A con. Rho.) cõfluentes fluuij dr̃ ubi alijs fluminibus admiscentur, uel à cõfluente Rhod. pro à fluuio Rhodani. {Ad flu. Ar.) Argenteus fluuius est nõ longe à foro Vocontio: de quo oppido supradiximus in ep̃lis Plan. figurate aũt dixit Argenteũ flumen: sicut Horat. Aut flumen Rhenum aut pluuius describitur arcus, & idem 4. carminũ. testis Metaurus flumen. {Integer) sine diminutione. {Ab his) Syllano & Cullone. {Læsi.) offensi, iniuria affecti, qa à nobis ad ipsum antea transierã. {Necessitudinis) quæ mihi cũ eis fuerit. {Rationem sa. e. h.) i. uolumus prouidere, ut essent salui recipiendo ipsos. {Neq; h. in ca.) neq; tenemus ipsos in castris: qa non fidimus eis. {Præfecimus) p̃posuimus. {Certatim) studiose. {Falsis ru.) falsa fama, falsis nũcijs. {Mouerent) turbarent. {Moderate) neque cum omni perturbatione, neq; cum oi securitate. {Temere) incõsiderate sine rõne. {Procuratorib. me.) ab ijs, q Romę gerunt negocia mea. {Illa su.) i. superiorũ & p̃teritorũ tpum. {Abs tua) sponte tua, nemine te rogante. {Fixa) immobilia. {Spectata) cognita, probata: notanda est cõstructio uitam et studiũ spectata, quia ut alibi diximus: diuersorũ generũ dictionibus cõgrue neutrum adiectiuum tñ detur. {Paria) æqualia, similia. {Ampliora eo) pro eis. est aũt ornatus dicendi modus sic hẽs xxx. annos: aut eo amplius. {Expectes) speres. {Reliquo) futuro. {Tua auct.) qua plurimũ polles. {Tuo me.) qa in me multa cõtulisti. {Ex pon. ar.) i. ex ponte, qa est super flumen Argenteũ. nam eodem noĩe & pons & flumen uocabantur.

Confluẽs

Argenteus flumen,

ASCEN. SI uales &c. Excusat hac ep̃la q Ant. ut potuisset, non contriuerit in Gallia, ad quam post cladem Mutinẽsem fugerat. adducit aũt pro excusatione se coactum ab exercitu consulere saluti tot bonorũ ciuium, peritq́; ne putetur coniunctus cum Antonianis, aut pacificatum scelere, aut perfidia, cum id misericordia fecerit. Ordo est: Si uales bene est. i. bene se res habet q. d. gaudeo, ego quoq; ualeo, hic est uulgaris modus salutandi, quo utebantur ferè quorũ amicitia suspecta erat. Post salutationem aũt incipit narrare rem quam purgaturus est, dicens. Cũ audissem Antonium. s. Marcum uenire cũ suis copijs. i. exercitu armato, L. Ant. s. fratre eius præmisso cum parte equitatus, ut. s. iter exploraret, quodãmodo uiam muniret, uenire inq̃ in prouinciam meam: hoc est in Galliã, ego moui castra cum exercitu meo à Rhodano confluente. i. simul cũ Arari ad eum locum ubi nunc Lugdunum est confluentem faciente. Confluens. n. est quò duo flumina conueniunt. illis aũt temporibus dr̃ Plan. iecisse fundamenta urbis Lugduni, sed in colle, quæ centũ annis postea (ut auctor est Seneca) penitus incendio perijt, nunc aũt inter flumina duo & in ripis utriusq; instaurata est, ac institui. i. proposui uenire contra eos. s. Antoniũ & Antonianos. Itaq; ueni continuis itineribus ad forũ Vocontiũ quod circa alpes est & feci castra. i. castrametatus sum ultra. i. paulo ulterius ad flumen Argenteum. s. nomine, contra Antonianos. P. Ventidius coniunxit tres legiones suas cũ eo. s. Ant. & posuit castra ultra me. i. adhuc ulterius q̃ ego. Sup. Ant. habebat antea. i. ante aduẽtum Ventidij legionẽ secundam, numero. n. signabãtur legiones, ut iam uidere fuit, nam alia dicebatur prima, alia secũda &c. alia ẽt trigesima, interdum ẽt uirtute ut Martia legio, & nonnullæ dignitate, ut legiones p̃torianæ, quæ ad prætoris, hoc est imperatoris custodiam erant addictę, & sup. Antonius habebat magnam multitudinẽ, ex reliquis legionibus sed sup. habebat multitudinem inermium. i. non armatorũ, & sup. habebat equitatũ magnum, quod tñ Plancus alr̃ scripsit, uerũ Lepidus Antonij uires ostẽtare ur̃, ut uideatur consuluisse saluti suorũ, & ut indicet suos forte terrore ad misericordiã motos. Nam ois. s. equitatus Antonij, discessit ex prœlio. s. ad Mutinã cõmisso, integer. i. nõ diminutus nec mutilatus, ita ut sint amplius sup. q̃ triginta millia. Norit grãmaticus, plus amplius, & siñia aduerbia, nõ semper regere rem excessam in ablatiuo eo q ur̃ subaudiri particula q̃ ut si dicas, plus decẽ millia desiderata sunt. Itaq; cõplures milites. s. pedestres, cum tñ sint q pro decurione aut equite aurato militem dicant. Recte ergo Valla dicit militem potius peditem signãre & equites, transierunt ab eo ad me, & eius copiæ minuuntur in dies singulos, quia Syllanus & Culleo discesserunt ab eo. Nos etsi. i. q̃q̃ eramus læsi. i. offensi, grauiter ab his. s. Syllano & Culleone aut ẽt alijs, q ierant ad Antonium contra nr̃am uoluntatem, tñ habuimus rõnem. i. plum respectũ salutis eorũ, causæ nr̃ę humanitatis & necessitudinis. s. quã habuimus cum eis. Verius tñ ex his quæ secuta sunt dicere potuit, ideo recepisse ut aĩos cęterorũ militum ad Antonij partes allicerent, quod ne quis suspicetur addit. Nec tñ utimur opera eorũ. s. qui transierũt ad nos: neq; habemus sup. eos in castris, neq; p̃fecimus sup. eos ulli negocio. quod attinet ad hoc bellũ, nec dederimus senatui, nec Reip. i. utrique semper. s. auxilio erimus. ego faciã te certiorẽ sup. eorũ quæ egerim⁹ postea. Hactenus narrauit, deinceps, dolose factum suũ purgat, dicens. Et si summa studia, sup. & officia mutua cõstitere. i. apparuerunt inter nos certatim, omni tp̃e pro nr̃a familiaritate inter nos, et p̃inde. i. adeo ut sint sir̃ conseruata, diligenter ab utroque. s. nr̃m⁹ tñ non dubito, quin in tanto. i. tam magno, & tam repentino modo Reip. non nulla de me indigna me. i. fide & integritate mea, sint delata ad te falsis rumoribus ab obtrectatoribus meis q̃ mouerent. i. possent uere perturbare aĩum tuum pro amore tuo. i. pp̃, aut iuxta uehementiã amoris tui in Remp. Ego factus sum certior. i. intellexi, aut accepi à procuratorib⁹ meis te accepisse ea moderate. i. temperate, neq;. i. & non, & indicasse non credendum sup. esse, temere. i. inconsiderate & leuiter,

quæ

quę.s.facta tua sunt mihi gratissima ut debent. Memini enim & illa superiora quæ profecta sunt à uoluntate tua ad augendam & ornandam dignitatem meam quę manebunt fixa perpetuo animo meo. O mi Cic. ego peto magnopere abs te, si habes perfecta.i.cognita diligentissime quæ digna sunt Lepido.s.uitam meam & studium in administranda Rep.temporibus superioribus ut sup.expectes paria ut ampliora, tempore reliquo.i.quod deinceps erit. Et proinde.i. pro tanto existimes me tuendum.i.protegendum auctoritate tua, quò.i. quanto plura debeo merito tuo. Ex ponte Argenteo.i.qui est super Argenteum flu.extructus &c.

PAVL. MANVT. XXX.) Lineam, quam super numerum duximus, olim ab aliquo fuisse omissam credimus, qui, ea quanti esse, ignoraret: nam in libro Vincentij Riccij scriptum est, X X X. quo modo autem nos scripsimus, triginta millia, significatur. {Memini autem) Sic, opinor, melius, quàm, ut antea, memini enim. quò enim spectabat uox illa, enim? mihi certe cum superioribus cohærere posse non uidetur. itaque, ea deleta, reposui autem, motus auctoritate uetustissimi libri, quem habet Vincētius Riccius, in quo, autem, pro enim, scriptum est. quanquam præcedens dictio mendum habet. non enim, memini, sed maxime, in eo libro legitur. sed nullus est tam antiquus liber, qui non multis locis corruptus tamen sit. itaque uno, aut etiam altero manuscripto libro qui se putant ueteres scriptores posse restituere, meo iudicio falluntur. plurimis opus est. qui licet inquinati sint: tamen ex singulis boni aliquid excerpentes, usu sæpe uenire uidimus, ut ex multis libris, qui mali sint, bonus tamen liber efficiatur unus.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

NArrat Ciceroni, quid in aduentu Antonij in prouinciam suam egerit. & gratias illi agit, quod dignitatem illius & famam contra obtrectatores defenderit.

M. LEPIDVS, IMP. ITERVM, PONT.
MAX. S. P. PL. Q. R. 35

SI vos, liberiq́ vestri valetis, bene est: ego quoque valeo. Deos, hominesq́ testor P. C. qua mente, & quo animo semper in remp. fuerim, & quàm nihil antiquius communi salute, ac libertate iudicarim. quod vobis breui probassem, nisi mihi fortuna proprium consilium extorsisset. nam exercitus cunctus consuetudinem suam in ciuibus conseruandis, communiq́ pace, seditione facta, retinuit; meq́ tanta multitudinis ciuium Romanorum salutis, atque incolumitatis causam suscipere, vt vere dicam, coegit. in qua re ego vos P. C. oro, atque obsecro, vt, priuatis offensionibus omissis, summæ reip. consulatis; ne'ue misericordiam nostram, exercitusq́ nostri in ciuili dissensione sceleris loco ponatis. quòd si salutis omnium, ac dignitatis rationem habueritis; melius & vobis, & reip. consuletis. Data IIII. cal. Iun. à Ponte Argenteo. Valete.

HVBER. SI ualetis) Cum M. Ant. post Mutinense prœlium. ut supra diximus, in Galliam fugisset, ut secum iungeret Lep. potuissetq́; Lep. eum omnino conterere hac epistola excusat se, quod non pugnauerit contra M. Ant. quia exercitus suus coegerit eum consulere incolumitati, & saluti tot ciuium Romanorum, & uoluerit potius pacem componi, quam pugnam fieri contra ciues. Ita petit, ut non existimetur se pacificatum cum Antonio & Antonianis magis perfidia & scelere aliquo, quàm misericordia. quod non putarit in suos sæuiendum esse. {Testor) testes adduco, aliàs iuro. {Quò) quali. {Antiquius) charius. {Probassem) ostendissem. {Fortuna) casus quidam potius q̃ uoluntas. {Extorsisset) per uim eripuisset. {Proprium con.) cogitationes meas, & ea quæ decreueram facere. {Nam ex.) dicit quemadmodum exercitus suus dixit se nolle pugnare aduersus ciues suos, sed malle pacem quàm bellum, sic supra dixit accidisse Plan. in epistola, quæ incipit, Puderet: sic enim inquit Accessit eò, ut milites eius cum Lep. concionaretur, improbi per se, corrupti etiam, per eos, qui præsunt Caludios Rufrenosq́; & ceteros, quos cum opus erit, scietis, conclamarint uiri boni pacem se uelle, neque esse cum ullis pugnaturos duobus iam consulibus singularibus occisis, tot ciuibus pro patria amissis &c. confert igitur nunc Lepidus culpam suæ coniunctionis cum Ant. in exercitum suum. {Consuetudinem).s.quia consueuit conseruare ciues non autem perdere. {Seditione fa.) inter nos duces.i.cum nos discerneremus, & ciuilem seditionem fecissemus. {Coegit su. causam).i.coegit me defendere salutem & incolumitatem tot ciuium Rom. {In qua re) orat senatum & ut ipse priuatas offensiones omittat reip. causa, significat autem latenter quosdam esse, qui non propter remp. sed propter odium quorundam gauderent hoc bello. {Misericordiam) elementiam & benignitatem animi nostri, & exercitus mei. {Loco sceleris).i.pro perfidia, id est ne quod misericordia fecimus, appelletis perfidiam proditionem, et scelus.

ASCEN. SI uos &c. Quia Antonius superatus apud Mutinam in transalpinā Galliam se receperat, spe coniungendi secum Lepidum ipse Lep. hac epl'a docet Cicer. quid egerit in aduentu Antonij. & ubi aduersus castra fecerit & qualem quantumq́; exercitū habeat Ant. à quo scribit ad se multos pfugisse. Ordo est: Si uos S.P.Q.R. ualetis & liberi ui, aut per syllepsim uos & liberi ui, ualetis bene est, ego quoq; ualeo. O patres ɔscripti ego testor.i.testes cito deos & hoies, qua mēte, & quo aio fuerim semper in Remp. et q̃.i.quantopere, nihil iudicatim antiquius.i.charius & obseruabilius salute ac libertate cōi, quod probassem.i.effectu demōstrassem uobis, nisi fortuna extorsisset.i.ui eripuisset mihi ɔsilium pprium.i.quod me apte nā & ppria sponte secutus fuissem. Nam exercitus cunctus retinuit suam ɔsuetudinem in ciuib. conseruandis, & cōi pace.s.ɔseruanda, facta seditione.i.licet facta esset seditio inter ciues, tñ milites mei consueti concordiam seruare, saluti ciuiū consulere, nō potuerunt à me induci ut contra ɔciues pugnarēt. Et ut dicam uere.i.fatear quod uez est ingenue, exercitus coegit me suscipere cām salutis atq; incolumitatis tantę multitudinis.i.quæ esset tantę multitudinis ciuiū R. In qua re ò Patres ɔscripti ego oro uos, atq; obsecro.i.obsacra pcor, ut offensionib. priuatis omissis, hoc est quibus aliqui ufm ab Ant. forte offensi sunt, & Antonius ab ipsis, ɔsulatis.i.pspiciatis & opē feratis summæ.i.maximę & supremę saluti Reip. Est quidē summa hic substātiuum, sed sicut qñ de rōnibus loqmur, summa accipitur pro ultima quæ oēs als complectitur supputationes, ita dū dicimus summā Reip. eam rōnem intelligamus in q̃ tota salus eius ɔtinetur. Néue ponatis loco sceleris.i.reputetis uti scelus misericordiā nſam & exercitus nſi in dissensione ciuili.i.q̃ usi sumus nō in hostes externos, sed in ɔciues licet dissentiētes, ꝙ si habueritis rōnem.i.respectū salutis ac dignitatis oium uos ɔsuletis melius, & uobis, & Reip. Data &c.

PAVLVS MANVT. IMperator itez) In libro Vincentij Riccij & in alijs legitur imperator ter. id est tertium: quo modo ēt dicebatur, cōsul tertium. sed siue, itez, siue, tertium, legas: mihi tñ de loci integritate certum non est. nam quod alij dñt, in titulis, & monumentis solitos fuisse ueteres notare, quoties à militibus ob rē bene gestam impatores essent appellati: sane id assentior: sed, factum esse anteq̃ Augustus remp. oppcimeret, nondum cōperi. ego, ut dicam quod conijcio, sine affirmatione tñ, mallē legere sic: imperator. pontifex max. ab antiqs literis non admodū discedens: siquidem in libro manuscripto Petri Bembi legitur, Imp. & ter. idem Vbaldino Badinello uidebatur. {In ciuibus ɔseruandis) Potius ita lego, q̃, obseruandis. nſam lectionem habet liber manuscriptus Bernardini Maffei, & antiquissimus alter, q est apud Vbaldinum Bandinellū. {III. cal. à Pōte Argenteo) Vitiosi sunt hoc loco manuscripti libri, sed boni tñ aliquid hñt singuli. in tribus uetustissimis legitur, IIII. cal. à ponte Argēteo: in eo, de quo mihi Vincentius Riccius cōmodauit, qui & ipse perātiquus est, III. cal. Iunij. itaq; in nſo libro, IIII. cal. Iunij, scribere non dubitaui: ut sit dies, quo se cū Antonio coniunxit. libro enim X. epl'a, cuius initiū est, Nunq̃ mehercule, ita scribit Plācus. Lepidus desperato aduentu meo, se cū Antonio cōiunxit ad IIII. cal. Iun. hanc aūt epl'am, post eam, quæ sequitur, scriptam esse, nemo nō uidet.

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM, AD BRVTVM, ET ALIOS,

LIBER VNDECIMVS.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

NVNCIAT M. Bruto, et Cassio Decius, qua mente sit in eos Antonius, & quam spem habere debeant obtinendæ Reipublicæ. Postremo suadet, ut ex Italia discedant.

D. BRVTVS M. BRVTO, ET C. CASSIO S. D.

QVO IN STATV simus, cognoscite. Heri uesperi apud me Hirtius fuit. qua mēte esset Antonius, demonstrauit, pessima scilicet, et infidelissima. nam se neque mihi prouinciam dare posse aiebat, neque arbitrari, tuto in urbe esse quenquam nostrum: adeò esse militum excitatos animos, & plebis. quod utcunque esse falsum, puto uos animaduertere; atque illud esse uerum, quod Hirtius demonstrabat, timere eum, ne, si mediocre auxilium dignitatis nostræ habuissemus, nullæ partes ijs in remp. relinquerentur: cum in his angustijs uersarer, placitum est mihi, ut postularem legationem liberam mihi, reliquisq́ nostris; ut aliqua causa proficiscendi honesta quæreretur. hoc se impetraturum pollicitus est: nec tamen impetraturum confido: tanta est hominum insolentia, & nostri insectatio. ac, si dederint, quod petimus: tamen paulo post futurum puto, ut hostes iudicemur, aut aqua, & igni nobis interdicatur. Quid ergo est, inquis, tui consilij? Dandus est locus fortunæ. cedendum ex Italia, migrandum Rhodum, aut aliquò terrarum arbitror. si melior casus fuerit, reuertemur Romam; si mediocris, in exilio uiuemus; si pessimus, ad nouissima auxilia descendemus. succurret fortasse hoc loco alicui uestrum, cur nouissimum tempus expectemus potius, quàm nunc aliquid moliamur. quia, ubi consistamus, non habemus, præter Sex. Pompeium, & Bassum Cæcilium: qui mihi uidentur, hoc nuncio de Cæsare allato, firmiores futuri. satis in tempore ad eos accedemus, ubi, quid ualeant, sciemus. pro Cassio, & te, si quid uelitis me recipere, recipiam. postulat enim hoc Hirtius, ut faciam. rogo uos, quamprimum mihi rescribatis. nam non dubito, quin de his rebus ante horam quartam Hirtius me certiorem sit facturus. quem in locum conuenire possimus, quò me uelitis uenire, rescribite. Post nouissimum Hirtij sermonem, placitum est mihi postulare, ut liceret nobis esse Romæ publico præsidio. quod illos nobis concessuros non puto. magna enim inuidiam ijs faceremus. nihil tamen non postulandum putaui, quod æquum esse statuerem.

Valete.

QVO in statu) interfecto C. Iulio Cæs. in senatu à D. Bruto & Cass. & ceteris cōiuratis M. Ant. ut Plut. auctor est, magistratus insignia deposuit (erat. n. cōsul), & mutata ueste se occultauit, deinde ut audiuit illos nemini nocere, sed globo facto in Capitoliū se recepisse, egressus è latebris quò cōfugerat filiū suum ad eos misit in Capitolium, ut eū pro obside tenerent, & è Capitolio descenderēt, quo facto ipse C. Cas. in cœna apud se eo die habuit. Lepidus uero Brutū. Postridie frequēti senatu retulit, de obliuione discordiarū, deq; prouincijs diuidūdis, cui quidē summo studio assensus est, mox uero principatus cupiditas ab hac snia illū deiecit. Nam cū Cæs. ut mos erat in funere pro rostris laudaret: animaduertens, multitudinem orōne sua mirabilr ductā admiscuit laudibus cōmiserationē, stimulosq; aīorū, & in porando ueste Cęs. explicuit sanguine fœdatā & multis in locis gladijs cæsam & laniatā, & q ea patrassent, impios scelestosq; uocās, quod Cæs. sanctum re ipsa & colendū uirū intermisissent, tō furorē, multitudini inijcit, ut corpus Cęs. in foro cremarēt subsellijs, mensisq; undiq; ad Pyrū raptis, & accēsis facibus ad occisorū domos percurrerunt, qbus rebus Brutus ceteriq; ex urbe migrarunt, ad quos absentes D. Brut. scrib. se ex Hirtio intellexisse M. Ant. pessima mēte esse in oēs, qui cōiurassent in cædē Cæs. neque eos tutos Romæ esse posse, qa Ant. & militū & plebis aīos oratione sua uehemēter cōcitasset, ut scribit, Appia. Deinde dicit qd in his difficultatibus tentauerit, oōditq; se nō impetraturū ea quę petiuit. Itaq; suadet discedendū ex Italia, qa uidet futurū ut hostes iudicētur & dicit, in qbus maxime spem aliq̃ hre possit. {Quo in statu) in qua ꝯdōne q. d. pessima. {Cognoscite) intelligite. {Vesperi) dictus est aduerbialr positus. {Apud me) domi meæ. {Demōstrauit) exposuit. {Qua mēte) in nos. {Pessima) culpa nocēdi nobis. {Infidelissima) qa primū ꝓmiserat se acturū de cōi concordia & pace, & tñ postea irritauit ppłm. {Prouinciā) Galliam Celticā Italiæ finitimā. {Nrm) percussorū Cæs. aut q in eius cædem consensimus. {Tutò) sine periculo. {Adeo) tñ. {Concitatos) cōmotus in nos. {Vtrunq;) s. & qđ nō possit mihi dare ꝓuinciam: & quod animi militū et plebis sint cōcitati cōtra nos. {Animaduertere) intelligere. {Illud esse uerū) subaudi puto uos animaduertere. {Demonstrabat) aperte dicebat. {Eum) Ant. {Timere) .i. puto uos intelligere id esse uerū quod dicebat Hirtius: quod M. Ant. timet. ne si nos retineamus mediocre auxiliū nīæ dignitatis, ipse & alij q eum tuētur: nullas partes habeant in remp. {Nullæ partes) qa oēs nobiscū starent & tenerēt à nīa. {Iis) Cæsarianis. {Angustijs) molestijs, difficultatibus. {Versarer) essem. {Legatioñē) missionē in ꝓuinciam. i. ut libere mitteret in prouinciam. {Reliquisq; nris) ut Trebonio in Asiā, quæ circa Ioniā est. Tullio Cimbro in Bithiniā &c. {Proficiscendi) discedēdi. {Honesta) ne uideremur fugere. {Pollicitus est) ꝓmisit. s. Ant. {Insolentia) temeritas. supbia. {Insectatio) psecutio. {Nri) .i. nrm. i. tm persequūtur nos. {Quod p.) s. liberam legationem. {Hostes) Pop. R. {Aqua & igni) .i. mittamur in exilium: ubi ēt aqua & igni ꝓhibeamus: & ut supra alio loco diximus, dr interdico tibi aquā & ignē: sed interdico te aqua & igni melius. {Quid ergo) interrogatio. {Inqs) pro inqes. {Dandus locus) abeundū est. {Cedendū f.) non repugnādum ipsi fortunæ: tractum aūt à militibus, q cedere dnr, cum non repugnat {Migrandū) discedendū. {Rhodū) urbem Lyciæ sitā in ꝓmontorio orientali, de qua dictū lib. 4. in epla ad Marc. {Aliquò ter.) i. in aliquas

quas terras:est aūt terrarum additio sicut nusq̄ gentium: ubiq̄ locorum.{Melior) q̄ nunc est.{Casus) fortuna.{Si me.) s. casus .i. non ualde malus.{Nouissima) ultima.i. nihil relinquemus intentatum.{Succurret) occurret, in mentem ueniet.{Alicui ue.) uel tibi Bru. uel Cassio.{Tēpus no.) ultimū.i. ut tm̄ differamus decedere ad auxilia nouissima.{Moliamur) faciam, aggrediamur.{Quia) hæc est ratio, quare expectetur nouissimum tp̄s potius q̄ aliquid in p̄ntia agatur, q̄a dicit: quod nō habet q̄bus possit fidere pręter Sex. Pōpeium filium, q erat in Hispania & Bassum Cœciliū, qui erat in Syria.{Firmiores) .s. cōstantiores in tuenda rep. & seruāda coniunctione nostra. {Tempore) .i. tpe & opportune.{Vbi) posteaquam .{Quid ualeant) quid possint.{Recipere) spondere, mea fide, p̄mittere {Vt faciam) ut recipiā pro te & Cassio.{Esse Romæ publico præsidio) .i. morari Romæ cū aliquibus nobis à rep. cōcessis, q̄ sint ad tutelam & custodiam nr̄am.{Quod) ut simus Romæ publico præsidio.{Illos) Ant. & alios Cæsarianos.{Inuidiam) dolorem.{Faceremus iis) Cæsarianis si erimus Romæ publico præsidio tñ, licet etiam non sint concessuri.{Nihil non postulandum) id est omne postulandum putaui: quod esset honestum & iustum.

ASCEN. Quo in statu &c. Interfecto Cæsare, & eodem ab Lepido laudato, & honorifice à plebe cōcitata cremato, Brut. p̄fugit, de cuius calamitate D. Brutus nunc cōqueritur suadetq̄, ut cū Cassio Italia abeat, q̄a Ant. eis aduersatur, & futurum uidet ut hostes inducentur. Aperit ēt in quibus spē præcipuam habeant. Propterea aūt ut Ciceronianis inserta ep̄la cū sit D. Bruti, aut argm̄ appareat, aut q̄a Tironi uisa est satis luculenter scripta. Ordo aūt est. Cognoscite ò M. Brute & C. Cassi in quo statu nos.s. p̄cussores Cæsaris simus. Hirtius q̄ Reip. amator paulopost consul futurus erat, fuit apud me heri uesperi.i. cum esset uesper, & sup. demōstrauit qua mente Ant. s. Marcus, erat sup. in nos.s. id est scire licet qua mente pa pessima & infidelissima. Nā aiebat se neq̄ posse dare mihi prouinciam ut.s. ab oculis militū absim, neq̄.i. & non, & aiebat arbitrari quenq̄ nr̄m, qui.s. coniurauimus in Cæs. & occidimus eum, esse in urbe.s. Rom. tutò.i. sine periculo, sup. aiebat aios militū & plebis esse concitatos.i. cōmotos, adeo.i. intantum, Quorum utrunq̄ esse falsum puto uos animaduertere, atque illud esse uerum quod Hirtius demōstrabat, eum.s. Ant. timere, ne si babuissemus.s. in senatu, mediocre auxiliū dignitatis nr̄æ.s. habendæ, aut protegendæ, nullæ partes.i. nulla officia relinquerētur iis.s. Cæsaris ultoribus in Rep. Cum ego uersarer in his.i. hmōi angustiis. Placitum est mihi ut postularem legationem liberam.i. quocunque ire uellemus, aut liberam.i. sine p̄secutione mihi, & reliquis nr̄is, ut Trebonio, Tullio Cymbro &c. ut aliqua honesta causa proficiscendi.i. discedēdi, ab urbe quæreretur.i. acquireretur nobis. Hirtius pollicitus est se impetraturum hæc.s. postulata mea, nec tñ̄ confido sup. eū impetraturum sup. esse. Tanta.i. tam magna est insolentia.i. superba & immoderata cupiditas ulciscendi, hominum.s. Antonii, & aliorum per Ant. incitatorum, & insectatio.i. persecutio nr̄i. At.i. sed si.i. Ant. & fautores eius dederint sup. iam quod petimus .i. liberam legationem tñ.i. nihilominus puto futurū paulo post ut iudicemur hostes.s. P.R. aut sup. ut interdicatur nobis aqua & igni.i. nequis nobiscum cōicet aut nobis commodet ulum aqua & ignis, sine quibus, uita nr̄a constare non pōt. Nam oēs qui uiuimus uescimur aura. Et licet aeris usum à nemine petimus, tñ grauius est aqua & igni interdici q̄ hostem iudicari, cum ēt hosti aquā & ignem accōmodare soleamus. Notū est eleganter dici interdico tibi aqua & igni &c. Quid ergo est inquis, sic puto legendum, quia seorsum ad fratrem nunc loquitur, consilii tui.i. de consilio tuo aut quod est consilium tuū ò Deci? Responsio. Dandus est locus.s. furoris: cedendum est fortunæ: migrandum arbitror ex Italia Rhodū, aut aliquò.s. aliò terrarum, si casus.i. euentus fuerit melior, nos reuertemur Romam. si casus erit mediocris, nos uiuemus in exilio si pessimus, nos descendemus, ad nouissima auxilia.s. cōtra sæuitiam inimicorum, hoc est morituri in media arma ruemus. Fortasse hoc loco.i. cum hæc legetis, succurret.i. in mentem ueniet alicui ur̄m, cur expectemus tempus nouissimum .s. quo nihil amplius possimus, potius, q̄ moliamur nunc aliquid.s. ad nos liberandos? Responsio. Quia non habemus ubi consistamus, præter Sextum Pompeium Pompeii filium, qui erat in Hispania, & Bassum Cœlium qui erat in Syria, qui uñr mihi futuri firmiores.i. fortiores in seruanda Repub. hoc nuncio de Cæsare.i. de cæde Cæsaris allato. Nos accedemus ad eos satis in tempore, ubi sciemus quid ualeant si uelitis me recipere quid.i. aliquid hoc est polliceri, & spondere pro Cassio & te.s. M. Bruto, ad quem pręcipue loquimur, recipiā.i. respondebo. Hirtius.n. postulat ut faciam hoc.i. recipiam aliquid pro uobis. Rogo uos sup. ut rescribatis quamprimum.i. ualde cito. Nam non dubito quin Hirtius facturus sit me certiorem de his rebus ante horam quartam.s. diei sequētis, hoc est post ortū solis. Rescribite in quem locū possimus conuenire, & quo.i. ad quem locū uelitis me uenire. Placitum est mihi postulare.s. ab Hirtio post nouissimum sermonem Hirtii, hoc est cū à me discederet, ut liceret nobis esse Romæ pręsidio publico.i. sub custodia & protectione publica quod puto illos non concessuros nobis. Nos.n. faceremus iis.s. Cæsarianis magnam inuidiam.i. molestiam & dolorem, quia graue fuerit eis, uidere publico præsidio munitos, aut inuidiam.i. odiū quia q̄ nos libertatis auctores sine præsidio in urbe esse non posse uiderent, eos odcrint. Tamen ego nihil putaui non postulandum quod statuerem esse æquum.i. iustum ut impetremus. Vale, aut potius ualete, quia ad duos scribit.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Petunt Brutus Cassius, ut Antonius eos certiores faciat, quid de se futurum sit, & an tuto in urbe persistere possint.

M. BRVTVS, ET C. CASSIVS
PRAET. M. ANTONIO
COS. S. P. D. 2

De tua fide, & beneuolentia in nos nisi persuasum esset nobis, nō conscripsissemus hæc tibi: quæ profecto, quando istum animum habes, in optimam partem accipies. Scribitur nobis, magnam ueteranorum multitudinem Romam conuenisse iam, et ad cal. Iun. futuram multo maiorem. de te si dubitemus, aut uereamur; simus nostri dissimiles. sed certe cum ipsi in tua potestate fuerimus; tuoq́ adducti consilio dimiserimus ex municipiis nostros necessarios; neque solū edicto, sed etiam literis id fecerimus: digni sumus, quos habeas tui consilii participes, in ea præsertim re, quæ ad nos pertinet. quare petimus à te, facias nos certiores tuæ uoluntatis in nos; putes'ne nos tutos fore in tanta frequentia ueteranorum, quos etiam de reponenda ara cogitare audimus: quod uelle te, probare uix quisquam posse uidetur, qui nos saluos, & honestos uelit. nos ab initio spectasse ocium, nec quidquā aliud à libertate cōmuni quæsisse, exitus declarat. fallere nemo nos potest, nisi tu: quod certe abest à uirtute tua, & fide. sed alius nemo facultatem habet decipiendi nos: tibi enim uni credidimus, & credituri sumus. maximo de nobis timore afficiuntur amici nostri. quibus etsi tua fides explorata est; tamen illud in mentē uenit, multitudinem ueteranorum facilius impelli ab alio quolibet, quàm à te retineri, posse. rescribas nobis ad oīa, rogamus. nam illud ualde leue est, ac nugatorium, ea re denunciatum esse ueteranis, quòd de cōmodis eorum mense Iunio laturus esses. quem.n. impedimento futurū putas, cum de nobis certum sit, nos quieturos? non debemus cuiquam uideri nimium uitæ cupidi, cum accidere nobis nihil possit sine pernicie, & confusione omnium rerum. Vale.

HVBER. De tua fide) concitatis à M. Antonio aīs militum et plebis, ut supra dictum est, contra interfectores Cæsaris Brutus & Cassius ex urbe cesserunt ut cederent iræ: hac igitur ep̄la blandiuntur M. Antonio, ostendunt se magnam in eo & spem & fiduciam habere, eumq́; orant ut reddat eos certiores, an tutò Romæ

Romæ esse possint,& excusant factum dicentes: se tm̄ spectas
se publicam utilitatem,& significant se dubitare,quare illi mi
lites,& ueterani congregati sint Romę.{Conscripsissemus).i.
simul ambo scripsissemus de cōi consensu. {Istum aium) talē
aium,ut nos ames.& sis nobis fidelis.{Conuenisse iam)con-
gregatam esse usq; ad hunc diem.{Simus nři dis.) i.faciem⁹
contra nām nřam:non erimus quales existimamur,& esse de
bemus.{Ipsi)nos.{In tua ptāte)dictū est in argumento præ-
cedenti epłæ.{Adducti)persuasi,moti.{Necessarios) propin-
quos:quos causa tutelæ nřæ congregaueramus.{Edicto)mā
dato publice facto.{Literis tuis)quibus nos hortabaris,ut id
faceremus:uel literis nřis,quibus:ad eos scripsimus, ut disce-
derent.{Quos habeas participes tui ɔs.) i.meremur ut nobis-
cum cōices ea,quæ agere deliberes.{In ea re)in salute nřa:in
constitutiones reip.{Fore)tutos futuros sine periculo. {Fre-
quentia)multitudine.{Quos) ueteranos.{Reponenda) refi-
cienda,instauranda.{Ara)quæ facta fuerat in honorem Cęs.
& primū deiecta:quam nunc dnt intellexisse ueteranos uelle
{Vix quisq̄ uſ posse credere).i.uix cuiq̄ est credibile:ꝙ tu ue
lis eam aram reponi: qa sciunt te curare honorem reip. cōtra
quem esset,si ara Cæs.tyrāni poneretur.{Te probare)tibi pla-
cere.{Qui nos saluos & honestos uelit).i.q salutem & hono
rem nřm cupiat.{Nihil aliud à lib.)i.nihil aliud q̄ libertatē.
nō nřm,sed oium.Honesta aūt est elocutio,quęro nihil aliud
ab honore.i.nihil aliud q̄ honorem. {Ab initio) cū cepimus
ɔsiliū de interficiendo Cæs. {Quod).s.fallere. {Abest) alienū
est,remotum est.{Tibi.n.)cui.n.plurimū credimus,ab eo fa-
cile decipi possumus.{De nobis) pp nos.{Explorata)cogni-
ta.{Impelli) cōmoueri,incitari.s.cōtra nos.{Ab alio) quoli-
bet.i.quouis alio,ut puta Cæsariano.{Retineri)prohiberi,ne
nobis uim inferant.{Leue)uanū.{Nugatorium)ridiculū,fa-
bulosum.{Denūciatum)ut cōuenirent ad urbem. Fingebant
.n.quidā Cæsariani militibus ueteranis denunciatum esse ab
Ant.ut cōuenirent Romam qm̄ ipse laturus esset de præmijs
eoꝝ,cū re uera eos cōgregasset aduersus interfectores Cęs.qđ
nūc se intelligere signāt Brut.& Cassius.{Quieturos)nullū
impedimentū facturos.{Videri cuiq̄)existimari à quoq̄.{Ni
mium cupidi uitæ).i.nimium curare uitam nřam:quia malū
nřm est futurum cum pernicie & confusione omnium rerū.

ASCEN. DE tua fide &c. Concitatis à M. Antonio ais militum in interfectores Cæsaris , & Bruto ac Cassio,urbes egressis, ɔ
consiliū inierunt sciscitādi per lřas humaniores, quo in se es-
set aio Antonius,itaq; significantes se summā in eius fide fidu
ciā hře,rogant certiores faciat,an tuti sint Romę futuri,apud
tot ueteranos milites.Ordo est.Nos nō conscripsissemus hæc
tibi,nisi persuasum esset nobis, de fide & beneuolentia tua in
nos quæ.s.scripta nřa , tu profecto qñ.i.qm̄ habes istum.i.tā
beneuolum aium in nos,accipies in optimam partem. Scribi
tur nobis magnā multitudinem,ueteranoꝝ.s.militum, q sub
Cęsare meruerant,cōuenisse iam Romā,&futuram multo ma
iorē ad.i.circiter Cal.Iunias.Si nos dubitemus,aut uereamur
de te,nos simus dissiles nři.i.facientes contra nām nřam,quę
fidelis est & oibus confidit . Sed certe cū ipsi.i.nos fuerimus
in tua ptāte,& nos adducti, ɔsilio tuo dimiserimus ex muni-
cipijs.i.oppidis Italiæ municipalibus,necessarios nřos,ut fa-
miliares & ppinquos, cū seruis & clietibus , neq; solū feceri-
mus id edicto.i.publico mandato , sed ēt literis.i.tuis priua-
tis,nos sumus digni quos,habeas participes tui ɔsilij,prefer-
tim in ea re quæ ptinet ad nos.Quare petimus à te sup. ut fa-
cias nos certiores uolūtatis tuæ,in.i.erga nos. Ne.i.an,putes.
nos fore.i.futuros tutos in tāta frequentia militum ueterano
rū,quos audiuimus ēt cogitare de ara reponēda.s.Cæs.quam
tm̄ Dolabella phibuerat,quod.s.reponere arā Cæsari,uix qsq̄
qui uelit nos saluos & honestos sup. uiuere , uſ posse credere
te uelle,pbare.i.approbare.Exitus declarat nos spectasse et q̄-
siuisse ob initio.s.cōiurationis ociū.i.pacem cōem,aut uitam
priuatam in ocio,nec quæsisse quicq̄ aliud à libertate cōi.i. q̄
libertatem cōem. Nemo potest fallere nos nisi tu,quia nō al-
teri cōfidebant,ꝙ.s.fallere,abest certe à uirtute & fide tua sed
nemo alius habet facultatem decipiendi nos.Nos.n.credidi-
mus tibi & sumus credituri. Amici nři afficiuntur maximo ti
more de nobis,quibus.s.amicis nostris,etsi.i.q̄q̄ fides.i.fideli
tas tua est explorata,tm̄ illud uenit in mentem, & multitudi-
nem ueteranoꝝ posse impelli.s.in nos facilius à quolibet alio
q̄ retineri à te. Nos rogamus sup.ut rescribas nobis ad oīa.
Nam illud est ualde leue & nugatorium, denūciatum esse ue
teranis.s.ut ueniant in urbem, ea re.i.ppea ꝙ laturus esses.s.
legem aliq̄ de commodis eoꝝ,mense Iunio.i.proximo,quod
adeo nugatorium censet,quia superuacaneum innuit addēs.
Quem.n.putas futuꝝ impedimento , cum sit certum de no-
bis,nos quieturos sup.esse? Nos non debemus uidere cuiquā
nimium,cupidi uitæ,cum nihil possit accidere nobis.s. perni
ciosum, sine pernicie & confusione omnium rerum .

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

EXpostulant cum Antonio de contumeliosis & improbis literis et minas illius se facile contemnere asserunt . Postremo monent minaciter vt re bus suis consulat, & meminerit quid Cæs. seruitutis auctori contigerit .

BRVTVS, ET CASSIVS PRAET.
ANTONIO COS. S. D. 3

LITERAS tuas legimus, simillimas edi Eti tui , contumeliosas,minaces, minime dignas, quæ à te nobis mitterentur . nos Antoni te nulla lacessiuimus iniuria ; neque miratueum credidimus , si pratores,et ea dignitate homines, aliquid edicto postulassemus à consule . quòd si indignaris,ausos esse id facere ; concede nobis, vt doleamus,ne hoc quidem abs te Bruto,& Cassio tribui . nam de delectibus habitis,& pecunijs imperatis,exercitibus solicitatis, & nuncijs trans mare missis quòd te questum esse negas : nos tibi quidē credimus, optimo animo te fecisse : sed tamen neque agnoscimus quidquam eorum ; & te miramur , cum hac reticueris , non potuisse continere iracundiam tuam, quin nobis de morte Cæsaris obijceres . illud vero quemadmodum ferēdum sit,tute cogita ; non licere prætoribus concordiæ, ac libertatis causa per edictum de suo iure decedere, quin consul arma minetur . quorum fiducia,nihil est,quod nos terreas . neque enim decet, aut conuenit nobis, periculo vlli submittere animum nostrū : neque est Antonio postulandum, vt ijs imperet,quorum opera liber est . nos si alia hortarentur , vt bellum ciuile suscitare vellemus ; literæ tuæ nihil proficerent . NVLLA enim minantis auctoritas apud liberos est . sed pulchre intelligis, non posse nos quoquam impelli : & fortassis ea re minaciter agis, vt iudicium nostrum metus videatur . nos in hac sententia sumus , vt te cupiamus etiam in libera rep. magnum , atque honestum esse ; vocemus te ad nullas inimicitias , sed tamen pluris nostram libertatem,quàm tuam amicitiā æstimemus . tu etiam atque etiam vide,quid suscipias,quid sustinere possis : neque,quàm diu vixerit Cæsar , sed quàm non diu regnarit , fac cogites . Deos quæsumus , consilia tua reip. salutaria sint , ac tibi : si minus, vt, salua,atque honesta rep. tibi quam minimum noceant , optamus . Pridie non. Sex.

HVBER. LITERAS tuas)cū Brut.&Cassius territi mul titudine ueteranoꝝ ex urbe migrassēt , scripsit ad eos Ant. literas minaces & contumeliosas , quibus appellabat eos homicidas & proditores,obijciebatq; aperte mortem Cæs. pro cuius uindicta eis minabatur. Itaq; ei rńdent animose se q sint uiri liberi,& auctores libertatis,nō terreri talibus minis.hortan-
tur aūt eum ut recte ɔsulat rebus suis,& meminerint quid ac-
ciderit Cæs.q uoluit uiolēter dńari.{Simillimas edicti).i.ta-
les quale fuit edictū,quod in nos fecisti.{Cōtumeliosas) ple-
nas cōtumelijs,qa appellas nō parricidas.{Minaces)qa dicis
te ultuꝝ mortē Cæs.{A te)ɔsule.{Nobis)prætoribus urbanis
{Lacessiuimus)puocamus,incitamus.{Ea di.) i.tali dignita
ti,quale fuimus.i.ptura.{Edicto) per edictum tuū, ut per il-
lud liceret nobis ire quocūq; uellemus.{Id)petere aliqd à te,
Hoc.s.ut doleam⁹.{Ne).i.nō.{Tribui).s.dēt.{Bruto & Cas.)
q.d.qui

q.d.qui non solum hoc mereremur, sed oĩa maxima.est.n.uis magna in nominibus ꝓprijs, multo plus q̃ si dixisset nobis. {Nam) mẽtio ad quandam excusationem Ant. q scripserat se nunq̃ questum esse, ꝙ Brut, & Cass. fecissent delectus, imperassent ꝓuincijs pecunias parãdas P.R. & ꝙ exercitus solicitassent, & ꝙ nuncios trans mare misissent, admonerẽt oẽs de eo, quod fecissent. Dĩt aũt se mirari, cum hæc recitauerit, obijcerit ei mortem Cæs. sed tñ se nihil eoꝝ scire, q̃a neq; imperauerunt pecuniam: neq; fecerunt aliq̃d ex ijs, de q̃bus dixerat M. Ant. se non esse questũ. {Eoꝝ) quæ supradicta sunt de quibus negas te quæstum esse. {Obijceres) impropares, exprobrares. {Cõcordiæ) non belli. {Libertatis) q̃d si seruitutis. {Per edi.) tuũ. {Quoꝝ) armoꝝ. {Nobis) q pro libertate cõtemnimus uitam nr̃am. {Neq; est postu. Ant.) i. neq; Ant. debet postulare, aut quærere esse dñs eoꝝ, per quos factus est liber i interfecto tyrãno, à quo oẽs opprimebantur. {Alia) .i. aliæ causæ. {Nihil pro.) nihil mouerẽt nos. {Nulla.n.) sñia exornatio, est autem frustra quãlibet ẽt magnæ auctoritatis minatur hoibus liberis, q̃a non terrentur minis. {Impelli) induci. {Quoq̃) in aliq̃ sñiam, quæ sit contra libertatẽ. {Ea re.) pp eam causam. {Agis) loqueris. {Vt iud. nr̃m) .i. ut id quod iudicio & certa sñia nr̃a facimus, uideamur facere metu. {Nos) dĩt se optare honorem M. Ant. dũmodo ciuitas sit libera, sed si uelit facere aliquid contra libertatẽ, se pluris facere libertatem q̃ eius amicitiã. {Honestũ) honoratum. {Vocemus) ut uocemus. i. Inuitemus, adducam⁹. {Sustinere) tuere, defendere. {Neq; q̃ diu) pulcherrimũ documentũ ut intelligatur uiolentũ imperium diuturnũ esse nõ posse. {Quàm diu) q̃a modicũ tp̃s & uix triẽniũ. {Salutaria) utilia. {Si minus) .s. fuerint salutaria. {Quàm min.) admodũ paruũ {Noceãt) ne fortasse accidat tibi, qd̃ Cæs.

ASCEN. Literas &c. Rñderat Ant. sup be literis Bruti, & Cassij, q nunc ẽt animose rescribunt se uere liberos & libertatis auctores, nec cũ sint prætores, ab eo ꝯtẽnendos, precanturq́; ei mẽtem bonã. Ordo est. Nos legimus lr̃as tuas simillimas edicti tui, cõtumeliosas, minaces, minime dignas q̃ mitterẽtur nobis à te. O Antoni, nos nulla. i. nõ ulla lacessimus. i. iniuriose ꝓuocauimus te ulla iniuria, neq; credidimus sup. te miratuꝝ si nos p̃tores & hoies ea dignitate, qua .s. nos sum⁹, postulassemus aliq̃d à ꝯsule edicto. i. publica postulatione. quod si indignaris nos ausos esse facere, id concede nobis ut doleamus, ne quidẽ. i. non saltẽ, hoc .s. edicto aliq̃d postulare, tribui abs te Bruto & Cassio. Nã quod negas te esse questũ. i. fecisse querelã de delectibus habitis .s. à nobis. i. de acq̃sitione militũ & de pecunijs impetratis .s. à ciuibus ad stipẽdia militũ, & de nuncijs missis .s. à nobis trãs mare: nos quidem credimus tibi, te fecisse optimo aio, uerisimilius tñ est pessimo aio fecisse: nam q iniuste quenq̃ calumniatur, solet sic dicere, non queror, aut nihil dico, de delectibus habitis &c. sed tñ neque agnoscimus. i. fatemur fecisse quicq̃ eoꝝ, & miramur te cũ reticueris hæc. i. nihil questus sis de his potuisse cõtinere iracundiã tuam, q̃n obijceres nobis de morte. i. de cæde Cæsaris. Vero. i. sed, tute. i. tuipse cogita quẽadmodũ illud sit ferendũ. Nõ liceret. i. quod dixisti non licere p̃toribus decedere per edictũ de suo iure causa cõcordiæ, ac libertatis. q̃n consul minetur. i. tu cõsul mineris arma. quoꝝ .s. armoꝝ fiducia nihil est ꝙ terreas nos. Neq;. n. decet. i. decẽs est, aut cõuenit nobis summittere. i. subijcere aium nr̃m ulli periculo. Neq; est postulãdum Antonio. i. Antonius nõ debet postulare, ut ipse imperet his quoꝝ opera liber est. Si alia hortarẽtur nos ut uellemus suscitare. i. excitare bellũ ciuile, literę tuæ .s. tã minaces nihil ꝓficerent. Enim. i. q̃a auctoritas minantis apud liberos, debet esse nulla. i. nullius momenti. Sed tu intelligis pulchre. i. euidenter nos non posse impelli quoq̃, & fortassis tu agis minaciter ea re. i. pp eam rem, ut iudicium nr̃m uideatur metus. i. ut qd̃ certo iudicio facimus, metu facere uideamur. Nos sumus in hac sñia, ut cupiamus te esse ẽt in rep. libera, magnum atque honestum. i. decoratum honoribus & sup. ut uocemus. i. prouocemus te ad nullas inimicitias, sed tñ æstimemus pluris libertatem nostram, q̃ amicitiam tuam. Tu uide. i. considera, etiam atque ẽt. i. iteꝝ atque iterum, quid suscipias .s. faciendũ, quod possis sustinere. i. ut dicunt portare & efficere, neque facogites quandiu uixerit Cæsar, sed q̃ non diu. i. q̃ parum regnarit. Nos quæsumus deos sup. ut consilia tua sint salutaria reip. atque tibi. Sin minus. i. si non sup. salutaria tibi, nos optamus ut ipsa salua & honesta. i. honorifica rep. noceant tibi quamminimum. i. ualde parum. Pridie Nonas Sex. i. eius mensis qui nunc Augustus dicitur.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

POstulat à Cic. ut dignitatem eius defendat, & quid in prouincia egerit nunciat.

D. BRVTVS IMP. M. CICERONI S. 4

SI de tua in me voluntate dubitarem, multis à te verbis peterem, vt dignitatem meã tuerere: sed profecto est ita, vt mihi persuasi, me tibi esse curæ. Progressus sum ad inalpinos cum exercitu, non tam nomen captans imperatorium, quàm cupiens militibus satisfacere, firmosq́ eos ad tuendas nostras res efficere. quod mihi videor consecutus. nam & liberalitatem nostrã, & animum sunt experti. cum omnium bellicosissimis bellum gessi. multa castella cepi, multa vastaui. non sine causa ad senatum literas misi. adiuua nos tua sententia. quod cũ facies, ex magna parte communi commodo inseruieris. Vale.

HVBER. SI de tua) D. Brutus. ut in 10. lib. diximus, anteq̃ Mutinæ obsessus sit, in Galliã transalpinam, ut ipse nũc scribit, se receperat, ubi cum ꝓspere egisset, br̃ à Cic. petit, ut Romæ dignitatẽ eius tueatur, & sñia sua eũ adiuuet contra Cæsarianos) q cum criminabantur, ꝙ Cæs. interfecisset. {Transalpinos) ad Gallos. q transalpes incolunt. {Captans) quęrens noiẽ imperatoriũ. i. ut noiaretur impator. {Satisfacere mil.) facere qd̃ uellẽt milites, q me poscebãt impatorẽ. {Firmosq́;) fortes ĩtrepidos. {Qd̃) ut sint fortes ad tuẽdas res nr̃as. {Videor ꝯs.) uideor effecisse. {Bellicosissimis o.) cũ pugnacissimis, & ĩ bello fortissimis. {Vastaui) dirupi & euerti. {Non sine cã) post magnas & p̃claras uictorias. {Tua sñia) sentiẽdo et bene dicẽdo de nobis. {Inseruieris) .i. beneficiũ p̃stiteris. {Cõi cõ.) ꝓ quo ego laboro adiuuando igr̃ me, adiuuabis cõem utilitatem.

ASCEN. SI de tua &c. Brutus anteq̃ Mutinę obsidebatur, se in Galliam transalpinã, ad Italos spectantem contulerat, un̄ ad Cicer. scribens suã dignitatem ab eo ꝯfidit defensum iri. Ordo est. Si dubitarẽ de uoluntate. i. beneuolẽtia tua in me. i. erga me, ego peterẽ à te multis uerbis ut tuerere. i. defenderes & ꝓtegeres dignitatem meam. Sed profecto est. i. res se habet ita, ut. i. quod persuasi mihi me esse tibi curæ. Ego progressus sum ad trãsalpinos .s. ꝓp̃los cũ exercitu non tam captans. i. affectans nomen imperatorium q̃ cupiens satisfacere militibus & efficere eos firmos ad tuendas res nr̃as. Quod. i. quam rem ego uideor mihi consecutus. i. obtinuisse. Nam sup. milites sunt experti. i. re ipsa cognouerunt &. i. simul, libertatem nostram, qua milites multum deuinciuntur imperatori, & aium. i. aut beneuolentiam nostram in se, sed sic conciderei cum liberalitate, aut igitur propositũ & quo aio bellum susceperim, sed potissimum aium. i. animositatem, quia sequitur, gessi bellum cum populis bellicosissimis oĩum, cepi multa castella, uastaui multa, misi lr̃as ad senatum nõ sine cã. Adiuua nos sñia tua, qd̃ cũ facies, ĩseruieris cõi cõmodo ex. i. pro magna parte.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

EXcusat principio se ipse, cur cum Lupo non rescripserit, deinde hortatur vt pergat defendere libertatem reip. Postremo operam suam Bruto pollicetur.

M. CICERO D. BRVTO IMP. S. 5

LVPVS, familiaris noster, cum à te venisset, cumq́ Romæ quosdam dies cõmoraretur; ego eram in ijs locis, in quibus maxime me tuto esse arbitrabar. eo factum est, vt ad te Lupus sine meis literis rediret, cũ tamen curasset tuas ad me perferendas. Romam aũt veni ad V. id. Dec. nec habui quidquã antiquius, quàm vt Pãsam statim conuenirẽ: ex quo ea de te cognoui, q̃ maxime optabã. quare hortatione tu quidem non eges, si ne

illa quidem in re, quæ à te gesta est post hominum memoriam maxima, hortatorem desiderasti: illud tamen breuiter significandum videtur, populum R. omnia à te expectare, atque in te aliquando recuperandæ libertatis omnem spem ponere. tu, si dies, noctesq; memineris, quod te facere certo scio, quantam rem gesseris; non obliuiscere profecto, quantæ tibi etiam nunc gerendæ sint. si enim iste prouinciam nactus erit; cui quidē ego semper amicus fui ante, quàm illum intellexi non modo aperte, sed etiam libenter cum rep. bellum gerere: spem reliquam nullam video salutis. quamobrem te obsecro ysdē precibus, quibus senatus populusq; R. vt in perpetuum remp. dominatu regio liberes: vt principijs consentiant exitus. tuū est hoc munus, tuæ partes. à te hoc ciuitas, vel omnes potius gentes non expectant solum, sed etiam postulant. quanquam, cū hortatione non egeas, vt supra scripsi, non vtar ea pluribus verbis: faciam illud, quod meum est, vt tibi omnia mea officia, studia, curas, cogitationes pollicear, quæ ad tuam laudem, et gloriā pertinebunt. quamobrem uelim tibi ita persuadeas, me tum reip. causa, quæ mihi vita mea carior est, tum quòd tibi ipsi faueam, tuamq; dignitatem amplificari velim, tuis optimis consilijs, amplitudini, gloriæ nullo loco defuturum. Vale.

IVBER. LVPVS familiaris) Excusat se primū Cic. quare nō rescripserit Bruto p Lupum, q eius ad se literas attulerat. Deinde hortatur Brutū: ut iactis tam maximis fundamētis libertatis interfecto tyranno pficiat & reliqua, ut oppresso M. Ant. liberet remp. dñatu regio, ut finis factoꝝ suoꝝ rñdeat principio. Postremo pollicetur ei oia: quæ ad eius laudem & gloriā pertineāt: quem sibi esse charꝝ dicit & reip. causa, citius ille est defensor, & ꝙ ei fauet, & eius dignitatē amplificari cupit. {Lupus) nomē uiri utriusq; familiaris & amici. {Tutò) sine periculo, aberat aūt ab urbe Cic. ut ex sequentibus cognoscitur, cū dicit se uenisse Romā ad quintum idus Decēbris. {Eo) pp id, quia aberā ab urbe. {Hortabar). s. ut faceres. {Si ne in illa quidem re.) arguit à maiori ad minus, est aūt sensus. Tu non ages hortatione, qa nec in illa re, quæ erat maxima, expectasti hortationē, sed sponte tua fecisti. {Si) qa, affirmationem. n. significat. {In illa re.) in interficiēdo Cæsarem. {Post hoium memoriā) postq̄ hoies pñt, meminisse, quia nullus meminit tātam unq̄ rem factā esse. {Significandū) inueniendū. {Qď) . s. meminisse. {Quantam rem.) interfecto Cæs. feceris. {Gerendæ) & reliqui tollātur, qui remp. parāt opprimere. {Iste) inuidiosum pnomen & ad conteinptū positum, signat aūt Ant. {Prouinciam) Galliam Celticā, quam sibi petebat. {Spē nul.) reliq̄ spem nullā nobis relictam, & In futuꝝ esse. {Exitus) opprimēdo M. Ant. q appetit tyrannidē. {Principijs) sicut interfecisti Cæsarem. {Munus) onus offm̄. {Vel potius) correctio. {Oēs gentes) non solū Italię, sed ēt cuiuscunq; nationis. {Ea) hortatione. {Plurib᷒). s. uerbis. {Quod meū est) quod ad me ptinet. {Tibi faueā) tui sim studiosus & amator. {Optimis cōsilijs) defendenda libertate, ordo est. Quamobrem uelim tibi persua. me defuturum nullo loco tuis optimis consilijs amplitudini & gloriæ cum causa reip. tum quod tibi ipsi faueam.

ASCEN. LVpus &c. Excusat se primū Cic. quare non rescripsit Bruto p Lupum, q literas eius ad se attulerat, dicens se Romæ nō fuisse. deinde hortatur Brutū ut iactis tam magnis fundamētis libertatis reliqua perficiat Antoniū opprimendo, q solus libertati obstet, pollicieturq; se oia pro eius dignitate factuꝝ. Ordo est. Lupus familiaris noster cū uenisset ad te, & cū cōmoraretur Romę quosdā. i. aliquot certos dies. ego eram in his locis, in qbus arbitrabar me esse maxime. i. pcipue, tutò. i. sine periculo. Eo. i. p id factū est, ut Lupus rediret ad te sine literis meis, cum tñ curasset tuas. s. lr̄as perferēdas. i. ut pferātur ad me, Aūt. i. sed, ego ueni Romā ad V. Idus Decēbris, nec habui quicq̄ antiqus. i. charius, eo q antiqssimos hr̄e solemus, q̄ ut cōuenirē. i. colloquēdi gr̄a adirem statim Pāsam. s. consulē, ex quo cognoui de te ea, quæ optabā maxime. Quare tu qdē nō eges hortatione, si nequidē. i. nō saltē desiderasti hortatorē in illa re. s. in cæde tyrāni utpote Cæs. quæ gesta est à te maxima post memoriam hoīum. Tamē. i. nihilominus illud uř significandum bř P. R. expectare à te oia, atq; ponere. i. collocare in te oēm spem libertatis recuperādæ aliqñ. i. tandem. Si tu memineris dies & noctes. i. per totū tempus continuū, qď scio te facere, quanta rem gesseris profecto. i. reuera, nō obliuiscere. i. obliuisceris quātæ. i. res sint tibi gerendæ ēt, nūc. i. adhuc. Si. n. iste. s. Antonius hō cōtemptibilis. cui qdem ego fui semp amicus, anteq̄ intellexi bellū gerere cum rep. i. cōtra rēspub. eā oppugnando nō modo aperte. i. manifeste, sed ēt libēter, nactus fuerit puinciam. s. Gallicanam nullā. i. non ullam, nō uideo ullam spem salutis. s. reliq̄. i. relictam. Quamobrem obsecro te ijsdē precibus qbus senatus populusq; R. ut liberes remp. in perpetuū dñatu regio. i. tyrānide, ut exitus. i. fines cōsentiāt. i. concordēt principijs, qbus. i. unum regem sustulisti. Hoc est munus tuū hę sup. sunt partes tuę. i. officia tibi à rep. assignata. ciuitas. s. Romana uel potius oēs gentes. i. nationes mūdi, non expectant solū. i. dūtaxat hoc à te, sed ēt postulant. i. quasi debitū exigunt. Quanq̄ cum nō egeas hortatione, ut scripsi supra. i. paulo ante hac ep̄la nō utar ea. s. hortatione pluribus uerbis. Faciā illud quod est meū. i. officij mei. Nō legi ubi mea dixerit cum uerbo est, ut pollicear tibi oia officia mea, studia. s. omnia, curas oēs cogitationes sup. omnes quæ pertinebunt ad laudem & ad gloriam tuam. Quamobrem uelim sup. ut persuadeas tibi ita, me nullo loco defutuꝝ. i. omni loco auxilio futurum tuis optimis consilijs & sup. amplitudini gloriæ tuæ, tum. i. pariter causa reip. tum. i. pariter quod faueam tibi ipsi, & uelim dignitatem tuam amplificari.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

PEtierat à Cicerone Brutus operam & diligentiam eius in Bruti dignitate defendenda ad hoc respondet Cicero, se maxime id fecisse. idq; à facto suo in senatu approbat.

M. CICERO D. BRVTO IMP. S. 6

*LVPVS noster, cum Romam sexto die Mutina venisset, postridie me mane conuenit, suaq; mihi mandata diligentissime exposuit, et literas reddidit. * Quòd mihi tuam dignitatem cōmendas: eodem tempore existimo, te mihi meam dignitatem cōmendare: quam mehercule non habeo tua cariorem. quare mihi gratissimum facies, si exploratum habebis, tuis laudibus nullo loco nec consilium, nec studium meum defuturum. Cum tribuni pl. edixissent, senatus adesset ad XIII. cal. Ian. haberentq; in animo de præsidio consulum dei. ferre: quanquam statueram, in senatum ante cal. Ian. non uenire; tamen, cum eo die ipso edictum tuū propositum esset, nefas esse duxi, aut ita haberi senatum, vt de tuis diuinis in remp. meritis sileretur; quod factum esset, nisi ego venissem; aut, etiam si quid honorifice de te diceretur, me non adesse. itaque in senatum veni mane. quod cum esset animaduersum, frequentissimi senatores conuenerunt. quæ de te in senatu egerim, quæ in concione maxima dixerim, aliorum te literis malo cognoscere. illud tibi persuadeas velim, me omnia, quæ ad tuam dignitatem augendam pertinebunt, quæ est per se amplissima, summo semper studio suscepturum, & defensurum. quod quanquam intelligo me cum multis esse facturum, tamen appetam huius rei principatum. Vale.*

* alia Quum.

HVBER. LVPVS noster) Cū Brutus literis suis per lupū missis cōmendasset dignitatem suam Cic. rñdet Cic. se existimare non Bruti, sed suam propriam dignitatem sibi cōmendatam fuisse, affirmat se eius laudibus nullo loco defutuꝝ. Deinde dicit se eius causa iuisse in senatū citius q̄ pposuerat, ibiq; defendisse acerrime dignitatem Bruti: malle aūt ut ab alijs q̄ à seipso intelligat quę de eo dixerit, hoc aūt affirmat se summo studio defensuꝝ quæcunq; ad eius dignitatem pertinebunt: qď & si cognoscit multos alios facturos, tñ dicit se uelle esse primū in ea re. {Sexto die) . i. sex diebus post quam Mutina discessit.

{Postridie)

{Postridie)postero die:q̃ uenit.{Mandata)quæ uerbis ei cõmiseras.{Eodem tpe) siḿ & semel.{Quam) mea. {Exploratũ hab.)certissimũ tenebis.{Edixissent) fecissent edictũ & decretũ,ut senat' ꝯueniret.{Referre) ꝓponere. {De p̄sidio ꝯs.des.) ut liceret ꝯsulib.designatis hr̄e præsidium militũ ad tutelam suam: ne interficerentur à Cæsarianis: qui eos prosequebantur:erant aũt Coss.Des.C.N.Plan.& D.Brut.qui ut uisum est in prima epl̃a huius 11. lib. postulauerat:ut liceret interfectoribus Cæsaris esse Romæ cum p̄sidio.{Edictũ).i.de te:uel qd̃ proposuerat de p̄sidio.{Vt sil.)ut nemo diceret de immortalibus tuis in remp. beneficijs. {Qđ f.) esset, quia nemo dixit de tuis meritis p̄ter me.{Aut ẽt me non adesse)subaudi nefas esse duxi.{Esset an.)intell̃m me uenisse in senatum.{Frequẽtissimi)oẽs.{Lr̃is al.)ne uidear obijcere tibi offm̃ meum,si cõmemorauerim,quæ de te dixerim.{Cum multis)q̃ sunt parati ad idem faciendum.{Principatũ huius rei) .i.tñ uelim tibi ꝑsuadeas me uelle esse in hac re principem .i. primum oium.

LVpus &c.Rñdens Bruti epl̃æ dicit sibi Bruti dignitatem non minus q̃ suam esse cõmendatam ac charã. dicitq́; ei' causa iuisse in senatum & ibi dignitatẽ eius acerrime defendisse,qđ ex alijs potius q̃ ex se illũ discere uelit, pollicetur q́; se oia q̃ ad eum pertinebunt,ꝓ uirili sua defensurꝰ. Ordo est: Lupus nr̃ cum uenisset Romam Mutina.i.ab urbe in Italiam non longe à Rhegio,sexto,die.i.spatio sex dieꝝ,ꝯuenit me.i. ad me postridie.i.die qui ꝓxime secutus est mane,& exposuit mihi diligẽtissime mãdata tua,& reddidit lr̃as.qđ (ut erat in lr̃is)tu cõmendes mihi dignitatem tuam.Ego existimo te cõmendare mihi meam dignitatem eodẽ tpe, hoc est quasi eadem opera,quam.s.dignitatem meã non hẽo chariorẽ tuã .i. q̃ tuam mehercule.i.ita ꝓ sequente ut ueꝝ dico. Quare tu facies mihi gratissimũ si habebis exploratũ.i.oino certum nullo loco,nec ꝯsilium meum nec studium meum defuturũ tuis laudib.Cũ trib.pl. edixissent.i.denunciassent publice sup. ut senatus adesset,ad XIIII. cal.Ian.& hr̃ent in aio referre .i. ꝯsulere senatum de p̄sidio ꝯsulum designatoꝝ.i. qđ p̄sidium illis addiceretur q̃q̃ statueram,non uenire in senatum añ cal. Ian.tñ cum edictum tuum esset ꝓpositum eo ipso die,duxi.i. existimaui nefas esse aut senatum hr̃i ita ut sileretur de tuis diuinis meritis,i remp.qđ fcm̃ esset.i.si ita dicere liceat, silitum aut tacitum fuisset de te,nisi ego uenissem,aut ẽt me non adesse,siquid diceretur honorifice de te.Itaq; ego ueni mane in senatũ qđ cum esset aiaduersum,senatores frequentissimi conuenerũt.Sed sup.ego malo te cognoscere lr̃is aliorũ .s. quam meis,ea q̃ egerim de te in senatu,& q̃ dixerim in ꝯcione.i.cõgregatione hoium maxima.Ego uelim sup. ut ꝑsuadeas tibi illud me suscepturum i sup.esse & defensurum semꝑ summo studio oia q̃ pertinebunt ad augendã dignitatem tuam q̃ est amplissima per se.i.absq; alicuius suffragio.Qđ q̃q̃ intelligo me esse facturum cum multis,tñ appetam.i. conaboꝛ habere principatum.i.primum locum huius rei.i.in hac re.

GIBERTI LONGOLII LEMMA:

HOrtatur Brutum, vt pro rep. laboret, nec senatus auctoritatem ad id expectet, sed suo consilio conficiat.

M. CICERO D. BRVTO IMP. S. 7

CVM adhibuisset domi mea Lupus me, & Libonem, & Seruium, consobrinũ tuũ; qua mea fuerit sententia, cognosse te ex Cn. Seio arbitror, qui nostro sermoni interfuit. reliqua, quãquam statim Seium Graceius est subsecutus, tamen ex Graceio poteris cognoscere. caput aũt est hoc, quod te diligentissime percipere, & meminisse velim, vt ne in libertate, & salute populi R. conseruanda auctoritatem senatus expectes nondum liberi; ne & tuum factum condemnes, (nullo enim publico consilio remp. liberasti: quo est ẽt res illa maior, & clarior) & adolescentem, vel puerũ potius Cæsarẽ iudices temere fecisse, qui tantam causam publicã priuato consilio susceperit; denique hoĩes rusticos, sed fortissimos viros, ciuesq́; optimos, dementes fuisse iudices, primũ milites veteranos, cõmilitones tuos, deinde legionem Martiã, legionem quartam, qua suum consulem hostem iudicauerũt, seq́; ad salutẽ reip. defendendã contulerunt. voluntas senatus pro auctoritate haberi debet, cũ auctoritas impeditur metu. postremo suscepta tibi causa iam bis est, vt nõ sit integrũ; primũ idibus Mart. deinde proxime, exercitu nouo, & copijs comparatis. quamobrem ad oĩa ita paratus, atque animatus esse debes, non vt nihil facias, nisi iussus; sed vt ea geras, quæ ab omnibus summa cum admiratione laudentur. Vale.

CVM adhibuisset) Cum domi Cic. multi ex amicis Bruti ꝯgregati essent, ut ꝯsultarent qđ à Bruto agendũ esset,scribit Cic.Brutum posse intelligere sñiam suam ex M.Seio qui oibus rebus interfuit.illud aũt suadet, ut in ꝯseruanda libertate & salute P.R. non expectet auctoritatẽ & iussa senatus,sed ipse faciat qđ putabit,& iudicabit esse faciendũ, q̃a satis intelligitur senatus iussisse,cum hẽt uoluntatẽ,sed non audet ob aliquem metũ iubere,postremo oñdit oino ꝑseuerandum esse Bruto ad defendendã libertatẽ cum iam bis id inceperit,à quo incepto non põt bonus ciuis sine infamia desistere.{Adhibuisset)adiunxisset,aggregasset.{Sententia)iudiciũ de eo q̃d sit agendũ.{Subsecutus est)successit statim,postquã Seius discessit.{Caput)summũ p̄ncipiũ.{Percipe)intelligere. Vt ne) Ordo est,ut ne expectes auctoritatẽ senat' in libertate ꝯseruanda.{Auctoritatẽ)sñiam,senatusconsultum. {Nõdum lib.)s.senatus.i.q̃ adhuc non est in libertate,ut audeat decernere q̃d tibi sit agendum.{Ne & tuũ)subaudi uelim.{Ne damnes tuum f.) i.pœniteat te, & putes te male fecisse qđ Cæs. interfeceris.{Nullo p.)sed tuo.{Quo)ob quam rẽ,q̃a tuo ꝯsilio & non publico usus es.{Clarior) illustrior, q̃a si publico ꝯsilio id fecisses,esset tua laus cum multis cõicãda.{Et adol.) subaudi uelim,ne iudices Cæs.adolescentẽ.{Temere f.) i.imprudenter.{Tantam cãm)defendendę reip.{Priuato suo)nõ cõmittente ei senatu.{Deniq;)subaudi uelim ne iudices.{Homines r.)hoies impitos & timidos,quales solent esse rustici. {Sed uiros fort.)bñ uiros dixit ꝯtra hoies q̃a ad uirtutẽ refertur.{Fortissimos)maximi animi,ꝯtra qđ dixit rusticos.{Fuisse d.)sed potius sapientes. {Cõmilitones) q̃ tecum militauerunt sub Cæs. in Gallia primũ, subaudi ne iudices dementes fuisse.{Suũ cõ.)M.Ant.qui erat ꝯsul cum Cæs.est interfectus. {Voluntas)intẽtio.{Pro au.)ꝑ decreto.{Me t.) timore alicuius,ne audeat ea dicere & decernere q̃ sentit & uellet fieri,sicut tunc ꝑꝑ Ant.timorẽ non audeat senatus dicere, qđ uolebat.{Causa) tuendæ reip. {Vt non sit) ut iam non liceat tibi desistere,si uelis,nõ sit amplius in ptãte tua omittere cãm bis susceptã.{Primũ) suscepta est tibi cã.{Idibus Mar.) quo die Cæs.interfecisti.{Proxime)nuperrime.{Exercitu n.)à te collecto.{Animatus)inflãmatus. {Ita nõ ut nihil facias nisi iussus) .i. non ita ut nihil facias,nisi qđ iusserit senatus, sed ita debes esse aiatus.{Vt ea g.)s.iudicio tuo. {Cũ sum.ad.) quia sint & subito & optime facta, talia.n.solẽt esse admirationi.

CVm adhibuisset &c. Cũ multi ex amicis Bruti domi Cic. ꝯsultarent quid Bruto agendum esset, intererat M.Seius à quo dicit Brutũ posse oia intelligere. Monet aũt ut pergat, nec expectet auctoritatẽ & iussa senatus,q̃ satis iussisse uisus ẽ cũ se uelle sigñaret,licet ob metum palàm non auderet.Ordo est:Cũ Lupus adhibuisset.i. ad ꝯsultationẽ aggregasset domi meæ me & Libonẽ & Seruiũ ꝯsobrinũ tuũ,ego arbitror te cognoscere ex Cn.Seio,q̃ iterfuit sermoni nr̃o, q̃ fuerit sñia mea & tu poteris cognoscere reliqua ex Græceio.q̃q̃ Græcei' subsecutus est statim Seiũ. aũt .i. sed caput.i.principalis ꝯclo est hoc.i.hmõi,quod uelim te ꝑcipere & meminisse diligentissime.Vt ne.i.non expectes auctoritatem senatus nondũ liberi in libertate & salute P.R.conseruanda,ne .i. simul,condẽnes factum tuum:nullo.n.ꝯsilio publico liberasti remp. quo.i.ꝑ qđ,res illa.s.quã egisti,est sup.ẽt maior & clarior.i.illustrior q̃ si alterius auctoritate eã suscepisses.& iudicem Cæs.s.Octauianũ adulescentẽ uel potius puerũ, fecisse temere.i.incõsiderate,qui susceperit tãtam cãm publicam .s. quantam ꝑegerat. Dẽiq; tu iudices.s.sic hoies rusticos,sed uiros fortissimos & ciues

ues optimos,primum milites ueteranos cómilitones tuos,deinde legionem Martiam,legionem quartam,q̃ iudicauerunt, suum ꝯsulem.s.Antonium,hostem.S.P.R.& ꝯtulerút se ad salutem reip.defendendam, hos inq̃ oẽs iudices fuisse dementes.Sed non est ita iudicandum,quia uoluntas senatus debet hři pro auctoritate,cum auctoritas.i.publica approbatio impeditur,metu.Postremo.i.qđ ultimo loco dico,ea est suscepta tibi.i.à te iam bis ut non sit.s.tibi integrú.i. mere liberũ utrú pgas,an desistas,quia necesse est pgere. Primú sup.suscepta tibi,idibus Martijs quibus Cæsarem occidisti,deinde proxime, exercitu nouo & copijs comparatis. Quaobrem tu debes esse paratus atq; aĩatus ad oĩa ita , non ut facias nihil nisi iussus sed ut geras ea q̃ laudentur ab oĩbus cú summa admiratione.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

SCribit Bruto, quæ sit expectatio Senatus de eo, quidq; in vrbe de exercitu & suis rebus agatur.

M. CICERO D. BRVTO IMP. S. 8

EO TEMPORE *Polla tua misit, vt ad te, si quid vellem, darem literarum, cũ, quid scriberem, non habebam. oĩa enim erant suspensa propter expectationem legatorum: qui quid egissent, nihil dum nunciabatur. hæc tamen scribenda existimaui: primum, senatum populumq́ R. de te laborare non solum salutis suæ causa, sed ẽt dignitatis tuæ. admirabilis est enim quædam tui nominis caritas, amorq́ in te singularis oĩum ciuium. ita enim sperant, atque confidunt, vt antea rege, sic hoc tempore regno te remp. liberaturum. Romæ delectus habetur, totaq́ Italia: si hic delectus appellandus est, cum vltro se offerunt omnes: tantus ardor animos hoĩum occupauit desiderio libertatis, odioq́ diuturnæ seruitutis. De reliquis rebus à te iam expectare literas debemus, quid ipse agas, quid noster Hirtius, quid Cæsar meus: quos spero breui tempore societate victoriæ tecum copulatos fore. Reliquum est, vt de me id scribam, quod te ex tuorũ literis & spero, & malo cognoscere; me neque deesse vlla in re, neque vnquam defuturum dignitati tuæ. Fac valeas.*

HVBER. EO tpe) Quo tpe Brut. maximis uiribus Ant. opprimebatur Mutinæ oñdit Cic. Brutum magnæ curæ esse senatui non solum pp salutẽ publicam.sed ẽt pp dignitatem ipsius Bruti:quem dicit esse oĩbus ciuibus charissimum in quo maximam habeant spẽ ppetuæ libertatis,monet aũt eum qđ fiat in Italia & petit se ab eo certiorẽ fieri qđ & ipse & Hirtius & Octauius agãt. Postremo pollicetur se nulla re defuturũ eius dignitati.{Polla tua).s.uxor.{Cum).i.quo.s.tpe.{Suspensa) adhuc incerta & dubia. {Legatorũ) q missi fuerant ab Ant.ut obsidione desisteret. {Nihil dum),p nihil,nam dũ adiecto est sicut ades dũ,uel certe nihil dũ ,p nondum more græco,nã et μηδέπω & μήπω pro nondum dr̃ apud Græcos. {Confidunt) certissimum hñt sine dubĩone credunt.{Vt)sicut.{Rege Cæs.) erat aũt regium nomẽ apud Romanos inuidiosum , unde ad fugiendum inuidiam Cæs.imperator q̃ rex appellari maluit. {Regno)dñatu quorundam.{Delectus)qui ut supra diximꝰ, ex diuersis locis electis fit,sed qm̃ oẽs & non qdam se offerebant ad libertatem,ideo correxit dicens,si hic delectus appellandus, cum potius sit appellenda cõis omnium cõspiratio. {Vltro)sponte,non inuitati.{Relictum est) supest. {Tantus ardor)admiratiue.ut Tantæ molis erat Romanã ꝯdere gentem.{Diuturnæ)longe.{Hirtius)consul.qui erat in castris Cæsaris Octauiani.{Societate uictoriæ)qa simul eritis uictores.

Nihil dũ Dum

Vltro

ASCEN. EO tpe etc.Quo tpe M.Ant.maximis uiribus opprimebat Mutinam,scripsit ad Brutum Cic.dicens eius salutẽ maxime curæ esse senatui omniq́; pplo,cum sponte sua noĩa darent,& ad militiam scriberentur ,p liberando eodẽ. & p eũ rep.subleuãda à regno ut liberata erat à rege.Ordo est. Polla tua.s.uxor misit ad me,ut siqđ lrãrũ uellem sup.dare ad te, darem.Sunt q legant dare , qño subaudiendum esset aliud ꝟ bũ quale esset,ut sup.admoneret,aut sciret &c.eo tpe,cum .i. qꝛ, non habebam quid scriberẽ.Omnia.n.erant suspensa pp expectationem legatorũ,q missi fuerant ad Ant. ut desisteret ab obsidione,qui .s. legati qđ egissent.s.apud Ant.nihil dum .i. nihil adhuc nunciabatur. Ego tñ existimaui hæc scribenda S.P.Q.R.laborare de te nõ solum cã salutis tuæ, sed ẽt dignitatis tuæ. Eñ.i.qa charitas quædã nois tui est admirabilis,& amor oium ciuium est in te singularis.Ipsi.n.sperant atq; ꝯfidunt ita te ut antea.s.liberasti remp.rege.i.tyrãno, ita te liberaturũ sup.esse hoc tpe rẽp. regno, hoc est ut nullus deinceps se regẽ ,pfiteri audeat.Delectus.i.ꝯscriptio militũ q de multis legitur,hr̃ Romæ, & in tota Italia. si hic.i.hmõi ꝯscriptio est appellandus delectus,cũ oẽs se offerũt ultro.Tãtus ardor occupauit.i.inuasit aĩos hoium desiderio libertatis,& odio seruitutis diutinæ.Nos debemus expectare à te lrãs de reliqs rebus.qđ.s.ipse.i.tu agas.quid Hirtius nr̃ sup.agat.quid Cæs. meus.s.singularis amicus.dicit meus,quia pp interfectũ Cæsarem à quo hæres scriptus erat,& filij loco habitus,non audet eum Bruto dicere amicũ:sup.agat quos spero breui tpe fore cupulatos tecum societate uictoriæ.Reliquũ est,ut scribam id de me.qđ ego & spero,& malo te cognoscere ex lrĩs tuorũ, neq; deesse neq; defuturũ ulla in re dignitati tuæ. Fac ualeas.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

HOrtatur Ciceronem vt operam det, ne ob consulum mortem resp. detrimentum capiat amplius, & suam operam reip. pollicetur.

D. BRVTVS M. CICERONI S. D. 9

PANSA *amisso, quãtum detrimenti resp. acceperit, non te præterit. nunc auctoritate, & prudentia tua prospicias oportet, ne inimici nostri, consulibus sublatis, sperent se conualescere posse. ego, ne consistere possit in Italia Antonius, dabo operã. sequar eũ confestim. vtrũque me pstaturum spero, ne aut Ventidius elabatur, aut Antonius in Italia moretur. in primis rogo te, ad hominem uentosissimum, Lepidum mittas, ne bellum nobis redintegrare possit, Antonio sibi coniuncto. nam de Pollione Asinio, puto te perspicere, quid sit facturus. multæ, & bonæ, & firmæ sunt legiones Lepidi, & Asinij. neque hæc iccirco tibi scribo, quod te non eadem animaduertere sciam; sed quòd mihi persuasissimum est, Lepidum recte facturum nunquam; si forte vobis id de hoc dubium est. Plancum quoque confirmetis, oro: quem spero, pulso Antonio, reip. non defuturũ. si se Alpes Antonius traiecerit, constitui præsidium in Alpibus collocare, & te de omni re facere certiorem. IIII. cal. Maij, ex castris, Rhegij.*

PANSA) Fuso & superato Ant.apud Mutinam non sine clade & uulnere uictorũ,qa in eo pꝛlio pter multos milites interierũt ẽt ꝯsules Hirtius & Pansa.hortatur Brut.Cic.ut ,puideat ne ęgde ꝯsulum hostes uires accipe possint , dicitq́; qđ ipse sit facturus & qđ sentiat de Lepido,Pollione,& Plan. nã de Plan.se bene sperare dicit:cum de alijs duob.& pcipue de Lep.dubitet.{Amisso)interẽpto.{Detrimenti)dãni.{Non pterit te)scis.{Inimici)Antoniani.{Cõsulibus)Hirtio & Pãsa. {Sublatis)interẽptis.{Conualescere)ualidiores fieri. {Confestim)statim.{Vtrunq;)qđ sequitur.s.ne aut. {Ventidius el.) i.effugiat:ut Antenor potuit medijs elapsus Achiuis , erat.n. Ventidius Ant.amicissimus.{Præstaturũ)effecturũ.{Ventosissimũ)uanissimũ,mendacissimũ,& leuissimũ. {Redintegrare)renouare.{Perspicere) ,puidere & eum puto ꝯiunctum iri cũ Ant.{Nunq̃ recte fact.)qa uideret inclinari ad Ant.{Persuasissimũ)certissimũ.{Cõfirmetis) ut pseueret in tuẽda libertate,ut añ cœpit.{Traiecerit)trãsmiserit.{Præsidiũ) milites q seruant ipsas alpes.{Rhegij)quæ urbs est nõ ,pcul à Mutina.

HVBER.

ASCEN. PAnsa &c. Fuso Antonio apud Mutinā, nō sine clade eoꝝ, q uicerunt, qa Hirtius, & Pansa ꝯsules in eo ꝯflictu cecide rant hortatur Brutū Cicero, ut ꝓspiciat ne p necē ꝯsulum ho stis uires augeantur: dicitq́; qd ipse sit facturus, & qd sentiat de Lepido, Pollione, & Planco. Ordo est. Nō pterit te. i. sciam tua non fugit, hoc est bn̄ scis, quantū detrimenti resp. acrepit, Pansa. s. ꝯsule amisso, qa occiso nunc oportet, sup. ut ꝓspicias auctoritate, & prudentia tua ne inimici nr̄i sperent se posse ꝯualescere. i. fieri ualidiores. ꝯsulib. s. Pansa, & Hirtio sublatis .s. de medio uiuentiū. Ego dabo operā ne Ant. possit ꝯsistere .i. sedem fugere in Italia: sequar. n. ꝯfestim, hoc est cum festis natione, ego spero me præstatuꝝ. i. effectuꝝ utrunq́ꝫ. ne aut Ventidius elabatur, aut Ant. q iam elapsus erat, moretur i Ita lia, neutrū tn̄ ꝑstitit. In primis rogo te i sup. ut mittas ad Lep. hoiem uentosissimū. i. leuissimū, & inconstantissimū, ne possit redintegrare nobis bellū, Antonio ꝯiūcto sibi, id aūt euenit. Nam ego puto te ꝓspicere de Asinio Pollione, q ꝓconsul in Hispaniis erat, qd sit facturus. Multæ, & bonæ, & firmæ legio nes sunt legiones Lepidi & Asinij. Neq́ꝫ scribo id tibi idcirco, q sciam te non aiaduertere eadem, sed q ꝑsuasissimum est. i. oino creditū mihi, Lepidum nunq̄ factuꝝ recte. i. ꝓ rep. Si id forte dubiū est uobis de hoc. s. Lepidū ꝯfirmetis (oro) Plancū, quem spero non defutuꝝ reip. Antonio pulso, ita aūt simula uit se factuꝝ. sed nihil boni effecit. Sed si Antonius traiecerit alpes, ego ꝯstitui. i. proposui collocare in alpib. præsidium .i. militum custodiam, qui transitū ꝓhibeant & facere te certios rem de oi re. Quæ fere tota ꝯtra constitutum bonoꝝ euenit. Nam Lepidus, & Ant. ēt Cæsarem in partes suas traxerunt, & sil, triumuiratum iniuerunt. Ex castris Regiis. i. q sunt Rhe giis. qd' oppidū est non longe è Mutina. dem Rhegiū Lepidi.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

SCribit Ciceroni, se maxime illius patrocinium expetere in defensio ne sua auctoritatis. deinde reip. calamitatē exponit, quidq́; Ant. ege rit à fuga: & quo facile superari potuisset, si oia ex voto successissent.

D. BRVTVS M. CICERONI S. D. 10

*NOn mihi remp. plus debere arbitror, quàm me tibi. gratiorē me esse in te posse, quam isti peruersi sint in me, exploratum hēs: si tamen hæc temporis videātur dici causa, malle me tuum iudicium, quàm ex altera parte omnium istorum. tu enim à certo sensu, & vero iudicas de nobis: quod isti ne faciant, summa maleuolentia, & liuore impediuntur. interpellent me, quo minus honoratus sim; dū ne interpellēt, quo minus resp. à me cōmode administrari possit. qua quanto sit in periculo, quàm potero breuissime exponam. Primū oīum, quantam perturbationem rerum vrbanarum afferat obitus consulum, quantamq́; cupiditatem * hominibus iniciat va- cuitas. non te fugit. satis me multa scripsisse, quæ literis cō- mendari possint, arbitror: scio enim, tui scribam. reuertor nunc ad Antonium. qui ex fuga cum paruulam manū pe- ditum haberet inermium; ergastula soluendo, omneq́; genus hominum arripiendo, satis magnum numerum videtur effe- cisse. huc accessit manus Ventidij: qua, trans Apenninum itinere facto difficillimo, ad Vada peruenit, atque se ibi cum Antonio coniunxit. est numerus veteranorum, & armato- rum satis frequens cum Ventidio. consilia Antonij hæc sint, necesse est, aut ad Lepidum vt se conferat, si recipitur; aut Apennino, Alpibusq́; se teneat; & decursionibus per equi- tes, quos habet multos, vastet ea loca, in q̄ incurrerit; aut rursus se in Etruriam referat, quod ea pars Italiæ sine exer- citu est. quod si me Cæsar audisset, atque Apēninum trans- isset: in tantas angustias Antonium compulissem, vt inopia potius, quàm ferro, conficeretur. sed neque Cæsari imperari potest: nec Cæsar exercitui suo. quod vtrunque pessimum est. cum hæc talia sint: quo minus, quod ad me pertinebit, hoīes interpellent, vt supra scripsi, non impedio: hæc quemadmo- dum explicari possint, aut, à te cum explicabuntur, ne im- pediantur, timeo. alere iam milites non possum. cum ad rep. liberandam accessi, H-S mihi fuit pecuniæ C C C C amplius. tantum abest, vt mea rei familiaris liberum sit quidquam, vt meos iam omnes amicos ære alieno obstrinxerim. * septe- num numerum legionum alo; qua difficultate, tu arbitrare. non, si Varronis thesauros haberem, sustinere sumptum pos- sem. cum primum de Antonio exploratum habuero, faciam te certiorem. Tu me amabis, ita, si hoc idem me in te facere senseris. III non. Maij, ex castris, Dertone. Vale.*

* alias hoīb. honoris nō.

* alias septem

HVBER. NON MIHI) M. Ant. ut sæpe supra diximus, postq̄ superatus est apud Mutinam, semp ꝯsiuit secum Planc. & ꝓcipue cum Lep. coniungere. Itaq́ꝫ cum Romæ, ageretur de dignitate Brut. multiq́; ei aduersarentur. Primum ōndit Brut. se malle defensorē suū Cic. q̄ oēs alios. Deinde ōndit in quāto periculo sit resp. exponitq́; qd fecerit Ant. post fuga suam ex Mutina: cui dicit potuisse obsisti si Cæs. Octauianus uoluisset ei parere, q oia dicit, ut à Cic. diligenter exponātur in senatu. Postremo dicit ad quā difficultatē pecuniæ sit redactus. {Rē pub.) dēe mihi, pp assiduā curā meam erga eam & pp immor tale bn̄ficium, qd' ei ꝑstiti: cum meo ꝑiculo eam ex tyrānide liberaui. {Quàm me t.) s. arbitror dēe. {Peruersi) malo aīo. {Dici cā). s. mea. i. uideatur esse agendū de me uel. {Si) .i. q̄uis {Me. c. u.) dū uideatur defendi & agi. {Ab his). s. peruersis ci uibus, qui non sunt in me ualde grati. {Oium istoꝝ) .s. iudi cium. {Tu. n.) ron. {A certo). s. ex certa & uera snīa & ex co gnitione reꝝ. {Qd') .s. iudicare ex certo sensu. {Maleuolētia) odio in me. {Liuore) inuidia. {Interpellent) impediant. q. d. nihil q̄ro mea cā, sed oia cā reip. {Quàm pot. br.) i. quāto bre uiori sermone potero. {Obitus) mors. {Consulum) Hirtii & Pansæ, q Mutinensi prœlio interierunt. {Vacuitas) locus ꝯsu lum uacuus, q̄rebant .n. multi substui in eoꝝ locum ut supra uidim' de Pla. & Octauio. {Quæ possint cōm. lr̄is) .i. possint scribi, qa reliqua potius, sunt tacenda q̄ scribenda. {Cui) q. d. amicissimo & fidelissimo. {Ex fuga) post Mutinense prœliū. {Paruulam m.) exigua multitudine. {Ergastula) seruus q in ergastulis erant, posuit aūt locum pro ipsis seruis. {Soluēdo) liberando uinculis & seruitute. {Huc) ad supradicta. {Trans Apē.) s. montem oēm in longum tendens Italiam in partes duas diuidit, à dextra infeꝝ .i. Tuscū mare spectans, à sinistra uero supeꝝ, quod Adriaticū uocant, in siculū usq́ꝫ fretū ꝓgre ditur, capitur aūt initium, ut uoluit Str. à Genua, sicut alpes à Sabbatiis iter Genuam uero & Sabbatios ducenta ac sexa ginta stadia intersunt. {Ad Vada) q̇ Sabbatia Str. teste nuncu pantur. quidam dn̄t hodie appellari portum Vadoꝝ apud Saonam, q̇ Sabbatia dicta est. {Ad Lep.) q tenebat Gallia Nar bonensem, ut sæpe diximus. {Decursionibus) subitis & impro uisis suasionib. {Si Cæs. aud. me) si paruisset mihi Cęs. Octau. {Angustias) difficultates. {Conficeretur) ꝯsumaretur. {Exer citui suo). s. pōt imperari. {Ad me) ad honorē & rem meam. {Hæc) ordo est. {Timeo quemadmodum hæc possint exp.) s, ut debent, & ut sunt uera. {Impediantur) à ꝑuersis & male uolis uiris. {Alere) uictu sustentare, pascere. {Cum acc.) dicit quantum detrimentū reꝝ suaꝝ fecerit, qa cum incepit libera re remp. hēbat supra quadraginta millia sestertioꝝ, nunc aūt dicit Brutus se nihil libeꝝ hēe in re familiari sua. sed ēt accepis se mutuo oibus amicis suis pro se fideiussione obligatis. {Tm̄ abest) .i. tm̄ nō est ueꝝ. {Libeꝝ) sine obligatione. {Vt obst.) obligauerim. {Ære alieno) debitis pecunia mutuo accepta sub eorum fideiussione. {Septenum numerum leg.) i. septem legiones, quæ continebant supra quadraginta millia militū. {Varronis) qui illis temporibus fuerat ditissimus. {Exploras tum) certum, quod consilium sit capturus rebus suis.

Ergastula

Sabbatia, Vada.

ASCEN. NOn mihi &c. Dicit se plurimum dēe Ciceroni à quo gras uissime defensus erat. Ondit ēt in quanto ꝑiculo sit resp. & quid moliatur Antonius, cuius inceptis facile obsistere po tuisset si Cęs. Octauium adiutorem habuisset. quod & senatui indicari petit, & in quanta sit pecuniæ penuria. Ordo est. Nō arbitror

arbitror remp. dſe mihi plus ꝙ me tibi, tu hẽs exploratum .i. ꝑſpectum & cognitũ,me poſſe eſſe,uidelicet ſi libere in ciuita te libera uiuere poſſem, gratiorẽ .i. magis memorẽ bñficij in te,ꝙ iſti pueri.ſ.ob liberatã remp. ꝓ qua immortales mihi grãs debent,ut hoſtẽ ꝑtiæ ꝑſequuntur,ſint in.i.erga me, Au tem.i.ſed,ſi uideatur hoc ꝑte.l.adhuc dubio & incerto de exi tu belli dici.l.ſnia boneſta de me,ab his.ſ.pueris, cã ſimula tionis.i.ut ſimulent ſe amicos reip.ego mehercule mallem.i. pluris æſtimẽ,iudicium tuũ.ſ.ſolũ de me,ꝗ ſup.iudicia oium iſtoꝝ.ſ.puerꝯ ex altera ꝑte.ſ.ſi iudiciũ tuũ ponatur ex una parte quaſi bilãcis,& iudicia oium puerꝯ in altera ꝑte,ego pluris faciã iudiciũ tuũ ſolius ꝙ oium iſtoꝝ,ẽt ſi cã ſimulatio nis ꝓ me iudicent. Tu.n.iudicas de nobis à ſenſu certo & ꝟo .i.non ficto nec pro tpe aſſumpto.qđ iſti.ſ. pueri impediun tur ne faciant.i. impediuntur facere nõ ga illis iuſta cã deſit, ſed ſumma maleuolentia & liuore.ſ.ſummo.i. tetra inuidens tia,ꝗ hoiem liuidum facit,hoc eſt plũbei coloris qualis fit, ex morſu non apta cute,aut ex ꝯgreſſu uiolento , unũ Tibullus . Tũ ſuccos herbasꝗ; dedi, quis liuor abiret. Quẽ facit impſſo mutua dente Venus.Et Iuuen. Vuaꝗ; ꝯſpecta liuorem addu cit ab uua . Interpellent.i.innuo aut ꝓcedo ut interpellent .i. diſturbent & impediant me,quo minus.i.ut non ſim hono ratus,dũ ne.i.nõ interpellent.i.impediãt quo minus .i. ut nõ reſp.non poſſit adminiſtrari cõmode à me. Quæ.ſ.reſpub.in quãto ſit ꝑiculo ego exponã.i.declarabo, ꝗ.i.quantũ potero breuiſſime. Primũ oium nõ fugit te .i. ſciam tuã,hoc eſt bene ſcis quantã ꝑturbationẽ oium reꝝ urbanaꝝ,hoc eſt urbis Ro mæ,ꝗ ꝑ excellentiam dr urbs obitus.i.interitus & cædes ꝯſu lum.ſ.Pãſæ & Hirtij in bello occiſoꝝ,adferat.ſ.mõ,eſt.n.pñs tis ꝯiunctiui non futuri optatiui,& quantã cupiditatẽ nouis tas.ſ.ſtatuum & gubernatoꝝ inijciat.i.ꝗ cupidi & auidi ſint hoies,ut ſꝑ fuerunt innouandaꝝ reꝝ.inieċta.ſ.ſpe ꝑ mortem ꝯſulũ.Et ſup.aut de ꝗ re,ego arbitror me ſcripſiſſe ſatis multa ꝗ pñt cõmendari.i.tutò credi lrĩs. Scio.n.cui ſcribã ga ama tori reip.& boi ſapiẽtiſſimo. Reuertor nunc ad Ant.ꝗ cũ hñet paruulã manũ militum inermium ex fuga.ſ.collectoꝝ,uꝭ eſ feciſſe ſatis magnũ numeꝝ.ſ.militũ,ſoluẽdo.i. apiẽdo ergaſtu la.i.ſeruos ipſos,ꝗ in ergaſtulis ligati tenebantur ad faciẽdũ opus dñis ſuis , & arripiẽdo oẽ genus hoium , ut ſunt latro nes,ſicarij,exules,parricidæ,ꝗ ſolũ uerterunt & ſiſes . Huc .i. ad hoc malũ aut ad hanc uim militũ,acceſſit.i. addita eſt ma nus.i.exercitus Ventidij ꝗ.ſ.manus itinere difficillimo facto trans Appeninum.ſ.montẽ ꝗ Italiã dirimit à Liguſtico mari, Adriaticum ferè ꝑtenſus, ꝑuenit Vada .ſ. Sabbatia,nunc qđ portũ Vadoꝝ adꝗ ꝯonã dici uolunt , atꝗ ꝯiunxit ſe ibi cum Ant.Numerus ueteranoꝝ .ſ. militum cum primis paucos ar matos habuiſſet,eſt ſatis frequens.ſ. in exercitu Antonij poſt aduentũ Ventidij. Neceſſe eſt ut ꝯſilia Antonij cum Vẽtidio ſint hæc aut ut.ſ.Ant.ꝯferat ſe ad Lep.ſi recipitur.ſ.à Lepido, aut teneat ſe Appenino.ſ.mõte & alpib.hoc eſt in Liguria in ter Appeninum & alpes,& uaſtet ea loca ꝗ incurrerit de cur ſionibus p eqtes quos hẽt multos, aut referat ſe rurſus in He truriam,qđ ea pars Italiæ eſt ſine exercitu,qđ.i.quã rẽ ſi Cæſ. ſ.Octauius audiſſet me,atꝗ tranſiſſet In Appeninũ ꝑcluſurus .ſ.iter Ventidio,ipſe cõpuliſſet Ant.in tantas anguſtias,ut ꝯſi ceretur.i.ꝯſumeretur & ꝑiret potius inopia.ſ. cõmeatus ꝗ fer ro.Sed neꝗ põt.ſ. à me,aut quoꝗ imperari Cæſari, nec Cæſar ſup.pot imperare ſuo exercitui,qđ utrunꝗ eſt peſſimum.Cũ hæc ſint talia.i.tam piculoſa,nõ impedio.i.non obſto ut ſcri pſi ſupra quo.i.ut hoies minus.i.nõ interpellẽt.l. diſturbent qđ ꝑtinebit ad me.i.ad honorem meũ. Ego timeo.ſ.non in ueniri aut timeo ꝓ dubito, ſicut dubito ꝓ timeo interdũ acci pitur.quemadmodũ hæc.ſ.ꝗ impendent mala poſſint expli cari.i.abſolui.aut ne impediantur cũ.i.qñ explicabũtur à te . Ego non poſſum iam alere milites quia pecuniæ defecerunt. Cum.i.qñ acceſſi ad rep. liberandam fuit, mihi amplius qua tuor millibus ſeſtertium ꝓ ſeſtertioꝝ. quod ſi non dr̃ , dicere tñ licet,quia ſeſtertius reperitur. ſit ordo,ſeſtertium fuit mihi amplius quatuor millibus . Tm̃ abeſt ſup.nunc ut quidꝗ rei meæ familiaris ſit liberum.i.non obligatũ ære alieno,ut ob ſtrinxerim iam oẽs amicos meos ære alieno .i. debito quo ſe pro me obligauerunt. Ego alo numerum ſeptenum legionũ .i.legiones ſeptem numero, in quibus ſunt ultra quadragin ta millia militũ. Arbitrare tu.i.exiſtima,qua difficultate.q.d. nimirum maxima . Ego non poſſem ſuſtinere ſumptus.i.im pendia,ſi haberẽ theſauros Varronis,hominis ditiſſimi. Ego faciam te certiorem cum primum habuero ſup. aliqd explo ratũ de Antonio. Tu amabis me ſi ſenſeris ſup. me tacere hoc idem in te Datum ſupple aut ſcriptum Derthone , iđ habent Derthona ſubaudiendo ẽ ex caſtris . III. non. Maias.

Alle me tuum iudicium) referuntur hæc ad id,quod dixit,exploratum habes. totum autem hunc locũ ex libro Pauli Boti,& Vincentij Riccij emendauimus . PAVL. MANVT.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Narrat Ciceroni, quid de Lepido & Planco ſuſpicabatur, & quos mi lites, quæque auxilia adhuc expectet.

D. BRVTVS, IMP. COS. DES. M. CICERONI S. D. II

EODEM exemplo literæ à te mihi reddi tæ ſunt , quo pueri mei attulerunt. Tã tum me tibi debere exiſtimo , quantum perſoluere difficile eſt . Scripſi tibi , quæ hic gererentur . in itinere eſt Antonius : ad Lepidum proficiſcitur : ne de Planco quidem ſpem adhuc abiecit, ut ex libel lis eius animaduerti , qui in me inciderunt . in quibus , quos ad Aſinium , quos ad Lepidum , quos ad Plancum mitteret , ſcribebat . ego tamen non habui ambiguum , & ſtatim ad Plancum miſi : & biduo ab Allobrogibus, & totius Galliæ legatos expecto , quos confirmatos domum remittam. Tu , quæ iſtic opus erunt adminiſtrari , prouidebis , ut ex tua volunta te , reiꝗ; pub. cõmodo fiant . maleuolentiæ hominum , in me , ſi poteris , occurres : ſi non poteris , hoc te conſolabere , quod me de ſtatu meo nullis contumelijs deterrere poſſunt . Pridie non. Maij , ex caſtris , finibus Statiellenſium .

EODEM) Cum Ant. poſt cladem Mutinẽſem alpes uerſus fugiſſet ſcribit Brut.ſe dubitare de Lep.& Planc.ne cum eo coniungatur,ga miſe rat Ant.ad eos nuncios occulte,ſicut Bru.ſe co gnouiſſe dicit ex quibuſdam ſcriptis Ant.quæ ad eius manum prouenerunt, dicit tñ ſe expeċtare & ex Allo brogibus, & ex oi Gallia legatos,quos ſperat remiſſurum do mum ꝯfirmatos.{Poſtremo orat Cic.}ut eũ Romæ defendet. {Quo).ſ.exemplo.{Pueri}ſerui.{Perſoluere}ſatiſfacere.{Ex lib.}codicillis lrĩs.{Eius}Antonij.{Inciderũt i me} caſu quo dã uenerunt ad manus meas.{In qb.}libellis.{Quos}.ſ.nũ cios ſecretos.{Aſiniũ} Polliõne,ꝗ ꝑerat Hiſpaniæ,ut ſup lib. X.{Non hab. ambig.} nõ poſui in dubio,ſed ſtatim credidi . {Miſi}.ſ.noĩe meo nũciũ.{Biduo}intra duos dies. {Ab All,} pꝑlis qui ſtatim occurrunt ſuperatis alpib. de quibus lib. X. {Et totius Galliæ}.ſ.legatos.{Confirmatos} bñ perſuaſos,ad defendendam libertatem Romanam ne faueant Ant. {Iſtic} Romæ.{Adminiſtrari}geri.{Proſpicies}prouidebis. {Occur res}reſiſtes.{Hoc} hac re.{Conſolabere}.ſ.te.{Deterrere} res mouer ab offõ & defenſione libertatis.{Cõtumelijs}iniurijs. HVBER. Biduo

Eodem &c.Ex Alpib. ſcribens Brutus dicẽs ſe dubitare de Lep.& Plan.ne cũ Ant.ꝯiungantur, quia miſerat ad eos nũcios occulte, dicit ſe expeċtare Allobrogas, & petit à Cicer. defendi. Ordo eſt: Lr̃æ ſunt redditæ mihi à te.ſ.miſſæ, eodem exẽplo.i.eadẽ forma ſcribẽdi & eodẽ argũ quo pueri mei.i.ſer ui,attulerũt.i.annunciauerũt mihi à vbis , hoc eſt id qđ pueri mihi annũciauerãt de te, ꝑſpexi i lr̃is tuis ꝗ fuerũt ꝯſonæ uer bis eoꝝ. & ideo. Ego exiſtimo.i.iudico,me dr̃e tibi tm̃,quan tum difficile ſit perſoluere. Scripſi tibi ꝗ gerũtur hic . Anton. eſt in itinere,proficiſcitur ad Lep.ne quidem.i. non ẽt aut ſal tem abiecit ſpẽ de Planco.ſ.in partes ſuas uocando . ut aiađs uerti ex libellis.i.epꝉis eius.ꝗ i nciderũt in me.l.In man' meas aut meorũ. In qb.ſ.libellis ſcribebat, quos.ſ.nũcios, aut ſolici tatores mitteret ad Aſiniũ.ſ.Polliõe i Hiſpaniã, quos mitte ret ad Lep. quos ad Plã. Ego tñ nõ habui ambiguũ.i.dubiũ. & miſi ſtatim ad Plan.& expecto biduo.i.itra biduũ,legatos ab Allobrogib.pꝑlis Galliæ iter alpes,& Rhodanũ,& legatos ASCEN.

totius

totius Galliæ, quos.s.legatos,ubi uenerint. ego mittã domũ .s.suã ꝯfirmatos.s.in fide reipub. Romanæ, si ꝑspicies, q̇ opus erũt administrari istic.i.Romæ ut fiãt ex uolũtate tua, & cõmodo reip. Tu occurres.i.resistes, si poteris maleuolẽtiæ hominum in me, si nõ poteris, ꝯsolabere, sup.te, hoc, in hac re ꝙ ipsi maleuoli nullis ꝯtumelijs pñt deterrere me, de statu meo.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Mirari se dicit, cur Antonium Brutus confestim non sit persecutus, cum id plerique illi facile fuisse dicant, hortaturq; sub finem, ut omnes calumnias, quantum fieri poteit, vitet.

M. CICERO D. BRVTO IMP. COS. DES. S. D. 12

*TRES uno die à te accepi epistolas; unã breuem, quam Flacco Volumnio dederas; duas pleniores, quarum alteram tabellarius T. Vibij attulit, alteram ad me misit Lupus. Ex tuis literis; & ex Graccei oratione non modo non restinctũ bellum, sed etiam inflammatum videtur. non dubito autem pro tua singulari prudentia, quin perspicias, si aliquid firmitatis nactus sit Antonius, oĩa illa tua præclara in remp. merita ad nihilum esse ventura. ita n. Romã erat nunciatum, ita persuasum oĩbus, cum paucis inermibus, perterritis metu, fracto aĩo fugisse Antonium. qui si ita se habet, ut, quemadmodũ audiebam de Graceio, confligi cũ eo sine periculo non possit: non ille mihi fugisse à Mutina videtur, sed locum belli gerendi mutasse. itaque hoĩes alij * fracti sunt, non nulli ẽt queruntur, quòd persecuti non sitis. opprimi potuisse, si celeritas adhibita esset, existimant. oĩno EST hoc populi, maximeq́ nostri, in eo potissimum abuti libertate, per quem eam consecutus sit. sed tamen prouidendũ est, ne qua iusta querela esse possit. res sic se habet. is bellum confecerit, qui Antonium oppresserit. hoc quã habeat vim, te existimare malo, quàm me apertius scribere. Vale.*

* alias facti

HVBER. TRES uno die) Cum scripsisset Brutus Cic. & Græceius corã retulisset. M. Ant. ita fugisse ex prœlio Mutinensi, ut aduersus eum non posset sine periculo pugnari Cic. q credebat eũ penitus fractũ, dicit nõc non uideri sibi eũ fugisse, sed potius mutasse locũ ad bellum gerendũ. Itaq; dicit multos q̃ri de Bruto, ꝙ eũ statim nõ ꝑsecutus sit anteq̃ ꝑmitteret eũ uires recipe, ꝙ iam est opinio hoium, ꝙ si usus esset celeritate in ꝑsequendo, facile potuisset eũ opprimere quã q̃relã dicit esse ex ingratitudine. Sed tñ hortatur eũ, ne det alicui iustã de se q̃relæ cãm. {Pleniores) longiores. {Restinctum) sopitũ, penitus amotũ. {Inflãmatum) incensum, ut augeatur, & bene restinctũ & inflãmatum dixit, qa ut sæpius diximus, cõparatur bellũ incendio. {Nactus sit) accepit. {Illa) q̇ tñ hac fecisti. {Fracto aio) debilitato & sine ulla spe. {De Gr.) i. à Græceio, amabant.n. antiq frequenter ponere de pro a. {Confligi) certari pugna. {Locũ) aptiorẽ sibi q̃ esset Mutinæ. {Fracti) .s. ceciderãt aio. {Querũtur) de te & exercitu tuo. {Opprimi) Ant. {Ppli) cuiuslibet gñalr, uñ est ꝓuerb. Bñficia, q̇ in pplm ꝯferuntur, in nullũ ꝯferuntur. {Hoc) hic mos. {Nostri) Romani. {Abuti lib.) esse nimiũ libeꝝ & ingratũ ꝯtra rõnẽ in maledicendo & malefaciendo ei, ꝑ quẽ libertatẽ ꝯsecutus sit de multis talib. exẽplis lege Val. Max. in cap. de igratis. {Sit) ꝑ erit. {Confecerit,) {Quam uim habeat) qd̓ pondus, sic.n. supra scripsit ad Planc. id probans auctoritate Horat. qui solũ Vlyssem euersorem Troiæ appellauit. {Apertius) pluribus uerbis.

ASCEN. TRes &c. Cum intellexisset Cic. quas uires hr̄et M. Ant. dicit eũ non fugisse, sed locũ mutasse uideri, itaq; Brutũ, qd̓ eum nõ sit statim ꝑsecutus, monet caueat dare iustam q̃relæ cãm. Ordo est. Ego accepi à te tres epl̄as uno die, unã breuẽ, quã dederas.s. ꝑferendã Flacco Volumnio. Duas pleniores.i. plenius rẽ declarantes, qa ꝓlixiores. Quaꝝ.s. duaꝝ tabellari⁹ Titi Vibij attulit alterã. Lupus misit ad me alterã. Bellũ ut ex lr̄is tuis.i. ut sonant lr̄æ tuæ, & orone Græceij.i. ꝑm qd̓ Græceius locutus est, non mõ non restinctũ, sed ẽt inflãmatũ. Nõ dubito aũt qn ꝑspicias ꝑ singulari prudentia tua, si Ant. nactus sit.i. acq̇siuerit aliqd firmitatis, oia illa p̄clara merita tua in rẽp. esse uentura ad nihilũ, qa nunc uidearis tm̃ peccasse, quantũ prius demeruisse. Eñ.i. qa nunciatũ, erat Romã ita, ꝑsuasum erat oibus ita, Ant. fugisse aio fracto .i. hñs aium fractum, cũ paucis.s. militib. inermib. & sup. ꝑterritis metu. Qui .s. Ant. si hẽt se ita ut non possit ꝯfligi.i. ꝯflictus fieri. hoc est pugnari cũ eo sine ꝑiculo, queadmodũ audiebã, de.i. ex uel à Græceio. ille.s. Ant. nõ ut mihi fugisse de Mutina, sed mutasse locũ gerendi belli. Itaq;.i. & ita hoies, hoc est ciues Romani alij.i. aliq sunt fracti.s. aio.i. desperantes de uictoria. nõnulli q̇runtur.i. ꝯqueruntur ẽt qd̓ non sitis ꝑsecuti eos.s. fugientes tantisꝑ dum erãt trepidi & inermes. Ipsi sup. existimãt eos potuisse opprimi.i. ui expugnari & occidi, si celeritas.s. ꝑsequendi eos esset adhibita. Callide qd̓ ipse opinatur ne Brutũ lędat dicit alios opinari, uerũtñ fieri potuit ut alij opinarẽtur. Hoc .s. qd̓ dicet, uidelicet abuti libertate.i. nimis libere loq, potissimũ.i. p̄cipue in eo, uidelicet in te, ꝑ quem ꝯsecutus sit eã .s. libertatẽ. Est oino.s. proprium ppli, & maxime nr̄i.i. nobis fauentis. Sed tñ.i. tametsi forte ppl̄s id inique fecerit, tñ prouidendũ sit, ne qua iusta q̃rela possit esse. Res.i. negocium hoc, habet sic se, sup. ut is confecerit.i. finierit bellum, q oppsserit Antonium. Quam uim.i. efficiam hẽat hoc.s. ꝯsilium aut dictum malo te existimare.i. iudicare q̃ me scribere apertius.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

EXcusatoria est epistola, qua purgat se ab iniustis querelis, quod Antonium non sit mox persecutus, hortaturq; Ciceronem, ut & ipse & oẽs boni bono animo sint. sed tamen soliciti in curanda Republica.

D. BRVTVS IMP. COS. DES. M. CICERONI S. 13

IAM non ago tibi gratias: cui enim re vix referre possum, huic verbis non patitur res satis fieri. Attendere te volo, quæ in manibus sunt: qua enim prudentia es, nihil te fugiet, si meas literas diligenter legeris. Sequi confestim Antonium his de causis Cicero non potui. eram sine equitibus, sine iumentis. Hirtium perisse nesciebam. Cæsari non credebam prius, quàm conuenissem, & collocutus essem. hic dies hoc modo abijt. postridie mane à Pansa sum accersitus Bononiam. cum in itinere essem, nunciatum mihi est, eum mortuum esse. recurri ad meas copiolas: sic enim vere eas appellare possum. sunt extenuatissimæ, & inopia omnium rerum pessime acceptæ. biduo me Antonius antecessit, itinere multo maiore fugiens, quàm ego sequens. ille enim it passim, ego ordinatim. quacunque iuit, ergastula soluit, homines arripuit. constitit nusquam prius, quàm ad Vada venit: quem locum volo tibi esse notũ. iacet inter Appeninum, & Alpes, impeditissimus ad iter faciendum. cum abessem ab eo millia passuum triginta, & se iam Ventidio cõiunxisset; concio eius ad me est allata; in qua petere cœpit à militibus, ut se trans Alpes sequerentur: sibi cũ M. Lepido conuenire. succlamatum est, & frequenter à militibus Ventidianis, (nam suos valde quã paucos habet) sibi aut in Italia pereundum esse, aut vincendum. etiam orare cœperũt, ut Pollentiam iter facerent. cum sustinere non posset, in posterũ diem iter suum contulit. hac re mihi nunciata, statim quinque cohortes Pollentiam præmisi, meumq́ iter eò contuli. hora ante præsidium meum Pollentiam venit, quàm Trebellius cum equitibus. sane quàm sum gauisus: in hoc n. victoriam puto consistere. in spem venerant, quòd neque Planci quatuor legiones omnibus suis copijs pares arbitrabãtur; neque ex Italia tam celeriter exercitum traijci posse credebant. quos ipsi

adhuc

adhuc ſatis arroganter Allobroges, equitatusq́; omnis, qui eò præmiſſus erat à nobis, ſuſtinebant; noſtroq́; aduentu ſuſtineri facilius poſſe confidimus. tamen, ſi quo etiam caſu Iſarã ſe traiecerint; ne quid detrimenti reip. iniungant, ſumma à nobis dabitur opera. Vos magnum animum, optimamq́; ſpem de ſumma rep. habere volumus, cum & nos, & exercitus noſtros, ſingulari concordia coniunctos, ad omnia pro vobis videatis paratos ſed tamen nihil de diligentia remittere debetis, dareq́; operam, vt quamparatiſsimi ab exercitu, reliquisq́; rebus pro veſtra ſalute contra ſceleratiſsimam conſpirationem hoſtium confligamus: qui quidem eas copias, quas diu ſimulatione reip. compararant, ſubito ad patriæ periculum converterunt.

HVBER.

IAM non ago) Quia Cic. in præcedenti ep̃la familiariter monuerat Brut. ut daret operã ne iuſtam q̃relæ cãm de ſe daret, q̃a dixerat quoſdam q̃ſtos eſſe, q̄ non ſtatim pſecutus eſſet cũ exercitu ſuo Ant. ex Mutinenſi ꝯflictu fugientem, ſic.n. potuiſſe facile opprimi, primũ Brut. oñdit ſe tñ h̃re Cic. ut actione gr̃ar̃ non putet. ſatisfaciendum, cui re uix ſatisfieri poſſit, deinde excuſat, ſe quare ſtatim non pſecutus ſit Ant. adducitq́; ad excuſationẽ ſuam multas & iuſtas rõnes, dicit quò ſe recepit M. Ant. & qđ deliberet ſe factur̃ aduerſus eum, hortatur aũt ut oẽs bonam ſpẽ habeant de rep. & tñ ut ſp ſint parati & exercitu & ceteris rebus aduerſus eos, q ſub p̃textu defendẽdæ reip. magnas ſibi uires cõparant, ut eã opprimant. {Res) honeſtas. {Attendere) diligẽter ꝯſiderare. {In manib.) in ptãte. i. q̃ fieri pñt. {Nihil te fug.) nihil te latebit, nihil ignorabis. {Qua). i. ea prudẽtia, qua es. {Seq) incipit ſe excuſare. {Sine ium.) q̃ deferrent impedimenta & ſarcinas militares. dñt.n. iumenta tñmodo ex aialia, q̃ iuuant humeris ferre onera, ut eq, muli, aſini, camelli &c. huius gñis non ẽt q̃ trahunt, niſi fortaſſe impropriè ponãtur. quod rariſſimũ eſt. {Non cr.) non fiebã. {Hic dies) primus quò fugit Ant. & q̃a occurrebat quare non pſecutus es ſequenti die, adducit etiam cãs. {A Panſa) alter̃ ꝯſulem, qui grauiter uulneratus fuerat et Bononia ſtatim delatus. {In itin.) ut ad eum irẽ. {Copiolas) paruum exercitum. {Extenuatiſſimæ) ualde tenues & imminutæ. {Male ac.) male tractatæ. {Maiora it.) q̃a plura militaria, faciebat ipſe fugiens, q̃ ego pſequens ipm̃. {Paſſim) uage nulla ſeruata uia. {Ergaſtula) ſeruos, ſicut ſupradcm̃ eſt. {Ad Vad.) ad Sabbatios, ut ſup̃ diximus, ubi ſunt Vada dicta Sabbatia apud Saonam. {Appeninũ) quẽ ſupra diximus auctore Strab. incipe à Genua. Alpes uero à Sabbatijs, in medio ſunt Sabbatia Vada. {Cõcio) orõ. {Eius) Ant. petere exhortando eos. {Conuenire ſibi). i. ſe ꝯcordare & h̃re ut ita dicã intelligẽtiam cũ Lep. {Nam ſu.) parenthesis. {Habet) Ant. {Iter fac.) i. irent. {Pollentiam) hoc tp̃e ẽt extat oppidum in Ligurib. loco edito hñs à ſiniſtra Tanar̃ fluuium diſtans circa ſexaginta ſtadia ab Alba Liguſtica. poſſidetur aũt id oppidum & comitatus titulo & dñatus iure à magnifico & generoſo uiro & ſapientiſſimo iuriſconſulto Ant. Romagnano olim ducali Sabaudiæ ſcriba, ſecretario nunc Mediolani Ducali ſenatore grauiſſimo, cuius ſingularẽ æquitatem & ſapiam oẽs admirãtur. laudant, amant; errat aũt q dicit Pollentiã eſſe, q̃ hodie corrupto uocabulo Valentia uocatur in ripa Padi, cũ & ambo oppida extant, & multum inter ſe diſtent. {Suſtinere) retinere. {Cõtulit) .ſ. Pollentiã. {Eò) aduerb. eſt loci. i. illuc. ſ. Pollentia. {Hora añ pr. m. ue.) i. una hora añ uenit p̃ſidiũ meũ. {Pollentiam quã Treb.) dux Ant. cum eq̃tib. ſuis. {Præſidiũ) .i. milites mei, quos ad muniendã Pollentiam ꝯtra Ant. p̃miſeram. {Sanequam) .i. ualde. {In hoc) qđ me citius aduentarunt. {Pollẽtiã) q̃ eq̃tes Ant. quos ducebat Trebellius. {Allobroges) quos ego ꝯfirmauerã. {Satis arr.) ꝯſtanter, audacter. {Nr̃o aduẽtu) quia p̃ñtia mea fient fortiores. {Iſarã) fluuium in finibus Allobrogum, ut lib. X. dcm̃ eſt. {Iniungant) infeſtant. {De ſumma) de ſtatu. {Remittere) diminuere. i. pp hoc nõ debetis eſſe negligẽtiores. {Cõſpirationẽ) ꝯiurationẽ. ſed qm̃ ꝯſpiratio ẽt in bonũ dr̃, ideo dixit ſceleratiſſimã. {Cõfligamus) p̃liemur. {Simulatione) p̃textu. {Periculũ) diſcrimẽ, q̃a Ventidius coniunctus erat cũ Ant. & de fide Lep. dubitatur.

Iumenta.

Copiola.

Pollentia.

Cõſpiratio

ASCEN.

IAm &c. Quia in p̃cedenti ep̃la Cic. familiariter monuerat Brutũ ut daret operã ne iuſta hẽatur de eo q̃rela: Brutus ſe tñ dr̃e Cic. fatetur ut agendo gr̃as nõ putet ſe ſatisfactur̃. Purgat aũt q̄ non ſtatim pſecutus ſit Antonium adducẽs uarias rõnes, & bonã de ſe ſpem ꝯcitans. Ordo eſt: Iam non ago gr̃as tibi. i. iam non eſt mihi honeſtũ, aut ſatis poſſum agere .i. uerbis dicere tibi gr̃as. Em̃. i. quia, res non patitur ſatisfieri uerbis huic, cui uix poſſum referre. i. tantundẽ ferre atq; accepérim re. ſ. ipſa reddenda. ſ. rẽ aut operã æquiualentẽ. Ego uolo te attendere. i. aiaduertere, q̃ ſunt in manib. i. parata & p̃xime fient. Em̃. i. q̃a qua prudentia es. i. ſm̃ eam prudentiã qua polles, nihil fugiet. i. p̃teribit aut latebit te. i. rem oẽm intelliges, ſi legeris lr̃as meas diligenter. O Cic. ego nõ potuerã ſeq Antoniũ ꝯfeſtim. i. cũ feſtinatiõe ſtatim poſt cladẽ apud Mutinã ab eo acceptã his cauſis .i. pp has cãs, ſine eq̃tibus & ſine iumentis. i. cum non h̃rem equites ut ille, & deeſſent iumẽta q̃ impedimenta nr̃a ferrent. Vna cauſar̃ eſt q̄ neſciebã Hirtium. ſ. cõſulem periſſe. Ego non credebã Cæſari. ſ. Octauio, priuſq̃ conueniſſem ſup. eũ, & locutus eſſem. ſ. cũ eo. Hic dies .ſ. q tunc erat, abijt. i. tranſactus eſt hoc mõ .ſ. cum auxilia & cõſilia deeſſent. Ego ſum accerſitus. i. uocatus Bononiã. i. i eã urbem poſtridie. i. eius diei, hoc eſt die p̃xime ſequenti, mane .i. cũ prima luce à Panſa. ſ. ꝯſule. Cum eſſem in itinere nũciatum eſt mihi ſup. Panſam eſſe mortuũ .ſ. ex uulnere accepto. Ego recurri ad copiolas. i. modicas copias meas. i. uires exercitus mei poſſum appellare eas uere ſic. i. p diminutionem copiolas nõ copias. Nã ſup. ipſæ ſunt extenuatiſſimę. i. maxime extenuatæ & imminutæ, & acceptæ. i. affectæ peſſimæ. i. incõmodiſſime inopia. i. pp inopiam oĩum rer̃, Ant. anteceſſit me biduo. i. ſpatio duor̃ dier̃, fugiens. i. fugiendo faciens itinera .i. ut dñt dietas multo maiora, quia fugientib. ſp comes eſt celeritas, Vñ facete Maro, pedib. timor addidit alas. q̃ ego ſequẽs. Affert rõnem. Em̃. i. q̃a ille. ſ. Ant. fugiens ijt. i. iret fecit, paſſim. i. uage p quãcũq; uiam repiebat, alij legũt ſparſim .i. diſperſo exercitu ex fuga, ego ſup. iui aut p̃ceſſi ordinatim. i. agmine in ordine inſtructo. Quacũq; .i. p quẽcunq; locum, Ant. ſup. iuit, ſoluit ergaſtula. i. carcer ſeruor̃ ad opus faciendũ in ergaſtulis catenis uinctor̃, arripuit hoĩes .ſ. prius uinctos, aut alios ſe ſibi iungẽtes. Nuſquã cõſtitit. i. manſit ſtans priuſquã uenit ad Vada. ſ. Sabbatia: quẽ locũ uolo eſſe notũ tibi, iacet inter Appeninũ & Alpes, eas ſup. impeditiſſimas ad iter faciendũ. Cũ. i. qñ ego abeſſem ab eo. ſ. Ant. aut ab loco iã deſcripto triginta millia paſſuũ, & ſup. Ant. ꝯiunxiſſet ſe iam Vẽtidio, ꝯcio: id orõ quã ad milites ſuos habuit, eſt allata ad me. ſ. p occultos exploratores, aut p trãſfugas, in qua. ſ. ꝯcione Ant. cepit. i. cepat petere à militib. ut ſequerẽtur ſe trãs alpes, q̃a ſup. dixit cõuenire. i. concordiã eſſe ſibi cũ M. Lep. Succlamatũ. i. ſtatim poſt cõcionẽ clamatũ eſt, & .i. ẽt frequenter à militib. Ventidianis. i. quos Vẽtidius adduxerat. nã h̃et ualde quã. i. pquã paucos ſuos. i. quos ipſe ex fuga eduxerat præter eq̃tes, aut p̃eundum eſſe ſibi. ſ. militib. in Italia, aut uincendum in Italia. Etiã ſup. milites cœperunt orare ut facerẽt iter Pollentiã. i. ad eã urbẽ Liguriæ in loco alto ad Tanar̃ fluuiũ quem à ſiniſtra h̃et. Cũ ſup. Ant. nõ poſſet ſuſtinere eos. i. impetũ eor̃, q irent quò uellẽt, ipſe contulit iter ſuũ in diẽ poſterũ. i. p̃xime ſecutur̃. Hoc renunciato mihi, prætermiſi ſtatim q̃nq; cohortes Pollentiam & cõtuli iter meũ eò. i. ad eã Præſidium meũ p̃miſſum. ſ. ad cuſtodiã urbis illius, uenit Pollẽtiã hora. i. ſpatio unius horę, antequã Trebellius ſup. uenit cũ eq̃tib. ſ. Antonianis. Ego ſum ſanequã. i. pquã gauiſus. puto. n. uictoriã cõſiſtere in hoc. i. in occupatione Pollẽtiæ. Ipſi ſup. uenerãt in ſpẽ. ſ. uictoriæ aut p̃uẽtionis q̄ neq; arbitrabãtur quatuor legiones Plãci pares oibus copijs ſuis, neq; credebãt exercitũ poſſe traijci tã celeriter, ut ſubueniri poſſit Planco ex Italia. Quos. ſ. Antonianos, ipſi Allobroges ppl̃i. ſ. Galliæ, & ois eq̃tat' q p̃miſſus erat à nobis ſuſtinebãt adhuc ſatis arrogãter. i. iactãter. nullo mõ dimiſſis aĩs, & cõfidimus ſupp. eos poſſe ſuſtineri facilius nr̃o aduentu. i. p aduentũ nr̃m. Tãetſi ipſi. ſ. hoſtes, traiecerint ſe quo. i. aliquo caſu ẽt Iſarã .ſ. fluuiũ iuxta Granopolim, ſumma op̃a dabitur à nobis, ne iniũgant aut potius ingerãt aliq̃d detrimẽti reip. Nos uolumus uos. ſ. q in urbe eſtis, h̃re magnum aium, & optimã ſpẽ de ſumma .i. præcipua ſalute reip. cum uideatis & nos & exercitus noſtros coniunctos ſingulari cõcordia paratos uobis, ad oia .ſ. ſubeunda

{subeunda. Sed tñ nihil debetis, remittere de diligentia, & sup. debetis dare opam, ut nos ꝯfligamus q̃ paratissimi ab exerci tu & reliqs reb. i. in his q̃ ꝯcernũt exercitũ & reliquas res ꝑ sa lute nr̃a ꝯtra sceleratissimã ꝯspirationẽ hostiũ. Qui. s. hostes, qdẽ. i. certe ꝯuerterũt subito ad piculũ p̃riæ eas copias, q̃s cõ pararãt diu simulatione. i. ꝑ simulationem Reip. s. iuuandæ.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

NVnciat varia Bruto: primum de suo animo, deinde de populi R. auctoritate, de pecunijs & postulatis a Bruto, de exercitu mittendo, de Lepido, alysq; rebus.

M. CICERO D. BRVTO IMP. S. D. 14

*.s. ιστρυ mẽtum.

*MIRABILITER mi Brute lætor, mea consilia, meaq; sententias à te probari de decemuiris, de adornando adolescente. sed quid refert? mihi crede, homini non glorioso; plane iam Brute frigeo. * ὄργανον enim erat meũ senatus: id est iam dissolutum tantam spem attulerat explorata victoria tua præclara Mutina eruptio, fuga Antonij conciso exercitu, vt omnium animi relaxati sunt, meaq; illa vehementes contentiones tanquam * σκιαμαχίαι esse videãtur. sed, vt ad rem redeam; legionem Martiam, & quartam negant, qui illas norunt, vlla conditione ad te posse perduci. Pecuniæ, quam desideras, ratio potest haberi; eaq; habebitur. De Bruto accersendo, Cæsareq; ad Italiæ præsidium tenendo, valde tibi assentior: sed, vt scribis, habes obtrectatores: quos equidem facillime sustineo, sed impediunt tamẽ. Ex Africa legiones expectantur: sed bellum istic renatum homines mirantur. nihil tam præter spem vnquam. nam, die tuo natali victoria nũciata, in multa secula videbamus remp. liberatam. noui timores retexunt superiora. scripsisti autem ad me ijs, quas idibus Maij dedisti, modo te accepisse à Planco literas, non recipi à Lepido Antonium. id si ita est, omnia faciliora: sin aliter, magnum negocium: cuius exitum ne extimescam, tuæ partes sunt: ego plus, quàm feci, facere non possum. te tamen, id quod spero, omnium maximum, & clarissimum videre cupio. Vale.*

*.i. vmbratiles pugna

HVBER.

MIRABILITER) Scripseral Cic. ad Brut. qd sentiret de decẽuiris creandis, uel dignitate ꝯcedenda Cæs. de qua in processu ep̃læ dicam. cumq; rescripsisset Brut. ea ꝑbari à se q̃ Cic. cõ suluisset, dicit Cic. se ea re plurimum gaudere, oñdiq; in quantam spẽ de Brut. uenerit P. R. postq̃ liberatus est obsidione Mutinensi, & Ant. cũ exercitu suo fusus, deinde petiueral, Brut. ad se mitti duas legiones & pecuniã, rescribit Cic. qd ijs, de rebus fieri possit, deinde oñdit aliq̃ spem esse certæ uictoriæ si uerũ est, ꝙ Lep. non ꝯiunctus sit cum Ant. sicut ipse Brut. scripserat. Postremõ dicit plurimũ uirtute Brut. ꝯfidere qua sperat se usurũ cum uirũ clarissimũ. {De decemu.) uel q creati fuerant, ut scribit App. ad punitionẽ Ant. magr̃atus, ea aũt figura q̃dam erat abolitionis eorũ, q̃ Cæs. decreuisset. nam Ant. nulla ex se aut parua q̃dam uerũ uniuersa ex cõmẽtarijs Cæs. ediderat &c. uel certe qa, ut idẽ App. scribit, cũ senatus ꝑ legatos solicitasset duas legiones, q̃ ad Cæs. ab Ant. recesserant. edocens ne in uno solo spem ponerent, sed senatum q ptãtem immortalẽ solus hr̃et, potius sequerentur, accederẽtq; ad D. Brut. quo loco pecunias sibi allatas inuenirent. Iam. n. dimidium muneris ad eos attulisse, decẽuiros ad distributionem creauerunt, quos nunc possumus intelligere. nã decẽuiros electos ad agros diuidũdos sicut Cæs. instituerat, nõ ꝯuenit, cũ senatus uellet oĩa aboleri q̃ Cæs. fecisset. {Adolescente) Cæs. Octauio. {Ornãdo) uel ꝯsulatu, q̃ postulabat, in locũ Hirtij & Pansæ maxime fauore Cic. ad quem solũ scripserat, ut dicit App. uel Ornando ꝑtura. nam eodem Appiano auctore cum Cæs. uererentur: ne se cum Ant. ꝯiungeret, prætorẽ eum denuo in Ant. satis indecenter creare decreuerunt. {Quid refert) quod interest, ornetur, an non. {Non gl̃ioso) nõ iactabũdo. {Frigeo) cesso, ociosus sum. h. d. ne uideatur ualde curare honorẽ Cæs. cum de eo maxime laboraret. {Opta) diũ hic aliquid deesse, qđ quidem mihi ita ur̃. {Meum) ex s̃nia mea, qđ aũt senatusconsultum esse nõ ꝯstat quia nihil ante dixit. {Dissolutum) irritum, annihilatũ, non habuit locũ. {Exploratæ) indubitatum. {Eruptio) euasio. {Præclara) & fortis & astuta. {Relaxati) recreati, exhilarati, cũ antea essent nimia solicitudine ꝯtracti. {Tanq̃) si iam, ἐκκλαι ita hñt qdã codices. i. tanq̃ si iam qete sint, nã ἐκκλὲς qetum sign̄at, alius codex ex uetustissimo transcriptus hẽbat tanq̃ si annihilata esse uideantur, q tñ sensus idẽ erit. i. quasi non oporteat me uehemẽtioribus ꝯtentionibus uti, ut solebã. {Ratio) uia, modus. {Atque) . s. rõ hẽbitur. {Bruto) M. q tunc erat in Sardinia, ut infra patebit. {Quos sust.) qbus obsisto. {Istic) istud. {Vnq̃). s. fuit. {Nam) rõ quare nihil fuerit tã ꝑter spẽ q̃ illud bellum esset renouatum, qđ credebant esse oĩno extinctum intellecta uictoria ipsius Brut: eius die natali, ita ut resp. ꝑ multos annos crederetur esse liberata. {Die natali) cum. n. oĩum Romanorũ natales dies celebrarẽtur, tñ eorũ maxime, q de rep. benemeriti essent. Iuuen. Quare coronati Heluidius Traseasq; bibebãt, Brutorũ & Cassij natalib. {Retexunt) qdã exponunt manifestauerunt, sed magis placet retexunt. i. remouent & destruunt, sicuti infra in ep̃la Marij. Ant. nũc ætate ꝑcipitata cõmutẽ, ac me ipse retextã, ut eo loco exponimus plenius. {Iis). s. lr̃is tuis. {Modo) nup. {Nõ rec.) i societatẽ ut ferebatur. {Magnũ neg.) magnus labor. {Cuius) negocij. {Tuę partes sunt). i. à te ꝑtinẽt.

Ratio.

AICEN.

MIrabiliter &c. Scripserat ꝯsilia sua de decemuiris creãdis uel dignitate ꝯcedenda Cæs. quę placuisse Bruto dicit se gaudere, addens quantũ de eo speret & qd de libertate publica. Ordo est. O mi Brute, ego lætor mirabilr̃ ꝯsilia mea & s̃nias meas de decemuiris & de adulescente . s. Cæsare adornando ꝑbari. i. approbari à te. Sed qd refert. i. interest. s. sic se res hr̃e an alr̃? Rñsio. O Brute crede mihi hoi non gl̃ioso. i. non affectanti gl̃iam, sed qđ uerũ est simplr̃ petenti, ego iam frigeo. i. in ocio sum planè. i. oĩno. Em̃. i. qa organum meũ senatus. i. quo sonabã in senatu excitando, erat iam dissolutũ. i. non amplius tensum, qa sicut chordæ tensæ acutius sonant, solutæ lẽtius, ita hõ curis agitatus ad ꝯcionẽ acrior est, securus remissior, se aũt securiorem fcm̃ docet addens. Victoria tua explorata est. i. manifesta, ꝑclara eruptio tua Mutina, ubi obsessus obsidentes in fugã uertisti. Fuga Antonij, exercitu sup. ꝯciso . i. sil'cæso, attulerat sup. nobis tantã spem, ut animi oĩum sint relaxati, & illæ uehemẽtes ꝯciones meæ, uir̃ esse tanq̃ σκιαμαχίαι sciamachiæ. i. umbratiles pugnæ. i. in cubiculo aut scholis excogitatæ σκιὰ dr̃ umbra σκιαμαχέω pugno cũ umbra. nã μάχη pugna dr̃. Sed ut redeam ad rem pro ueniam ad rem. i. principale institutũ, negant legionẽ Martiam & quartã ꝑduci. s. posse ad te ulla ꝯdõne, negant inq̃ qui norunt illas. Rõ. i. inuẽtio aut supputatio pecuniæ quã desideras & ea hẽbitur. Ego assentior tibi ualde, de Bruto . s. Marco accersendo, & de Cæsare tenẽdo ad ꝑsidium. i. custodiam Italiæ. Sed ut scribis tu hẽs obtrectatores, quos eqdem. i. ego quidẽ sustineo. i. ꝑfero ita ꝙ me defensorẽ tui non uideãt facillime. Sed hoies mirantur bellũ renatũ istic. s. cũ Añt. Nihil sup. accidit. unq̃ tam ꝑter spẽ. Nã uictoria nũciata. i. post quã erat nũciata. Die tuo natali, q. s. celebratur ab oibuscunq; bñ meritis de p̃ria, unde Iuuen. Quale coronati Heluidius Traseasq; bibebãt, Brutorũ & Cassij natalib. nos uidebamus Rẽp. liberatã. in multa s̃cl̃a, sed sup. timores noui retexunt. i. destruunt supiora. s. gaudia. Scripsisti aũt ad me ijs. s. lr̃is, quas dedisti ad me idib. Maij, te recepisse mõ. i. paulo añ lr̃as à Planco, Antonium. i. q̃ dicebãt Antonium non recipi à Lepido. Si. i. ita, oĩa sup. erunt faciliora, sin. i. sed si, alr̃ sup. sit, magnũ negocium sup. erit. i. difficile bellũ, cuius exitũ. i. finẽ ne extimescant, sunt tuæ partes. i. ad tuũ offm̃ ꝑtinet. Ego non possum plus facere q̃ feci. Tñ cupio id qđ s̃po. s. uidere te maximũ & clarissimũ oĩum. s. mortaliũ.

RVsticũ nimis & illepidũ sordidũq; adeo plane uocabulũ Cic. ep̃lam occupauit, eam q̃ est ad Brutũ, isto principio: Mirabilr̃ mi Brute lætor, Sic. n. in ea legimus. Meq; ille uehementes ꝯtentiones tanq̃ scientia adnihilatæ esse uideantur. Qđ qdam tñ hactenus corrigũt, ut dicãt, tanq̃ si iam adnihilatæ esse uideantur. Cõsulant q̃so eruditi pitiq; idoneorũ uerborũ ueterumq; lectionũ, ꝯsulãt suũ qsq; iudiciũ sensumq;, ac tum demũ credere audeant, adnihilatas ꝯtentiones scriptum fuisse

Ang. Pol. Miscell. cap. 34.

fuisse à Cicerone. Nos in codicibus duobus Mediceæ familię. quoꝝ supra quoq; fidē allegamus, mendose id ēt, sed tñ ut erroris adhuc uestigiū non sit oblitum, sic reperimus. Tanquā Sciamachaleæ esse uideantur. Quare suspicamur legendum, Sciamachiæ. Sunt.n. Sciamachiæ nihil sanè aliud, q̃ umbratiles pugnæ. Sentit.n. Cicero hoc utiq; frigere iam se planè in senatu, nō succedētib. Bruto reb. suasq; illas uehemētes ꝯtentiōes, sciamachias uideri. Vocabulū ipm perq̃ est elegās apud Græcos, & magnopē usitatū. Quin Gal. quoq; medic' lib.11. [illegible] Inter celeres eaercitationēs q̃ tñ attentæ, uiolentæq; non sunt. ēt cursus numerat, & sciamachias. Deniq; uel Eustathius in Odyssææ cōmentario Rhapsodiæ tertiæ, de uerbo eo sic meminit: [illegible] Et M. Varro satyram unā è suis illis Menippeis Sciamachiā inscripsit. Hæc.u. apud Gell. uera ex antiq̃s exēplarib. lectio, nō ut q̃dam ēt scribūt Criomachia. q̃n paulo ēt supra in epl'a eadē Cicer. uocabulū alteꝝ qđ est. [illegible], de Græca scriptura deprauatū, migrauit in Latinā. Nā ꝓ eo q̃ erat [illegible] factum iam optanum: neq; aūt hoc quoq; ab alio hactenus aiaduertitur. Quare sic legeris. Planè iā Brute frigeo: organū .n. erat meū Senatus, ut quo organo Cic. instroq; utebatur.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

GRatam sibi Bruti diligentiam in salutando illum per Plancum fuisse scribit. Hortatur deinde, ut egregiam operam Reip. nauet.

M. CICERO D. BRVTO IMP. S. D. 15

ETsi mihi tuæ literæ iucūdissimæ sunt: tamen iucundius fuit, quòd in summa occupatione tua Planco collegæ mandasti, vt te mihi per literas excusaret, quod fecit ille diligenter. mihi autem nihil amabilius officio tuo & diligentia. Coniunctio tua cum collega. concordiaq́ uestra, quæ literis cōmunibus declarata est, senatui, populoq́ R. gratissima accidit quod superest, perge mi Brute, & iam non cū alijs, sed tecum ipse certa. plura scribere non debeo, præsertim ad te quo magistro breuitatis vti cogito. Literas tuas vehementer expecto, & qui tales, quales maxime opto.

HVBER. ETSI) cum non potuisset Brut. ad Cic. scribere, mandarat collegæ suo Planc. ut eum apud Cic. excusaret q̃ cū fecisset scribit Cic. sibi gratissimum fuisse talem diligentiam, deinde q̃m publice scripserant Brut. & Planc. se optime inter se ꝯuenire, dicit Cic. senatū uehementer gaudere ea ꝯcordia. Postremo hortatur ipm Bru. ut ꝑgat imitari nō aliū quā seipm. {Cum coll.) Planc. {Certa te). i. enitere uincere teipm. & quotidie melius facere. {Magistro br.) i. à quo uolo discere esse breuis, sicut tu es: uñ iferius appellat sermonē laconismū.

ASCEN. ETsi &c. Mandauerat Planco Brutus ut se apud Cic. excusaret, q̃ ad eū non scripserat, qđ' fem esse tibi placere dicit, sicut & concordiā Planci ad Bruti monēs Brutum ut se solum miretur. Ordo est: Etsi. l. q̃q̃ lræ tuæ sunt iucundissimæ mihi, tñ iucūdius fuit q̃ mandasti in summa occupatione tua Plāco collegæ. s. tuo ut excusaret mihi te per literas, qđ' ille. s. Plācus fecit diligenter. Aūt. i. sed nihil sup. est mihi amabili' offō tuo & diligentia. s. in uindicanda libertate Reip. Coniunctio tua cum collega. i. cum imperatore Planco, & concordia uestra quæ declarata omnibus literis. i. per literas, accidit Senatui, populoq́; Romano gratissima. Quòd superest. i. restat ô mi Brute perge. l. perfice & procede, & certa iam non cum alijs. s. quos superasti, sed tecum. Ego non debeo scribere plura, presertim ad te, quo cogito. i. propono uti magistro breuitatis. Ego expecto uehementer literas tuas. & quidem. l. certè tales. s. uictoriæ tuæ iudices, quales opto maxime.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

COmmendat Lamiam familiaritatis & meritorum ratione D. Bruto, vt eum iuuet per suos in prætura petitione.

M. CICERO D. BRVTO IMP. S. D. 16

PERMAGNI interest, quo tibi hæc tempore epistola reddita sit utrum cum solicitudinis aliquid haberes, an cum ab omni molestia vacuus esses. itaque ei præcepi, quem ad te misi, vt tempus obseruaret epistolæ tibi reddendæ. nam quemadmodum coram, qui ad nos tempestiue adeunt, molesti sæpe sunt: sic epistolæ offendunt, non loco redditæ. si autem, vt spero, nihil te perturbat, nihil impedit; & ille cui mandaui, satis scite, & cōmode tēpus ad te cepit adeundi: confido me, quod velim, à te facile impetraturum. L. Lamia præturam petit, hoc ego vtor uno omnium plurimū. magna vetustas, magna consuetudo intercedit: quódque plurimum ualet, nihil mihi eius est familiaritate iucundius. magno præterea beneficio eius, magnoq́ merito sum obligatus. nam Clodianis temporibus, cum equestris ordinis princeps esset, proq́ mea salute acerrime propugnaret, à Gabinio consule relegatus est: quod ante id tēpus ciui Romano Romæ contigit nemini. hoc cum populus Rom. meminerit, me ipsum non meminisse turpissimum est. quapropter persuade tibi mi Brute, me petere præturam. quanquā enim Lamia summo splēdore, summa gratia est, vsus magnificentissimo munere ædilicio: tamen, quasi ea ita nō essent, ego suscepi totū negociū. nunc, si me tanti facis, quanti certe facis; quādo equitū centurias tenes, in quibus regnas, mitte ad Lupum nostrū, vt is nobis eas centurias conficiat. nō tenebo te pluribus. ponā in extremo, quod sentio. nihil est Brute, cum oīa à te expectem, quod mihi gratius facere possis. Vale.

HVBER. PERMAGNI) Hæc epl'a inter oēs cōmendatitias paucis uerbis uim maaimam obtinet. Cum enim Cic. plurimum deberet L. Lamiæ, qui qđ' olim ei fauerat ꝯtra Clodium, fuerat à Gabinio ꝯsule relegatusq́; isq́; L. Lamia peteret ꝓturam: uelletq́; Cic. beneficij se memorē ōndere, cōmendat diligentissime Brut. abūti hunc Lamiam, oratq́; Brutum ut scribat Romam ad Lupū familiarissimum suū, ut oēs centurias, in q̃bus Brut. plurimum poterat, ꝯgreget ad fauendū Lamiæ, ut præturam obtineat, cū nihil sit, qđ' ei oīno gratius facere possit. {Permagni int.) magni est momenti. {Obseruaret) diligēter ꝯsideraret. {Tempus) quo esses lætus & uacuus ab omnibus molestijs. {Loco). i. tpe. Terent. ueni in ipso tpē qđ oium reꝝ maaimum. Horat. in epist. Augusto reddes signata uolūnia Iuni, Si ualidus si lætus erit, si denique poscet. Ne studio nr̄i poscet, odiumq́; libellis Sedulus importes, nam plerunq; ex importunitate nuncij aut tabellarij odiosior sit qui scribit, & minus gratæ lræ. {Offendunt) displicent. {Scite) prudenter. {Vetustas) q̃ magnam uim hēt in amicitia, nam ut ipse in Lælio inquit Veterrima quæq; ut ea una q̃ uetustatem ferūt, esse debent suauissima. {Consuetudo) ꝯuersatio. {Merito) quod plus est q̃ beneficium, ut alibi sæpe diximus. & in sequēti epl'a apparebit. {Clodianis t.) i. quibus Clodius me oppugnabat, & ex urbe ēt eiecit. {Princeps) ex primis. {Propugnaret, ꝯtenderet, me defendendo. {Relegatus) ex pr̄ia eiectus. {Ante id tēpus) prim'.n. fuit q relegatus sit usq; ad id tēpus. {Me ip.) ꝓ quo ei ꝯtingit: notandū aūt ꝯtigit de malo dictū, sicut alijs multis locis, & ꝯtra accidit de bono, sæpe notauimus. {Me) q.d. nō ipsum Lamiā. {Splēdore) nobilitate, nā Lamiaꝝ familia uetustissima fuit & nobilissima. Horat. Heli uetusto nobilis ablamo. {Sūma gr̄a) ualde gratus ꝑplo. {Munere m.) q̃a i ædilitate exhibuit splēdidissimos libros qđ' ꝯciliabat magnū fauorē ꝑpl'i, ut alio loco ꝓbauimus ex auctoritate Cic. in officijs. {Tenes) hēs. {In quis) in quib. {Regnas) habes maximā potestatem. {Eas centurias). i. ipsos equites ad centuriata comitia nobis congreget. {In extrema) in conclusione epl'æ.

Meritum

Relegatus

Contingit

Accidit.

Lamiarū familia.

PErmagni &c. Hæc epl'a cōmendatitia, paucis uerbis uim amplissimam ꝯtinet. Cōmendat aūt Lamiā Bruto abūti, petens ab eo ut Lupus ꝓ eo centurias ꝯueniat ad præturā eidem

dem impetrandam. Ordo est. Interest.i.refert permagni quo tpe hæc epla sit reddita tibi utrum cum hẽs aliquid solicitudinis, an cũ esses uacuus ab omni molestia. Itaque ego præcepi ei quem misi ad te, ut obseruaret.i.custodiret tempus.i.opportunitatem eplæ reddendæ tibi. Nam quemadmodũ q coràm.i.cum sint in psñtia, adeunt nos intempestiue.i.non suo tpe, sunt sæpe molesti, sic eplæ ostendunt redditæ non loco.s. suo.i.nõ opportune. Aũt.i.sed si nihil perturbat te ut spero, & sup. nihil impedit, & ille cui mandaui ceperit satis cõmodum tps, adeundi ad te. Ego cõfido me facile impetratuꝝ quod cõfido.s.posse impetrare. Lucius Lamia petit præturã, ego utor hoc uno.s.uiro plurimũ aduerbium est.i.frequentissime omnium. Magna uetustas.s.amicitiæ, & magna cõsuetudo.i.cõuersatio intercedit.i.inter nos cõis est & quod ualet plurimũ .s.ad amorẽ & gratiam nihil est mihi iucundius familiaritate eius. Præterea ego sum obligatus magno beneficio & magno merito eius. Nã Clodianis tpibus.i.cum psequeretur me Clodius, cum.s.Lamia esset princeps ordinis equestris, & propugnaret acerrime pro salute mea, relegatus est.i.in alienam prouinciã legatus est, à Gabinio cõsule, ꝙ nemini.i.nõ alicui, nõ contigit alicui ciui Romano ante id tps. Cum ppls R.meminit hoc.s.ipm fecisse, & passum esse pro me. turpissimũ est meipsum nõ meminisse. Quapp persuade tibi ò mi Brute, me petere pturam.i.ac si peterẽ pro me. Enim.i.quia q̃q̃ Lamia est summo splẽdore et suprema gra.i.ad summam gratiam in pplo magnificẽtissimo munere ædilitio.i.pp munus ædilitiũ ab eo, magnificẽtissime exhibitum, tñ ego suscepi.i.ad me cepi, totum negocium quasi ea.s.iam dicta, hoc est splẽdor, gra, & munus ædilitium pręclare exhibitum non essent ita. Nunc si tu facis.i.æstimas me tanti quanti certe facis, qñ.i.qm tu tenes.i.in potestate habes cẽturias equitum, in quibus regnas, quia imperator es, mitte ad Lupum nostrum, ut is conficiat .i.fauorabiles faciat centurias. Ego non tenebo te pluribus .s.precibus occupatum. Ego ponam in extremo.i.in fine epistolarum, quod sentio: ò mi Brute cum ego expectem.i.sperem omnia à te, nihil est quod possis facere mihi gratius.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Eiusdem argumenti cum superiore:

M. CICERO D. BRVTO IMP. S.D. 17

*L*AMIA *vno omniũ familiarissime utor. magna eius in me, non dico officia, sed merita, eaq́ sunt populo R. notissima. is, magnificentissimo munere ædilitatis perfunctus, petit præturam: omnesq́ intelligunt, nec dignitatem ei deesse, nec gratiam. sed is ambitus* ✱ *extare videtur, vt ego omnia pertimescam, totamq́ petitionem Lamiæ mihi sustinendam putem. in ea re quantum me possis adiuuare, facile perspicio: nec vero, quantum mea causa velis, dubito. velim igitur mi Brute tibi persuadeas, nihil me maiore studio à te petere, nihil te mihi gratius facere posse, quàm si omnibus tuis opibus, omni studio Lamiam in petitione iuueris. quod vt facias, vehementer te rogo. Vale.*

✱ *alias excitare vel estare.*

HVBER. LAMIA) Eodem argumento quo & in præcedenti epla cõmendat Cic. Lamiam. D.Brut. ut eum adiuuet in obtinenda prætura, quo nihil sibi gratius fieri posse affirmat. {Perfunctus mu.ædi.) qa ut uidimus supra lib. 10. ad Furniũ, dabatur prætura post ędilitatem. {Is ambitus) multoꝝ, q petunt hanc pturam ambientes hunc & illum. {Sustinendã mihi) tuendam meis humeris suscipiendam. {Opibus) facultatibus: & auxilijs.

ASCEN. Lamia &c. Cõmendat eodem argumẽto eũdem Lamiã, quem in supiori epla D.Bruto, ut eũ adiuuet in obtinẽda prætura, qa nihil sibi gratius fieri posse affirmat. Ordo est. Ego utor Lamia.s.Lucio, uno.s.solo familiarissime omnium, magna sunt eius in me, non dico officia, quę sunt q̃si debita, sed merita.i.bñficia gratis impẽsa, & ea sunt notissima P.R. Is pfunctus magnificentissimo munere ædilitatis, petit præturam. Oẽsq; intelligunt, nec dignitatẽ ei dedisse nec gratiam. Sed is ambitus.i.corruptio suffragiorum p munera aut preces, ut extare.i.eminere, ut ego ptimescam oia.s.pro amico, & putem totã petitionem Lamiæ sustinendã mihi.i.tanq̃ meã iuuandam. ego facile perspicio quantũ possis iuuare me in ea re, nec uero dubito quantũ uelis causa mea. Velim igitur ò mi Brute, sup. ut persuades tibi, me nihil petere à te maiore studio, te nihil posse facere mihi gratius, q̃ si iuueris Lamiam in petitione.s.præturæ, oibus opibus.i.facultatib. tuis, & omni studio.s.tuo. Quod ut facias rogo uehementer. Val. dubitet forsitan quispiam cum de eodem ptura eiusdem anni pro eodem amico ab eodẽ Bruto petat, cur duabus id faciat eplis, sed potuit alteram amicis Lamię dedisse ad Brutum, aut per suos, misisse, alteram ipsi Lamiæ dedisse perferendam, aut forte ne altera periret duas scripsisse, nõ eiusdem penitus exẽpli, ut res magis cordi uideretur, nec ipse uerborum inops.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Reprehendit Brutum, qui se ad senatum timere scripserat.

M. CICERO D. BRVTO IMP. S.D. 18

*E*TSI *ex mandatis, quæ Galbæ, Voluniõq́ ad senatum dedisti, quid timendum, suspicandumq́ putares, suspicabamur: tamen timidiora mandata videbantur, quàm erat dignum tua, populiq́ R. victoria. senatus aũt mi Brute fortis est, & habet fortes duces. itaque moleste ferebat, se a te, quem omnium, quicunque fuissent, fortissimum iudicaret, timidum, atque ignauum iudicari. etenim, cum te incluso, spem maximam omnes habuissent in tua virtute, florẽte Antonio: quis erat, qui quidquam timeret, profligato illo, te liberato? nec vero Lepidum timebamus. quis enim esset, qui illum tam furiosum arbitraretur, vt, qui in maximo bello pacem velle se dixisset, is in optatissima pace bellum resp. indiceret? nec dubito, quin tu plus prouideas. sed tamen, tã recẽti gratulatione, quã tuo nomine ad omnia deorum templa fecimus, renouatio timoris magnam molestiam afferebat. quare velim equidem, id quod spero, ut plane abiectus, & fractus sit Antonius: sin aliquid virium forte collegerit; sentiet, nec senatui consilium, nec populo R. virtutem deesse, nec reip. te viuo imperatorem. XIIII. cal. Iun. Vale.*

ETSI) per Galbam & Voluniũ miserat Brutus, ad senatũ se timere, ne Ant. uires reciperet prælertim cũ timeret ne Lep. fidem mutaret & cum eo coniungeretur. Quaobrẽ rescribit Cic. molestatũ fuisse senatui ꝙ ipse Brut. nunc pflìgato M.Ant. se timidũ ostendat, cũ existimaretur fortissimus, & in eo maxima spes esset, cũ obsideretur adhuc florente & integro Ant. ex quo arguit non decere eũ timere: pro cuius uictoria tãtæ gratulationes factę sint, dicit aũt non deesse aium senatui, nec defutuꝝ contra Ant. si forte uires recepit. {Timẽdum) de Lep. quem nunq̃ recte factuꝝ putasti. {Suspicandũ) uel de eodem Lepido uel de Octauio, qa postq̃ Brutus de obsidione Mutinẽsi liberatus missis caduceatoribus ad Cæs. per quos rogabat: ut qm flumen in medio esset: ad colloquiũ accedere unà uellet. ille cõsulibus è medio sublatis, Brutũ uelut hostẽ metuens rñdit: non Brutum salutaturus huc accessi. sed Ant. oppugnaturus, cũ quo conciliari nõ impium mihi fuerit. ob hæc igitur uerba eũ suspectum habuit Decius. {Fortis) intrepidus. {Incluso) obsesso. {Profligato) fuso. {Nec ṽo) nũc rñdet ad suspicionem de Lepido. {Furiosum) insanũ, mente captum. {Pacem uelle) qa ut libro decimo uisum est epla, quę incipit, quod mihi pro summa, uoluerat Lepidus cõciliare pacẽ inter pplm Rom. & Antoniũ idem ẽt ostendit epla ultima eiusdem libri. {Optatissima) qua uehemẽter optauit. {Ad oia deoꝝ templa) qa ut scribit Appianus supplicationes quinquaginta dieꝝ, anniuersarias Senatus hñdas censuit ob res, in Antonium gestas quod nec unq̃ bello cæltico, nec alijs pliis decreuere Romani, pterea uota publice suscepta sunt, si Antoniũ

HVBER.

Res, Decius opprimeret. {Renouatio) quá fecerat per mandata ad senatum missa, sed per Galbam & Volumniú. {Velim) cupio. {Cõsilium) prudentiá. {Virtutem) aiositatem, et fortitudiné. {Te uero) donec uixerit. ná Decio oém ꝯlulú exercitum cõcesserũt Romani eumq; solũ impatorem in Antoniũ decreuere.

ASCEN. ETsi &c. Scripserat Brutus se timere uires quas colligebat Antonius ꝙ di plicere senatui utpote ꝙ profligatú, timeret núc scribit Cic. cum tantam de eo spẽ conceperit. Ordo est: Etsi. i. q̃q̃ nos suspicabamur & mandatis quæ dedisti Galbę, & Volũnio ad senatum. i. recitáda senatui nos suspicabamur qd putares timendũ, & suspicandum. i. pro suspicioso habendũ, aut ut suspiciosum timẽdum. Tñ mandata uidebantur timidiora. i. magis timida, q̃ erat dignũ uictoria tua & P. R. s. habita de Antonio. Aũt. i. sed ó mi Brute senatus est fortis, & habet duces fortes. Itaq;. i. & ita ferebat moleste, se iudicari timidũ atq; ignauum, à te, qué iudicaret fortissimum omnium quicunq; fuissent. Etenim cũ te incluso. i. Mutinæ, oés habuissent spẽ maximam in uirtute tua, florẽte Antonio. i. cũ Antonius floreret, qs erat qui timeret ꝗcquá, illo. s. Antonio, profligato. i. decusso & pulso, & te liberato? q. d. nullus. Nec uero timebamus Lepidũ. quis. n. esset q arbitraretur illum. s. Lepidũ tá furiosum ut q dixisset se uelle pacem in. i. durante maximo bello, is indiceret. i. denũciaret Reip. bellum, in pace optatissima? q. d. nullus, & tñ secus euenit. Nec dubito q n tu ꝓuideas plus. i. q̃ ut hoc perspicias. Sed tñ renouatio timoris, adferebat magná molestiam sup. in gratulatione tam recenti. i. tam paulo ante habita, quam feremus tuo nomine ad omnia templa deoꝝ per supplicationes. s. indictas 50. dieꝝ. Quare ego uelim quidem id quod spero, ut Ant. sit planè. i. oĩno fractus & abiectus. Sin. i. sed si ipse colligerit forte aliqd uirium, sentiet, nec ꝯsiliũ deesse senatui, nec uirtutem. l. bellicá. i. animositatem, & fortitudinem deesse Pop. R. nec Imperatorem deesse Reip. te uiuo, id est tantisper dum tu uiues. XIIII. Cal. Iun.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

PEtit à Cicerone, ut literas quas ad Senatum, misit prius legat, & corrigat, si qua damnanda videbuntur.

D. BRVTVS M. CICERONI S. D. 19

AD senatum quas literas misi, velim prius perlegas: &, si qua tibi videbuntur, commutes. necessario me scripsisse, ipse animaduertes. nam cum putarem quartam & Martiam legiones mecum futuras, vt Druso, Paulloq́; placuerat, vobis assentientibus; minus de reliquis rebus laborandũ existimaui: nunc vero cum sim tironibus egentissimis; valde & meam, & vestram vicem timeam, necesse est. Vercetini me, & M. Brutum præcipue obseruant. his ne quam patiare iniuriam fieri in senatu vernarum causa, à te peto. causam habent optimam, officium in remp. summum, genus hominum aduersariorum seditiosum, & inertissimum. XII. cal. Iun. Vercellis.

HVBER. AD senatum) cũ scripsisset Decius ad senatũ de opinione, quá hẽret de bello conficiendo & de suspicione sua, de Cæs. & Lepido, & ut mitterẽtur ad se duæ legiones, misit prius eas lr̃as ad Cicero, rogatq; ipsum, ut cõmutet quicqd uidebitur priusquá recitentur in senatu. {Priusquá) recitentur in senatu. {Necessario) ex necessitate. {Vobis assen.) Vobis approbantibus. s. ut illæ duæ legiones essent. {De reliqs) si min⁹ habuissem reliqua, ut uellẽ. {Minus lab.) minus curandum. {Egẽtissimis) omni facultate militari carẽtibus. {Vicem) periculum. ut Virg. in 4. nec tela, nec ullas uitaise uices Danaum, sigñat ẽt incõmodum & pœná, ut Horat. 1. carminũ, Vicesq; superbæ Te maneant ipm. {Obseruant) hñt in magno honore. {Quam) aliquá. {Iniuriam) iniustitiá. {Vernaꝝ) seruoꝝ. {Optimá) iustissimam. {Genus ho.) adducit in odiũ eoꝝ aduersarios dicens seditiosos esse in contemptum, cũ dicit eos esse inertissimos. i. sine ulla industria & uirtute. {Vercellis) nomeu oppidi, qd' Strab. non longe esse à Placentia oñdit lib. 5.

Vicem, his uerbis. Superioribus uero annis opa dabatur, cũ Vercellæ auri fodinam hẽent & in ictu mulioꝝ uico & alio huic uicino. uterq; uero Placentiæ finitimus est: sunt & Vercellæ sup. Nauariam circa 10. millia passuum, alia ut puto urbs ab hac. Vercellæ,

ASCEN. AD senatũ quas &c. Scripserat ad senatum Brutus lr̃as de belli conficiendi opinione, de Cæs. & Lepidi coniunctione, quas à Cic. cõmutari petit: Ordo est. Ego uelim, sup. ut perlegas prius, eas literas quas misi ad senatũ sup. q̃ reddantur senatui, & uelim sup. ut cõmutes siqua uidebuntur tibi sup. cõmutanda. ipse. i. tute animaduertes. i. animaduertendo intelliges me scripsisse necessario. Nam cũ putarem quartá, & Martiá legiones futuras mecũ ut placuerat Druso, & Paulo uobis assentiẽtibus. Ego existimaui minus laborádum. i. minus anxie agendũ & curandum de reliqs rebus. Nunc uero cum sim cũ tironibus. i. nouitijs in re militari, egẽtissimis. s. armoꝝ cõmeatus, & stipẽdijs necesse est sup. ut timeá ualde, & meam & urám uicem. i. sorté aut ꝑiculũ qd' ꝑ uices obitur. dũ. n. uices alterius obimus, eius quoq; ꝑicula obimus, uñ uices pro periculis qñq; ponimus ut Aen. 2. Nec tela nec ullas Vitaise uices Danaũ &c. Vicẽtini. s. ppl̃i. de certis tñ ciuib. loqtur, nõ de oibus, obseruát. i. colũt, & honorát me et M. Brutũ. s. fratrẽ, peto à te sup. ut nequaq̃ patiare iniuriá fieri his in senatu cá uernarũ. i. eo qd lẹserũt uernas. i. seruos ex ancillis alterius familiæ potẽtis natos. Ipsi hñt optimá cám, iudicio. s. Bruti hñt offm. s. suum, summũ in. i. erga Remp. & habent genus hominum aduersarioꝝ seditiosum & inertissimum. i. minime industriũ.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

OStendit principio Brutus, quàm sit solicitus pro Ciceronis salute. deinde suadet, vt omnia ex militum voluntate faciat, et quid is nunc agat exponit.

D. BRVTVS IMP. M. CICERONI S. D. 20

*QVOD pro me non facio, id pro te facere meus in te amor, tuaq́; officia cogunt, vt timeam. sæpe enim mihi cum esset dictũ, neque à me contemptum, nouissime Labeo Segulius, homo sui simillimus, narrauit mihi, apud Cæsarem se fuisse, multumq́; sermonem de te habitum esse: ipsum Cæsarem nihil sane de te questum, nisi * dictum, quod diceret te dixisse laudandum adolescentem, ornandum, tollendum; se non esse commissurum, ut tolli possit. hoc ego Labeonem credo illi retulisse, aut finxisse dictum, non ab adolescente prolatum. veteranos vero pessime loqui, volebat Labeo me credere, & tibi ab ijs instare periculum, maximeq́; indignari, quòd in decemuiris neque Cæsar, neque ego habiti essemus, atque omnia ad vestrum arbitrium essent collata. hæc cum audissem, & iã in itinere essem; committendum non putaui, prius vt Alpes transgrederer, quàm, quid istic ageretur, scirem. nam de tuo periculo, crede mihi, iactatione verborum, & denunciatione periculi sperare eos, te perterrefacto, adolescente impulso, posse magna consequi præmia; & totam istam cantilenam ex hoc pendere, vt quamplurimum lucri faciant. neque tamen non te cautum esse volo, & insidias vitantem. nihil enim tua mihi vita potest esse iucundius, neque carius. illud vide, ne, timẽdo, magis timere cogare: & quibus rebus potest occurri veteranis, occurras: primum, quod desiderant de decemuiris, facias: deinde de præmijs, si tibi * videtur, agros militũ eorum, qui cũ Antonio veterani fuerunt, his dãdos censeas ab vtrisque nostrum: de nummis, lente, ac rõne habita pecuniæ: senatũ de ea re constituturum. quatuor legionibus ijs, quibus agros dandos censuistis, video facultatem fore ex agris Syllanis, & agro Campano. æqualiter, aut sorte agros legionibus assignari puto oportere. Hæc me tibi scribere non prudentia mea hortatur, sed amor in te, & cupiditas ocij, quod sine te consistere non potest. Ego, nisi valde necesse fuerit, ex Italia non excedam. legiones armo, paro: spero me non pessimum exerci-*

* ali. quòd.

* alias videbitur.

tum

tum habiturum ad omnes casus, & impetus hominũ. de exercitu, quem Pansa habuit, legionem mihi Cæsar non remittit. ad has literas statim mihi rescribe: tuorumq́; aliquem mitte, si quid reconditũ magis erit, meq́; scire opus esse putaris. Vale. VII. cal. Iun. Eporadia.

HVBER. QVOD pro me) Labeo Segulius quidam hō neq̃ & discordijs gaudens finxerat Cæs. Octauianũ domi suæ dixisse Cic. dixisse Cæs. ornandũ tollendum, quod quidē uerbum cum Cæs. accepisset in aliā partem ac dictũ esset molestissime tulit, ꝑterea ueteranos male loqui de Cic. q̄a prohibuisset Cæs. & Deciũ in decēuiris esse, q̄ electi fuerāt ad pecuniā distribuendā militibus. Itaq; Decius his de rebus Cic. certiorē facit: monetq́; ut uitet pericula, faciatq́; de Decēuiris, quod ueterani uelint, deinde ut assentiatur de agris ueteranis dandis ab ipso Decio & à Cæs. & de legionibus, q̄bus agri erant assignādi. Postremo dicit q̄d agat & q̄d acturus sit. petitq́; ut siquid sit secretius, eũ certiorē faciat. {Amor co.) sic Cic. in Lælio de amicitia, quā multa. n. quæ n̄ra causa nunq̄ faceremus, fecimus cā amicoꝝ. {Neq; cō.) neq; paruifactũ quia res erat magni pōderis hō sui simillimus, q̄a à paruo ingenio suo nō discedit. {Apud Cæs.) domi Cæs. {Multumq́; ser.) multa ꝟba. {Dictũ). s. à Cæs. {Ornādum) honorandũ. {Tollendum) hoc uerbũ dixerat Cic. pro extollendũ, sed, cum sit ambiguũ, acceperat Cæs. in malā partem tollendũ. i. interficiendũ. Sic illud de Nerone. Quis neget Aeneæ magna de stirpe Neronē? Sustulit hic matrē, sustulit ille patrem. {Cōmissuꝝ) ꝓmissuꝝ, dastuꝝ cupiā facultatem. {Nō ꝓl.) s. credo pessime loqui. s. de te. {Instare) imminere. {Habiti) electi. dicit. n. Appia. decem præterea uiros ad distributionē creauerunt, q̄bus nec Cæs. undecimũ addidere. {Ad ue. arb.) ut uos uelletis nobis exclusis. {In iti.) ut irem in Galliā transalpinam. {Eos) ueteranos. {Iactatione uerb.) i. iactando & spargēdo uerba, q̄bus te perterrere faciāt. {Et denũciatione p.) minando tibi malũ & mortē. {Impulso) incitato ꝑ ꝑ uerba tua in eũ dicta. {Cantilenam) sermonē fabulam, quā de te fingũt. {Pendere ex hoc) inde ꝓuenire. {Tñ) licet causa lucri hoc faciāt. {Cogare tim.) dando. s. cām timoris. {Occurri) ꝓuideri. {De decēuiris) ut ego & Cæsar in eis simus. {De p̄mijs) quæ eis ꝓmissa sunt, ut reddantur. {His n̄ris) ueteranis. {Ab utrisq; nobis) à me & à Cæs. {Lente) s. agas. {Ac senatũ ꝯst.) s. dicas. {Cēsuistis) iudicastis, decreuistis {Facultatem) cōmoditatē. {Ex agris syllanis) quos olim Sylla suis militib. distribuerat. {Ex agro Cāpano) quem Cæs. etiā uiuēs militibus suis distribuendũ curauerat, ut scribit Appianus. {Aequalr̄) ut tm̄ detur uni q̄ alij. {Aut sorte) ꝑ iactũ sortiũ, ut nemo possit queri factā sibi fraudem aut iniustitiā, quæ uel ꝑ æqualem diuisionē, uel per sortē fieri nō pōt: inde Virg. Iustā reginam describēs 1. Aen. dixit. Operumq́; laborē Partibus æquabat iussis, aut sorte trahebat. {Prudentia) quia plus uideā q̄ tu. {Valde necesse) maxima necessitas coegerit. {Nō pessimum) Liptote. i. optimum. {Reconditum) secretum.

ASCEN. QVod pro &c. Audierat Brutus Octauium Cæs. ægre ferre q̄ Cic. dixisset eum tollēdum. quod uerbũ in malam partē acceperat, & q̄ Cæs. ac Deciũ decēuiris esse prohibuisset, quocirca monet eũ amice ut pericula deuitās de decēuiris, ueteranos sequat̄, & illis p̄mia assignet. Ordo est: amor meus in te, & tua officia. sup. in me & in Remp. cogũt me facere id pro te quod ego non facio ꝑ me, uidelicet ut timeā. Cũ enim dictũ esset mihi sæpe, neq; ꝯtemptũ. i. pro nihilo habitũ, sed magni æstimatũ à me, Labeo Segulius hō simillimus sui. i. ut uir ita perfidus, narrauit mihi nouissime. i. ultimo tp̄e, se fuisse apud Cæs. s. Octauiũ, & multum sermonē esse habitũ de te. Et narrauit ip̄m Cæs. nihil quæstũ sanè. i. oino de te, nisi dictũ. i. ob dictum, q̄ diceret te dixisse, sup. Cæsarē adolescētem laudandũ, ornandum, tollendũ, quod ultimũ pōt dupl̄r intelligi in bonā partem, ut sit extollendũ & augendũ sicut prius tolluntur dũ educātur, unde Comicus, Quicq̄d peperisset, decreuerũt tollere, aut in malā, quasi de medio auferendũ, sicut illud in Euāgelio. Tolle, tolle, crucifige eũ. Potuit aũt fieri, ut Cic. q̄ petulāti satis fuit ingenio & se, ut in supioribus patuit, nonnunq̄ iactauit ob sales suos, tale q̄d de Cæs. ꝑ ambages dixerit, q̄d ille in peiorē partē acceperit, unde Cæsar indignatus rñderit se non esse cōmissuꝝ. i. passuꝝ ut possit tolli. i. auferri de hoc mũdo. Ego credo Labeonē retulisse. i. narrasse, illa. s. Cæsari, hoc. s. à te dictũ esse, aut finxisse dictũ esse à Cæsare nō ꝓlatum ab adolescēte. s. Cæsare. Vero pro sed, Labeo uolebat me credere. i. ut crederē ueteranos. s. milites loqui pessime. s. de te, & periculũ instare. i. imminere tibi ab alijs & sup. eos indignari. i. ægre ferre maxime. i. p̄cipue, q̄ neq; Cæsar neque ego essemus habiti in decēuiris. i. inter decē uiros creatos ad Reip. gubernationē donec ꝯsules crearētur, atq; uolebat eos maxime indignari, q̄ oia essent collata. i. redacta ad arbitriũ ūrm. s. qui decēuiri essetis. Cũ ego audissem hæc & essem iam in itinere. i. ꝓficiscerer, nō putaui cōmittendum. i. q̄ deberem pati, ut transgrederer prius alpes, q̄ scirem q̄d ageretur istic, hoc est Romæ. nā crede mihi eos. s. ueteranos sperare te ꝑterrefacto. i. si fueris perterrefactus ex iactatione uerboꝝ. i. iactādo uerba de tuo periculo. i. q̄bus innuāt te uersari in magno periculo. Et denunciatione. i. insinuatione periculi. s. in quo uerseris, & adolescēte. s. Cæs. impulso. i. ꝑ eos in uos decēuiros, sperare dico posse cōsequi magna p̄mia, & crede mihi istā totam cātilenam. i. istā fictionem indignationis Cæs. pendere. i. esse ortā ex hoc ut lucrifaciāt. s. ut lucrentur quamplurimũ. Petierũt. n. agros sibi diuidi. Neq; tñ uolo te non esse, imo uolo te esse cautũ & uitantem insidias. Nihil. n. pōt esse mihi neque iucũdius neq; charius uita tua. Vide. i. cōsidera & caue illud, ne cogare. i. cogaris, timere magis timendo. i. si p̄cipiaris timere. Et sup. ut occurras. i. obsistas, ueteranis sup. omnibus rebus q̄bus pōt occurri sup. eis. Et sup. ut facias primũ, quod desiderant de decēuiris. i. ut ego & Cæsar in eis simus, deinde de p̄mijs. i. quod attinet ad præmia, censeas, si ur̄ tibi. s. utile agros eoꝝ militũ qui fuerunt ueterani cum Antonio dando his. s. ueteranis n̄ris. Et cēsendo sup. agi ab nobis utrisq;. i. me & Cæsare lente. i. tarde ac rōne. i. ꝯsideratione pecuniæ. s. publicæ quæ minima est habita de numis. s. dandis militibus, hoc est licet ueterani & agros & pecunias sibi decerni in præmia petant, nos duntaxat de agris agimus nobiscũ, de numis aũt lente, & cēseas aut dicas senatũ constitutuꝝ de ea re. Ego uideo facultatē fore ex agris Syllanis. i. quos olim Sylla suis distribuerat, & agro Cāpano in quattuor legionibus quibus cēsuistis agros dādos, aut puto forte oportere agros assignari legionibus æqual̄r. Prudentia mea q. d. magna nō est, hortatur me tibi scribere hæc, sed amor in te & cupiditas ocij. i. cessationis à bello, quod. s. ocium non pōt consistere. i. firmũ & stabile esse sine te. Ego non excedā ex Italia nisi fuerit ualde necesse. Ego armo & paro legiones, & spero me habituꝝ exercitũ non pessimũ. i. satis utilē ad oēs casus. et impetus hoium. Cæs. nō remittit mihi legionē de exercitu quē Pāsa habuit, q̄a reuera iam tũ Cæsar spectare cœpat ad defectionem. Rescribe mihi statim post has literas, & mitte mihi aliquē tuoꝝ, si q̄d erit magis & recōditum. i. occultum, & putatis opus esse me scire. i. ut ego sciam. Eporedia. locus est ubi castra habebat.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Inficiatio dicti Segulij, et ad reliquas superioris epistolæ partes resp̄ōdet.

M. CICERO D. BRVTO IMP. S. 21

DII isti Segulio male faciant, homini nequißimo omnium, qui sunt, qui fuerunt, qui futuri sunt. quid? tu illum tecum solum, aut cum Cæsare; qui neminem prætermiserit, quicum loqui potuerit, cui nō eadem ista dixerit? te tamen mi Brute sic amo, ut debeo, quòd istud, quidquid esset, nugarum me scire voluisti: signum enim magnum amoris dedisti. Nam quod idē Segulius ait, ueteranos queri, quòd tu et Cæsar in decēuiris non essetis: utinam ne ego quidē essem: quid n. molestius? sed tamē, cum ego sensissem, de ijs, qui exercitus haberēt, sn̄iam ferri oportere: ijdem illi, qui solent, reclamarũt. itaque excepti ēt estis me vehementer repugnante. quocirca Seguliũ negligamus, qui res nouas quærit: non quo veterem comederit: nullam. n. habuit: sed hanc ipsam recētem nouam deuorauit. Quod aũt scribis, te, quod pro te ipso non facias, id pro me facere, ut de me timeas aliquid: omnis te

vir optime, mihiq́ carißime Brute de me metu libero. ego.n. quæ prouideri poterunt, non fallar in ijs: quæ cautionem non habebunt, de ijs non ita valde laboro. sim etenim impudens, si plus postulem, quàm homini à rerum natura tribui potest. Quod mihi præcipis, vt caueam, ne, timendo, magis timere cogar: & sapienter, et amicißime præcipis. sed uelim tibi persuadeas, cum te constet excellere hoc genere virtutis, vt nunquam extimescas, nunquam perturbere; me huic tuæ virtuti proxime accedere. quamobrem neque metuam quidquam, et cauebo oĩa. sed vide, ne tua iam mi Brute culpa futura sit, si ego quidquã timeam. tuis enim opibus, et consulatu tuo, ẽt si timidi essemus, tamen oẽm timorem abijceremus; præsertim cũ persuasum omnibus esset, mihiq́ maxime, nos à te vnice diligi. Consilijs tuis, quæ scribis, de quatuor legionibus, deq́ agris aßignandis ab vtrisque vestrũ, vehementer assentior. itaque cũ quidam de collegis nostris agrariam curationem ligurirẽt, disturbaui rẽ, totamq́ uobis integrã reseruaui. si quid erit occultius, et, ut scribis, reconditũ, meorum aliquem mittã, quo fidelius ad te literæ perferantur. Vale. Pridie non. Iun.

HVBER. DII isti) rñdet Cic. superiori epist. Decij, ostendẽs Seguliũ non solum locutũ cum Cæl. id qđ scripserat Brut. epist. sua, sed ẽt cum oib' quibuscũque locutus est, quæ tñ uana & falsa esse oñdit, cũ appellat, nugas deinde rñdet sigillatim ad reliqua & ꝑcipue q̃ scripserat, ut caueret ne timendo magis timeret, dicit se imitari ip̄m De. in hac re, q̃ nunq̃ fuit timidus, se tñ uitaturꝫ ꝑcula, assentiturq́; ei de legionibus, et agris quod scripserat. {Dij) legitur dei, est aũt execratio & imprecatio. {Tecum) subaudi locutũ putas. {Istud nug.) istas nugas & ineptias siue uanitates. {Ne ego essem) .s. in decẽuiris: nam Cic. in eis erat. {De ijs e.) i. ab ijs. i. cũ iudicassem uos, q̃ habetis exercitus oportere dicere sñiam uřam, sicut & reliquos decẽuiros, quidã reclamarunt cõtra meam sñiam. {Qui lo.) notat aliquos inuidos Decij. {Excepti) .i. exclusi. s. ex decẽuiris. {Me rep.) ne exciperemini. {Res no.) allusit ad uocabuli æquiuocationem: nã res multa sigñat inter alia negociũ & patrimoniũ, ergo res nouas. i. noua negocia, nouas inuentiones. {Nõ quo uet.) s. rem. i. patrimoniũ & substantiã. {Nullã rẽ) sigñat maiores eius fuisse pauperrimos. {Deuorauit) indicat fuisse gulosum. {Libero me de) .i. nolim ꝑꝑ me aliq̃d timeas. {Cautionem) ꝓuisionẽ, ut possint caueri. {A reꝝ nã) .i. q̃ neminẽ facere põt plusq̃ prudentẽ: ergo esset imprudentia mea, si uellẽ esse plusq̃ sapiens. {Cõstet) notissimũ sit. {Nunq̃) per quod officium est fortitudinis. {Accedere pr.) esse ſm post te. {Ligurirent) assumerent gulose uiuendo. {Reconditũ) quod non facile propaletur, & in lucem ueniat. {Quo) .i. ut.

Res.

ASCEN. DIi isti &c. Rñdens superiori ep̃læ Decij Cicero ostẽdit Segulium cũ multis uana locutum: rñdens deinde ad reliqua quæ scripserat Brutus, ad id ꝑcipue quod scripserat ut caueret ne timẽdo magis timeret dicens se imitari in hac re Decium, q̃ nunq̃ fuit timidus, uitaturus tñ sit periculum. demũ ꝓbat quod de legionib. scripserat. Ordo est. Dij male faciant isti. s. cõtemptibili & ꝑnicioso Segulio. s. Labeoni hoi neq̃ssimo. i. minime uirtutis, oĩum qui fuerũt, & q̃ sunt, & qui futuri sunt. Hyꝑbolicos dictũ quid sup. putas tu illũ sup. locutũ solũ. i. dũtaxat tecũ, aut cum Cæsare. s. Octauio, q̃ neminem ꝑtermisit, qui cum. i. cũ quo potuerit loqui, cui nõ dixerit ista eadem. Tamen. i. licet ille futilis & cõtemnendus sit, tñ ò Brute ego amo te sic ut debeo. q. i. quia tu uoluisti me scire istuc q̃c quid esset negatũ. Dedisti eñ. s. hoc faciendo magnum sigñũ amoris. Nã ꝙ idem Segulius ait ueteranos queri. i. conqueri, ꝙ tu & Cæsar nõ essetis in decẽuiris. i. numero decemuiroꝝ: utinã ne quidẽ. i. non ẽt ego essem. Quid. n. sup. est molestius. s. q̃ eum magistratum nũc gerere? q. d. nihil. Sed tñ cum ego sensissem oportere sñiam ferri de ijs. q̃ hñt exercitus. quales erãt Brutus & Cæsar illi ijdẽ qui solẽt. i. noti obmurmuratores, reclamarũt. Itaq; uos estis excepti. s. è decẽuiratu, me ẽt repugnãte uehemẽter. Quocirca. i. quapp. negligamus. i. ꝯtẽnamus Seguliũ, q̃ quærit res nouas. i. imutationẽ statuũ, non ꝙ comederit rẽ. i. substãtiam suã ueterẽ, data opa utitur uocabulo æquoce: nã res noue dñr nouæ reꝝ administrationes sicut reꝝ potiri est eaꝝ administratione aut impio fungi. Res aũt singulariter est, aut Venus aut lis, aut substãtia: alludit ergo ad uocabuli æquiuocationẽ: nullã. n. habuit. s. rẽ ueterem, sed deuorauit hãc ipsam. s. modicam q̃ iã habuit recentẽ. i. recenter à patre ꝑ mortẽ eius acceptã, & ita nõ ꝑmisit eam fieri ueterẽ. Quod aũt scribit. s. in principio ep̃æ, te facere id pro me, q. s. de te nihil timeas, ò Brute uir optime & charissime mihi ego libero te omni metu de me. i. nolo q̃cq̃ metuas de me, aut pro me, & est stomachose satis dictũ. Ego. n. nõ fallar in ijs q̃ poterũt ꝓuideri, & ego nõ laboro ita. i. multũ ualde. de ijs. s. si decipiar in ijs q̃ nõ habebũt cautionẽ. i. quæ nullo humano ꝯsilio caueri poterũt. Enim. i. q̃a ego sim impudẽs. i. inuerecũdus ac petulans in petendo, si postulẽ plus q̃ põt tribui hoi à nã reꝝ, quæ unicuiq; rei limites cõstituit, ita ut minus uideãt hoies q̃ dij. Quod ꝑcipis mihi ut caueam ne timendo cogar magis timere, tu ꝑcipis. i. mones sapiẽter & amicissime, sed uelim sup. ut persuadeas tibi, cũ constet te excellere hoc gñe uirtutis, ut nunq̃ extimescas & sup. nunq̃ perturbere, me accedere. i. appropinquare ꝓxime huic uirtuti tuæ, hoc est me non multo minus impterritum esse q̃ te. Quãobrẽ, neq; metuã. i. nõ timebo quicq̃, & cauebo oia. s. metuẽda. Sed ò mi Brute, uide ne tua culpa futura sit si ego timeã quicq̃. Et eñ. i. q̃a, ẽt si essemus timidi. s. à nã, tñ abijceremus oẽm timorem tuis operibus. i. potentijs & cõsulatu tuo. s. freti ꝑsertim cum esset persuasum oibus, & maxime mihi, nos diligi uince à te. Ego assẽtior uehementer cõsilijs tuis, quæ scribis de quattuor legionibus, & de agris assignãdis ab utrisq; uřm. i. te & Cæsare. Itaq; cũ quidam de collegis nřis. i. de decẽuiris ligurirẽt. i. iam q̃si rem dulcẽ lingerent & deguastarent, sperãtes ex ea re lucrũ, aut fauorẽ sese capturos, curationẽ agrariam. i. agroꝝ distribuẽdoꝝ curã, ego disturbaui rẽ, & reseruaui sup. eã uobis totã integrã. Si q̃d erit occultius, & ut scribis recõditũ, ego mittã aliquẽ meoꝝ, quo. i. ut literæ ꝑferãtur ad te fidelius ꝑdie &c.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

COmmendat Appium Bruto, & vt eum in ciuitate, ex qua inimicorum iniuria expellebatur, retineat, petit.

M. CICERO D. BRVTO IMP. S. D. 22

*CVM Ap. Claudio C. F. summa mihi necesßitudo est, multis eius officijs, & meis mutuis constituta. peto à te maiorem in modum, vel humanitatis tuæ, vel mea causa, vt eum auctoritate tua, quæ plurimum valet, conseruatum velis. volo te, cum fortißimus vir cognitus sis, etiam clementißimum existimari. magno tibi erit ornamento, nobilißimum adolescentem beneficio tuo esse saluum. cuius quidẽ causa hoc melior debet esse, quòd, pietate adductus, propter patris * restitutionẽ se cum Antonio coniunxit. quare etsi minus veram causam habebis, tamen vel probabilem aliquam poteris inducere. nutus tuus potest hominem summo loco natum, summo ingenio, summa virtute, officiosißimum præterea, & gratißimum, incolumen in ciuitate retinere. quod vt facias, ita à te peto, vt maiore studio, magis'ue ex animo petere non poßim. Vale.*

** alias restitutionem mecum.*

HVBER. CVM Ap.) cõmendat Cic. diligentissime D. Br. Appium quendã, quo cum maximã sibi & iustissimã necessitudinẽ esse dicit. Rogat aũt Deciũ ut eam cõtra aduersarios, q̃ eum uehemẽter oppugnabãt, & urbe elicere studebãt, tueatur, & in urbe retineat, cũ facillime id facere possit, quẽ eo bñficio dignũ esse oñdit. {Meis mu.) in eũ uicissim collatis. {Cõstituta) ꝯfirmata {Volo) sensus, uolo ꝙ hoies ita existimẽt te clemẽtissimũ, sicut existimauerũt fortissimũ: qđ assequeris, si hũc defendes. {Patris) .s. sui. {Minus uerã) min' bonã & iustã, debuerat. n. quantũ ꝯijcimus, aliq̃d mali admisisse. {Probabilẽ) ꝓximã ꝟo uerisilem qđ patrono cuiq; ꝯceditur. {Mitius p.) ali' codex satis emẽdat' hẽbat nut' tuus ꝑt, qđ magis placet, ut sit sensus solo nutu tuo potes hoiem incolumẽ in pãtria retinere.

Cum

ASCEN. CVm Appio &c.Cōmendat diligentiſſime D.Bruto Appiū quendam,q cum maximā ſibi dicit neceſſitudinem rogatq; ut eū tueatur,contra aduerſarios,q cum eijcere urbe cōtendebant,dicens.Sūma neceſſitudo.i.neceſſaria coniunctio amicitiæ eſt mihi cum Ap.Claudio filio Caij.ſ. Claudij inſtituta.i.inita & comparata,multis officijs eius, & meis mutuis.Peto à te maiorem in modum.i.obnixe, uel cauſa humanitatis tuæ uel meæ ut uelis eū conſeruatum.i.ſaluum eſſe auctoritate tua quæ ualet plurimū.Volo te cum ſis cognitus uir fortiſſimus, exiſtimari.i.iudicari ēt clementiſſimum. Erit tibi magno ornamento adoleſcentem nobiliſſimū,ſaluum.i.conſeruatum beneficio tuo. Cuius.ſ.adoleſcentis cauſa debet quidē eſſe melior,hoc.i.pp, hoc, quod ipſe adductus pietate .ſ.in patrē,coniunxit ſe cū Antonio, pp reſtitutionem patris .ſ.ſui.Quare etſi.i.q̃q̃, habebis cauſam minus uerā.i.nō ſatis iuſtam tñ poteris inducere uel.i.ſaltem aliq̃ probabilem. Nutus tuus.i.ſolū iudicium uoluntatis,pōt retinere incolumē in ciuitate hoiem natū ſummo loco.i.clariſſimis natalib.& ſummo ingenio.i.& ſumma uirtute,p̄terea.i.prçter illas,dotes officioſiſſimū.ſ.in ꝯferendis bñficijs,et gratiſſimū in reddendis. Qđ ut facias.i.ut icolumē retineas,ego peto à te ita,ut nō poſſim petere maiore ſtudio,ue pro uel magis ex aīo.i.ſnia mea.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

HOrtatur Ciceronem vt bono ſit animo,nec quicquam timeat,Cauſas aſſerit Lepidi, ſed falſo id ſibi perſuaſerat, integritatem, & fortes ſuos exercitus.

D. BRVTVS M. CICERONI S.D. 23

*NOs hic ualemus recte; &,quo melius valeamus, operam dabimus. Lepidus * cōmode de nobis ſentire videtur. omni timore depoſito,debemus libere reip. conſulere. quòd ſi omnia eſſent aliena, tamen, tribus tantis exercitibus,proprijs reip. valentibus, magnum animum habere debebas; quem & ſemper habuiſti,& nunc, fortuna adiuuante,augere potes. Quæ tibi ſuperioribus literis mea manu ſcripſi, terrendi tui cauſa homines loquuntur. ſi frænum momorderis; peream, ſi te omnes,quotquot ſunt,conantem loqui ferre poterunt. Ego,tibi vt antea ſcripſi,dum mihi à te literæ veniant,in Italia morabor. Vale. VIII. cal. Iun. Eporadia.*

** alias cōmode nobis.*

HVBER. NOS hic) Hortatur Decius Cic.ut bono ſit aīo,et nihil de rep.timeat: dicit aūt Lepidum bene de ſe ſentire, de quo antea ſuſpicatus fuerat, ut ſuſpea ſæpe uiſum eſt.iuſtam aūt cauſam nullius timoris eſſe oſtendit, cū habeat tres exercitus ita fortes:prçterea quæ ſupra ſcripſerat dicit hoies loqui & diuulgare,ut terreant ipm Cic. Hortatur aūt ut i eos ſit fortis.{Cōmode)bene.{Libere)ſine cuiuſq̃ reſpectu.{Si oia eſſent aliena).i.ſi alia nobis deeſſent,uel eſſent contraria.{Tribus) mei Cæſ.& Plāci.{Valētibus)fortib.{Augere) hr̄e maiorē q̃ unq̃ habueris.{Quæ ſcr.)ſ.fuiſſe dicta à Segulio.{Si frænū mo.) .i.ſi eos cōtempſeris. trāſlatio ſumpta ab equo,q cū ſeſſorem, uel eqtem contemnit,frænum mordet.{Peream)iurantis eſt. {Quotquot).ſ.ēt ſi eſſent infiniti.{Conantē)uolētē,tentātē.

ASCEN. NOs &c.Hortatur D.Ciceronem ut bono ſit animo,qđ de rep.bene ſperet cum Lepidus iam bene ſentiat, & ipſe bonas habeat copias.Ordo eſt: Nos ualemus hic recte,&dabimus operam quo.i.ut ualeamus melius.Lepidus uī ſentire commode.i.bene & utiliter de nobis.nos debemus conſulere reip.libere,omni timore depoſito. Quod ſi omnia eſſent aliena.ſ.à nobis, tñ tu debebis hr̄e magnum animum, tribus tantis exercitibus proprijs reip. ualentibus.i.cum tres tales exercitus reip. proprij ſint ualentes.ſ.meus, Cæſaris & Planci quem.ſ.animum tu & ſimul habuiſti ſemper, & putes nunc augere fortuna fauenter aſpirante, Homines loquūtur cauſa tui terrendi.i.ut te terreant,ea quæ ſcripſi tibi mea manu literis ſuperioribus. Propria aūt manu ſecreta & recondita ſcriptitabant. Scribæ ſuis manibus uulgatoria. Si momorderis frænum.i.pertinaci animo contra omnia terricula reſiſteris, tracta metaphora ab equo qui dum equiti obtemperare nō uult,frçnum mordent,& dentibus tenet,peream ſi omnes quotquot ſunt,poterunt ferre te conantem loqui. Ego,ut ſcripſi tibi antea morabor in Italia dum, donec, literæ ueniant mihi à te Octauo &c.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Oſtendit ſibi perſuaſum ſuperiore epiſtola, vt oēm timorem depoſuerit.

M. CICERO D. BRVTO S.D. 24

NARRO tibi: antea ſubiraſcebar breuitati tuarum literarum: nūc mihi loquax eſſe videor. te igitur imitabor. quàm multa,quàm paucis: Te recte valere,operamq́ dare,vt quotidie melius: Lepidum cōmode ſentire: tribus exercitibus quiduis nos oportere confidere. ſi timidus eſſē, tamen iſta epiſtola mihi oēm metum abſterſiſſes. ſed, vt mones, frænum momordi. etenim,qui te incluſo omnem ſpem habuerim in te; quid nunc putas? cupio iam vigiliam meam Brute tibi tradere, ſed ita, vt ne deſim conſtantiæ meæ. Quod ſcribis,in Italia te moraturum,dum tibi literæ meæ ueniant: ſi per hoſtem licet,non errabis: multa enim Romæ. ſin aduentu tuo bellū confici poteſt: nihil ſit antiquius. Pecunia, expeditiſſima quæ erat,tibi decreta eſt. habes amantiſſimum Seruilium. nos non deſumus. Vale. VIII. id. Iun.

HVBER. NARRO) rñdet Cic. ſuperiori ep̄læ bř, ut dicit imitatione ipſius Decij: dicit iam omnem timorem,ſi modo eſſet timidus, potuiſſe ſibi penitus amoueri illa eius epiſtola. {Narro) q.d. fateor tibi, legitur tñ in alijs codicibus paꝝ tibi ſubiraſcebat. {Breuitati) ꝙ minus bř ſcriberes. {Loquax) nimium uerboſus.{Imitabor te)breuibus ſcribam,ſicut ſoles {Quàm multa).ſ.dicā uel ſcribam.{Paucis)uerbis.{Te recte ualere)Ordo eſt,ſi timidus eſſem,tñ abſterſiſſes mihi omnem metum iſta ep̄la.ſ.quod uis nos recte confidere:te recte ualere.i.quod recte ualeas.{Lepidum ſentire cō.)ſentiat de te &c. {Frænum momordi) frænū accepi dentibus.{Etenim) ratio à minori ad maius, eſt aūt ſenſus, ſi audebā ſpe tui,cum eras obſeſſus, quid nūc putas me facere cum obſidione liberatus? potes me multo magis defendere, q.d.multo magis audeo. {Vigiliam)cuſtodiam reip.uigilare.n.pro diligenter ſeruare ponitur. Iuuen. Sed uigilat conſul.{Vt non deſim conſtantiç).i.ne uidear facere ex leuitate.{Si per hoſtem licet).i.ſi hoſtes te permittent morari.{Multa).ſ.ſunt noua.{Confici)finiri.{Antiquius)charius.ſ.quàm conficere bellum.

Vigilia.

ASCEN. NArro &c.Rñdet bř ſuperiori epiſtolæ,dicens ſe imitari in breuitate ep̄laꝝ ipſum Brutum, & oēm timorē, ſi modo timidus fuiſſet, potuiſſet iſta epiſtola deponere.Ordo eſt,ego ſubiraſcebar.i.ſuccenſebam tibi paꝝ antea breuitate.i.pp breuitatem lr̄aꝝ tuaꝝ, & ego uideor mihi nūc eſſe loquax. Ego igitur imitabor te.i.bř rñdebo ad ea quç bř ſcripſiſti. Quàm.i.o quantum,multa ſup.ſcripſiſti, q̃ paucis, ſup.uerbis.Scripſiſti.n.te recte ualere,& dare operam ſup. ut ualeas quotidie melius. Lepidū ſentire cōmode.i.utiliter pro rep.nos oportere confidere quiduis.i.quodlibet bonum tribus exercitibus.ſ.Bruti,Planci,& Lepidi. Si eſſem timidus tñ tu abſterſiſſes mihi omnem metum iſta epiſtola. Sed ut mones,ego momordi frçnum.i.contra impetum uires aſſumpſi, ſicut equus recalcitrare uolens contra ſeſſorem ne frçno obediat,frçnum mordicus tenet.Etenim quid putas ſup. nunc facere aut quam ſpem hr̄e me qui habuerim omnem ſpem in te incluſo, & Brute, ego cupio tradere iam tibi uigiliam meam .i.ſolicitudinem &curam pro rep.q.d.non opus eſt,ut ipſe uigilem dum tu pro rep.excubabis,ſed ita ſupple cupio tradere ut non poſſim conſtantiæ meæ. Quod ſcribis te moratuꝝ in Italia,dum.i.donec literæ meç ueniant.i.afferantur tibi,non erraris,pro erraueris.ſ.per hoſtem.i.hoſtis quoque in ira māſerit. Multa enim ſup. dicuntur & fiunt Romæ ſeditioſe aut quid ſimile intelligit.Si bellum poteſt confici.i.finiri, in ad-

uentu tuo.i.ſtatim cum ad hoſtem perueneris, nihil ſit antiquius.i.charius Pecunia quæ erat expeditiſſima.i. paratiſſima eſt decreta tibi, Tu habes Seruilium amantiſſimum.ſ.tui, nos non deſumus ſupple tibi.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

NE nihil ad Brutum literarum cum occaſio eſſet daret, ſcribit in eo, vt accendat hominem, omnem ſpem eſſe: & de M. Bruto quem ad cõmune bellum vocarat, nunciat.

M. CICERO D. BRVTO S. D. 25

EXPECTANTI *mihi tuas quotidie literas Lupus noſter ſubito denunciauit, ut ad te ſcriberem, ſi quid vellem. ego aũt etſi, quid ſcriberem, non habebam, (acta enim ad te mitti ſciebam: inanem autẽ ſermonem literarum tibi iniucundum eſſe audiebam) breuitatem ſecutus ſum te magiſtro. ſcito igitur, in te, & in collega ſpem omnem eſſe. De Bruto autem nihil adhuc certi: quem ego, quemadmodũ præcipis, priuatis literis ad bellum commune vocare non deſino: qui vtinam iam adeſſet: inteſtinum vrbis malum, quod eſt non mediocre, minus timeremus. ſed quid ago? non imitor* * λακωνισμὸν *tuum. altera iam pagella procedit. vince, & vale. XIIII. cal. Quint.*

* *alias breuitatem.*

HVBER. EXPECTANTI) Hac epiſt. hortatur Cic. Brutum ut diligentiſſime agat pro rep. ſpem.n.totam eſſe in eo & in Plan. deinde dicit M. Brut. uocari ad hoc bellum Italicum, qm̃ ſi adeſſe, minus mali timeretur. {Acta) quæ in urbe fiunt & in ſcripta rediguntur quæ acta appellantur. {De Brut.) i. Marco. {Priuatis) meo nomine ſcriptis, non aũt nomine ſenatus. {Inteſtinum) ciuile. {Non eſt me.) i. maximũ eſt, liptote. {Sed qd ago) uidebat Cic. ſe nimium multa ſcripſiſſe, ideo repreſſit. {λακωνισμὸν). i. breuitatem. Lacones.n. breuiloqui eſſe conſueuerunt, unde laconiſmos breuiloquium dicitur. {Altera) ſecunda. {Iam procedit). ſ. plena iam prima pagella.

Acta: *Laconiſmos.*

ASCEN. EXpectanti &c. Hortatur Cic. Brut. ut diligentiſſime agat pro rep. cum in eo & Planco tota ſit ſpes, dicitq́; M. Brutum uocandum ad id bellum, qa ſi adeſſet, minus mali timeretur. Ordo eſt. Lupus nr̃ denunciauit ſubito mihi expectanti quotidie literas tuas ut ſcriberẽ ad te ſiquid uellem, ego aũt etſi non habebam quid ſcriberem, ſciebam.n. acta.ſ. publica mitti ad te, aũt.i. ſed, audiebam ſermonem literarum inanem.i. minime neceſſarium eſſe iniucundum tibi. ſecutus ſum breuitatem te magiſtro.i. qui id re ipſa docuiſti. Scito igitur omnem ſpẽ eſſe in te & in collega.ſ. Planco. Autem.i. ſed nihil ſup. habeo aut audiui adhuc certi de Bruto.ſ. Marco, quem ego non deſino uocare ad bellum cõe, quemadmodũ præcipis, literis.ſ. meis priuatis.i. mea auctoritate nõ pub. ſcriptis q utinam adeſſet iam, nam timeremus minus.ſ. quã nunc facimus, malum urbis inteſtinum.i. internum qđ eſt inter ciues q ſunt ſub unis mœnibus ut inteſtina ſub una pelle. Sed quid ago. Ego non imitor.ſ. ut conſtitueram, λακωνισμὸν.i. formã ſcribendi breuitate Laconica. Altera pa.ſ. tabellæ procedit.i. occupatur ſcriptura. Vince.ſ. hoſtes & Vale.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

IAm Lepidus coniunctus erat Antonio, cum diligenter monet Brutus, vt curæ ſit omnibus Reſpublica & petit à Cicerone, vt ſenatus poſtulata illius impleat.

D. BRVTVS IMP. M. CICERONI S. D. 26

IN maximo meo dolore hoc ſolatio vtor, quòd intelligunt homines, non ſine cauſa me timuiſſe iſta, quæ acciderunt. deliberent, vtrum trayciant legiones ex Africa, nec ne, & ex Sardinia: Brutum accerſant, nec ne: mihi ſtipendium dent, an non, decernant. ad ſenatum literas miſi. crede mihi, niſi iſta omnia ita fiunt, quemadmodum ſcribo, magnum nos omnes adituros periculum. rogo te, videte, quibus hominibus negocium detis, qui ad me legiones adducant. & fide opus eſt, & celeritate. Vale. III. non. Iun. ex caſtris.

HVBER. IN maximo) cum ſemper habuiſſet Decius ſuſpectum Lepid. ne ſe coniungeret cũ Ant. moleſteq́; tuliſſent quidã eius timorem, quem antea credebant eſſe intrepidũ, poſtq̃ Lep. ſe coniunxit, dicit ſe hac ſe conſolari dolorem ſuũ. ꝙ hoies intelligunt eum non ſine cauſa timuiſſe, dicit aũt quæ ſcripſerit ad ſenatũ, & ab eo petiuerit, quæ oia niſi fiant, ut ſcripſit, oſtendit remp. in maximo periculo fore, & qm̃ duas legiones ad ſe mitti petiuerat, rogat ut fidelibus uiris mãdetur in negociũ. {Quæ acciderunt) de cõiunctione Lepidi & Ant. licet poſſumus intelligere de mutatione Cæſ. {Traijciãt) tranſmittant. {Brutum) Mar. {Nec ne) an non. {Quibus) qualib'. {Negocium) curã. {Fide) ut ſint fideles, et celeriter adducant.

Nec ne.

ASCEN. IN maximo &c. Cum Decius habuiſſet Lep. ſemper ſuſpectum ne Ant. ſe coniungeret, & ob id meticuloſior haberetur poſtq̃ Lep. illi coniũctus erat, hac epiſt. dicit iam patere ꝙ non ſine cauſa timuerit &c. Ordo eſt. Ego utor, in maximo dolore meo hoc ſolatio quod homines intelligunt me timuiſſe iſta quæ acciderũt.ſ. de perfidia Lepidi non ſine cauſa. Ego miſi literas ad ſenatum ut ſup. deliberent, utrum traijciãt legiones.i. tranſmittant in Italiam ex Africa, nec ne.i. an nõ, & an accerſant.i. uocent ad ſe Brutũ ex Sardinia nécne, & ſup. an dẽt mihi ſtipendium, an non decernant.ſ. dandũ. Crede mihi o Cic. niſi iſta oia fiunt ita quemadmodũ ſcribo.i. niſi legiones accerſuntur & ſtipendiũ decernitur mihi, nos oẽs adituros magnũ periculum. Rogo te uidere.i. ut attẽdas, quibus hominibus detis negocium qui adducant legiones ad me, opus eſt & fide & celeritate. Tertio &c.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

PVrgat ſe apud Matium Cicero, quod non labefactauerit eius famam, ſed dignitatem potius & auctoritatem Matij defenderit.

M. CICERO C. MATIO S. D. 27

NONDVM *ſatis conſtitui, moleſtiæ ne plus, an voluptatis attulerit mihi Trebatius noſter, homo tum plenus officij, tum vtrinſque noſtrum amantiſſimus. nam eum in Tuſculanum veſperi veniſſem, poſtridie ille ad me, non dum ſatis firmo corpore cum eſſet, mane venit. quem cum obiurgarem, quòd parum valetudini parceret; tũ ille, nihil ſibi fuiſſe longius, quàm vt me videret. nunquidnam, inquã, noui? detulit ad me querelam tuam: de qua prius quàm reſpondeo, pauca præponam. Quantum memoria repetere præterita poſſum, nemo eſt mihi te amicus antiquior. ſed* VETVSTAS *habet aliquid cõmune cum multis, amor non habet. dilexi te, quo die cognoui, meq́ à te diligi iudicaui. tuus deinde diſceſſus, isq́ diuturnus, ambitio noſtra, et vitæ diſsimilitudo nõ eſt paſſa voluntates noſtras conſuetudine cõglutinari. tuum tamen erga me aĩum agnoui multis annis ante bellũ ciuile, cũ Cæſar eſſet in Gallia. quod.n. vehementer mihi utile eſſe putabas, nec inutile ipſi Cæſari, perfeciſti, vt ille me diligeret, coleret, haberet in ſuis. multa prætereo, quæ temporibus illis inter nos familiariſsime dicta, ſcripta, cõicata ſunt: grauiora enim ſunt conſecuta. et initio belli ciuilis cũ Brundiſium verſus ires ad Cæſarem, veniſti ad me in Formianum. primũ hoc ipſum quanti, preſertim temporibus illis? deinde oblitũ me putas conſilij, ſermonis, humanitatis tuæ? quibus rebus intereſſe memini Trebatium. nec vero oblitus ſum literarum tuarum, quas ad me miſiſti, cũ Cæſari obuiam veniſſem in agro, vt arbitror, Trebulano. Secutũ illud tempus eſt, cum me ad Pompeium proficiſci ſiue pudor meus coegit, ſiue officium, ſiue fortuna.*

*na. quod officium tuum, quod studium vel in absentem me, vel in præsentes meos defuit? quem porro omnes mei & mihi, & sibi te amiciorem iudicauerunt? veni Brundusium: oblitum'ue me putas, qua celeritate, vt primum audieris, ad me Tarento aduolaris? quæ tua fuerit assessio, oratio, confirmatio animi mei, fractis communium miseriarum metu? tandem aliquando Romæ esse cœpimus. quid defuit nostræ familiaritati? in maximis rebus, quonam modo me gererem aduersus Cæsarem, vsus tuo consilio sum. in reliquis officijs tui tu tribuisti, excepto Cæsare, præter me, vt domum ventitares, horasq; multas sæpe suauissimo sermone consumeres? tum, cum etiam, si meministi, vt hæc * φιλοσοφούμενα scriberem, tu me impulisti. Post Cæsaris reditum, quid tibi maiori curæ fuit, quam vt essem ego illi quamfamiliarissimus? quod effeceras. Quorsum igitur hæc oratio longior, quàm putarā? quia sum admiratus, te, qui hæc nosse deberes, quidquam à me commissum, quod esset alienum nostra amicitia, credidisse. nā præter hæc, quæ cōmemoraui, quæ testata sunt, & illustria, habeo multa occultiora, quæ vix verbis exequi possum. omnia me tua delectant, sed maxime maxima tum fides in amicitia, consilium, grauitas, constantia, tum lepos, humanitas, literæ. quapropter redeo nunc ad querelam. Ego, te suffragium tulisse in illa lege, primum non credidi: deinde, si credidissem, nunquam id sine aliqua iusta causa existimarem te fecisse. dignitas tua facit, vt animaduertatur, quidquid facias: malevolentia autem hominum, vt non nulla durius, quàm à te facta sint, proferātur. ea si tu non audis; quid dicam, nescio; equidem, si quando audio, tam defendo, quàm me scio à te cōtra iniquos meos solere defendi. defensio autem est duplex. alia sunt, quæ * liquido negare soleam, vt de isto ipso suffragio: alia, quæ defendam à te pie fieri, & humane, vt de curatione ludorum. sed te, hominem doctissimum, non fugit, si Cæsar rex fuerit, quod mihi quidem videtur, in vtranque partem de tuo officio disputari posse; vel in eam, qua ego vti soleo, laudandam esse fidem, & humanitatem tuam, qui amicū etiam mortuum diligas; vel in eam, qua non nulli vtuntur, libertatem patriæ vitæ amici anteponendam. ex his sermonibus vtinam essent delatæ ad te disputationes meæ. illa vero duo, quæ maxima sunt laudum tuarum, quis aut libentius, quàm ego, cōmemorat, aut sæpius; te & non suscipiendi belli ciuilis grauissimum auctorem fuisse, & moderandæ victoriæ? in quo qui mihi non assentiretur, inueni neminem. quare habeo gratiam Trebatio, familiari nostro, qui mihi dedit causam harum literarum: quibus nisi credideris; me omnis officij, & humanitatis expertem iudicaris: quo nec mihi grauius quidquam potest esse, nec à te alienius. Vale.*

**.i. in philosophia tractata.*

** alias aliquando.*

HVBER. NONDVM) Hæc epistola uidetur præponenda superiori nam cū Trebatius in Tusculanum ad Cicer. uenisset: exposuit ei querelā Matij de Cic. ꝙ Cic. tulisset suffragiū legi. quæ facta esset de efficiendis oibus, quæ Cęs. instituerat cōmentarijs suis. Itaq; Cic. se excusaturus lōgius reperit & initium & causas amicitiæ, quæ sibi cū Matio fuit, ostēdit non modo eū non accusasse, sed potius defendisse & quō defenderit exponit, & præcipue quod ei obijcebatur, ut supra uisum est, ꝙ Cæs. mortuum diligeret, et amissum doleret. Optat aūt Cic. ad eū delatos fuisse sermones, quos de eo habuerit, & ꝓcipue de eius moderatione, & initio belloꝝ ciuilium, et post ipsa bella {Constitui) iudicaui. {Firmo) ualido, sano. {Obiurgarem) reprehenderem. {Parceret) rōnem haberet. {Tum ille).s. rñdit. {Longius) desideratius quod uidetur lōgioris moræ. {Detulit) denūciauit. {Cōe cum multis) quia multi pñt uetusti esse. {Nō habet).i. aliqd cōmune cum multis, qa amo singulariter. {Diuturnius) longi tpis dū esses in Gallia cū Cæs. per decenniū. {Ambitio) honoꝝ petitio. {Dissimilitudo) qa tu peregrinatione, ego ciuitate delectatus, tu re militari, ego ocio & ciuilib. officijs. {Cōglutinari) coniūgi, colligari. Gluten.n. genus est collæ tenacissimæ, ut ostendit Virg. lib. 4. Geor. {Grauiora) maiora. {In Formianū) rus meū apud Formias, quod oppidū est Campaniæ. {Hoc ipm).i. ꝙ ueneris ad me. {Quāti).s. putas me fecisse. {Illis) qbus eras in magna auctoritate apud Cæs. {Cōsilij) quod dabas mihi. {Trebulano) Trebulę, est aūt Trebula oppidum Campaniæ mediterraneū, ut scribit Ptolemæus, non aūt idem fluuius q Trebia dr, ut quidam falso opinatur. {Pudor) qa pudebat me deesse ei: cui multū debebā. {Offm) tuendæ reip. {Fortuna) felicitas mea. {Qd' ft.) q.d. nullū. {Aduolaris) celeriter ueneris. {Tarento) q ciuitas est Calabriæ dicta à Tara filio Neptuni aucta deinde à Laconibus, q duce Pallato illuc aduentātes expulsis incolis eā tenuerūt, ut Iust. lib. 3. {Assessio) familiaris apud me sedēdo cōmoratio. Assidere.n. est iuxta sedere. Horat. in ser. Habes q assideat, somēta paret. {Aliqñ) post longū tempus. postq̄ Cæs. reꝝ potitus est. {Quid def.) q.d. nihil. {Aduersus) erga, & notandū est aduersus in bonā partem dictū esse, sic Ter. in And, Et id gratū fuisse aduersum te habeo grām. {Cui tri.) s. offm. q.d. nulli. {Pręter me.) ꝑter mihi φιλοσοφούμενα à phis tractata à uerbo φιλοσοφέομαι καὶ φιλοσοφοῦμαι. est participiū passiuū, intelligit aūt ut puto offōꝝ libros quos tpib' illis scripsit. {Reditū).i. in urbē ex bello ciuili. {Effeceras) ut essem illi familiarissimus. {Quorsum).s. dicta est à me.i. quam ob causam, ad quē finem. {Quia) rñsio causæ. {Hæc) quæ à me supra cōmemorata sunt. {Testata) manifestata in signione passiua. sicut notauimus ēt lib. 2. {Illustria) clara. {Occultiora) secretiora. {Consiliū) sapientia. {Grauitas) constantia. {Lepos) suauitas moꝝ et uerboꝝ. {Literæ) cognitio lraꝝ. {Quapp) post longā digressionē reuertitur Cic. ad rñsionem querelę Matij. {Tulisse suf.) dedisse uocē tuam approbasse illā legē, qua decernebatur, ut quæ Cæs. statuisset efficerētur. {Non cre.) id.n. est propriū uiri sapientis nō facile credere criminationibus oblatis. {Dignitas facit ut aiad.) qa oia facta eoꝝ, q excelso loco sunt obscura esse non pñt. Iuuen. Omne animi uitiū tanto conspectius in se Crimē habet quāto maior q peccat hr. {Maleuolētia).s. facit. {Durius) asperius, in peiorem partem, qa cum alis quē odimus, quicqd facit, ēt si rectū sit, semper in deteriorem partē accipitur, sicut utilissimi labores mei & uigiliæ ab inuidis meis. {Ea) quæ de te ꝓferūtur. {Alia) quæ dicaris fecisse. {Pie) ex officio. {Curatione ludoꝝ) de qua ipse Matius in ꝓcedenti epla mentionem fecit. {Sed ho.) cū Cic. proponit duplicem opinionē de officio. Matij: latenter innuit ut tum magis sit sequendū. {Illa duo).s. quæ sequūtur. {Expertē) immunem. Scilicet te fuisse auctorē, suasorem. {Moderādæ) ne Cęs. faceret in uictos oia, quæ iure uictoriæ potuisset. {Qui non as. mi.) i. q idem non faterentur. {Habeo gratiam) obligatus sum. {Causam) quia retulit mihi querelam, ex qua inductus sum ut ad te scriberem. {Nisi cre.) nisi admiseris eam excusationem, quam afferunt. {Expertem) immunem. {Grauius) molestius. {Alienius à te).i. quod minus ad te pertineat.

Ambitio.

Gluten.

Formiæ.

Trebula.

Trebia.

Tarentū.

Assessio.

Assidere.

Aduersus

Testatus.

Lepos.

ASCEN. Nondum &c. Hæc epla uř superiori præponenda. Nam cū Trebatius in Tusculanū ad Cic. uenisset, exposuit ei querelā Matij de Cic. ꝙ tulisset suffragiū legi de efficiēdis omnibus, quæ Cæsar instituerat cōmentarijs suis. unde se excusaturus Cic. repetit lōgius causam amicitiæ cū Matio, docetq; se eū potius defendisse q̄ accusasse, optatq; ad eū delatos fuisse sermones, quos de eo habuerit, & potissimū de moderatione eius circa bella ciuilia. Ordo est. Ego nondū cōstitui.i. definiui ac decreui satis, ne.i. an Trebatius noster attulerit mihi plus molestiæ an uoluptatis, Trebatius inq̄ hō tum plenus officij, tū amātissimus utriusq; nrm.i. tui & mei. Nam cū uenissem uesperi.i. hora uespertina in Tusculanū.s. prædiū & uillam meā, ille uenit ad me postridie.i. die ꝓximo secuto, cū esset mane, exñs sup. corpore nōdū satis firmo.i. adhuc aliquātulū infirmo præ ualetudine, ęgrotauerat.n. Quē cū obiurgarē, ꝙ parceret paꝝ ualetudini.s. infirmę tū ille sup. rñdit mihi nihil fuisse sibi lōgius.i. desideratius, qa quæ lōge absunt maiore cruciatu desideramus, q̄ ut uideret me. inq̄.i. aio tūc illi nunqd nā noui sup. esset, aut afferret. Et sup. ille tunc, detulit ad me.i. enarrauit mihi, querelā tuā, de qua priusq̄ rñdeam.i. me purgē, ꝓponā pauca.s. ad purgationē accōmoda, & fidā factura. Quātū ego possū repetere memoria.i. recordari ꝓteri-

rita, nemo.i.nullus est mihi amicus antiquior.i.uetustior &
charior,nam utrunq; signat antiquum mihi te.i.q̃ tu.Sed ue
tustas habet aliqd cōe cum multis, qa multos æque diu ama
ui ac te,amor non habet.s.quicq̃ cōe cum multis,te plus quá
çeteros amaui.Dilexi q primus gradus amoris est , te sup. eo
die quo cognoui.s.primū te,& iudicaui me diligi à te. Deins
de discessus tuus.s.à patria & is diuturnus.i.diu durans ams
bitio nr̃a.i.æmulatio in obtinendis honoribus quas brigas
Galli uocát,& dissimilitudo uitæ,qa ego domi,tu foris agere
delectabaris,nō est passa uoluntates nr̃as conglutinari.i.cōs
solidari consuetudine.i.cōmercio & cōione uitæ.Ego tñ cos
gnoui aium tuum.i.beneuolētiam tuā erga me multis annis
ante bellū ciuile.s.inter Cęsarē & Pompeium cū Cęsar esset in
Gallia. Tu.n.perfecisti.s.tunc id quod putabas esse ualde uti
le mihi nec inutile ipsi Cæsari.s.ut ille diligeret, coleret , hr̃et
in suis.i.inter sibi charissimos me.Ego prætereo.i.pertranseo
multa quæ dicta scripta,cōicata sunt inter nos illis tp̃ibus,fa
miliarissime.s.ut inter maxime familiares. Enim.i.qa grauio
ra.i.maiora testimonia familiaritatis & amicitiæ sunt cōlecu
ta ex initio belli ciuilis cū ires Brundusium,uersus ad Cęsarē,
uenisti ad me in Formianū.i.agrum & uillam primō quanti
sup. putat æstimandū hoc ipm.s.deflectere se de uia ut uisas
amicum,pręsertim tp̃ibus illis.s.tam dubijs & suspectis? q.d.
haud dubio maximi. Deinde putas q.d.scio q̄ nō putas, aut
nō debes putare me oblitū ɔsilij,sermonis,humanitatis tuæ?
Quibus rebus memini Trebatiū interesse. Videmus qđ Agræ
eius adnotauit memini ferè pñti coniungi. Nec uero oblitus
sum lr̃aꝝ tuaꝝ quas misisti ad me , cum uenissem obuiā Cæs.
in agro Trebulano,ut arbitror.i.si recte recordor illud tēpus
est secutū cum.i.quo tp̃e siue pudor meus,siue officium, siue
fortuna.i.sors iniqua mihi coegit me proficisci ad Pomp.nō
dicit cōtra Cæsarem,quasi nō tam odio Cæsaris q̃ amori. Pō
peij in bellū profectus sit,quod officium tuū,et sup.quod stu
diū tuum,defuit uel in me absentem uel in meos pñtes? q.d.
nullū,Porrò.i.sed quem oēs mei iudicauerūt amiciorē.i.mas
gis amicū & mihi,& sibi,te.i.q̃ te q.d.nullū profecto.Ego ue
ni Brundusium putásne me oblitū qua celeritate aduolaris
pro aduolaueris.i.accurreris Tarēto.i.Tarentū est aūt datis
uus localis , quem octauū casum quidā uocant, ut,it,clamor
cœlo.i.in cœlū,ad me ut primū audieris.s.me adesse & quę.i.
qualis apud me sessio tua,quæ sup.oratio.s.tua, quæ cōfirma
tio,animi mei fracti metu cōium miseriaꝝ q.d.iucundissima
& amicissima.Nos tandē cœpimus esse aliqñ Romæ . qd des
fuit familiaritati nr̃æ in maximis rebus . Ego usus sum ɔsilio
tuo quonā modo gererē me aduersus Cæs. ubi aduersus non
capitur in malā partem . in reliqs officijs cui tribuisti præter
me.i.p̄ter quam mihi,excepto Cęsare? ut uētitares.i.frequen
ter uenires,domū.s.eius,& cōsumeres sæpe multas horas sers
mone suauissimo , tū.i.tunc cum.i.qñ tu impulisti me,si mes
ministi.i.si forte tenes memoriæ,ut scriberē hæc φιλοσοφούμενα
.i.phicos tractatus,ut libros officioꝝ,de amicitia, de senectu
te,de paradoxis,de quæstionibus Tusculanis. Quid fuit tibi
maiori curæ post reditū Cæsaris.s.è pugna Pharsalica felicis
ter pugnata,quā ut ego essem familiarissimus illi.s.Cęsari,qđ
effeceras? Aliter tñ ad Cassium & Brutū scribet. Quorsum igi
tur.i.mea oratio longior sup.tendat,quæres sup.rñsio. Quia
sum admiratus , te q deberes nosse.i.cognoscere hæc.s.dicta
testimonia amoris credidisse quicq̃ cōmissum esse à me,qđ es
set alienū ab amicitia nr̃a. Nam ego habeo multa occultiora
.i.secretiora indicia ueræ amicitiæ quæ uix possum exequi.i.
exprimere uerbis p̄ter hæc quæ cōmemoraui,quæ sunt testas
ta.i.testibus cōprobata et pro.i.illustria.i.clara & manifesta.
Oia tua.s.dicta,& facta delectāt me,sed maxime.i.pręcipue ,
maxima,cū.s.ita sit q̄ me delectēt,fide in amicitiæ, consiliū ,
grauitas,cōstantia,tū sup.ueꝝ est apertius q̄ me delectent,le
pos.i.suauitas loquēdi,humanitas.i.suauitas uiuēdi,& lr̃ę.i.
eminētia doctrinę,q̄ licet maiora nō sint q̃ fides,ɔsiliū,graui
tas,constātia,plus tñ eárundē reꝝ studiosos delectare solent.
Quapp redeo nunc ad querelā.s.quam dñt te de me fecisse .
Ego primū nō credidi te tulisse suffragiū.i.assensum & fauos
rē in illa lege.s.qua decretū est ut quæ Cæs. statuerit rata has
berētur.Deinde si credidissem ego nunq̃ existimarē te fecisse
id sine aliqua iusta cā.Dignitas tua facit,ut aiaduertatur.i.di
ligēter ɔsideretur,quicqd facias maleuolētia aūt hoium facit
ut nōnulla ꝓferantur.i.diuulgentur durius quā sint facta à
te.Si tu nō audis ea.s.quæ ꝓferuntur durius quā sint facta à
te nescio qd dicā q.d.si auderē,dicerem te surdastrū. Eqdē.i.
ego quidē,si audio qñ.i.qñq; sup. ea ego tā.i.tantope defen
do sup.ea q̃.i.quantope, ego scio me solere defendi à te cons
tra iniquos.s.de me cēsores. Aūt.i.sed defensio est duplex. qa
alia sunt quæ soleam aliqñ negare,ut de isto ipso suffragio.s.
facto in legē latam,alia sup.sunt quæ defendā.i.defendendo
asserā fieri à te pie & humane, ut de curatione ludoꝝ.s.funes
briū,in honorē Cæsaris. Sed nō fugit te hoiem doctissimū.i.
tu bene scis cū sis hō doctissimus,si Cæsar fuerit rex,quod qs
dem ut mihi posse disputari de officio tuo.s.in illū exhibito a
in utranq; partē,& bonam,et malam,uel in eā sup.partē qua
ego soleo uti , uidelicet fidē & humanitatem tuam in Cæsarē
esse laudandā , q diligas amicum ēt mortuum, uel in eā sup.
partē qua nonnulli utūtur sup. dicētes libertatem patriæ esse
anteponendā.i.præferendā,uitæ amici.s.Cæsaris tibi . Vtinā
disputationes meæ essent delatæ ad te,ex his sermonib. Vero
.i.sed qs cōmemorat,aut libētius aut sæpius q̃ ego,illa duo q̄
sunt maxima.i.p̄cipua capita laudum tuaꝝ,te fuisse grauissi
mū auctorē belli ciuilis nō suspiciendi.s.à Cæsare cōtra Pom
peiū,& uictoriæ moderandæ.i.modeste habēdæ,in quo.s.iu
dicio de te,ego neminē inueni q non assentiretur mihi. Qua
re ego habeo grām Trebatio familiari nr̃o, q dedit mihi cau
sam haꝝ lr̃aꝝ.s.ad te scribendaꝝ,qbus nisi credideris, tu iudi
caris pro iudicaueris,me expertem.i.sine participatione, hoc
est hñtem nihilominus officij & humanitatis, quo.s.iudicio
tuo nec qcq̃ p̄t esse grauius.i.molesti'mihi,nec alienius à te.

Quid defuit nr̃æ familiaritati in maximis rebus ? quonā modo me gererē aduersus Cæsarē, usus tuo cōsilio sum) Distinguo sic.qd desuit nr̃æ familiaritati ? in maximis rebus quonā modo me gererē aduersus Cęsarē,usus tuo ɔsilio sum. Hęc etsi leuia uñr, quia tñ quiddam afferunt ad sententiam , nō contēpsimus.quę non esse hactenus aiaduersa,miramur.

PAVLVS MANVT.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Excusat se Matius, quòd Cæsaris mortem ægre tulerit, cum tanta il lius in Matium merita essent, vt non potuerit non dolere ratione of ficij: improsq; ostendit eos, qui ab hoc officio eum auocent. Diluitq; quædam. quæ falso illi obijcebantur, quod remp. non amaret, cum euidenti bus argumentis id falsum esse dicat.

C. MATIO M. CICERONI S. P. D. 28

MAGNAM *voluptatem ex tuis literis ce pi, quòd, quam speraram, atque optaram, habere te de me opinionē cognoui. de qua etsi non dubitabam, tamen, quia maximi æstimabā, vt incorrupta maneret, laborabam. conscius aūt mihi eram, nihil à me cōmissum esse, quod boni cuiusquam offenderet aīum. eo minus credebam, plurimis, atque optimis artibus ornato tibi temere quidquā persuaderi potuisse, præsertim in quem mea propēsa, & perpetua fuisset, atque esset beneuolentia. quod quādo, vt volui, scio esse: respōdebo criminibus, quibus tu pro me, vt par erat, tua singulari bonitate, & amicitia nostra sæpe restitisti. nota.n.mihi sunt, quæ in me post Cæsaris mortē contulerint. Vitio mihi dant, quòd mortem hoīs necessarij grauiter fero, atq; eum, quē dilexi, perijsse indignor. aiunt.n. patriā amicitiæ præponendam esse: perinde ac si iam vicerint, obitū eius reip. fuisse vtilem. sed non agam astute. fateor me ad istū gradum sapientiæ * non peruenisse. neque enim Cæsarē in dissensione ciuili sum secutus; sed amicum, quanquā re offendebar, tamen non deserui: neque bellum vnquā ciuile, aut ēt causam dissensionis probaui; quam etiam nascentē extingui, summe studui. itaque in victoria hoīs necessarij, neque honoris neque pecuniæ dulcedine sum captus. quibus præmijs reliqui, minus apud eū, quàm ego, cum possent, immoderate sunt abusi. atque etiam res familiaris mea, lege Cæsaris diminuta est: cuius beneficio plerīq;, qui Cæsaris mor*

** alias non venisse.*

te

te lætantur,remanserũt in ciuitate. ciuibus victis ut parcere
tur,æque,ac pro mea salute,laboraui. possum igitur,qui oẽs uo
luerim incolumes,eũ,à quo id impetratum est,perijsse non indi
gnari? eñ præsertim ijdem hoĩes illi & inuidiæ,& exitio fue
rint. Plecteris ergo,inquiunt; quãdo factum nostrum impro
bare audes. O superbiam inauditã,alios in facinore gloriari,
alijs ne dolere quidẽ impune licere. at hæc ẽt serui semper li
bera fuerũt,timerent,gauderent,dolerent suo potius, quàm al
terius,arbitrio. quæ nũc isti,vt quidem dictitant, libertatis
auctores metu nobis extorquere conãtur. sed nihil agũt. nul
lius vnquã periculi terroribus ab officio, aut ab humanitate
desciscã: NVNQVAM enim honestam mortem fugiendam,
sæpe etiam appetendã putaui. sed quid mihi succensent, si id
opto, vt pæniteat eos sui facti? cupio enim Cæsaris mortem
oĩbus esse acerbam. at debeo pro ciuili parte remp.uelle saluã.
id quidem me cupere,nisi & ante acta vita, & reliqua mea
spes tacente me probat: dicendo uincere nõ postulo. quare ma
iorem in modũ te rogo, vt rem potiorem oratione ducas; mi-
hiq́, si sentis expedire recte fieri, credas nullam cõmunionem
cum improbis esse posse. an,quod adolescens præstiti, cum etiã
errare cum excusatione possem; id nunc,ætate præcipitata,cõ
mutem,ac me ipse retexam? non faciam,neque, quod displi-
ceat,cõmittam,præterquam quòd hoĩs mihi coniunctissimi,ac
uiri amplissimi doleo grauem casum. quòd si aliter essem ani
matus; nunquã,quod facerem, negarem; ne & in peccando
improbus,& in dissimulando timidus,ac uanus existimarer.
At ludos,quos Cæsaris victoria Cæsar adolescens fecit, cura
ui. At id ad priuatũ officium,nõ ad statum reip.pertinebat:
quod tamen munus et hoĩs amicissimi memoriæ,ac honoribus
præstare etiã mortui debui; & optimæ spei adolescenti, ac di
gnissimo Cæsari petẽti negare non potui. Veni ẽt consulis An
tonij sæpe domũ salutandi causa: ad quem,qui me parum pa
triæ amantẽ esse existimant,rogandi quidem aliquid, aut au

* alias uẽtitare

ferẽdi causa frequentes * ventitasse reperies. sed quæ hæc est
arrogantia,quod Cæsar nunquã interpellauit,quin,quibus uel
lem, atque etiam quos ipse non diligebat, tamen ijs vterer;
eos,qui mihi amicũ eripuerunt, carpendo me,efficere conari,
ne,quos velim,diligã? sed non vereor,ne aut mea vitæ mo-
destia parum valitura sit in posterum contra falsos rumores;
aut etiam ijs,qui me nõ amant propter meam in Cæsarem cõ-
stantiam,nõ malint mei,quàm sui,similes amicos habere. mi
hi quidẽ si optata contingent: quod reliquum est uitæ,in ocio
Rhodi degam. sin casus aliquis interpellarit: ita ero Romæ,
vt recte fieri semper cupiã. Trebatio nostro magnas gratias
ago,quòd tuũ erga me aĩum simplicem,atque amicũ aperuit;
et quòd eũ,quem semper dilexi lubenter,quo magis iure cole-
re,atque obseruare deberem,fecit. Bene vale,et me dilige.

HVBER.

MAGNAM) Matius ciuis R.cũ apud Cęs.mul
tos annos in summa gr̃a fuisset plurimumq́;
apud eũ ualuisset et in Gallia,&postea Romę,
nõ immemor acceptoꝝ bñficioꝝ,neq; ingrat'
mutuo amore Cęs.sp ꝓsecutus est,cumq́; eo in
terfecto uehemẽter augeretur, & de eius cęde cõquereretur,
ꝑcussores indignabatur,obijciebãtq́; Matio ꝙ fleret mortem
Cęs ꝗa doleret remp.liberatã tyrãnide,&ob id ei minabãtur.
Itaq; hac ep̃la oñdit se sp fuisse amatorẽ ꝯcordię potius q̃ bel
li ciuilis,neq; se secutũ Cęs.ꝙ gauderet remp.opprimi, sed ne
amicitię offõ deesset,liceret aũt nũc flere eum mortuũ,à quo
antea tot ciuiũ salutẽ impetrauerit,ĩ quo accusat sũpbiã eoꝝ,
ꝗ eũ ab hoc offõ humanitatis deterrere conantur,à quo affir
mat nullis terrorib.aut minis se unq̃ deterritũ iri,deinde ex-
cusat ẽt se,ꝙ accusabatur curasse ludos,ꝗ facti fuerãt in hono
rẽ Cæs. Postremo dicit se esse uictuꝝ in exilio qđ reliquũ est
uitæ suę.Sin aũt id nõ licuerit,se ita futuꝝ Romæ,ut sp bñ cu
piat reip.{Incorrupta)inuiolata,talis,q̃lis fuerat antea.{Of-
fenderet) læderet.{Tibi plurimis atq; optimis artib.or.) tibi
doctissimo uiro,ꝗ ꝑꝑ multaꝝ reꝝ peritiã & doctrinã nõ faci
le oĩa credis.{Temere)sine cã.{Propensa) magna inclinata.
{Atq; esset)ẽt hoc tp̃e.{Criminibus).s.quæ mihi obijciũtur.
{Vt par erat) ut decebat amicũ facere.{Restitisti) refellendo
rñdisti.{Nota)ex relatione amicoꝝ,& potissimum Trebatij.
{Contulerint me)imputauerunt mihi.s.maleuoli & aduersa
rij mei.{Vitio dant)culpant tanq̃ malefactum.{Perinde) ac

Perinde

sit, tanq̃.{Vicerint).i.rõnibus ipsi obtinuerint & probaue-
rint.{Non agam astute)non simulabo.{Istum gradum sa.)
eoꝝ qui præponant patriam amicitiæ.{Non sum se.Cæs.) s.
tanq̃ Cæsarem & oppugnatorem patriæ.{Sed amicum) sed
ut amicum,cui non debueram deesse ẽt in summis periculis.
{Re)oppugnatione patriæ.{Causam) ut ꝑꝑ negatum trium
phũ deberet conuerti in patriam suam.{Nascentem).s.causa
dissensionis.{Extingui) deleri,oĩno tolli.{Studui) diligẽter
curaui.{Itaq;) infert ex ijs, quæ dixit fecisse,ꝙ amicum non
hoĩem sit secutus,quia non fecerit id ꝑꝑ honorem & pręmia
sicut alij qui cũ minus possent apud Cæs.q̃ ipse, præmijs tñ
immoderate abusi sunt & honore.{Sunt abusi) qui oĩno uo
luerunt hr̃e.{Cuius)Cæs.{Beneficio) clementia & libertate.
{Atq; ac pro mea salute).i.tm̃ quantum pro salute mea pro-
pria.{Possum igitur)q.d.non possum, interrogatiue legen-
dũ est.{Fuerit).s.ipsi Cæs.{Plecteris)punieris.{Factum no-
strum) Cæs.cædem.{Alios) interfectores Cæs.{In facinore)
in homicidio.{Alijs)ut mihi.{Hæc quæ se.)s.timerent,gau-
derent &c.{Quæ)gaudere,dolere.{Extorquere)eripere.{Pe
riculi)etiam si mortem minentur.{Appetendam)ultro quæ-
rendam.{Sui facti)interfecisse Cæsarem.{Acerbam)grauem,
molestam.{At debeo)obiectio quæ posset fieri.{Id quidem)
responsio obiectionis,est aũt sensus, non quæro probare uer
bis me cupere remp.esse saluam nisi uita mea ante,acta & re-
liqua spes mea satis id probant,ẽt me nihil dicẽte.{Rem)uo-
luntatem intentionẽ meam.{Expedire)utile esse.{Recte fie.)
bene uiuerę.{Cõionem) cõmercium,coniunctionem.{An.)
sensus est,an debeo nunc cõmutare ætate iam matura, quod
feci in adolescentia, dum potuissem excusari si errassem q.d.
non.{Quod pr.)quod effecit,ut recte uiuerem.{Ipse me re-
texam).i.faciam contra naturam. Nã retexere contrarium est

Retexere
Reuello.
Retego.

suo simplici,ut de multis uerbis diximus, sicut reuelo & rete
go contraria sunt suis simplicibus,est aũt tractum à telis,quę
destruuntur,cũ retexuntur,uel retexam.i.iteꝝ texam & reno
uẽ, & ut ita dixerim,faciã me nouum hoĩem.{Grauẽ casum)
crudelẽ cædem.{Si essem alr̃ aĩatus).i.si hr̃em alium animũ.
{Nunq̃ ne.quod fac.)i.aperte cõfiterer id quod facerem.{Ne
& in pec.)i.ne putarer esse audax in male faciendo.{Et ti.in
diss.)i.non audẽdo fateri,quod facerem.{Vanus) mendax.
{At ludos)alia obiectio.{Fecit) in honorem Cæs. patris, in
quibus in meridie dr̃ apparuisse stella,qua Cęs.aĩa credita est
in cœlũ translata.de ea Virgil. Ecce Dionæi processit Cęsaris
astrũ.{At id)dissoluit obiectionem. Est aũt sensus,quod cura
uerim ludos factos in honorẽ Cęs. nihil pertinet ad statum
reip.ꝗa nihil contra eũ feci curando illos ludos, sed pertinet
tantũmodo ad priuatũ offm̃ meum.{Quod tñ)dicit se dupli
ci de causa debuisse ꝓstare id offm̃ &ꝑꝑ ipsum Iulium Cęs.cu
ius memoriæ & honori debebat, & ꝑꝑ Cæs. Octauium hoc
petentẽ cui negare non potuit.{Repetenti) Sæpius petenti.
{Salutandi)uisendi pro officio meo.{Rogandi) interrogan
di.{Aut auferẽdi) aut eripiendi aliquid.{Sed quę) dicit hoc
esse multo arrogantiores,q̃ fuerit Cęsar,quẽ regem fuisse quę
runtur,ꝙ Cæs.nunq̃ prohibuit, quo minus amaret Matius,
quos uellet,cũ isti qui eripuerunt sibi amicum Cæsarem uelit
efficere,ne eos diligat quos uelit.{Carpendo) reprehendẽdo
me.{Modestia) moderatio.{Siles mei ꝯst.) qui nulla re pos-
sint deterreri ab officio amicitię,qualẽ me esse uidẽt.{Quàm
siles sui)qui putauit amico mortuo nullã eius memoriam ser
uandã esse.{Rhodi)de qua dictũ est lib.4.in epist.ad Marcel
lum.{Degam)uiuam.{Interpellarit)impedierit.{Simplicẽ)

Simplex.
Duplex.

synceꝝ,ueꝝ,contra duplex pro fallaci,ponitur. Horat. Aut
cursus duplicis per mare Vlyxei, licet quidã aliter exponãt.

ASCEN.

MAgnam &c. Matius ciuis R. cum apud Cęs.multos an-
nos in summa gr̃a fuisset, & mutua beneuolẽtia eundẽ
semp persecutus,& eo interfecto uehementer conturbatus et
questus fuisset,ꝑcussores Cęs.obijciebant id illi, ꝙ fleret necẽ

Cęs.

Cæſ.& reip.liberationē inlquo aīo ferret . quo circa hac epi-
ſtola oſtēdit,ſe ſemper fuiſſe amatorē concordiæ,neq; ſecutū
Cæſarē ut remp.opprimat,ſed ut officio ſatisfaciat,purgās q
ſudos in honorem Cæſ. faciēdos curauerit , demū dicit ſe aut
in exilio aut Romæ ſi detur uictus amatorē reip. Ordo eſt :
Ego cepi magnā uoluptatem ex literis tuis,quod cognoui te
hr̄e de me:ſup.eam opinionē,quam ſperarā,atque optaram .
De qua.ſ.opinione,etſi nō dubitabam. Tn̄ quia maximi æſti
mabam laborabā,ut maneret incorrupta.i.integra.Aūt.i.ſed
ego eram conſcius mihi , nihil eſſe cōmiſſum à me, quod of-
fenderet.i.læderet, & ad irā prouocaret animum cuiuſq̄ bo-
ni.Ego.i.tanto aut ꝑꝑea credebam minus quicq̄ potuiſſe ꝑ-
ſuaderi temere.i.inconſiderate & ſine certa rōne tibi ornato
plurimis atque optimis artibus , præſertim in quē mea bene-
uolentia,fuiſſet.ſ.prius atque eſſet.ſ.adhuc propenſa.i.prona
& inclinata & perpetua.i.intermiſſa. Quod qn̄.i.qm̄ ſcio eſ-
ſe ut uolui rn̄debo criminibus.i.criminationibus, quibus tu
reſtitiſti ſæpe pro me,ut par.i.ęquū erat pro tua ſingulari bo
nitate & amicitia nr̄a . Enim.i.quia,ea quæ.ſ.obtrectatores ,
contulerint in me.i.obiecerint mibi poſt mortē Cæſaris,ſunt
nota.i.manifeſta. Ipſi ſup.dant mihi uitio.i.dn̄t mibi uitio-
ſum eſſe,q fero grauiter.i.moleſte, mortem hois neceſſarij.ſ.
Cæſaris atq; ſup.q indignor.i.indignanter patior, eum quē
dilexi.ſ.Cæſarem periſſe.Ipſi.n.aiunt Patriam eſſe præponen
dam amicitiæ.i.plus diligendam q̄ amicum . Proinde.i.per-
inde ac ſi uicerint.i. probauerint contra aliter ſentientes ne-
ceſſarijs argumentis obitum eius.ſ.Cæſaris fuiſſe utilē reip.
Sed non agam aſtute,quia non ficte, nec diſſimulanter . Fa-
teor me non perueniſſe ad iſtū gradum ſapientiæ.ſ.ut cogno
ſcam Cæſaris mortem fuiſſe utilem reip. Neq;.n.ſecutus ſum
Cæſarem in diſſenſione ciuili.i.eo animo ut fouerem diſcor-
diam ciuilem , ſed q̄q̄ offendebar re.i.ipſa diſcordia , tn̄ non
deſerui amicum. Neque probaui.i.non approbaui neq; lau-
daui unq̄ bellum ciuile aut cauſam diſſenſionis,quam.ſ.diſ-
ſenſionē aut cauſam eius ego ſtudui ſumme extingui.i.ut ex
tingueretur,etiam naſcentem.i.In primis exordijs. Itaq; ne-
que ſum captus dulcedine bonoris,neq; pecunię,in uictoria
hois neceſſarij.ſ.Cæſaris, quibus præmijs.ſ.bonoris & pecu-
niæ reliqui.ſ.Cæſ.aſſeclæ, cū poſſent minus apud Cæſarem q̄
ego,tn̄ ſup.abuſi ſunt immoderate. Atq; ēt.i.inſuper res mea
familiaris eſt diminuta lege Cæſaris.i.per Cæſarem lata. Cu-
ius beneficio pleriq; qui lætantur morte.i.de morte Cæſaris ,
remanſerunt in urbe. Ego laboraui ęque ac pro mea ſalute ut
parceretur ciuibus uictis. Poſſum igitur ego q uoluerim oēs
incolumes,ſup.eſſe, non indignari, eum à quo id impetratū
.i.obtentum eſt perijſſe, q.d.merito non poſſum nō indigna
ri,ſed cogor indignari , præſertim cū ijdem homines fuerint
illi.ſ.Cæſari,& inuidiæ & excidio.i.cauſa inuidiæ & excidij .
Inquiunt ergo tu,plecteris.i.punieris , qn̄.i.quandoquidem
audes improbare factum nr̄m . O ſuperbiam.i.inſolentiam
inauditam, alios gloriari.i.gloriātes ſe iactare in facinore.i.
facto ſcelerato,& non licere alijs ne quidem.i.non ſaltē dole
re impune.i.ſine punitione aut pœna. At.i.ſed,hæc.ſ.ſequen
tia fuerunt ſemper ſeruis libera.i.impune permiſſa,aut.ſ.time
rent,gauderent,dolerēt potius arbitrio ſuo q̄ alterius . Quæ
nunc ut quidē iſti.ſ.maleuoli dictitant.i.frequenter dn̄t,au-
ctores libertatis conātur extorquere.i.eripere nobis metu.i.
per metū. Sed nihil agunt.i.in uanū laborant. Ego nullius.i.
non ullius non deſiſtam unq̄ ab officio,aut humanitate ter-
roribus.i.ꝑꝑ terrores,ullius periculi. Ego.n.nunquā putaui
mortē honeſtam fugiendam ſup.eſſe,et putaui etiam ſępe ap
petendā pro expetendam ſup.eſſe. Sed qd ſuccēſent.i.occulte
iraſcuntur mihi,ſi ego opto id,ut pœniteat eos facti ſui? Cu-
pio.n.mortē Cæſ.eſſe oībus acerbam. At.i.ſed debeo uelle rē-
pub.ſaluam ſup.eſſe, pro parte ciuili.i.eo q ſum pars ciuita-
tis,& ita particeps reip.eius. Quidē.i.certe ego non poſtulo
uincere.i.neceſſario ꝑbare dicendo.i.argumentando,me cu
pere id.ſ.remp.eſſe ſaluā,niſi & uita mea acta.i.tranſacta , &
ſpes mea reliqua.i.quæ eſt de reliquā parte uitæ , probat id ,
me tacente.i.quāuis tacerem. Quare ò Cicero,ego rogo tę in
maiorē modum.i.magnopere,ut ducas.i.æſtimes rem.i. effe
ctum,potiorem oratione.i.uerbis meis & credas ſi ſentis ex-
pedire.i.utile eſſe fieri recte nullam cōmunionem poſſe eſſe
mihi cum improbis , An ego cōmutem nunc ætate præcipi-
tata.i.ad exitum accelerante,id quod præſtiti,exhibui & effe
ci,adoleſcens.i.cum eſſem adhuc adoleſcens, cum poſſem er-
rare etiam cum excuſatione , quia facilius ignoſcitur adole-
ſcentiæ peccanti , q̄ uirili ætati , ac retexam.i. diſſoluam de-
ſtruam,me ipſum.i.priſtinos mores meos. Non faciam,neq;
cōmittam quod diſpliceat, præterquam q doleo caſum gra-
uem hominis coniunctiſſimi mihi ac uiri ampliſſimi. Quòd
ſi ego eſſem animatus aliter , ego nunquam negarem quod
facerem,et ne.i.non exiſtimarer.i.iudicarer improbus in pec
cando & timidus ac uanus.i.mendax futilis in diſſimulan-
do.i. ſimulando me non facere q facerem . At.i.ſed ſup. dn̄t
aduerſarij ego curaui.ſ.ut fierent decenter , ludos quos Cæſ.
adoleſcens.ſ.Octauius fecit uictoriæ.i. propter uictoriā Cæſ.
.ſ.Iulij à quo adoptatus fuerat. At.i.ſed,id.ſ.curare illius lu-
dos , pertinebat ad officium primum non ad ſtatum reipub.
Quod tamen munus.i.ludos funebres debui pręſtare.i.exbi
bere &.i.ſimul memoriæ ac honoribus hominis amiciſſimi
.ſ.Cæſaris , etiam mortuo.i.cum iam eſſet mortuum Abſolu-
tius & apertius legeretur mortui,& non potui negare Cæſa-
ri.ſ.Octauio,adoleſcenti optimæ ſpei.i.de quo optime ſpera-
mus , ac digniſſimo.ſ. cui obſequar repetendi.i. frequenter
exigenti . Veni etiam ſæpe domum.i.ad domum Antonij
Cos. cauſa ſalutandi : ad quem.ſ.Antonium Coſ. tu reperies
ſupple eos qui exiſtimant.i.iudicant me parum amantem
patriæ uentitare frequenter quidem,id eſt certe cauſa rogan-
di aut auferendi aliquid ob eo . Sed quæ,id qualis eſt hæc
arrogantia,id eſt Superbia quòd Cæſ.ſcilicet Iulius nūquam
interpellauit,id eſt impediuit,quin uterer quibus uellem, at-
que etiam ijs,tamen, id eſt nihilominus, quos ipſe non dili-
gat eos qui eripiunt mihi amicum,conari efficere carpendo ,
id eſt rodendo & reprehendendo me , ne diligam quos ue-
lim : Sed non uereor ne aut modeſtia uitæ meæ ſit ualitura
parum in poſterum contra falſos rumores , aut ne etiam ij
qui non amant me propter conſtantiam meam , id eſt con-
ſtantem amorem meum & fidem in Cæſ. eis inuiſum , non
malint habere amicos ſimiles mei, ſcilicet , qui amicum poſt
mortem amore proſequor, quàm ſui, ſcilicet qui inconſtan-
tes ſunt . Quidem,id eſt certe,ſi optata contingent mihi, de-
gam,id eſt tranſigam Rhodi in ocio, id eſt uacatione à mu-
nere publico & negocio militari id ſupple uitæ, quod eſt re-
liquum,id eſt relictum mibi adhuc uiuendum. Sin,id eſt ſed
ſi aliquis caſus interpellarit, id eſt impediuerit quo minus ui
uam Rhodi in ocio,ego ero Romę ita ut cupiam ſup.omnia
fieri ſemper recte,aut ut cupiam recte,id eſt nihil fieri, ut ſim
illic in ocio, ſicut in Terent. Tum quod illi dem recte eſt.i.ni
hil eſt,quare autem recte pro nihil dixerit,oſtendit ſubdens,
nam nihil dicere, id eſt dicere q nihil mihi ſit quod dem il-
li,eſt religio,id eſt metu mali omnis cauendi. Putabant enim
ſuperſtitioſi illi mortales ſi dixiſſent ſibi nihil eſſe , nihil etiā
futurum,etſi interroganti quis me petijt,nullus reſpondiſſet
puer,ſe à nullo deinceps expetendos , unde reſpondere ſole-
bat,bona fortuna here,id eſt nullus . Ego ago Trebatio no-
ſtro magnas gratias,q aperuit animum tuum ſimplicem, id
eſt non doloſum atque amicum erga me,& fecit quo, ſcilicet
ut deberem iure, id eſt merito magis colere atque obſeruare ,
id eſt cauere ne lædam eum quem dilexi ſemper libenter.i.
quantum in me fuit , hoc eſt te . Vale bene , quia ualetudo
etiam mala eſt,& dilige me .

PAVLVS MANVT.

PAtriam amicitiæ præponendam)nihil muto.etſi alij ex antiquis codicibus legant,patriæ amicitiam præponendam,ſunt . enim aliquot manu ſcripti libri , & ij perueſtuſti,qui cum impreſſa lectione conſentiant.{Digniſſimo Cęſare) Ita lego ex libro Ioannis Scalæ manuſcripto.ſenſus hic eſt , munus illud & eius hominis,qui mihi amiciſſimus fuit, memoria præſtare debui ; & ei adoleſcenti,qui optimæ ſpei , eſt,ac Cæſare digniſſimus,negare non potui . in quibuſdam antiquis exemplaribus legitur . Cæſari repetenti . quod noſtram lectionem magis uidetur confirmare .

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

EXponit Oppio quàm fuerit vtile & gratum conſilium ab illo datum , quanque tenere eum dilexerit , & vt id porro faciat , petit .

M. CIC

M. CICERO M. OPPIO S. 29

Dubitanti mihi, quod scit Atticus noster, de hoc toto consilio profectionis, quòd in utranque partem in mentem multa ueniebant, magnum pondus accessit ad tollendam dubitationem iudicium, & consilium tuum. nam & scripsisti aperte, quid tibi uideretur: & Atticus ad me sermonem tuum pertulit. semper iudicaui, in te & in capiendo consilio prudentiam summam esse, & in dando fidem; maximeq́ sum expertus, cum initio ciuilis belli per literas te consuluissem, quid mihi faciendum esse censeres, eundum'ne ad Pompeium, an manendum in Italia. suasisti, ut consulerem dignitati meæ. ex quo, quid sentires, intellexi: et sum admiratus fidem tuam, & in consilio dando religionem; quòd, cum aliud malle amicissimum tuum putares, antiquius tibi officium meum, quàm illius uoluntas, fuit. equidem & ante hoc tempus te dilexi: & semper me à te diligi sensi: et, cum abessem, atque in magnis periculis essem, & me absentē, & meos præsentes à te cultos & defensos esse memini: & post meum reditum, quàm familiariter mecum uixeris, quæq́ ego de te & senserim, & prædicarim, omnes, qui solent hæc animaduertere, testes habemus. grauissimum uero iudicium de mea fide, & de constantia fecisti, cum post mortem Cæsaris totum te ad amicitiam meam contulisti. quod tuum iudicium nisi mea summa beneuolentia erga te, omnibusq́ meritis comprobaro, ipse me hominem non putabo. Tu mi Oppi conseruabis amorem tuū, (etsi more magis hoc quidem scribo, quàm quo te admonendum putem) meaq́ omnia tuebere: quæ tibi ne ignota essent, Attico mandaui. A me autem, cum paulū ocij nacti erimus, uberiores literas expectato. Da operam, ut ualeas. hoc mihi gratius facere nihil potes.

HVBER. DVBITANTI) Profecturus Cic. legatus in Græciam, ut in argumento ep̄læ primæ lib. 10. diximus, essetq́; in dubitatione iretne an non, cōsuluit Oppium q̄ & per literas, et per Atticum qd̄ sentiret de ea profectione ita aperuit. ut Cic. sibi faciendū putaret quod ille cōsuluisset, quod hac ep̄la fatetur, & cōmemorat aliud ꝯsiliū, qd̄ olim sibi datum est sapientissime ab eodem Oppio sit̄ & q̄ iustis causis eum semper dilexerit. Postremo eū orat, ut & amorem suum erga se seruet, & oīa sua tueatur. {Quod scit) quam rem scit. {Consilio) deliberatione. {Profectionis) in Græciam, ut supra, & abfuit proficiscens in Græciam. {In utranq; partem) ut uulgo dr̄ pro & cōtra. i. ut irem, ut nō irem. {Magnū pondus) magnus effectus, magnū momentum. {At tollendam, dub.) nam cum aius est in dubio paulo momēto huc uel illuc impellitur. {Quid uideretur tibi) quid iudicares. {In capien. pr.) quod temere oib' non crederes, quod nō facile supplantari posses. {Fidē) fidelitatem q̄a consuleres tantūmodo quod uideretur & honestū & utile. {Cōsuluissem) te interrogassem petiuissem à te ꝯsiliū. {Cōsulerem digni. meę) i. ut facerem quod dignitas mea exigeret. {Quid sen.) quid iudicares, quid in animo hr̄es. {Nam cū scires) non licere mihi non pręstare offm̄ meum, & Pomp. cui plurimū debebam & reip. quę mihi semꝑ charissima fuit, nō aperte dixisti, ut irem ad Pomp. ne uidereris mihi contra Cęs. cōsulere, quo cum tunc eras, sed fideliter consulere cupiēs suasisti, ut faciam quod dignitas mea postularet, quod æque fuit, ac si dixisses, ut irem ad Pomp. {Religionem) sanctitatē, quia neq; contra Cæs. mihi cōsuluisti, neq; contra dignitatē meam. {Quod). i. quia. est aūt probatio religionis ꝯsilij, neq; exponēdum est. quod pro sed, ut quidā dicit. {Amicissimum) Cæs. {Malle aliud). s. ut ad se irem. {Equidē) cōmemorat Cic. & amicitiam & causas amicitiæ inter se & Oppium. {In magnis peri.) aut tp̄e belloꝝ ciuiliū, cum erā cum Pomp. aut tp̄e exilij mei. {Præsentes) q̄ erant Romæ. {Reditum) in patriam. {Senserim) iudicauerim. {Prędicarim) publice dixerim. {Animaduerterem) considerarem, attenderem. {Grauissimum) maximum. i. maxime iudicasti me et fidelem & constantem. {Cōproparo) mihi placere & gratum esse ostendero. {Non puta. me ho.) existimabo me alienum ab omni humanitate. {Etsi) quasi parenthesis quædā. {Magis m.) i. magis ex consuetudine, quia ita mos est scribendi, licet nō sit opus. {Quæ). s. mea mandaui Atti. {Erimus nacti) habebimus. {Vberiores). i. prolixiores & pleniores. {Hoc) quantum des operā bene ualere.

ASCEN. Dubitanti &c. Profecturus Cic. legatus in Græciam, dubitansq́; utrum iret, consuluit per literas Oppium de ea re, qui & per literas & per Atticum quid sentiret, ita aperuit, ut Cic. sibi faciendum putaret, quod ille consuluisset: quod hac epistola fatetur cōmemorans & aliud cōsilium ab Oppio datum, oratq́; demum ut amorem sui conseruet. Ordo est. Iudicium & consilium tuum accessit magnum pondus. i. momentum ad tollendam dubitationem mihi dubitanti, quod. i. quam rem Atticus noster, scit. de hoc toto cōsilio profectionis. s. in Græciam, q. i. quia multa ueniebant mihi in mentem in utranque partem. i. eundi & non eundi: accessit dico, magnum pondus, nam & scripsisti aperte quod uidetur tibi, & Atticus pertulit ad me sermonem tuum. Ego iudicaui semper summam, & . i. simul prudentiam esse in te in consilio capiendo, & fidem in dando. s. consilio & sum maxime expertus sup. illud cum consuluissem te initio belli ciuilis quid censeres faciendum esse ne. i. an eundem sup. esset ad Pompeium, an manendum in Italia. Suasisti ut consulerem . i. ut prodessem dignitati meę, ex quo intellexi quid sentires, & sum admiratus fidem tuam & religionem. i. metum deorum, in consilio dando, quod cum putares amicissimum tuū . s. Cæsarem, malle aliud, officium meum. i. debitum munus, fuit antiquius. i. charius q̄ uoluntas illius. Equidem. i. ego quidem dilexi te, & . i. simul ante hoc tempus, & sensi semper me diligi à te, & memini cum abessem, & essem in magnis periculis, & . i. simul me absentem, & meos præsentes cultos & defensos esse à te. Prudenter commemorat beneficia eius ante acta, ut inuitet ad noua: turpe enim uidetur in tam gratos non augere beneficia. Et quàm. i. quantum familiariter uixeris mecum post reditum meum & quæ ego & senserim & prędicarim de te, habemus testes, omnes. s. homines, qui solent animaduertere. i. considerare hæc. i. huiusmodi officia hominum inter se. Vero. i. sed, tu fecisti gratissimum. i. maximi momenti & ponderis iudicium de fide & constantia mea, cum contulisti te totum ad amicitiam meam post mortem Cæsaris. Quod iudicium tuum nisi comprobaro. i. comprobauero, summa beneuolentia mea erga te, & omnibus meritis, ipse. i. egomet, putabo me non esse hominem, sed pecudem sup. O mi Oppi tu conseruabis amorem tuum. s. in me. Etsi. i. q̄q̄, ego scribo hoc quidem magis amore. i. ex uehementia amoris, mei in te q̄ quo. i. ut aut lege q. i. quia putem te admonendum sup. esse, & tuebere. i. proteges omnia mea. quæ ne essent incognita tibi mandaui Attico. s. ut tibi patefaceret. Autem. i. sed, expectato à me literas uberiores, cum. i. quando nos erimus nacti paulum. i. modicum ocij. Da operam ut ualeas, & nihil potes facere mihi gratius hoc. s. quam ut eam operam des. s. ut ualeas, Quoties autem illa aut similem particulam adpositam uidemus, superfluum fuerit addere Vale. est autem amantius dictum Cura aut da operam ut ualeas quàm illud tritum Vale. Sanè in tota hac epistola Cicero id agit, ut se in amicitiam Oppij insinuet, commemorans eius fidem & religionem, & sanctissimam amicitiam, cum potius iudicarit Ciceroni faciendum quod ex officio debuit, hoc est Pompeium sequi, cui plurimum deuinctus erat, q̄ quod nouit amico sibi charissimo hoc est Cæsari magis placiturum fuisse, in quo facto dicit se admiratum eius religionem, hoc est ut Hubertinus interpretatur sanctitatem, ut mihi aūt placet, metū deoꝝ, quos amicitiæ inseruiendo ultra id, quod uerum & iustum est, læderet. Scitum .n. est apud A. Gellium præceptum, Amicis inseruiendum usque ad aras seu deos. i. sic ut propter amicitiam iustitia & ueritas non lædantur. Vnde & ipse Cicero in Lælio seu libro de amicitia dicit, primam esse legem amicitiæ, nequid inhonestum rogemus ab amico, nec faciamus rogati. Hæc autem & huiusmodi breuitati studens lubens prætereo.

M.TVLLII

fiderem & urbi.i.saluti urbis,& ocio urbano.i.tranqllitati futuræ in urbe,quã nullam fore fidebã. Sed sup.urbs.i.cõmotio incepta fieri in urbe,est cõpressa.i.simul sedata et sopita,Ita ut uideamur futuri tuti iã ad omne tps, duntaxat.i.saltẽ ab illo periculo sordidissimo.i.turpissimo,quod imminebat ab Ant. in Cæsaris interfectores. Eo tñ non erat defunctus nec liberatus Cicero,sed nescia mens hoium fati, fortisq; futuræ. Reliqua.i.quæ restant ultra ea quę Dolabella fecit,sunt magna et multa,sed oia sunt posita in uobis.i.in potestate uestra q̃q̃.i. tametsi explicemus.i.expediamus primum quicq̃.i.quolibet quod primũ expediendum est, aut explicemus.i.declaremus primum quicq̃.i.quod primum explicãdum occurrit. Nã ut quidem.i.ꝑm,quod actũ est adhuc, nos uidemur liberati nõ regno,qa adhuc resp.libera nõ est,ea aũt potiturus rex futurus fuerit,sed rege.s.Cæsare. Enim.i.qa,rege iterfecto.i.postq̃ rex est interfectus, nos tuemur.i.inspicimus oẽs nutus.i. gestus magnificos quasi ad nutum cuncta regentium,regios.i. quales hñt reges. Annotãdum dico uersiculũ illũ: Dic tuor inspicio,tueor defendere dico, nõ sic esse admittẽdum ut ꝓuideo & inspicio,nõ dicamus ẽt tueor,nã hic dicit tuemur,non tuimur. Neq; uero sup.tuemur.i.inspicimus solũ in hoc.i.nutus regios,sed ẽt nos probamus.i.cõprobamus ea quę ille ipse.s.Cæsar rex nõ faceret si uiueret. comprobamus,dicit,quasi cogitata.i.ꝓmeditata ab illo, nec quidẽ uideo finẽ eius rei.i. hmõi mali eoꝝ q referunt nutus regios. Tabulæ.i.leges nouæ,aut tabulæ ꝓscriptionis,figuntur.s.ad publicas colũnas. Immunitates dantur.s.militibus Cæsaris mortẽ ulturis: pecuniæ maximæ distribuuntur sup.ipsis: exules reducuntur.s.in urbẽ: senatusconsulta falsa.i. nunq̃ à senatu ꝓbata referũtur .s.ad pplm,ut ab eo approbẽtur ita, sup.ut tmmodo illud odium hois impuri.s.Cæsaris nihil uerẽtis remp.per quam ita creuit, opprimere, & dolor seruitutis uideatur esse depulsus Resp.Iacet In his ꝑturbationibus,in quas ille.s. Cæsar cõiecit eam. Hæc oia sunt expedienda.i.abolenda à uobis,nec cogitãdum est.s.uobis hoc: uidelicet remp. hře iam satis.s.officij à uobis.illa quidẽ habet tm̃, quantum nunq̃ uenit mihi in mẽtem.i.cogitauerim,& ausus fuerim optare. Sed nõ est contenta & desiderat à uobis magna, pro magnitudine & animi & beneficij uři. Ipsa ulta est.i.adhuc,hactenus iniurias suas ꝑ uos interitu.i.ꝑ cædem tyrãni,nihil amplius.s.assecuta est,uero pro sed,quæ ornamenta sua recuperauit? q.d.nulla. Ant. sup.illud ornamentũ quod paret.i.obtẽperet ei mortuo quẽ nõ poterat ferre.i.tolerare,uiuũ? & sup.ꝙ defendimus ẽt chirographa.i.manu scripta eius. cuius æra.i.leges in æra incisas debebamus refigere.i.euellere ex colũnis & tabulis. Etẽm .i.sed certe nos decreuimus.i.approbauimus ęra.i.leges eius. Rñsio. Fecimus quidẽ id cedentes tꝑibus,quę ualent plurimũ in Rep. Sed quidam,ut Antonius,& eius sequaces,abutuntur facilitate nřa immoderate & ingrate. Veꝝ nos sup.dicemus propediem hæc & multa alia corã.i.in mutua pñtia loquentes alter ad alteꝝ, Ego uelim sup. ut persuadeas tibi interim sic, tuam dignitatem esse mihi maximæ curæ. tum.i.pariter causa Reip. quam habui semper charissimam,tum.i.pariter. causa amoris nři.s.mutui,aut mei In te. Da operã,ut ualeas.

PAVLVS MANVT.

Ita compressum est) Antea, cõpressa est,in libris omnibus impressis. nos,compressum, ut est in libro Vincentij Riccij, rectius, q̃ compressa, legi putauimus: ut referatur ad uerbum, manabat. antitheta enim sunt comprimere & manare: quibus etiam usus est libro ad Atticum II. Orationem illam ita compresseram,ut nunquam emanaturam putarem.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Exponit Cassio, quam grauiter iratum Antonium habeat, nec ipse modo, sed omnes qui in illius improbitatem inuehuntur, Enumerat etiam consulares aliquot, in quibus cum spes defensionis esse possit, omnino à senatu iam abscedant.

M. CICERO C. CASSIO S. P. D. 2

VEHEMENTER *lætor tibi probari sententiam, & orationem meam. qua si sapius uti liceret; nihil esset negocij, libertatem, & remp. recuperare. sed homo amens, & perditus, multoq́ nequior, quàm ille ipse, quem tu nequissimum occisum esse dixisti, cædis initium quærit: nullamq́ aliam ob causam me auctorẽ fuisse Cæsaris interficiendi criminatur, nisi ut in me ueterani incitentur. quod ego periculum non extimesco, modo facti uestri gloriam cum mea laude cõmunicent. ita nec Pisoni, qui in eum primus inuectus est nullo assentiente; nec mihi, qui idem tricesimo post die feci; nec P. Seruilio, qui me est consecutus, tuto in senatum uenire licet. cædem enim gladiator quærit; eiusq́ initium ad XII. cal. Oct. à me se facturum putauit. at quàm paratus uenerat, cum in uilla Metelli complures dies cõmentatus esset. quæ aũt in lustris, et in uino cõmentatio potuit esse? itaque omnibus est uisus, ut ad te antea scripsi, suo more uomere, non dicere. quare, quòd scribis te confidere, auctoritate, & eloquentia nostra aliquid profici posse: non nihil, ut in tantis malis, est profectum. intelligit enim populus R. tres esse consulares, qui, quia, quæ de rep. bene senserint, libere locuti sunt, tuto in senatum uenire non possint. nec est præterea, quòd quidquam expectes. tuus enim necessarius affinitate noua delectatur: itaque iam non est studiosus ludorum, infinitoq́ fratris tui plausu dirumpitur. alter item affinis nouis cõmentarijs Cæsaris delinitus est. sed hæc tolerabilia; illud non ferendum, quòd est, qui uestro anno consulem filium suum futurum putet, ob eamq́ causam se huic latroni deseruire præ se ferat. nam L. Cotta, familiaris meus, fatali quadam desperatione, ut ait, minus in senatum uenit. L. Cæsar, optimus, & fortissimus ciuis, ualetudine impeditũr. Ser. Sulpicius, & summa auctoritate, & optime sentiens, non adest. reliquos, exceptis designatis, ignosce mihi, si non numero consulares. Habes auctores consilij publici. qui numerus etiã bonis rebus exiguus esset: quid censes, perditis? quare spes est omnis in uobis. qui si iccirco abestis, ut sitis in tuto; ne in uobis quidem: sin aliquid dignum uestra gloria cogitatis; uelim, saluis nobis, sin id minus, res tamen publica per uos breui tempore ius suum recuperabit. Ego tuis neque desum, neque deero: qui siue ad me referent, siue non; mea tibi tamen beneuolentia, fidesq́ præstabitur. Vale.*

HVBER.

VEHEMENTER) absentibus Cæsaris percussoribus ab urbe: cũ Cic. assidue eos tueretur, & de eoꝝ incolumitate seruanda & cogitaret, & apte publiceq; ageret. M. Ant. nimia ira odioq; in ipm̃ incendebatur, minabaturq; ei mortem, meditabatur quotidie q̃mo posset eũ è medio tollere, qa uidebat suæ uolũtati aduersantẽ. Hæc igr̃ Cic. exponit Cassio, & q sunt ꝯsulares uiri, q recte sentiãt, & in senatu sniam suã dicere audeãt quos cũ admodũ paucos rebus ita ꝑditis esse dicat, ostẽdit oẽm spem esse in eo, & ambobus Brutis. {Sniam) ꝙ ea nõ ꝓbem, q̃ Antonius facit. {Nihil neg.) nihil laboris, qa trahere reliquos in sniam meam. {Homo) Ant. {Amens) insan9. {Ille ipse) Cæsar. {Initium cædis quærit.) male exponunt qui dñt quærit qs fuerit causa. auctor cædis Cæsaris, nã affirmabat Cic. nõ fuisse, sed ita est intelligẽdum. {Quęrit initiũ cę.) s. quęrit incipere aliq̃ cędem, quã uellet à me incipere, cũ criminantur me fuisse auctorem & suasorẽ interficiendi Cęsaris, ut Veterani Cęs. odio incitati me interficiãt, & dicant aperte contra Antonium, nõ licet uenire in senatum. {Cędem gladiator quęrit) iniuriose gladiatorẽ appellat Ant. qa gladiator uilissimę ꝓfessionis nomẽ erat. {Primus inuectus est) primus in eũ acerbissimẽ orõnem dixit, licet postea pro Ant. Cic. acerrime dixerit: ut testatur Appia. lib. 3. {Idẽ feci) acerrime quoq; inuectus sum. {Eius ini.) qđ supra dixit q̃rit initiũ cędis. {Cõmẽtatus esset) de ea re cogitasset & mẽtionẽ fecisset. {In lust.) in Lupanaribus. Sunt.n. lustra & loca feraꝝ & loca meretricũ. {Quę).i. qualis q.d. fœdissima, et oino nullius honestatis participes. {In uino) in crapula, in ꝯuiuijs, ubi inebriabatur, carpit Ant. & ebrietatis & libidinis inhonestę. sicuti parado xis, & multo magis in philippicis. {Vomere) ostendit gestum ebrioꝝ in dicendo, q ita effundunt uerba cũ ructibus, ut potius

Gladiator.

tius uomere q̃ dicere uideantur quod & in philippicis Ant. obijcit. {Vt in tan.malis).i.t̃m quod in tantis malis ꝓficisci potuit. {Profectum)aliqd utilitatis factũ. {Tres) quos supra nominauit.i.se Pisonem & Seruilium. {Libere) sine respectu Ant.& cuiusq̃ alterius pro utilitate reip. {Præterea).i.præter nos tres. {Tuus neces.) credo.Lepid.intelligi,qui erat affinis Cassij,ut infra in alijs epist.patebit. {Noua) quam nouam fecit eum Ant. {Ludoꝝ)translatiue dixit pro plausibus, & lætitiis,quæ fiebant de morte Cæs. {Dirumpitur)dolore frãgitur. {Plausu) quem facit frater tuus deliberatione patriæ & cæde tyranni. Nam de ludis nõ est hic credendum quibus rep.tam perturbata.nullus erat locus. {Alter) fortasse Paulus Lepidi frater. {Cõmentarijs) non his qbus scripsit historiã belloꝝ à se gestoꝝ,ut quidam opinãtur, sed qbus scripserat testimoniũ suum,& oia,quę se factuꝝ decreuerat. {Non fer.)nullo pacto tolerandũ.s.eum. {Qui)incertũ est de quo dicat. Putant quidã intelligi Philippũ uitricum Cæs.Octauiani,qa suadebat ei petere consulatũ loco Hirtij & Pãsæ,ut supra diximus. {Vro anno)quo uos cõsules esse debetis. {Ob eam causam)ut filius suus habebat cõsulatum uro anno. {Latroni)Ant. {Fatali d.) quia uidet oia male accidere. {Valetudine) mala ægrotatione. {Exceptis desi.)s.Planco & D.Brut. {Si non numero).i.si nõ nomino,singulatim, numeratim. {Habes)itelligis. {Qui num.)supradictoꝝ. {Bonis rebus).i.bono statu. in quo non est opus multoꝝ cõsilio. {Quid cen.perd.)i.esse, quasi diceret,si esset exiguus rebus bonis: multo magis exiguus est rebus perditis,q̃ indigẽt plurimũ ꝯsilio,ut seruentur. {Idcirco) ob eã cãm. {Ne in uobis q.)s.est spes.si.n.abestis, qa timeatis uobis,quõ saluabitis alios? {Cogitatis) iterea dũ abestis. {Velim)saluis nobis.i.cupio cũ salute nr̃a.s.cogitetis. {Sin mi.)i. si nõ. {Id).s.ut saluis nobis cogitetis dignũ ur̃a gloria. {Siue nõ).s.referrẽt.i.nõ dicẽt qd eis sit opus. {Præstabitur)ostẽdet.

ASCEN. VEhementer lætor &c. Quia Cæsaris percussores Cicero defendebat,Antonius in eũ atrociter sæuiens, exciđiũ minabatur, unde ad Cassiũ scribens exponit qui sint cõsulares uiri in Remp. bene animati q & audeant apte sñiam dicere,addẽs rursus oẽm spem esse in ipso Cassio & duobus Brutis. Ordo est: Ego lętor uehementer,sñiam,& orõnem meam ꝓbari.i.approbari, & laudari.tibi.i.à te qua.s.oratione mea,si liceret uti sæpius,nihil negocij.i.facillimũ esset recuperare libertatẽ,& Remp. Sed hõ amens.i.sine mẽte & rõne, & ꝑditus.i.desperatæ salutis.s.Antonius, & nequior.i.peior multo q̃ ipse.s.Cęsar quẽ tu dixisti esse occisum nequissimũ.i. eo ꝙ esset aut cũ esset nequissimus, quærit initium cædis.s.faciẽdæ in me,& nullam.i.nõ nullam,ipse criminatur me fuisse auctorẽ Cæsaris interficiendi nõ ob ullam aliã causam,nisi ut ueterani.s.milites Cæsarẽ,sub quo militauerãt adhuc amãtes incitentur in me. Quod periculũ ego non extimesco,modo.i.dũmodo cõicem gloriam factĩ urĩ cum mea laude.i.dũmodo,ut particeps fuero pœnæ & ultionis subeũdæ, ita sim particeps gloriæ uestræ de tyrãnicidio,quod tñ me nesciente cõmisistis q.d.tam gloriosum est factũ urm, ut uitam uelim pro tali laude paciscí. Ita.i.& sic nec licet Pisoni, q inuectus est primus,in eũ.s.Antonium aut Cæsarẽ,nullo assentiẽte,nec mihi q feci idem trigesimo die post.i.q inuectus sum in Ant. aut Cæsarẽ, nec P.Seruilio q est consecutus me.i.sñiam meã. aut post me idẽ dixit, licet uenire tutò.i.sine periculo in senatũ. Enim.i.qa gladiator.s.Antonius,quem ꝑ ꝯtemptũ gladiatorẽ appellar,quærit cædẽ sup.facere,& putauit se factuꝝ initiũ eius.s.cædis à me.i.incipiẽdo à me,ad xiij.Cal.Octobr.ad quẽ.s.me,ipse uenerat pararus cũ esset cõmeatus.i. excogitasset modũ mei interficiẽdi, dies cõplures.i.ꝑ plusculos dies in uilla.i.domo rustica Metelli. Et si dicas si paratus & cõmentatus ac p̃meditatus uenit, quõ ergo non effecit quod uoluit? Rñsio aũt.i.sed quæ cõmentatio.i.subtilis meditatio q.d.nulla. Itaq; ut scripsi ad te antea,ipse est uisum oibus non dicere, sed uomere suo more. Quare qđ scribis te cõfidere aliqd posse profici auctoritate & eloquentia nr̃a nõnihil.i.aliquid est ꝓfectũ.i.utilitatis factum,ut.s.fieri potuit in tãtis malis. Eñ.i.quia ppl̃s R. intelligit tres.s.uiros in senatorio ordine.s.me Pisonẽ & Seruiliũ esse ꝯsulares.i.ꝯsulari aio,& dignos q cõsules fuerint. q quia locuti sunt libere q̃ senserint bene de Rep. nõ p̃nt uenire tutò.i.sine periculo,in senatũ. Est aũt tutò aduerbiũ,sed ne coincidat cũ pro noie cõpositæ figuræ tute:frequẽtius tutò q̃ tute legimus. Nec est p̃terea.i. p̃ter nos tres q sumus quodãmodo prohibiti à senatu eo, ꝙ libere locuti, ꝙ expectes,qcq̃.s.pro te fieri aut dici. Enim.i.qa necessarius tu⁹.s.Lepidus, delectatur noua affinitate.s.cũ Antonij ꝓpingq. Itaq;.i.& ita,ipse iam nõ est studiosus, ludoꝝ.i.nõ studet sic ijs ludis.i.plausibus q fiũt ob cędẽ Cæs.ut studuit olim ludis Romanis,aut funebribus in laudẽ Cęs.celebratis,et dirũpitur.s.inuidia & dolore infinito plausu.i.pp infinitũ plausum & lætitiã fratris tui. Itẽ alter adfinis.s.tuus ut opinor Paulus Lepidi frater est delinitus.i.inescatus & oblectatus nouis cõmẽtarijs Cęsaris.i.tabulis testamẽtarijs & de rebus à se si uixisset gerẽdis. Sed hæc.i.hmõi insolẽtia gaudia, & studia sup. sunt tolerabilia,illud nõ sup.est ferendũ,quod est.s.quidã,ut uero simile sit Philippus uitricus Octauij Cæs.q putet filiũ suum saltẽ priuignũ futuꝝ ꝯsulẽ,anno urõ.i.quo uos merito ꝯsules sitis, & præ se ferat.i.indicet se de seruire huic Latroni.s.Ant. ob causam. Nã L.Cotta familiaris meus minus.i.nõ aut frequenter uenit in senatum,quadã desperatione fatali, ut ait.i.quã à fato & astris,aut deoꝝ præfinitione depẽdere putat, ut Resp. Romana à tyrãnis occupetur. L.Cæsar,auũculus Antonij ciuis optimus.s.aio impeditur.s.uenire in senatũ,ualetudine.i. ægritudine,S.Sulpitius sup.ciuis & summa auctoritate & optime sentiẽs.s.de Rep.nõ adest.s.in urbe. Tu habes reliquos cõsulares.i.q consules aliqñ fuerũt,ignosce mihi si nõ numero eos,ur̃ hoc ironice precari q̃si paucissimos,aut nullos uere cõsulares cẽseat auctores ac ꝓbatores ꝯsilij publici.i.quod à maiore numero decernitur,id.n.ignari & imperiti reꝝ leq solent,exceptis designatis.s.consulibus in proximũ annum, D. Bruto & C.Planco,q numerus.s.uere cõsulariũ esset exiguus.i.modicus,ẽt bonis rebus.i.in bono statu Reip.qd cẽses,sup. eũ esse perditis sup.rebus? q.d.aut minimũ aut nullũ,et ita nõ opus esse ut monerẽtur reliqui cõsulares. Quare cum alij nõ sint,ois spes est in uobis,q abestis.s.ab urbe idcirco ut sitis in tuto,ne qdẽ.i.non ẽt in uobis sup.spes est. Sin.i.sed si,uox cogitatis aliqd dignũ gloria ur̃a.s.iam parta,uelim sup.id faciatis nobis saluis.i.tãtisper dũ salui sum⁹. Sin.i.sed si,id sup.fiet min⁹.i.nõ saluis nobis,tñ Resp.recupabit breui ꝑ uos ius suũ. Sed ego nõ desũ.i.sꝑ auxilio sum tuis.s.necessarijs,neq; deero.s.unq̃.cui.s.tui,siue referrẽt ad me.i.ꝯsultabũt me,siue nõ, tñ.i.nihilominus beneuolentia mea & fides pręstabitur tibi.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

GRauis indignatio Ciceronis in Antonium, dum improba illius facinora in amicos Resp. Cassio explicat.

M. CICERO C. CASSIO S. P. D. 3

AVGET *tuus amicus furorem in dies. primum in statua, quam posuit in Rostris, inscripsit,* PARENTI OPTIME MERITO: *Vt non modo sicarij, sed iam etiã parricidæ iudicemini: quid dico, iudicemini? iudicemur potius. Vestri enim pulcherrimi facti ille furiosus me principem dicit fuisse. Vtinam quidem fuissem: molestus nobis non esset. sed hoc vestrum fuit. quod quando præterijt; vtinam haberem, quid darem vobis consilij. sed ne mihi quidem ipsi, reperio, quid faciundũ sit.* QVID *enim est, quod contra vim sine vi fieri possit? consilium aũt omne hoc est illorum, vt mortem Cæsaris persequantur. itaq; ante diem* VI. *non. Oct. productus in concionem à Canutio, turpissime ille quidem discessit, sed tamen ea dixit de conseruatoribus patriæ, quæ dici deberẽt de proditoribus; de me quidem non dubitanter, quin omnia de meo consilio & vos fecissetis, & Canutius faceret. cetera euiusmodi sint, ex hoc iudica, quòd legato tuo uiaticum eripuerũt. quid eos interpretari putas, cum hoc faciunt? ad hostem scilicet portari. ò rem miseram. dominũ ferre non potuimus: conseruo seruimus. et tamen, me quidem fauente magis, quàm sperante, etiam nunc residet spes in virtute tua. sed vbi sunt copiæ? de reliquo malo te ipsum loqui tecum, quàm dicta nostra cognoscere. Vale.*

Auget)

HVBER.

AVGET) Adducit Cic. Ant. in maximum odiũ
Casſij, oſtendens quid fecerit in honorem Cæſ.
mortui contra dignitatem interfectorum, inter
quos dicit ſe ab Ant. numerari q.d. eũ fuiſſe au-
ctorem illius cædis, cui optat ſe interfuiſſe, dicit
aũt quod ſit conſiliũ iſtorũ, qui tuentur acta Cæſ. & ei ẽt mor-
tuo fauent, q̃a nihil aliud cogitant q̃ ulciſci eius mortem. cõ-
memorat iniurias illatas præcipue in ipm Caſſium, cuius le-
gato dr̃ uiaticum, quod ad eũ mittebatur, ab Ant. & eius ami
cis ereptũ quaſi ad hoſtem mitteretur, nõ ad ciuem. Indi-
gnatur poſtremo Cic. tantã Ant. arrogantiã ita patienter fer-
ri. {Amicus) ironice. {Auget fu.) in dies fit furioſior. {Statua)
Cæſ. {Inſcripſit) titulu fecit. {Parẽti) .i. Cæſ. patri patriæ. {Opti
me me.) q̃a multa beneficia in patriam contulit. {Sicarij) ſica

Sicas, Sicarini, Parricida,

genus eſt gladij, quaſi ſeca à ſecãdo dicta quicunq; igitur gla
dio hoiem interfecerit, ſicarius & homicida appellatur. Parri
cida uero, qui patrẽ interfecit, ergo Ant. ſignabat p eam inſcri
ptionẽ eos non modo ſicarios, q hoiem interfeciſſent, ſed etiã
parricidas q̃a parẽtem patriæ cecidiſſent. {Quid dico) corre-
ctio, ut immiſceat ẽt perſonam ſuam in numero horũ. {Princi
pem) pri. {Nõ eſſet mo. no.) q̃a eum ſuſtuliſſemus. ſicut & Cæſ.
{Præterijt) non eſt factũ. {Repio) .ſ. ꝯſiliũ. {Vim ſine ui) uim
.n. ui repellere licet. {Illorũ ſce.) inimicorũ patriæ. {Perſequan
tur) ulciſcãtur perſequendo, q eum interfecerint. {Canutio) is
erat tribunus aduerſarius Ant. ut ſcribit Appia. {Ille) Anto-
nius. {Cõſeruatoribus) uobis: nã dixit ſceleratos fuiſſe, q uirũ
ſanctũ & de rep. bene meritũ interfeciſſent. {Faceret) cũ eum
pduceret in cõcionem. {Cuiuſmodi) qualia q.d. q̃ peſſima &
mala ſpe. {Viaticũ) pecuniã quæ ad te mittebatur pro impẽſa

Viaticũ.

uiæ & pegrinationis tuę. {Interpretari) intelligere & ſentire.
{Scilicet) cũ ſtomacho dicit. {Ad hoſtẽ) quẽ te indicat, cũ ſis
defenſor patriæ. {O rẽ) exclamatio ex indignatione. {Dñm)
Cæſarẽ. {Conſeruo) Ant. q & ipſe erat in ſeruitute Cæſ. ſicut &

Conſerui.

nos. conſerui. n. dñr qui ſimul ſeruiunt dño. {Fauente) adiu-
uãte, non deſerẽte. {Reſideret) remanet. {Sed ubi) q.d. nuſq̃.

ASCEN.

AVget &c. Adducit Antonium in maximum odium
Caſsij, oſtendens qd fecerit in honorem Cæſaris, &
in cõtumeliam Caſsij, unde ęgre fert ꝙ tantã arrogã
tiam ſic patiatur. Ordo eſt. Amicus tuus, per ironiam .i. ſumus
inimicus, uidelicet Antonius auget in dies furorẽ, primum in
ſtatua .ſ. Cæſaris quã poſuit in roſtris, inſcripſit .i. titulum po-
ſuit, parenti .ſ. patriæ optime merito .ſ. de patria ut uos occiſo
res Cæſ. iudicemini nõ modo ſicarij .i. doloſi homicidę ſica .ſ.
pugione uſi ſed ẽt patricidæ .i. pcuſſores parẽtis patriæ. Quid
dico iudicemini: iudicemur potius, Enim .i. q̃a, ille furioſus .ſ.
Antonius, dicit me fuiſſe principẽ .i. principalem auctorem fa
cti ueſtri pulcherrimi, Vtinam quidem fuiſſem ipſe ſup. non
eſſet moleſtus nobis, quia ipſe interfectus fuiſſet. ſed hoc eſt
ueſtrum .i. ueſtræ negligentiæ, q non abſtuliſtis ſimul, omne
malum ẽ Rep. quod q̃n .i. q̃m præterijt .ſ. opportunitas aut oc
caſio eius utinam hrẽm quid cõſilij darem .i. dare poſſem uo
bis. Sed ne quidẽ .i. non ſaltem repio mihi ipſi quid ſit facien
dũ. Quid .n. eſt quod poſſit fieri cõtra uim ſine ui: q.d. nihil.
Aũt .i. ſed conſilium iſtorũ .ſ. q Remp. oppugnant eſt, ut proſe
quantur .ſ. ultione, mortẽ Cæſaris. Itaq; ſup. Antonius produ
ctus à Canutio .ſ. trib. pl. aduerſario Antonij (Auctore Appia
no) in concionẽ .i. cœtum P.R. congregati ad audiendam o-
rationem eius, ante diem ſextum nonarũ Octobris. ille .ſ. Ca-
nutius, quidem .i. certe diſceſſit turpiſſime, q̃a debebat reſiſte-
re, aut pñtia ſua deterrere, ſed tñ Antonius ſup. dixit ea de cõ
ſeruatoribus patriæ, quæ deberent dici de proditoribus. Non
dubitant .ſ. aduerſarij. quidem .i. certe de me, quin uos feciſſe-
tis, & quin Canutius faceret oia de ꝯſilio meo. Iudica ex hoc
.ſ. quod dicam. cuiuſmodi .i. qualia ſint cetera, ꝙ eripuerunt
Legato tuo uiaticum .i. pro uia faciẽda fu[mp]tum neceſſariũ.
Quid putas eos interpretari .i. innuere cum faciunt hoc. Sci-
licet .i. ſcire licet quid interpretentur, quia portari .ſ. uiaticum
ad hoſtem? O rem miſeram. nos non potuimus ferre dñm .i.
tyrannum Cæſarem, & ſeruimus conſeruo .i. Antonio. qui no
biſcum ſub Cæſare ſeruierat & tamen me quidem magis fauẽ
te .i. optante q̃ ſperante, quia non uero ſimile hoc malum poſ
ſe expugnari, ſpes reſidet etiam nunc in uirtute tua. Sed ubi
ſunt copiæ q.d. nuſquam. Ego malo .i. magis uolo te ipſum
loqui de reliquo .i. quod reſtat, quàm cognoſcere dicta nr̃a.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

VOtum Cic. ſolitum & in alijs epiſtolis, de epulis, hoc eſt Cæſ. morte, & hic exponitur. Præterea narratur, quid de ſenatu ſenatoribusq; & populo expectari debeat. Poſtea quoque de Caſſij Brutiq; & reliquorum rebus ſe ſolicitum eſſe dicit.

M. CICERO C. CASSIO S. P. D. 4

VELLEM; idibus Mart. me ad cœnam inuitaſſes: reliquiarum nihil fuiſſet. nunc me reliquiæ ueſtræ exercent, & quidem præter ceteros me. quanquam egregios conſules habemus, ſed turpiſſimos conſulares; ſenatum fortem, ſed infimo quenque honore fortiſſimum; populo uero nihil fortius, nihil melius, Italiaq; uniuerſa. nihil autem fœdius Philippo, & Piſone legatis, nihil flagitioſius: qui cum eſſent miſſi, ut Antonio ex ſenatus ſententia certas res renunciarent; cum ille earum rerum nulli paruiſſet, ultro ab illo ad nos intolerabilia poſtulata retulerunt. itaque ad nos concurritur: factiq; iam in re ſalutari populares ſumus. ſed tu quid ageres, quid acturus, ubi denique eſſes, neſciebam. fama nunciabat te eſſe in Syria: auctor erat nemo. De Bruto, quo propius eſt, eo firmiora uidentur eſſe, quæ nunciantur. Dolabella ualde uituperabatur ab hominibus non inſulſis, quod tibi tam cito ſuccederet, cum tu uix dum triginta dies in Syria fuiſſes. itaque conſtabat, eum recipi in Syriam non oportere. Summa laus & tua, & Bruti eſt, quod exercitum præter ſpem exiſtimamini comparaſſe. ſcriberem plura, ſi rem, cauſamq; noſſem. nunc, quæ ſcribo, ſcribo ex opinione hominum, atque fama. Tuas literas auide expecto. Vale.

HVBER.

VELLEM,) Dolet Cic. Antoniũ nõ interfectum
fuiſſe quo die Cæſ. fuit interẽptus: qd̃ quidẽ di-
cit ſuturũ fuiſſe, ſi interfuiſſet: ut ẽt ſupra lib. 10.
ſcripſit ad Trebonium. Deinde dicit quales ſint
ſnũ ſingulorũ in his ciuilibus diſſenſionib. in q̃-
bus maxime querit de Philippo & Piſone legatis. Poſtea q̃
q̃a Dolabella i Syria pficiſcebatur, dicit q rumores de eo ſint.
Poſtremo q̃lis opinio de ipſo Caſ. & Bruto. {Vellẽ) recurre ad
lib. 10. ad epiſt. q̃ incipit. Quàm uellẽ. {Reliq̃æ) M. Ant. quẽ
incolumẽ reliq̃ſtis, cũ fuiſſet cũ Cæſ. interficiẽdus. {Exercent)

Exercere,

fatigãt, uexãt. Virg. exercere odijs. {Pręter cet.) pcipue plus q̃
alios. {Turpiſſimos) q male ſentiũt. {Infimo bo.) i. q gerunt
minores magĩratus, ædiles, q̃ſtores. {Italiaq; uni.) q̃ tanquam
ad extinguẽdũ cõe incẽdiũ cõſpirauit. {Philippo) ijs erat ui-
tricus Cæſ. Octauiani. {Piſone) ſocero Cęſ. {Legatis) miſſis ad
M. Ant. ut à Mutinẽſi obſidione deſiſteret, & ut faceret q̃ de-
creuiſſet ſenatus. {Certas) quaſdã. {Vltro) ſponte, cũ debuiſſet

Vltro,

ipſe mittere pprios legatos: ſi q̃d uoluiſſet poſtulare. {Intole-
rabilia) inhoneſta, minus ſupba. {Poſtulata) q̃ fecit Ant. pter
rñſa ad mãdata. q̃ ſcribuntur ab Appia. lib. 3. {Ad nos) ad me
tanq̃ q ſolus audeã aduerſari Ant. {Factiq; ſu. p.) i. pplo acce
pti. {Auctor) .ſ. famæ .i. nullius certus nũcius. {Bruto) Marco
{Propius) erat .n. Sardinia, ut uiſum eſt lib. ſuperiore epiſt. q̃ in
cipit. Maximo meo dolore. {Succederet) i Syria, qua uolebat
obtinere, cũ fuiſſet decreta Caſſio, & in ea paulũ admodũ eſſet
moratus. {Recipi) à te. {Cõparaſſe) collegiſſe. nã ut ſcribit Ap
pia. Brutus pter exercitum quem antea habebat ſex legiones,
quæ fuerant C. Ant. manſuetudine ſua deuictas ſibi adiũxit.
Deinde in Macedoniam tranſgreſſus duas alias legiones Ita
lorum, more pugnantes in unum collegit. {Rem) quid aga-
tis. {Cauſamq;) cur tãtus exercitus tam ſubito ſit cõparatus.

ASCEN.

VEllem &c. Dolet Cic. ꝙ nõ interfectus ſit Antonius cũ
Cæſ. q̃d fuiſſet, ſi interfuiſſet: docetq; quales ſit ſniæ in
diſſenſionib' ciuilib. & q̃lis de Caſſio & Bruto opinio.
Ordo eſt: Vellẽ inuitaſſes me ad cœnã .i. mactationẽ Cæſ. Id.
Martij, nihil reliq̃arũ fuiſſet: q̃a ẽt Antoniũ abſumpſiſſem .i.
interfeciſſem. Nunc reliquię ur̃æ .i. quos reliq̃ſtis percutiẽdos
exercẽt .i. pſequũtur & cura afficiũt me, & q̃dẽ me ſup. exercẽt,
pręter ceteros .i. plus q̃ oẽs alios, quãuis .i. licet habemus egre
gios ꝯſules .ſ. Hirtiũ, & Panſam, ſed turpiſſimos ꝯſulares .i. cõſu

latu functos,habemus senatũ fortẽ,sed quẽq; infimo honore fortissimum,hoc est ut quisq; infimus est honore, ita fortissimus est. Vero ꝓ sed,nihil sup.est aut hẽmus fortius & nihil melius ppro.s.R.& Italia uniuersa. Nihil aũt fœdius Philippo,& Pisone legatis.s.ꝯcordiæ faciendæ ad Ant.missis,& nihil flagitiosius.i.scelestius,& increpatione dignius.s.legatus, q cum essent missi ut nunciarent Antonio res certas.i.specificas,& non aliis,ex snia senatus.cum ille.s.Antonius.nulli.i.nõ ulli,non paruisset ulli eaꝝ reꝝ.s. quas nunciabant ex snia senatus.retulerunt.i.reportauerũt ultro.i.insup, ab illo.s.Ant. intolerabilia.s.mandata,ad nos postulantia.s.caput ui m aut quid sit.Itaq; ꝯcurritur.s.ab oibus ad nos, & nos facti sum⁹ ppiares.i. de secta ppli & eius fautores in re salutari.i.q ad salutem publicam spectat.Sed nesciebam qd tu ageres,qd actu rus sup.esses,deniq; ubi esses? Fama nũciabat te esse in Syria, nemo erat auctor.i.certus assertor.Ea q nunciantur de Bruto s.Marco.uñr eo.i.tãto,firmiora.i.certiora,quo .i. quãto sup. Brutus est propius.Dolabella uitupatur ualde ab hoibus nõ insulsis.i.non imprudẽtibus ꝙ succederet tibi tam cito, ꝙ tu uix dum.i.uix adhuc fuisses triginta dies,in Syria. Itaq; ꝯstabat.i. ꝯstans opinio erat , aut manifestum erat non oportere eũ recipi in Syriã ut laus est & tua,aut ut ferè textus hñt, tui .i.de te,& Bruti ꝙ existimamini comparasse.i.acqsiuisse exercitũ,ꝑter spẽ.s.Sũma,oium.Ego scriberẽ plura,si nossem.i. cognoscerẽ rẽ & eãm.s.rei.Nũc scribo ea q scribo ex opinioẽ atq; fama hoium.i.ex opinione. Ego expecto auide literas tuas.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Quanta spes in Bruto sit scribit, & quomodo exercitus, & quos habeant nunciant.

M. CICERO C. CASSIO S. P. D. S

Hiemem credo adhuc prohibuisse, quominus de te certum haberemus, quid ageres, maximeq; vbi esses. loquebantur omnes tamen, credo, quòd volebant, in Syria te esse, habere copias. id autem eo facilius credebatur, quia simile vero videbatur. Brutus quidem noster egregiam laudem est consecutus: res enim tantas gessit, tamq; inopinatas, vt ea cum per se grata essent, tum gratiores propter celeritatem. quòd si tu ea tenes, quæ putamus: magnis subsidijs fulta resp. est. à prima enim ora Græciæ vsque ad Aegyptum optimorum ciuium imperijs muniti erimus, & copijs. quanquam, nisi me fallebat, res sic se habebat, vt totius belli omne discrimen in D. Bruto positum videretur: qui si, vt sperabamus, erupisset Mutina; nihil belli reliquum fore videbatur. paruis omnino iam copijs obsidebatur; quod magno præsidio Bononiam tenebat Antonius. erat autem Claternæ noster Hirtius, ad forum Cornelium Cæsar, vterque cum firmo exercitu: magnasq; Romæ Pansa copias ex delectu Italiæ comparârat. hiems adhuc rem geri prohibuerat. Hirtius nihil nisi considerate, vt mihi crebris literis significat, acturus videbatur. præter Bononiam, Regium Lepidi, Parmam, totam Galliam tenebamus studiosissimam reipub. tuos etiam clientes transpadanos mirifice coniunctos cum causa habebamus. erat firmissimus senatus, exceptis consularibus: ex quibus vnus L. Cæsar firmus est, & rectus. Ser. Sulpicij morte magnũ præsidium amisimus. reliqui partim inertes, partim improbi. non nulli inuident eorum laudi, quos in rep. probari vident. populi vero R. totiusq; Italiæ mira consensio est. Hæc erant fere, quæ tibi nota esse vellem. nunc autem opto, vt ab istis orientis partibus virtutis tuæ lumen eluceat. Vale.

HVBER. Hiemem) Primum Cic. dicit ex cõi rumore & fama nunciari Cassium esse in Syria q ei decreta fuerat à senatu.Deinde laudat M. Brut. q C. Ant. M. Ant. frẽm cum sex legionibus ad se sua mansuetudine ꝯuertit, ut in ꝑcedenti eplã dcm est,magnamq; spem ostidit in D. Bruto si ex Mutinensi obsidione erupit,cõmemorat,quas uires & copias,& pploꝝ sibi fauentiũ hẽt Ant.item quas senatus , & q apparatus fiat ꝯtra Ant.Postremo quales in senatu sint oẽs.{Hiemẽ)qua nauigatio ipeditur . Ouid.in Heroid. Q uò fugis,obstat hiems. Virg.lib.4.Dũ pelago desæuit hiems. {Volebant) optabant. {Simile uero)probabile uerisile.{Brutus)Marcus.{Res tãtas gessit)nam ut scribit App.lib.3.C.Ant.M.Ant. fr cũ Bruto discedens bellũ agitabat:legionẽ unã ex ciuib.secũ agens,& Brutus acie inferior obseruat.Brutus ꝑra simulata fuga insidias ille struebat,nec ꝯgressum hostium euitans qdq moliebatur, imo suis militib.ꝑceperat,ut hostes alloquerentur,& amplexarentur,recusantibus hostib.neq; se hmõi experimento credentibus ex insidijs tutos ꝑmisit abire,cũ nocere posset. Deinde ad alia itinera ꝓgressus subito in crepidine quadã emiscuit,neq; tñ eos est aggressus,sed summa hilaritate suscepit.Illi Brutũ ut ciuib.mansuetissimũ & ea sapiæ & charitatis opinione q ferebatur,ꝑditum intuentes uicissim cõplexi sunt, & ad eam se ꝯuerterunt oẽs.Caius est se ille trahit,quẽ apud se in, magno honore habuit. donec eũ exercitum corrũperet,neq; rephensus desisteret . tandẽ interfunctus est,hoc igitur est ex quo egregia laudẽ ꝯsecutum dicit Cic.{Per se)sua nã,quia omnis uictoria siue celeris siue tarda grata esse solet. {Celeritatem)ga celerius q quisq; opinatus esset eas affecit.{Tenes)ga in ptate tua hẽs.{Quæ putamus) .i.totam Syriam . {Fulta) sustẽtata.Iuuen.nos urbẽ colimus tenui tibicine fulta. {Ora) ꝯfinio termino siue regione.{Discrimẽ)piculum.{Belli rel.) i.belli remansuri & futuri.{Paruis cop.)paruo exercitu Ant.. quia Ant.poluerat magnã partẽ suaꝝ copiaꝝ Bononiæ ꝑ ꝑsidio.{Claternæ)ad forũ Cornelij.i.foro Cornelij, uel apud forũ Cornelij,existimatur aũt esse urbs,quæ nunc.dicimus Imolam.{Considerate) cũ magno ꝯsilio. {Regiũ Lep.) ad dñam Rhegij,quod est in Sicilia . {Cũ causa) cum defensione,reip. & libertatis.{Rectus)bene sentiens.{Inertes)ignaui,nullius ꝯsilij.{Probari) bonos hri,laudari. {Lumen eluceat ab part. orient.) i.aliqd præclarum à te factum ad nos deferatur,allusit autem ad solem, qui ex oriente primum lumen emittit.

Fultus

Forum Cornelij

Rhegium Lepidi

ASCEN. Hiemem &c.Dicit nunciari Cassium esse in Syria eidem ab senatu decreta. laudat Brutum qui C. Antoniũ, M. Antonij frem ad se ꝯuertit,iteꝝ quales sint in senatu aperiens. Ordo est. Ego credo hiemẽ prohibuisse,Adhuc,quo minus.i.ut non hẽmus de te certum qd ageres,& maxime.i. ꝑcipue esses,tñ.i.tametsi nihil certi hẽmus,oẽs loquebantur credo ꝙ.i.quia uolebant.i.optabant aut opinabantur te esse in Syria & sup.hẽre copias.i.collegisse exercitum.Aũt.i.sed,id credebatur eo facilius qa uidebatur sile uero.Q uidem.i.certe qdqd tu feceris,Brutus nr.s.Decius consecutus est laudẽ egregiam,gessit.n.tantas res.& tã inopinata ut eæ .s. res cũ essent gratæ.i.utiles & acceptæ,p se.tñ:sup.erant gratiores pp celeritatẽ,ꝙ si tu tenes ea q putamus , Resp.est fulta .i. sustentata & munita magnis ꝑsidijs.i.custodijs & ꝓtectionib.Ẽm.i.q a, nos erimus muniti à prima ora.i.extremitate Græciæ usq; ad Ægyptũ imperijs & copijs optimoꝝ ciuiũ: q̃q nisi .s. res aut opinio fallebat me,res hẽbat se sic.ut oẽ discrimen.i.piculum totius belli uideretur positũ in D.Bruto, q si erupisset .i. ut in hostes impetũ fecisset,Mutina.i.ex ea urbe ubi obsessus erat ab Ant.nihil belli reliq.i.relicti, aut nihil reliquũ belli uidebatur fore.i.futurum , Ipse obsidebatur iam paruis copijs, ꝙ .i. quia Antonius tenebat Bononiam magno præsidio.i.multitudine militum ad custodiam urbis impositorum: Aũt.i.sed, Hirtius nr.s.cõsul erat Claternæ.i.in eo oppidulo, cui Imolæ nunc nomen putant, Cæsar.s.Octauius,sup.erat ad forũ Cornelij,uterq; sup.erat tã Hirtius q Cęsar cum firmo exercitu,& Pansa alter consul cõparat Romæ magnas copias ex delectu Italiæ.Hiems prohibuerat rem geri,adhuc Hirtius nihil uidebatur acturus nisi ꝯsideratæ ut sigñat mihi lřis crebris , Nos tenebamus totã Galliam.s.Cisalpinam,ꝑter Bononiam, Rhegium Lepidi:nam est ẽt in Sicilia Rhegium,sup.& Parmam. Etiã habebam⁹ trãspada nos tuos cliẽtes.i.tuo patrocinio dũ Romę agebas utentes,& ita tibi addictos,coniũctos mirifice. Cum cã.s.quã fouemus.i.cũ defensione reip. Senatus erat .s. tunc cum Decius Brutus obsideretur,fortissimus exceptis ꝯsularib.i.ijs q ꝯsulatum gesserant,ex quibus unus.i.solus L.Cæsar est firm⁹ & rectus.Nos amisim⁹ morte.i.p mortẽ S.Sulpitij magnum

magnum præsidium.i.protectorem & custodem salutis nſæ. Reliqui.ſ.consulares,partim ſup.ſunt inertes.i.ſine arte, induſtria,partim improbi.i.improbandi, quia de Rep. ſacere quæ ſciunt & pňt noluntinonnulli inuident laudi eoꝶ quos uidēt probari.i.approbari in Remp. Verò pro ſed , mira conſenſio eſt P.R.& totius Italiæ.Hæc erant ſerē.ſ.omnia quę uellem eſſe nota tibi.Nunc aũt opto, ut lumen uirtutis tuæ eluceat ab iſtis partib.oriētis,uň ſol oriens illuminat hemiſphæriũ nſm pulchre ergo ad ſolē alludit cũ in Syria parte oriētali eēt Caſ,

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

C. Tidium quendam commendat, & quanta ſit in Caſſio ſpes, ſi res male eueniat, vi eum ad fortiter agendum exhortetur, adijcit.

M. CICERO C. CASSIO S. P. D. 6

QVI ſtatus rerum fuerit tum,cum has literas dedi, ſcire poteris ex C.Tidio Strabone, viro bono, & optime de rep. ſentiente: nam quid dicam,cupidiſsimo tui,qui, domo, & fortunis relictis,ad te potiſsimum profectus ſit ? itaque cum tibi ne cōmendo quidem. aduentus ipſius ad te ſatis eũ cōmendabit . Tu, velim, ſic exiſtimes,tibiq; perſuadeas , omne perfugium bonorum in te , & Bruto eſſe poſitum , ſi quod nolim,aduerſi quid euenerit . res,cum hæc ſcribebam,erat in extremum deducta diſcrimen . Brutus enim Mutinæ vix iam ſuſtinebat . qui ſi conſeruatus erit ; vicimus : ſin,quod Dij omen auertant ; omnis omnium curſus eſt ad vos . proinde fac tantum animum habeas , tantumq; apparatum , quanto opus eſt ad vniuerſam remp. recuperandam. Vale.

HVBER. QVI) cōmendat Cic. Caſſiũ C. Tidiũ Strabonē ad eũ proficiſcētem,ut cũ eo eſſet,dicit aũt poſſe ex eo intelligere pňtium reꝶ ſtatũ: affirmat deinde magnā ſpem et perfugiũ eſſe oium bonorũ in eo & M.Brut.nā D.Brutũ ſcribit eũ laborare extremo obſidionis ꝑiculo,ꝙ ſi fuerit oppreſſus ꝯfugient oēs ad Bru.&Caſſiũ.{Strabone)cognomē eſt.{Cupidiſſimo) amātiſſimo.{Domo)familia ſua,eſt aũt magnũ argm̃ beneuolentiæ relinquere domũ & res ſuas ꝑꝑ aliquem. {Potiſſimũ) ꝑcipue cum ad alios ꝓficiſci poſſet.{Aduentus)ꝗa uenit ad te {Quod nolim)quod deus auertat.{Siqd euen.)eſt apoſiopeſis:tacetur.n.uerbum q.d.actum erit de nobis . {Suſtinebat) ꝗ extrema fama laborat.{Quod omen)quod auguriũ malũ {Proinde)igitur.{Vniuerſam)totā ſi oppreſſus fuerit Decius.

ASCEN. QVi Status &c.Cōmendat Caſſio C. Tidiũ Strabonē ad ipſm Caſſium ꝓficiſcentem,ut cũ eo eſſet:dicit aũt eum poſſe ex ipſo intelligere pňtium reꝶ ſtatũ,deinde dicit magnā ſpem eſſe in ipſo Caſſio & M.Bruto. Nā D.Brutũ dicit obſidiōe teneri,itaqꝫ ad illos ꝑfugiũ fore,ſi Decius uincatur . Ordo eſt : Tu poteris ſcire ex C.Tidio Strabone uiro bono & optime ſentiēte de Rep.q.i.qualis(nā ſequente.ſ.ſępe q pro qs legitur)ſtatus reꝶ fuerit,tũ.i.tunc,cum.i.qñ, ego dedi tuas literas.ſ.ad te dico ſup.ſentiēte op.&c.Nā quid.i.ad qd dicā cupidiſſimo.i.ꝙ poſſis ſcire ex uno cupidiſſimo tui,ꝗ profectus eſt potiſſimũ ad te, domo & fortunis.i.diuitijs oibus relicti . Itaqꝫ ego ne qdē.i.non ēt cōmendo eũ tibi, ꝗa aduentus eius ad te,cōmendabit ſatis eũ . Ego uelim ſup.ut tu exiſtimes, & ꝑſuadeas tibi ſic, oē ꝑfugiũ bonoꝶ.i.ſpē ſe ꝯſeruādi ꝑfugam , eſſe poſitā in te & in Bruto.ſiqd.i.aliqd aduerſi euenerit.ſ.bonis hoc eſt Reip.fautorib', qđ nolim.ſ.euenire.Res.ſ.bellica, erat cũ ſcribebā hæc deducta in extremũ diſcrimē.i.ſummum ꝑiculũ.Brutus.n.uix ſuſtinebat iā Mutinæ.ſ.uim obſidētiũ, ꝗ ſ.Brutus,ſi erit ꝯſeruatus,uicimus,nō dicit uincemus, ſed ꝑꝑ certitudinē uictorię uicimus.Cōſeruatus aũt fuit nec tñ uicit, Sin.i.ſed ſi,ipſe erit oppꝛſſus ibi qđ omē dij auertāt, ois curſus hoium eſt ad uos.ſ.à facie Antonianoꝶ . Adnotādũ ois mali amouēdi gr̃a quoties triſte qd qđ impēderet dicturi erāt ſolitos ꝓmittere,qđ nolim,qđ dij auertāt &c.Proinde.i.& ideo. fac ſup. ut habeas tm̃ animum , & tm̃ apparatum , quantum opus eſt.ſ.habere,ad recuperandam uniuerſam Rempublicā.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Approbat ſuũ ſtudium , in defendēda Caſſij dignitate has epiſtola Cic.

M. CICERO C. CASSIO S. P. D. 7

*QVANTO ſtudio dignitatem tuam & in ſenatu, & ad populum defenderim , ex tuis te malo,quam ex me,cognoſcere . quæ mea ſententia in ſenatu facile valuiſſet,niſi Panſa vehementer obſtitiſſet. ea ſententia dicta,productus ſum in concionem à tribuno pl. M.Seruilio: dixi de te,quæ potui,tanta * contentione,quantum forum eſt, tanto clamore,conſenſuq; populi, vt nihil vnquam ſimile uiderim . id velim mihi ignoſcas,quòd inuita ſocru tua fecerim . mulier timida verebatur , ne Panſæ animus offenderetur . in concione quidem Panſa dixit,matrem quoque tuam,et fratrē illam à me ſñiam noluiſſe dici . ſed me hæc non mouebāt : alia malebam : fauebam & reip.cui ſemper faui, & dignitati,ac gloriæ tuæ . quod aũt & in ſenatu pluribus verbis diſſerui,et dixi in concione, in eo velim fidem meā liberes . promiſi.n.& prope confirmaui,te non expectaſſe, nec expectaturum decreta noſtra, ſed te ipſum tuo more remp.defenſurũ . & quanquam nihil dũ audieramus,nec vbi eſſes,nec quas copias haberes : tamen ſic ſtatuebam,oēs,quæ in iſtis partibus eſſent,opes, copiasq; tuas eſſe : per teq; Aſiam prouinciā confidebam iam reip. recuperatam . tu fac, in augenda gloria te ipſum vincas . Vale .*

* alias cōcione.

HVBER. QVANTO) Cum pugnaret in Aſia Caſſius cōtra Dolabellā,Cic.eum uehemēter laudauerat, ꝓmiſeratq; eũ factuꝶ ꝑ ſe qcqd uideretur fore utile reip. nec expectatuꝶ ſenat' decreta,ut liberaret Aſiā à Dolabella:ꝗ fuerat iudicatus hoſtis.Itaqꝫ licet Cic. ſimulet ſe nolle dicere ꝙ pro eo egerit,tñ latenter ſignat.imò quodāmodo bř cōmemorat:& ab eo petit, ut ea ꝓſtet,quæ ipſe Cic.ſenatui de eo ꝓmiſit, & quaſi data fide affirmauit.Poſtremo dicit ſe ſperare totā Aſiam ꝓpediem ab eo liberata fore.{Malo)uolo potius.{Quàm ex me.)ne uidear iactare oſtm̃ meũ.{Facile)nullis aduerſantibus.{Panſa) cōſul. {Productus)in publicũ ductus.{Cōtentione)uehemēti oratione.{Quantũ eſt fo.)quantũ totum foꝶ poterat audire.i.tāta uoce,quāta poterat totũ, foꝶ implere.{Nihil ſi.) ꝗa nunꝗ ppľs magis ꝯſenſit ad rē aliꝗ.{Socru)mr̃e uxoris tuæ.{Inuita)nolēte.{Offenderetur)ſi te laudaſſē.{Hæc)ꝙ ſocrus tua & mr̃ dicebāt ſe nolle.{Fauebā & reip.)i.faciebā cā reip.& cauſa tuæ dignitatis.{Liberes fidē m.)abſoluas me fide: quā pro te dedi.{Promiſi.n.)dicit nūc ꝙ ſit ea fides.{Tuo m.) ut ꝯſueuiſti.{Nihil dũ),ꝑ nōdũ.{Statuebā) iudicabā.{Iſtis) aſiaticis . {Recupatā)ab iuaſione dolo.{Vincas t.) faciā ēt ultra uires .

ASCEN. QVanto ſtudio &c.Defenderat Caſſiũ pugnātē cũ Dolab. qđ nūc paucis tāgit,monēs ut ea ꝓſtet ſenatui ꝙ Cic. de eo ꝓmiſit cũ ſperet totā Aſiā ab eo ꝓpediē liberādā.Ordo eſt.Ego malo.i.magis uolo, te cognoſcere ex tuis.ſ.neceſſarijs,ꝗ ex me,quāto ſtudio ego defenderē dignitatē tuā & in ſenatu & ad ppľm.Quæ ſñia mea.ſ.de te, ualuiſſet.i.approbata fuiſſet facile in ſenatu,niſi Panſa obſtitiſſet uehementer.Ea ſñia (nō ſcribit eam ꝗa ſcit, ab amicis Caſsij ꝑſcriptā) dicta.i. poſtꝗ erat dicta . Ego ꝓductus ſum in ꝯcionē.i.cœtũ ppľi, à M.Seruilio trib.pl.Dixi de te ꝗ potui.ſ.decēter dicere,tāta ꝯtētione.i.uocis extēſione & auctione, quātũ eſt foꝶ in qđ ppľs ꝯuenit,tāto clamore & ꝯſenſu ppľi,ut nihil uiderim unꝗ ſile. Velim:ſup.ut ignoſcas mihi id:uidelicet ꝙ fecerim.i.ita ꝯtenderim:ſocru tua.i.mr̃e uxoris tuæ inuita. Mulier timida uerebatur ne aius Pāſæ,ꝗ in ſenatu obſtiterat,offenderetur.Panſa qdē dixit in ꝯcione matrē quoq; tuā, & fratrē, noluiſſe illam ſñiam dici,à me.Sed hæc.ſ.obſtacula nō cōmouebāt me,ego malebā.i.magis uolebā alia . Fauebā &.i.ſil' Reip. cui faui ſꝑ & gľiæ tuæ.Aũt.i.ſed,ego uelim ſup.ut liberes fidē meā.i.facias ut pollicitus ſum re factuꝶ,i eo ꝙ & diſſerui ũbis pluribꝰ i ſenatu,et dixi in ꝯcione.Promiſi.n.& ꝓpē ꝯfirmaui.i.aſſerui

Ita fore te nō expectasse nec expectatuꝝ esse decreta nřa,sed te ipsum.i.ꝑprio iudicio & auctoritate detensuꝝ sup. esse Rep. tuo more.i.ficut incepisti Cæs.occidēdo.Et qq nihil dū.i.nihil tunc adhuc audieramus,nec ubi esses, nec quas copias haberes, tamen statuebam.i. in animo proponebam sic omnes opes quæ essent in istis partibus,s.ubi tu es, & copias sup. omnes esse tuas & confidebam Asiam iam esse recuperatā Reip. per te.Tu fac sup.ut uincas teipm.i.plus facias q̄ hactenus fecisti,cum tū ea faciendo alios superaris,in augēda gloria.s.tua.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Conqueritur de Lepidi perfidia, & quo modo illius improbitate in nouas turbas coniecti sint, narrat.

M. CICERO C. CASSIO S. P. D. 8

Scelvs affinis tui Lepidi, summamq́ leuitatem, et inconstantiam ex actis,quæ ad te mitti certo scio,cognosse te arbitror.itaque nos,cōfecto bello,vt arbitrabamur, renouatum bellum gerimus; spemq́ omnem in D. Bruto, & Planco habemus; si verū quæris,in te,& in meo Bruto non solum ad præsens perfugiū, si,quod nolim,aduersi quid acciderit,sed etiam ad confirmationem perpetuæ libertatis. Nos hic de Dolabella audiebamus, quæ uellemus; sed certos auctores non habebamus. te quidem magnum hominem & præsenti iudicio, & reliqui temporis expectatione scito esse. hoc tibi proposito,fac ut ad summa contendas. nihil est tantum,quod non populus R. à te perfici, atque obtineri posse iudicet. Vale.

HVBER. SCELVS) post liberationem Bruti ex obsidione Mutinēsi Lepidus se cum Ant.cōiunxit, quē dicit ualde nocuisse P.R.qa cum credidisset se finisse bellū superato.M.Ant.apud Mutinam,coactus est gerere bellū renouatum p perfidiam Lēpidi Ant.coniuncti.Itaq; dicit spē esse in M.Brut.& Cass.quē non solū dicit nunc credi magnum hoiem:sed ēt in futuꝝ: nihil.n.esse tam magnū quod P.R.non confidat eum non posse præstare.{Scelus)perfidiam,quia Ant.fusum apud Mutinā in societatem & prouinciam suam recepit.{Confecto)finito: Decio liberato & Ant.fugato.{Renouatum) per coniunctionem Lep.{Quæ uellemus) qualia optabamus.s.quod esset,à te oppressus: eum.n. Cassius in Laodicea obsederat.{Expectatione) spe bona.{Contendas) enitaris.

ASCEN. Scelus &c.Dicit perfidia Lepidi iam cū Antonio coniuncti plurimum noceri populo libertatiq; Romanæ, unde spē reliq̄ dicit in Cassio & M. Brut. Ordo est: Ego arbitror te cognoscere scelus &summā leuitatem.i.mutabilitatem in fide.& pro.i.inconstantiā,adfinis tui Lepidi,ex actis.i.scriptis de rebus in acta relatis,& de his quæ publice aguntur, q̄ .s.acta, ego scio certo mitti.i.q̄ mittantur ad te. Itaque quia Lepidus in fide nō mansit,gerimus bellum renouatum,bello confecto.i.postq̄ bellum erat cōfectum,& finitum,ut arbitramur. & habemus oēm spem in D.Bruto, & Planco.& sup. si quæris ueꝫ.i.ut quod ueꝫ est dicam:habemus:sup.in te,et in Bruto meo.s.familiarissimo Marco,non solū perfugium.i.ad quos fugere,poterimus ad pñs.i.ad euitandum instans periculū:aut ad tutelam paꝫ duraturam. siqd aduersi acciderit.s. nobis,& Reip.quod nolim,sed ēt ad confirmationē.i.stabilitionem perpetuæ libertatis.Nos audiebamus hic de Dolabella,quæ uellemus:uidelicet q̄ à Rep.staret:sed non habebam⁹ certos auctores.Scito te quidem esse magnum hoiem,&.i.simul. iudicio pñti.i.quod fertur iam de te ob res peractas. et expectatione temporis reliqui.i.ob ea quæ hoies sperāt te gestuꝫ.Hoc.s.pmio ꝓposito tibi.fac sup.ut cōtendas.i.toto conatu eas ad summā.i.cōlumationē rei. Nihil est tm̄.i.tam magnum,quod P.R.non iudicet posse perfici,atq; obtineri à te.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Rursus ob Lepidi perfidiam in Cassio omnem spem recuperandæ salutis esse ostendit.

M. CICERO C. CASSIO S. P. D. 9

Breuitas tuarum literarum me quoque breuiorem in scribendo facit: &,vere vt dicam,non satis occurrit, quod scribam. nostras enim res in actu perferri ad te,certo scio: tuas autem ignoramus. tanquam enim clausa sit Asia, sic nihil perfertur ad nos,præter rumores de oppresso Dolabella, satis illos quidem constantes, sed adhuc sine auctore. Nos confectum bellum cum putaremus, repente a Lepido tuo in summam solicitudinem adducti sumus. itaque persuade tibi,maximam reip.spem in te,& in tuis copijs esse. firmos omnino exercitus habemus: sed tamen, vt omnia, vt spero, prospere procedant, multum interest te venire. exigua est enim spes reip. nam nullam non libet dicere: sed, quæcunque est,ea despondetur anno consolatus tui. Vale.

HVBER. BREVITAS) eodem est argumento hæc epla quo & superior nisi q̄ ostendit aduentū Cassij plurimum profuturu Reip. in parua spe quę relicta est. {Breuiorem) quia breuiter scripsisti bf quoq; tibi rñdendum duco.{Clausa) uel circū. sessa,uel muto, ut ita dicam, circundata, ut nunc uenire non possint.{Constantes)eodem tenore non uariato.{Sed tamē) ut.{Vt).i.quamuis.{Interest)refert,utile est. {Despondetur) promittitur , deputatur.

Vt. Despondetur.

ASCEN. Breuitas &c. Eodem est argumento cū superiore: nisi q̄ ostendit aduentū Cassij plurimum ꝓfutuꝫ Reip.in parua spe,quæ relicta est, dicitq; in principio cur ta breuis sit.Ordo est: Breuitas litaꝫ tuaꝫ facit quoq;.i.ēt . me breuē in scribendo. Et,ut dicam uere,nō occurrit satis qd scribam. Scio enim certo res nřas perferri ad te in actis.i.instrūis de actis publicis. Aūt.i.sed nos ignoramus tuas.s.res. Enim.i.quia nihil. pfertur ad nos sic tanq̄ Asia sit clausa, præter rumores de Dolabella oppresso.quidē.i.certe.illos satis cōstantes.i.cōtinuatos sed adhuc sine auctore.i.certo assertore.Nos cū putarem⁹ bellū confectum.i.finitū esse.adducti sumus repēte à Lep.tuo .s.affini.i.solicitudinē summā.i.maximā. Itaq; psuade tibi maximā spem Reip.esse in te,& in copijs tuis.Nos habemus exercitus.s.Bruti,&Plāci oino firmos.sed tñ ut.i.ut demus,aut ponamus,ut oia ,pcedat ꝓspere,ut spero.s.ea ,pcessura. tñ multū interest.i.multæ utilitatis est te uenire.Eñ.i.qa,spes Reip. est exiguā,nā nō libet dicere nulla:sup.spem Reip.esse,sed quæcūq; est,ea despōdetur.i.ꝓmittitur futura anno ꝯsulatus tui.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Hortatur Cassium, vt propere ad vrbem cum exercitu veniat, in tu enim & Bruto omnem spem esse Reip. positam.

M. CICERO C. CASSIO S. P. D. 10

Lepidvs, tuus affinis,meus familiaris,pridie cal. Quint. sententijs omnibus hostis à senatu iudicatus est,ceteriq́, qui vna cum illo à rep. defecerunt. quibus tamen ad sanitatem redeundi ante cal. Sept.potestas facta est. fortis sane senatus, sed maxime spe subsidij tui. bellum quidem,cum hæc scribebam, sane magnum erat scelere, & leuitate Lepidi. Nos de Dolabella quotidie,quæ volumus,audimus, sed adhuc sine capite, sine auctore,rumore nūcio. quod cum ita esset,tamen literis tuis, quas nonis Maij ex castris datas acceperamus,ita persuasum erat ciuitati,vt illum iam oppressum oēs arbitrarentur,te aūt in Italiam venire cum exercitu: vt, si hæc ex sñia confecta essent, consilio,atque auctoritate tua, sin quid forte titubatum esset,ut fit in bello,exercitu tuo niteremur. quē quidem ego exercitum quibuscunque potero rebus ornabo. cuius rei tū tempus erit, cum, quid opis reip.

laturus

*laturus exercitus sit, aut quid iam tulerit, notum esse cœperit. nam adhuc tantum conatus audiuntur, optimi illi quidem, et præclarissimi, sed gesta res expectatur: quam quidem aut iã esse aliquam, aut appropinquare confido. tua virtute, & magnitudine animi nihil est nobilius. itaque optamus, ut quamprimum te in Italia videamus. remp. nos habere arbitrabimur, si vos habebimus. praclare viceramus, nisi spoliatum, inermem, fugientem Lepidus recepisset Antonium. itaque nunquã tanto odio ciuitati Antonius fuit, quãto est Lepidus. ille enim ex turbulenta rep. hic ex pace, & victoria bellũ excitauit. huic oppositos consules des. habemus: in quibus est magna illa quidem spes, sed * anceps cura propter incertos exitus præliorũ. persuade tibi igitur, in te, & in Bruto tuo esse omnia, vos expectari, Brutum quidem iam iamq́. quòd si, ut spero, victis hostibus nostris veneritis: tamen auctoritate vestra resp. exurget, & in aliquo statu tolerabili consistet. sunt enim permulta, quibus erit medendum, etiam si resp. satis esse videbitur sceleribus hostium liberata. Vale.*

** alias anceps propter.*

sup. tũc. cũ. i. qñ cœperit esse notũ. i. cõstare, qđ opis. i. auxilij, exercitus sit allaturus, aut qđ attulerit iã Reip. Nã conatus tãtũ & nõ effectus audiũtur adhuc, illi quidẽ. i. conatus audiũtur optimi. & p̃clarissimi, Sed res gesta expectatur. Quam. s. rem gestã, quidem. i. certe, ego cõfido, aut aliq̃ esse iam, aut appropinquare. i. p̃xime futurã. Nihil est nobilius. i. illustrius et notius uirtute tua magnitudine, animi. Itaq; nos optamus, ut uideamus te quamprimum in Italia. Nos arbitramur hẽre Remp. si habebimus uos. i. te & Brutũ. Nos uiceramus, prę clare, nisi Lepidus Ant. spoliatũ, inermem, fugientẽ excepissent. Itaq; Ant. nunq̃ fuit ciuitati tãto odio, quãto Lepidus est. Eñ. i. quia, ille. s. Ant. excitauit bellũ ex Rep. turbulenta, hic. s. Lepidus excitauit bellũ ex pace & uictoria. i. ubi pacẽ habuisset Resp. pp̃ uictoriã. Nos habemus consules designatos. s. Deciũ Brutũ & Plãcum oppositos huic. s. Lepido, cũ Antonio, in quibus. s. consulibus designatis est quidem magna spes, sed cura anceps pp̃ incertos exitus præliorũ. Persuade igitur tibi oĩa esse in te & in Bruto. s. Marco, & uos expectari, sed Brutum iam iamq́;. i. in singula momẽta. quod si ueneritis hostibus nr̃is uictis ut spero, tñ Resp. exurget. i. extolletur, auctoritate ur̃a, & consistet. i. stabilietur, aliquo statu tolerabili. Sunt. n. permulta quibus erit medendum. i. quibus erunt remedia adhibenda, ẽt si Resp. uidebitur liberata satis sceleribus hostium.

HUBER. LEPIDVS) Certiorem reddit Cic. Cassium quemadmodum. Lepidus iudicatus est hostis præscripto tñ ei termino quo possit adhuc redire ad sanitatẽ, hoc est ad societatem P.R. dicitq́; eius coniunctione cum Antonio bellum multũ auctum esse. Deinde quid nunciatum sit de Dolabella, postea uero ip̃m Cassium & M. Brutũ expectari in Italia pp̃ maximum incendium belli renouati perfidia Lepidi: contra quẽ dicit oppositos esse Plancum & D. Brutum consules designatos, sed maximã spẽ esse in ipsis Cassio & M. Bruto. {Desecerũt) reliquerunt fidem P.R. {Sanitatem) q̃a fuit furor deficere, sanitatem aũt animi, non corporis intelligimus hoc loco. {Sine capite) sine origine, q̃a nescimus quis fuerit: à quo hic rumor p̃cesserit. {Rumore nun.) i. tantũmodo fama nũciante {Literis tuis) quæ sequũtur inferius incipiẽtes legi tuas lr̃as: debuerant. n. præcedere hanc ep̃lam, sed, ut sæpe diximus, nõ est seruatus rectus ordo harũ ep̃larũ. {Illum) Dolabellam. {Ex s̃nia) ut uolumus. {Titubatũ) erratum, cespitatũ. {Niteremur) sustentaremus. {Cuius rei) s. ornãdi exercitum tuũ. {Apparatus) uoluntates. {Gesta) perfecta. {Vos) te & M. Brutũ. {Quãto). s. odio. {Ille) Antonius. {Hic) Lepidus. {Cõsules des.) Plãcum & D. Brutũ. {Iam iamq́;). i. celerrime, nũc nunc, uenerat eñ in Sardiniã, ut uidimus lib. 9. {Quòd si) obiectio, q̃a possent dicere deuictis hostib. qđ est opus nos uenire. dicit Cic. auctoritatẽ eorũ posse plurimũ erigere remp. {Exurget) erigetur: cũ iaceant q̃si pressa. {Tolerabili) mediocri, si minus optimo. {Medẽdũ) p̃uidẽdũ, trãslatio sumpta à corporib. ęgrotis.

Titubatũ

Iam. Iamq́;.

ASCEN. LEpidus &c. Certiorem facit Cassium, quemadmodũ Lepidus declaratus sit hostis: p̃scripto tñ ei termino, quo possit adhuc redire ad sanitatẽ mentis: hoc est ad societatem populi R. dicitq́; eius ad Antoniũ accessione bellũ multum auctũ esse, deinde qđ nunciatũ sit de Dolabella. & demũ eum cũ Bruto, expectari in Italia scribit. Ordo est: Lepidus affinis tuus familiaris meus iudicatus est hostis à senatu oĩbus sententijs, prid. Cal. Quintilis. i. Iulij nũc dicti mensis, & ceteri q̃ defecerunt unà. i. pariter cũ illo à Rep. quibus tñ potestas redeũdi ad sanitatẽ. i. meliorem mentẽ & saniora cõsilia ante Cal. Sept. est facta. i. permissa à senatu. Senatus sup. est sanè. i. multum fortis, sed maxima, spes sup. est subsidij tui. i. in subsidio tuo. Bellũ quidem erat sanè. i. ualde magnũ, cum scribebã hęc, scelere & leuitate. i. p̃fidia & inconstantia Lepidi. Nos audimus quotidie quæ uolumus de Dolabella. i. eũ oppressum esse, sed adhuc rumore nũcio. i. nunciante, sine capite, sine auctore. i. certo assertore, quod cum. i. quãuis esset ita, tñ persuasum erat ciuitati ex lr̃is quas acceperamus, datas Nonis Maijs ex castris, ita ut oẽs arbitrarentur illũ iam oppressum, sup. esse te aũt uenire in Italiã cũ exercitu. ut si hæc essent ꝯfecta. i. absoluta ex s̃nia. i. uolũtate, roborarẽtur ꝯsilio atq; auctoritate tua sin. i. sed si, qđ. i. aliqđ, esset titubatũ. i. uacillatũ forte, ut fit. i. fieri solet in bello, nos niteremur. i. corroboraremur & fulciremur tuo exercitu, quẽ quidẽ exercitũ. s. tuũ, ego ornabo quibuscunq; rebus potero. Cuius rei exercitus. s. ornãdi, tp̃s erit.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

SCribit Cicero. Cassius, quas legiones acceperit, hortaturq́; oblique Ciceronem, ut & eum, & remp. defendat.

C. CASSIVM PROCOS. M. CICERONI S. D. II

SI vales, bene est: ego quidem valeo. In Syriam me profectum esse scito ad L. Murcum, & Q. Crispum impp. viri fortes, optimiq́ ciues, posteaquam audierunt, quæ Romæ gererentur, exercitus mihi tradiderunt; ipsiq́ mecum una fortissimo animo remp. administrant. item legionem, quã Q. Cæcilius Bassus habuit, ad me venisse scito. quatuorq́ legiones, quas A. Alienus ex Aegypto eduxit, traditas ab eo mihi esse scito. Nunc te cohortatione non puto indigere, ut nos absentes, remq́ publicam, quantum opus est, defendas. scire te volo, firma præsidia vobis, senatuiq́ non deesse; ut optima spe, & maxima animo remp. defendas. reliqua tecum aget L. Carteius, familiaris meus. Vale. Data non. Mart. ex castris, Tarichei.

HUBER. IN Syriam) Cassius. Cic. certiorem facit se uenisse in Syriã, deinde qđ ibi egerit, firma. n. p̃sidia se hẽre dicit ad defensionem reip. hortatur eũ latẽter ut eum & remp. tueatur. {Crispũ) qui Bithyniæ præerat. {Murcum) qui & ipse in Syria erat. {Quæ gererẽtur) q̃a decretum erat p̃ senatũ, ut oẽs Brut. & Cass. parerent. {Legionem quã Q. Bassus) hæc olim fuerat Iulij Cæs. q̃ cum per Syriam p̃ficisceretur. eam illic reliquerat iam tũ in Parthos meditatus bellũ. huius cura Cæcilio Basso mandata fuerat. {A. Alienus) hic. n. nuper à Dolabella missus in Aegyptum quatuor legiones è prouincia duxerat, quas ex Põpeij clade Crassiq́; dispersas Cleopatra sub Cæs. collectas retinuerat: hũc igr̃ nihil suspicantẽ Cass. in Palæstina adortus legiones sibi tradere coegit quatuor legionib. cõtra octo pugnare uetitũ. {Firma) ualida. habebat. n. 12. legiones Cassius {Aget) loquatur. {Taricheis) ad Taricã Syriæ ciuitatẽ positis.

ASCEN. SI Vales &c. Dicit se Cassius in Syriã uenisse, addẽs quid illic egerit, firma. n. p̃sidia se hẽre dicit ad defensionem reip. hortatur aũt latenter ut remp. tueatur, & se non negligat, imò curet defendendũ. Breuis aũt est eo q̃ reliqua dicit ex Carteio familiari suo accipiẽda. Ordo est. Si uales, bene est, ego quoq; ualeo. Scito me p̃fectũ esse in Syriã ad L. Murcũ, & Q. Crispũ imperatores. Viris fortes, & optimi ciues. s. Murcus, & Crispus, postquã audierunt quæ gererentur Romæ, tradiderunt mihi exercitus, & ipsi administrãt unà mecũ rem alo fortissimo. Item scito legionem, quam Q. Cæcilius

Baſſus habuit,ueniſſe ad me,& ſtito quattuor legiones, quas A.Allienus eduxit ex Aegypto,eſſe traditas mihi ab eo. nunc poſtq̃ ſic reip.ſtudemus ego nõ puto te egere cohortatione, ut defendas nos abſentes,& remp.quantũ opus eſt.Ego uolo te ſcire firma p̃ſidia nõ deeſſe nobis,ſenatuiq;,ut defendas rẽſpub.optima ſpe & maximo aio.i.hñs optimam ſpem uictoriæ & maximum aium ad reſiſtendũ inimicis.L.Carteius familiaris meus aget.i.differet, & loquetur, aut tractabit tecũ cetera .ſ.quæ eſſent,ſcribenda,ſi ille nõ diceret ea. Vale. Data.ſ. epiſtola Nonis Martij,ergo anno ferè reuoluto poſt cædem Cæſ. Ex caſtris Taricheis.i.ad Taricham Syriæ ciuitatem poſitis.

GILBERTI LONGOLII LEMMA.

Exaggerat Cicer.erga ſe beneficio Caſſius,et quas literas ſcripſerit,quos exercitus habeat exponit. Deinde à Cic.petit, ut eũ tueatur apud ſenatũ,et Impatores quoq; libẽter ſuſcipiat. Poſtremo narrat,quid i Aſia egerit.

C. CASSIVS PRO COS.
M. CICERONI S. D. 12

SI VALES, bene eſt: ego quidem ualeo. Legi tuas literas,in quibus mirificum tuum erga me amorem recognoui. Videbaris enim nõ ſolum fauere nobis, id quod & noſtra,et reip. cauſa ſemper feciſti; ſed etiam grauem curam ſuſcepiſſe, uehementerq́; eſſe de nobis ſolicitus. itaque quòd te primum exiſtimare putabam,nos oppreſſa rep.quieſcere nõ poſſe; deinde,cum ſuſpicarere nos moliri,quòd te, ſolicitum eſſe & de ſalute noſtra,& de rerum euentu putabam; ſimul ac legiones accepi, quas A. Alienus eduxerat ex Aegypto; ſcripſi ad te,tabellariosq́; complures Romam miſi. ſcripſi etiam ad ſenatum literas, quas reddi uetui prius, quàm tibi recitata eſſent; ſi forte mei obtemperare mihi uoluerunt. quòd ſi literæ perlatæ non ſunt; non dubito, quin Dolabella,qui,nefarie Trebonio occiſo, Aſiam occupauit, tabellarios meos deprehenderit, literasq́; interceperit. exercitus oẽs,qui in Syria fuere,teneo. habui paululum moræ,dum promiſſa militibus perſoluo. nunc iam ſum expeditus. A te peto, ut dignitatem meam tibi cõmendatam habeas, ſi me intelligis nullum neque periculum,neque laborem patriæ denegaſſe: ſi contra importuniſſimos latrones arma cepi te hortante, & auctore: ſi non ſolum exercitum ad remp. libertatemq́; defendendam comparaui, ſed etiam crudeliſſimis tyrannis eripui. quem ſi occupaſſet Dolabella; non ſolum aduentu, ſed etiam opinione,& expectatione exercitus ſui Antonium confirmaſſet. quas ob res milites tuere, ſi eos mirifice de rep. meritos eſſe animaduertis: et effice,ne quem pœniteat,remp.quàm ſpem prædæ, & rapinarum, ſequi maluiſſe. item Murci, & Criſpi impp. dignitatem,quantum eſt in te,tuere. nam Baſſus miſere noluit mihi legionem tradere. quòd niſi milites inuito eo legatos ad me miſiſſent; clauſam Apameã tenuiſſet, quoad ui eſſet expugnata. hæc à te peto non ſolum reip. quæ tibi ſemper fuit cariſſima, ſed ẽt amicitiæ noſtræ nomine; quam confido apud te plurimum poſſe. crede mihi, hunc exercitum, quem habeo, ſenatus, atque optimi cuiuſque eſſe, maximeq́; tuum. de cuius uoluntate aſſidue audiendo, mirifice te diligit,carumq́; habet. qui ſi intellexerit commoda ſua curæ tibi eſſe; debere etiam ſe tibi omnia putabit. Literis ſcriptis, audiui Dolabellam in Ciliciam ueniſſe cum ſuis copijs. proficiſcar in Ciliciam. quid egerim,celeriter ut ſcias,dabo operam. ac uelim, ut meremur de rep. ſic felices ſimus.

Fac ualeas, meq́; ames. Nonis Maij, ex caſtris.

HVBER. LEGI) Hæc epiſtola debuit poni in ordine poſt illam quæ ſuperius incipit. Quanto ſtudio, cũ enim Cic.ſignificaſſet. quæ pro Caſſio egiſſet, & quod de eo ꝑmiſiſſet ſenatui,rñdet tunc Caſſius ſe cognouiſſe Cic.erga ſe amorẽ & qm intelligebat eũ de ſe grauem curam ſuſcepiſſe,& uehementer eſſe ſolicitũ,dicit ſe ſtatim reddidiſſe eũ certiorem de rebus prouinciaꝝ,primũ habuit exercitus, q erant in Syria ut in præcedenti epl'a uiſum eſt ſe ẽt ſcripſiſſe ad ſenatum, uoluiſſeq; ut Cic.prius illas literas quæ ad ſenatũ mittebantur,inſpiceret,q̃ ſenatui redderentur,quæ redditæ nõ fuerunt,dicit ſe nõ dubitare qn interceptæ fuerint à Lepido,deinde dicit quem exercitũ habeat, petitq; à Cic.ut eius dignitatem tueatur & Murcũ & Criſp.imp.q ei exercitũ tradiderant cõmendatos habeat,et milites ſuos:quos dicit eſſe uehementer Cic.affectos. Poſtremo dicit ſe pſecutuꝝ Dolabellã in Ciliciam,quæ regio eſt minoris Aſiæ Syriæ ꝓpinqua,facturumq́; ut Cic.quamprimum intelligat quod egerit. {Literas tu.) quæ, ut dixit, incipiunt quãto ſtudio. {Grauẽ curam) qa intellexit quanta contentione de ſe uerba feciſſet. {Oppreſſa) ab Ant. {Sulpicarere) putares. {Moliri) apparatũ facere. {De) .i. ꝑꝑ. {Simul ac) cum primum. {Ex Aegy.) ut in præcedenti epl'a declaratum eſt. Ordo eſt. Itaq; ſcripſi ad te: & miſi cõplures tabellarios Romam, q putabant te exiſtimare nos nõ poſſe quieſcere: rep.oppreſſa: deinde qa putabãt te ſolicitum eſſe de nr̃a ſalute,& de reꝝ euẽtu cum ſuſpicarere nos moliri. {Recitatæ) lectæ: ut ſiqd uideretur cõmutandum: cõmutare: arbitrio tuo. {Trebonio occ.) is.n.Aſiæ præfectus Dolabellã ad ſe uenientem, Pergamo & Smyrna non admiſerat: ſed ſolũmodo ei cõmeatum ueluti cõſuli extra mœnia parauerat: aggrediẽte eodem cum ira urbes nihilq́; perficiẽte. {Trebonio) in Epheſum recipi mandauit, & ad Epheſum eũ rem quoſdã ex interuallo ſubſequi iuſſit: hi nocte ingruente Dolabellã recedentem intuẽtes,nec ulterius quicq̃ ſuſpicati paucos ex ſuis liquere,q illum ſequerẽtur. Ipſi uero ad Smyrnã redierunt. Dolabella oẽs qui relicti fuerant, ꝑ inſidias interficit: & nocte adhuc inſtãte Smyrnam uerſus greſſum mouet quã in cuſtodiam inueniẽs ꝑ ſcalas occupat. Trebonius in lecto à militib. deprehẽſus, ſe ad Dolabellã deduci ſupplicat,ſponte ſe illos eſſe ſecutuꝝ: huic turmæ ductor eũ intuens, Eia tu ſequere,inquit,caput interim nobis derelinquas,non.n.te,ſed caput tuũ afferre nobis mandatũ eſt: quo dicto caput illi ſubito abſcidit. Orta luce Dolabella Trebonij caput prætorio in ſolio,quo iudicare ſolitus erat,affigi iuſſit: exercitus ira cõmotus: & ſupplex turba ois ob necem Cæſ.cuius Treb.particeps fuiſſe dicebatur: & quod dũ interficeretur, Ant.ad ſenatus fores uerbis detinuiſſet, in reliquũ corpus eiꝰ crudeliter ſæuit,caput in morẽ ſpæræ ſiue pilæ in ſtrato lapidi cũ riſu inuicem diu prouolutũ, donec contritũ effuſumq́; eſt: & hic primus ex percuſſoꝝ numero tales pœnas dediſſe dr̃. {Habui paululum moræ) paululum moratus ſum anteq̃ pugnarem. {Si.) affirmatiue ponitur pro quia. {Importuniſſimos) infeſtiſſimos. {Crudeliſſimis tyr.) Antonio & alijs, qui remp. occupare nitebãtur. {Quos) exercitus. {Confirmaſſet) animoſiorẽ reddidiſſet,ſi ſperaſſet aduentuꝝ eius exercitum. {Quam ſpem p̃dæ,& rap.) quæ ꝓmittebãtur eis ab Ant. & Dolabella & alijs hoſtibꝰ reip.ſi eos ſequi uoluiſſent. {Murci & Criſpi) de qbus in præcedẽti epl'a uidimus: q Caſſio tradiderãt exercitus ſuos. {Nã Baſſus) is erat in Apamea,cumq́, recuſaret tradere exercitũ Caſ. eius milites miſerũt legatos ad ip̃m Caſſium ſe oĩno trãſituros ad eũ,& ita uel inuitus coactus eſt tradere. {Miſere nol.) i. ualde noluit, ualde recuſauit, nã miſere pro ualde ſæpe ponitur. Terent. miſere hãc amat, nec legẽdus eſt miſero pro malo & ſcelerato uel aſtuto,ut qdã ſomniat: cũ nusq̃ id ſignificet. {Quòd) quouſq;. {Expugnata) ui capta. {Cuius) .ſ.tui. {Sic felices ſi.) ſic nobis oia proſpere eueniant.

Miſere:

ASCEN. SI uales &c. Hæc epl'a uidetur ponenda poſt illam, quæ ſuperius incipit. Quanto ſtudio. Cũ.n. Cicero ſignaſſet q̃ pro Caſſio egiſſet,qd de eo ſenatui promiſiſſet, rñdit Caſſius ſe cognouiſſe amorẽ eius in ſe,& ſtatim rñdiſſe,& petijſſe ut literas ſuas ad ſenatũ det, & incipiat, rogans ut dignitatẽ ſuã tueatur,& Murcum cõmendatum habeat,additq́; ſe Dolabellam perſecutuꝝ. Ordo eſt; Si uales,bene eſt,ego quidẽ ualeo,familiaris ſalutandi forma. Ego legi literas tuas,in qbus recognoui mirificum amorem tuũ erga me. Videbaris.n.nõ ſolũ fauere nobis,id quod feciſti.i.q fauiſti nobis ſemꝑ,& nr̃a cauſa,& reip.cauſa.i.tã ob bonum nr̃m priuatũ, q̃ ob publicum: ſed ẽt ſuſcepiſſe grauẽ curã,& eſſe ſolicitus uehemẽter de nobis. Itaq; ꝙ.i.qa,ego putabã te exiſtimare,primũ nos non poſſe qeſcere rep.opp̃ſſa,i.ſi reſp.ſit opp̃ſſa. deinde cũ ſuſpicarere

tere.i.suspicareris, nos moliri.i.aliqd magnũ conari, q.i.qa
putabã te esse solicitũ, et de salute nřa, et de euẽtu rex.simulac
.i.eodẽ tpe quo accepi legiones.s.quattuor, q̃s. Alienus edu-
xerat ex Aegypto, scripsi ad te, ac misi Romã cõplures tabella
rios.i.nũcios, q tabellas.i.literas in tabellis more antiquo scri
ptas perferrẽt. ideo aũt cõplures, ut saltẽ unus ex illis lřas per
ferret. scripsi ẽt literas ad senatũ. quas.s.lřas, uetui reddi.i.tra
di senatui. priusq̃ essent recitatę tibi. si forte mei.s.tabellarij, q
ex meis, utpote seruis, aut libertis erãt uoluerũt obtempare.i.
obedire mihi. Quod si literæ sunt platæ, nõ dubito qn Dola-
bella, q occupauit Asiã Trebonio occiso nefarie.i.p nefas, de-
prehẽderit.i.i itinere cõprehenderit, tabellarios nřos, & inter
ceperit literas.s.nřas. Ego teneo oẽs exercitus qui fuere in Sy
ria, ego habui paululũ moræ.i.difficultatis, aut dilationis.dũ
psoluo militibus pmissa.i.quæ pmiserã, ut in uerba mea reip.
iurarẽt. Ego sum nũc iam expeditus. Ego peto à te, ut habeas
dignitatem meam cõmendatam tibi, si intelligis, me nullum
neq; periculũ, neq; laborẽ denegasse patriæ, & sup. si cepi ar-
ma cõtra importunissimos latrones.s.Antonios, & Dolabellã
q tũc remp. oppugnare inceperũt cum ab illis pcipue fuit de-
fendenda, te hortãte, & auctore, &, sup. si nõ comparaui.i.cõ
quisiui exercitũ ad remp. & libertatẽ defendam. sed ẽt eripui
.s.exercitũ tyrãnis crudelissimis.s.iam dictis Antonijs, & Do
labellę q tñ ab initio pro reip. defensoribus sensit. Duplex aũt
beneficiũ facit reip. q ẽ manibus hostiũ copias illi allicit, & ẽt
dupliciter quodã modo auget. nam si utriq; triginta fuerint
millia, ablatis decẽ millibus uni parti, altera erit duplo nume
rosior. quod non esset si aliunde cõparauerit. Quos.s.milites
prius aũt dixit exercitum, q erant in exercitu si Dolabella oc-
cupasset.i.priusq̃ Cassius sibi assumpsisset, cõfirmasset Ant. nõ
solũ aduentu.s.suo, sed ẽt opinione & expectatione exercitus
sui qa animosiores sumus, dũ ppediẽ auxilia affutura spera-
mus. Ob quas res ò Cic. tuere.i.defende, & ptege milites, si ani
maduertis eos esse meritos mirifice.s.& mira faciẽdo de rep. q̃
spẽ prædæ, & rapinax. Itẽ tuere.i.ptege dignitatem Marci, &
Crispi impatox, q Cassio statim exercitũ tradiderant, quantũ
est in te.i.quãtum fieri põt p te. Nam Bassus q.d. ideo eũ non
cõmendo, qa noluit misere.i.misere, & affectanter resistendo
tradere mihi legionẽ. quod si milites misissent legatos ad me
.s.de recõciliatione ipsox eo.s.Basso inuito.i.renuẽte tenuis-
set Apameã.s.urbem clausam quoad.i.donec esset expugnatã
ui: qa spõte nunq̃ se, aut suos tradidisset. Ego peto hęc à te, nõ
solũ nomine reip. q̃ fuit semp charissima tibi, sed ẽt amicitiæ
nřæ, quã.s.amicitiã nřam. ego ꝯfido posse.i.ualere, plurimum
apud te. Crede mihi hũc exercitũ, quẽ habeo, esse senatus atq;
optimi cuiusque.i.ois boni, & maxime tuum.i.militatux pro
senatu, & optimo quoq;, & maxime pro te. De cuius.s.tua uo
luntate.i.beneuolentia in se audiendo.s.à te quotidie. diligit
te mirifice, atq; habet chax. Qui.s.exercitus si intellexerit cõ-
moda sua esse tibi curæ, putabit se debere ẽt omnia tibi. Lite-
ris scriptis audiui Dolabella in Ciliciam uenisse cũ copijs suis
ego proficiscar in Ciliciam. & dabo operam, ut scias celeriter
quid egerim, Ac uelim: sup. ut simus sic felices, ut meremur.s.
bene de rep. Fac ualeas & ames me. No. Maijs ex castris.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Laudat Ciceronis factum, quod Antonius per ipsum hostis indicatus, ob id superatus sit.

C. CASSIVS s. n. M. CICERONI. 13

*Si vales, bene est: ego quidem valeo. Cum reip. vel salute, vel victoria gaude
mus; tum instauratione tuarum laudũ,
quòd maximus consularis maximum cõ
sulem te ipse vicisti, & lætamur, & mi
rari satis nõ possumus. fatale nescio quid
tuæ uirtuti datum: id quod iam sæpe ex
perti sumus. est enim tua toga omnium armis felicior: quæ
nunc quoque nobis pene victam remp. ex manibus hostium eri
puit, ac reddidit. nunc ergo viuemus liberi. nunc te, omnium
maxime ciuis, & mihi charissime, id quod maxime reip. tene-
bris cõperisti, nunc te habebimus testem nostri & in te, & in
coniunctissimã tibi remp. amoris; &, quæ sæpe pollicitus es te
& taciturum, dum seruiremus, & dicturum de me tum, cum
profutura essent, nunc illa non ego quidem dici tantopere desi
derabo, quàm sentiri à te ipso. neque enim omniũ iudicio ma-
lim me a te cõmendari, quàm ipse tuo iudicio digne, ac mereor,
cõmendatus esse: vt hæc nouissima nostra facta non subita,
nec inconuenientia, sed similia illis cogitationibus, quarũ tu
testis es, fuisse iudices; meq́ ad optimam spem patria non mi
nimum tibi ipsi producendũ putes. sunt tibi M. Tulli liberi,
propinquiq́ digni quidem te, et merito tibi carissimi: esse etiã
debent in rep. proxime hos cari, qui studiorum tuorum sunt æ-
muli: quorum esse cupio tibi copiam: sed tamen non maxima
me turba puto excludi, quo minus tibi vacet me excipere, &
ad omnia, quæ velis, & probes, producere. animum tibi no-
strum fortasse probauimus: ingenium certe diutina seruitus,
qualecunque est, minus tamen, quàm erat, passa est videri.
Nos ex ora maritima Asiæ prouincia, & ex insulis, quas po-
tuimus, naues deduximus. delectum remigum, magna contu
macia ciuitatum, tamen satis celeriter habuimus. secuti su-
mus classem Dolabellæ, cui Lucilius præerat: qui spem sæpe
transitionis præbendo, neque vnquam non decedendo, nouissi-
me Corycum se contulit, & clauso portu se tenere cœpit. nos,
illa relicta, quòd et in castra peruenire satius esse putabamus;
et sequebatur classis altera, quam anno priore in Bithynia Tul
lius Cimber cõpararat, cui Turulius quæstor præerat; Cyprum
petiuimus. ibi, quæ cognouimus, scribere ad vos quamcelerri
me voluimus. Dolabellam vt Tarsenses, pessimi socij, ita Lao
diceni, multo amentiores, vltro accersierunt. ex quibus vtris-
que ciuitatibus, Græcorum militum numero, speciem exerci-
tus effecit castra habet ante oppidum Laodiceam posita; &
partem muri demolitus est; & castra oppido coniunxit. Cas
sius noster cum decem legionibus, & cohortibus viginti auxi
liarijs, et quatuor millibus equitum à millibus passuum vigin
ti castra habet posita Παλτεῖ; & existimat se sine prælio pos
se vincere: nam iam ternis tetradrachmis triticum penes
Dolabellam est: nisi quid nauibus Laodicenorum supporta-
rit, cito fame pereat, necesse est: ne supportare possit, & Cassij
classis bene magna, cui præest Sextilius Rufus, et tres, quas nos
adduximus, ego, Turulius, & Patiscus facile præstabunt. vo-
lo igitur vos bene sperare; & remp. vt vos isthic expedijstis,
ita pro nostra parte celeriter nobis expediri posse, confidere.
Vale. Data idibus Iun. * Cypro, Aeromani Iacride.*

* alias Cypre, ac Romã yacerides.

CVM reip.) Scriptis à Cic. mãdatis ab Ant. ut.
ab obsidione Mutinẽsi desisteret, deniq; cũ id
nõ faceret eo iudicato hoste cõsilio hortatusq́;
Cic. ita cõiunctus est Octauianus Cæs. cũ rep.
ut eius auspicijs simul cũ consulibus fusus, pul
susq; sit Ant. à Mutina, quã uictoriã ita nũc ascribit Cass. Cic.
ut hoc eius factũ anteponat oppressioni cõiurationis Catili-
næ, dicatq́; eũ esse causam libertatis Romanæ. petit aũt ab eo
ut testis sit amoris sui erga remp. existimetq́; ea, quæ fecit pro
rep. nõ casu aliquo, neq; temere facta esse: sed magna cõsidera
tione magnoq́; cõsilio, sicut & alia quoq; facere cõsueuit. di-
cit aũt se ei charissimũ esse debere cũ præter ceteros semp eius
fuerit studiox maxime æmulus. quod si ingeniũ minus ostẽ-
dere potuit pp diutinã seruitutẽ, aium tñ se pbatux affirmat.
Deinde dicit qd in Asia egerit, quo secutus sit Dolab. & ad quẽ
exitũ eũ pduxit, quem dicit hře castra apud Laodiceã, sed pe-
nuria rex redactũ esse ad magnã famẽ. puisum aũt esse ne ali
cũde. possit adduci ad eũ frumẽtũ. Itaq; bonã spẽ de rep. polli
cetur, & certissimã fiduciã uictoriæ. {Salute) saluata est. n. De
obsidione liberato Ant. & uicto. {Instauratione) innouatio-
ne. {Cõsularis ma. con.) reip. uicisti, sensus, qa nũc cũ sis ꝯsula
ris fecisti plura & maiora: q̃ cũ eras cõsul, licet illa fuerint ma
xima, est aũt ꝯsularis, pprie q cõsulatũ gessit, neq; tñ amplius
est ꝯsul. interdũ ponitur pro eo q dignus est ꝯsulatu. {Fatale)
diuinũ, fato cõstitutũ in bonã partẽ accipitur hoc loco, cũ all

HVBER.

Cõsularis

bi noxium.& pestiferū significet.ut Cum fatalis equus saltum super ardua uenit Pergama.{Id quod)pro quod.{Tua toga) .i.tu togatus.i.nō gerens bellū,sic ipse de se, Cædāt arma togæ,cōcedat laurea linguæ.{Nūc quoq;)sicut & tpibus Catilinæ.{Eripuit)ga cōsilio Cic.bellū illud gestum fuerat.{Nunc cō.)effecisti,psecutus es.{Quod tenebris reip.)s.libertatē alij legunt cōparasti.in quo tñ erit.idē sensus. sed melior prior lectio.{Dū serui essemus)dū essemus sub tyrānide, quia frustra esses dicturus ubi nemo te audiret.{Tūc rep.libera) sicut nūc est.{Illa)q̃ pollicitus es,te dictuꝝ.Ordo est.& nūc non tanto tpe desiderabo illa dici, q̃ sentiri à te ipso quæ sæpe pollicitus es &c.{Nō tantopere)sensus:non tm̃ desidero ut illam dicas, q̃ ut iudices de me.ga pluris facio esse cōmendatus digne , ut mereor,tuo iudicio,q̃ iudicio oium alioꝝ.{Cōmendari) laudati,pbari.{Subita rep.)fine cōsilio.{Inconuenictia)incōmoda.{Silia)q.d.magna & matura cōsultatione pensata.{Quarū)signat cogitationes,quas fecerāt de Cæs.interficiēdo.{Nō minimū)liptote q.d.principē & maximum pducendū:ppō nēdum.{Sunt)ostēdit Cass.q̃ charus esse Cic.debeat.{Digni te)boni qualis tu es:docet aūt Cic.uirtutē & imitationē pbitatis paternæ eā esse:quæ liberos parētibus maxime charos efficiat.{Proxime hos).i.post hos.dicimus aūt pxime te & pxime tibi.sicut & proprius urbē & proprius urbi.{Aemuli) imitatores.{Sed tñ).i.nō puto me esse extra numeꝝ eius turbæ:q̃ est æmula tuoꝝ studioꝝ.{Quo minus)ut nō.{Vacet) liceat.{Excipere)recipe.{Probauimus)demōstrabimus.{Diutina) longi tēporis,à diu:sicut & diuturnus.nā diuturnus à die deriuatur{Ora)regione,ut Troiæ q primus ab oris.{Maritima) mari uicina . {Quas naues pot.) i.quales & quo potuimus . {Delectum)Delectationē.{Remigum) nautaꝝ:neq; legendū est,remigium.{Cōtumacia)repugnantia.{Trāsitionis) simulabat.n.se discessuꝝ & transituꝝ in aliam regionem : cum tñ nunq̃ discederet,& tandem trāsiuit in Corycum oppidū , ubi clauso portu ne ab hostibus iuaderetur , se tenet Corycus aut oppidū Syliciæ portu saloq;cinctū, angusto tērgore continēti adnexū . Circa hoc oppidum crocū optimum plurimumq; nascitur quod oibus anteponitur, colore,odore & succo : qđ etiam pficit ad medullā:supra specus est Corycius : de quo tō alij,tum Pōponius,& Solinus multa & mirabilia scribūt,quę q nosse cupit,apud eos legat.{Illa repre.) i.classe Lucilij pfecti Dolabellæ.{Satius)utilius.{Sequebatur).s.Lucillū.{Classis alt.)nr̃a.{Cui præ.)quā ducebat.{Cimbe)hic unus ex psecutorib' fuit.Ibi.in Cypro.{Tarsenses)ppl'i Ciliciæ.De Tarso diximus sup lib.3.in epist.ad Appiū & de Laodicea.{Accersierūt)ad se uocauerūt.{Vltro)illo nō hoc poscente.{Ex quibus utrisq;)Tarso.& Laodicea.{Speciē exer.) i.quandā apparentiam & formā exercitus.{Demolitus est)diruit.{Castra) exercitū,suum ... quidā codices hñt sic scriptū.quod interpretabimur cū uallo,nā ... signat iaculum,sed pōt poni pro uallo,cum ēt in quodā codice inuenerim latine scriptō cū uallo . {Sine plio)sine ꝯflictu sperant.n.se eū oppressuꝝ fame.{Ters nis tetr.)drachma ut lib.3.diximus genus est numi:eodē modo tetradrachma,quę cōtinet quattuor drachmas.dr igr triticū.i.frumētum esse apud Dolab. iam in pcio triū tetradrachmæ :quod qdem maximū, & carissimum preciū.{Quid).i. aliqd.s.frumēti.{Cassij)fratris mei.{Pręstabāt)efficiēt,puidebunt:Ordo est classis Cassij & tres classes,q̃s adduximus ego, Turulius & Patiscus facile pstabunt,ne Dolab. possit suppotare frumētū.{Isthic) in Italia.{Pro nr̃a p.) quantū in nobis erit,sicut & uos i Italia pro ur̃a parte.{Expedistis).i.pfecistis.

Proxime. Quominus. Diuturnus. Diuturnus. Corycus. Corycum Crocum. Corycius specus. Drachma Tetradrachma. ARGVM.

SI uales &c.Scriptis à Cic.ne mādatis ad Antoniū ut ab obsidione Brutinēsi desisteret, & deniq; cū non obtēperaret,eo iudicato hoste ꝯsilio,hortatuq; Cic. ita coniunctus et Octauianus Cæs.cū rep. ut eius auspicij sit cum ꝯsulibus fusus,pulsusq; sit Ant.à Mutinā,quam uictoriā ita nunc adscribit Cassius Cic.ut hoc eius factū anteponat coniurationis Catilinariæ oppssioni,dicatq;eū esse cām libertatis Romanæ petit aūt ab eo,ut testis sit amoris sui erga remp.docēs qd in Asia egerit,& demū bonā spē de rep.cōcipiendā pdicat. Ordo est:Si uales,bñ est,ego qđ ualeo. Cū.s.ita sit,q̄ gaudem', uel salute uel uictoriā reip. Tū.i.multo magis, lætamur istam eatione in pristinā statū restitutione laudā tuaꝝ. q̄ tu maximus ꝯsularis.i.qa ꝯsulatū gesseris,ꝯsulari honore pditus, uicisti teipō ꝯsulē.i.plus fecisti,q̃ cum esses ꝯsul,& nō possū satis mirari oescio qd fatale.i.à fatis depēdens , datum.i.cōcessum tuæ uirtuti,et nos expti sumus sępe id.s.nomini tuo fatale qppiā esse.Toga.n.tua est felicior.i.tu in toga.i.habitu pacis es felicior,armis.i.rebus in bello gestis oium:quæ.s.toga tua eripuit ex manib.hostiū ac reddidit nūc quoq; nobis.i.ad utilitatē nr̃am remp.penè uictam.i.depressam Nos ergo uiuemus nūc liberi. Nunc ō ciuis maxime oium,& charissime mihi cōperisti.i.cōsecutus es id qđ tenebris.i.debebas maxime reip. .s.liberationē eius.Nos habebimus nūc te testē amoris nr̃i, & .i.sit in te,& in remp.cōiunctissimam tibi,et quę pollicitus es sæpe te & tacituꝝ.i.celatuꝝ. dū essemus serui.s.sub Cæ.& dictuꝝ de me tūc,cum essent ꝓfutura mihi nō desiderabo tātopere illa qdem nunc dici,q̃ sentiri à te ipso. Neq;.n.malim me cōmendari à te iudicio olum q̃ ipse.i.egomet,sup.malim esse cōmendatus digne ac.i.sicut mereor iudicio tuo . ut iudices hæc nouissima facta nr̃a.s. de nece Cæsaris nō fuisse subita.i. ex inopinate cōcepta, nec inconueniētia.i.dissona ceteris factis,aut cogitatis meis . sed silia illis cogitationibus, quaꝝ tu es testis.& putes me pducendū.i.pferēdum, & proponendū tibi ipsi nō minimū imò primariū & principē ad optimā spē patriæ.Aut pducēdum.i.promouendū,non minimū.i.nō minimi emolumēti.in futuꝝ tibi ipsi ad optimā spem patriæ.i. ad id qđ optimum speratur de patria.O Marce Tulli liberi.& ppinqui digni quidē te , & merito charissimi tibi,sunt tibi & .i.sup.debēt ēt esse chari tibi pxime hos, A ppe aduerbiū:qđ uirtute positiui unde deducitur,accusatiuū regit.s.ppinquos tuos. qui sunt ęmuli.i.imitatores studiorum tuoꝝ.s.in remp. quoꝝ.s.æmuloꝝ studioꝝ tuoꝝ, ego cupio copiā.i.abūdantiā esse tibi.Sed tñ nō puto me excludi maxime turba.i.ob copiā ut min' uacet.i.libeat,aut sat tpis, ac ocij sibi excipe.i.ex multis illis recipe me:& producere ad oia quæ uelis,& pbes.Nos pbabimus.i.demōstrabimus,fortalse tibi aium nr̃m.seruitus diutina.s.sub Cæs. minus.i.nō erat palsa ingeniū nr̃m certe , qualecunq; est.i.licet fortalse tenue, aut rude sit,tñ quale est , nō est palsa uideri.Nō.n.sub Cæs.fiebāt iudicia,nec iuuenum ingenia sese exercebāt ut antea.hactenus aūt ad sui cōmendationē locutus est:deinceps res à se gestas,psequitur dicēs.Nos deduximus ex ora.i.regione maritima.i.ad mare iacente,ubi ferè sunt naualla Asiæ puinciæ, & ex insulis.s.uicinis naues , quas potuimus. Nos habuimus delectū.i.(ut dñt)monstrā,et electionē remigū.i.eoꝝ,q naues impellerēt remis.magna ꝯtumacia.i.in ꝯtumaci repugnātia ciuitatum, tñ.i.licet repugnarēt habuimus satis celeriter. Nos secutis sumus classem Dolabellæ,cui.s.classi Lucilius pérat q præbendo sæpe spē trāsitionis.s.ad nos,aut (ut alij intelligūt)ad aliā regionē. neq; unq̃ nō.i.& sp decedendo, hoc est nō faciendo copiā pugnæ cōtulit nouissime.i.ultimo loco se Corycū.i.ad illud oppidū Ciliciæ , ubi magna uis boni croci nascit & cœpit se tenere portu clauso ne.s.quisq; ingredi posset. Nos illa.s.classe Dolabellæ relicta sup.ideo qđ & .i.sic putabamus esse satius.i.ꝓducibili' puenire I castra.s.nr̃a, & altera classis sequebatur quā Tullius cymber cōpararat.i.ꝯstruxerat.& cura sua parauerat anno pore.i.pmo elapso,in Bithynia,cui Turulius qstor pérat.nos petiuimus Cyprū:putātes.s.duaꝝ classiū uictores fieri difficile esse. Nos uoluimus scribere ad uos q̃ celerrime.i.maxime celeriter,ea q cognouimus ibi . Vt.i.queadmodū Tarsenses.i.ciues Tarsi pessimi socij.i.P.R.ita Laodiceni amētiores.i.insensati , magis accersierāt pro accersiuerunt.i.ad se uocauerūt,Dolab. ultro.i.nō rogati ab eo.Ex qb' utrisq; ciuitatib. Tarso,& Laodicea,Dolabella effecit spēm.i.imagioē exercit' oumero.s.ius sto,militū Gręcoꝝ q.d.ꝯtēptibiliū,qa(ut dicit Ouid.)Gręcia facūdū, sed male forte gen'. Et sup. Dolabella hēt castra posita añ oppidū Laodiceā.s.ooie.Et demolit' est.i.deiecit partē muri,& ꝯiūxit castra oppido Ita,ut castra esset oppido pſidio, & oppidū castris.Cassius nr̃.s.amicus,& frater (nā tota ep̃la Cassio adscribit,uñ necesse est alteꝝ fuisse Cass.de quo loqtur, ut dixi,de frē suo loqtur)hēt castra posita cū uallo,cū decē legionib.&uiginti cohortib.auxiliarijs.i.eoꝝ,q auxilio uenerit,et eqtatu qttuor milliū.s.eqtū,aut capitū.s.àcastris Dolab.uiginti millib.pasuū,&existimat se posse uincere.i.expugnare Dolabellā sine plio,qa fame.Nā triticū est.i.æstimare,& uēditue penes Dolab.ternis tetradrachmis.i.singulos modios 12.drachmis,nā tetradrachma est numus 4.drachmaꝝ.ter aūt 4.12. sunt.Certū est ualde eaꝝ signare triticū:sed de qua mēsura loquatur ,

quatur, incertum uidetur. tũ tunc ferè una mensura uendi solitum, alioqui.n.expressisset. Necesse est: sup. ut pereat cito fame. nisi supportarit.i.occulte importarit quid.i.aliquid.s.tritici, aut frumenti alterius, nauibus Laodicenorũ: Sed: sup.&.i.simul, classis Cassij.s.fratris bene est multum magna, cui Sextilius Rufus præest, & tres: sup. naues, quas ego, Turulius, & Patiscus adduximus. præstabunt.i.efficiens facile. ne.s.Dolabella possit supportare.i.clanculum inferre frumentum. Et uos lo uos bene sperare, & remp. confidere: ut & uos expediuistis istic.s.ubi uos estis: sup. omne negocium: quod tamen longe secus erat. Ita iter posse expediri nobis celeriter, pro parte, id est quantum ad nos attinet.

PAVLVS MANVT. NOn subita, nec incõuenientia) Ita legitur in libro manuscripto Bernardini Maffei, Ioannis Scalæ, Pauli Boti, Vbaldini Bandinelli, Petri Bẽbi. unus Vincentij Riccij, habet disconuenientia. qua uoce Horatius quoq; usus est epſa I. libri I. Aestuat, & uitæ discõuenit ordine toto. itaq; si qs, inconuenientia, non ꝓbat; disc̃ouenientia, poterit legere. {Cui Lucilius præerat) Appianus hunc appellat L. Figulum. quod cũ ita sit; & cum Figulos non è Lucilia gente, sed potius è Nigidia fuisse cõpererim: libentius legerim, Lucius, q̃ Lucilius. nam ẽt in uetusto libro Bernardini Maffei, non, Lucilius, sed, Lucius, legitur. {Castra habet posita Παταῖ) E' ueteri libro Pauli Boti sic emendauimus, figura græca in aduerbijs in loco, ut, κυρίκαλλ⊕ κυρικαλαῖ, προβάλινθ⊕ προβαλινθοῖ, φάληρον φαληροῖ, φελλέα φελλεῦ. {Acromani Iacride) Vetusti libri alij aliter habent. sunt qui legendum credant, à Cromyu Acride. alij, Acamantide; q in antiquo libro sceiptum dicant, Acomantide. utraque lectio defendi potest. de promontorio Acamantide Plinius, & Strabo.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

VAria narrantur hac epistola, præcipue tamen capita sunt de Dolabella persecutione, item Rhodiorum infidelitate, de exercitu suo, & studio erga rempublicam.

LENTVLVS CICERONI SVO S. D. 14

*CVM Brutum nostrum conuenissem, eumq; tardius in Asiam venturum animaduerterem; in Asiam redij, vt reliquias mei laboris colligerem, & pecuniam quamprimum Romam mitterem. interim cognoui in Lycia esse classem Dolabellæ, ampliusq; centum naues onerarias, in quas exercitus eius imponi posset; idq; Dolabellam ea mente cõparasse, vt, si Syriæ spes eum frustrata esset, conscẽderet in naues, & Italiam peteret, seq; cum Antonijs, & reliquis latronibus coniungeret. cuius rei tanto in timore fui, vt, omnibus rebus relictis, cum paucioribus & minoribus nauibus ad illas ire conatus sim. quæ res, si à Rhodijs non essem interpellatus, fortasse tota sublata esset: tamen magna ex parte profligata est: quandoquidẽ classis dissipata est: aduentus nostri timore milites, ducesq; effugerunt: onerariæ oẽs ad vnam à nobis sunt exceptæ. certe, quod maxime timui, videor esse consecutus, vt non possit classe Dolabella in Italiam peruenire, nec, socijs suis firmatis, durius vobis efficere negocium. Rhodij nos, & remp. quàm valde desperauerint, ex literis, quas publice misi, cognosces. & quidem multo parcius scripsi, quàm re vera furere eos inueni. quòd vero aliquid de his scripsi, mirari noli: mira est eorum amentia. nec me mea vlla priuatim * iniuria mouerunt vnquam: malus animus eorum in nostram salutem, cupiditas partium aliarum, perseuerantia in cõtemptione optimi cuiusque ferenda mihi non fuit. nec tamen oẽs perditos esse puto. sed ijdem illi, qui tum fugientem patrem meũ, qui L. Lentulum, qui Pompeium, qui ceteros viros clarissimos non receperunt; ijdem, tanquam aliquo fato, & nunc aut magistratum gerunt, aut eos, qui sunt in magistratu, in sua habent potestate. itaque eadem superbia in prauitate vtuntur. quorum improbitatem aliquando retundi, & non pati impunitate augeri, non solũ vtile est reip. nostræ, sed etiam necessarium. De nostra dignitate, velim tibi vt semper curæ sit; et, quocũque tempore occasionem habueris, & in senatu, & in ceteris rebus laudi nostræ suffragere. Quando consulibus decreta est Asia; & permissum est ijs, vt, dum ipsi venirent, darent negocium, qui Asiam obtineant: rogo te, petas ab ijs, vt hanc dignitatem potissimum nobis tribuant, & mihi dent negocium, vt Asiam obtineam, dum ipsorum alteruter venit. nam, quòd huc properent in magistratu venire, aut exercitum mittere, causam non habent. Dolabella enim in Syria est; et, vt tu diuina tua mente prospexisti, & prædicasti, dum isti ueniunt, Cassius eũ opprimet. exclusus enim ab Antiochia Dolabella, et in oppugnando male acceptus, nulla alia confisus urbe, Laodiceam, quæ est in Syria ad mare, se contulit. ibi spero celeriter eum pœnas daturum. nam neque, quò refugiat, habet: neque diutius ibi poterit tantũ exercitum Cassij sustinere. spero etiam confectum esse iam, & oppressum. quare non puto Pansam, & Hirtium in consulatu properaturos in prouincias exire, sed Romæ acturos consulatum. itaque si ab his petieris, vt interea nobis procurationem Asiæ dent, spero te posse impetrare. præterea mihi promiserunt Pansa & Hirtius coram, & absenti mihi scripserunt, Verrioq; nostro Pansa affirmauit, se daturum operam, ne in suo consulatu mihi succedatur. ego porro non medius fidius cupiditate prouinciæ produci longius spatium mihi volo: nam mihi fuit ista prouincia plena laboris, periculi, detrimenti. quæ ego ne frustra subierim, ne'ue prius, quàm reliquias meæ diligentiæ consequar, decedere cogar, valde laboro. nam si potuissem, quam exegeram, pecuniam vniuersam mittere; postularem, vt mihi succederetur. nunc, quod Cassio dedi, quod Trebonij morte amisimus, quod etiam crudelitate Dolabellæ, aut perfidia eorũ, qui mihi fidem, reiq; pub. non præstiterunt, ita consequi, & reficere volo. quod aliter non potest fieri, nisi spatium habuero. id vt per te consequar, velim, vt solet, tibi curæ sit. ego me de rep. ita puto esse meritum, vt non prouinciæ istius beneficium expectare debeam, sed tantum, quantum Cassius, & Bruti, non solum illius facti, periculiq; societate, sed etiam huius temporis studio, & virtute. primus enim ego leges Antonianas fregi: primus equitatum Dolabellæ ad remp. traduxi, Cassioq; tradidi: primus delectus habui pro salute omnium contra coniurationem sceleratissimam: solus Cassio, et reip. Syriam, exercitusq;, qui ibi erant, coniunxi. nam nisi ego tantã pecuniam, tantaq; præsidia, et tã celeriter Cassio dedissem; ne ausus quidem esset ire in Syriam; & nunc nõ minora pericula reip. à Dolabella instarẽt, quàm ab Antonio. atque hæc oĩa is feci, qui & sodalis, & familiarissimus Dolabellæ eram, coniunctissimus sanguine Antonijs: prouinciã quoq; illorum beneficio habebam: sed * πατρίδα ἐμὴν μᾶλλον φιλῶν, oĩbus meis bellum primus indixi. hæc etsi adhuc nõ magnopere mihi tulisse fructũ animaduerto: tamen non despero, nec defatigabor permanere nõ solum in studio libertatis, sed ẽt in labore, & periculis. attamen si etiã aliqua gloria iusta, et merita prouocabimur, senatus, & optimi cuiusque officijs; maiore cum auctoritate apud ceteros erimus, & eo plus prodesse reip. poterimus. Filium tuũ, ad Brutum cum veni, videre non potui; ideo quòd iam in hiberna cum equitibus erat profectus. sed medius fidius ea esse eum opinione, & tua, & ipsius, & in primis mea causa gaudeo: fratris enim loco mihi est, qui ex te natus, teq; dignus est. Vale. Data IIII. cal. Iun. Perga.*

* alias iniuriæ quam.

* i. patriam meã magis amans.

HVBER. CVm Brutum) hæc epſa licet longiuscula sit, nõ multum tñ habet difficultatis: consumitur.n. ferè tota in rerũ narratione quemadmodum & sequens. Cum.n. præesset Asiæ proquæstor P. Lentulus, narrat quemadmodũ cum à Bruto

in Asiam reuertisset, ut reliquũ pecuniæ, quæ colligenda fuerat, colligeret, & Romá mitteret, intellexit Dolabellam esse in Lycia cũ magno numero nauium onerarium, contra quem se fuisse dicit cũ paucioribus & minoribus nauibus, facileq; fuisse ei ablatu ꝝ totam classem: nisi impeditus fuisset à Rhodijs, de quoꝝ pfidia uehementer queritur cõmemorans alias eoꝝ iniurias illatas olim in Pomp. & alios clarissimos uiros Romanos, quos Rhodios dicit, oĩno esse puniẽdos, ne impunitate eoꝝ improbitas augeatur. Deinde q̃a Asia erat decreta Hirtio & Panſæ consulibus, cum ex Italia non cõmode discedere possent in prouinciá: rogat Lentulus Cic. ut id agat, q̃ cõsules ei cõcedant ꝓcurationẽ ꝓuinciæ loco suo. Adducit aũt rõnes & causas plurimas, quare id facere debeant, & ꝓmissionẽ cõsulum, quam ei fecerat & uerbo & scripto, cõmendat offm suum, & cõmemorat multa beneficia à se collata in remp. cũ innuit Cassiũ & pecuniam & cõiunctionem oĩum exercituũ, q̃ erant in Asia, deinde q̃a pro rep. suscepit bellũ aduersus Dolabellã, cuius erat sodalis & familiarissimus, & aduersuꝝ Ant. q̃bus ẽt dicit se sanguine coniunctum, & licet sit perseueraturus semper in eodẽ studio & amore libertatis, & susceptурus oĩa pericula pro rep. tñ dicit se multo faciliꝰ & alacrius esse factuꝝ & cum maiori auctoritate si resp. eũ aliq̃bus meritis affecerit. Postremo laudat filiũ Cic. q̃ militabat sub Brut. quem fratris loco se hr̃e dicit, & q̃a sit eo dignus Brut. q̃ ꝑerat Macedoniæ: {Mei lab.) mei negocij: est aũt labor q̃storis & ꝓquestoris. colligere pecunias & uectigalia pp̃li. {Onerarias) mercatorias ad onera ferẽda apta. {Id) .s. ut hr̃et has naues. {Ea mẽ.) ꝯsilio & ꝓposito. {Antonijs) Marco & eius fratre. C. Ant. frustra esset: eũ decepisset, nõ successisset ei. {Cuius rei) .s. ne peteret Italiá: & se cũ Ant. cõiungeret. {Tota) ne aliq̃d faceret ex ijs, quę hr̃et in mentẽ. {Sublata) ex eius potestate erepta. {Profligata) cõfecta. Ita. n. & hic & multis alijs locis signãt, alias aũt ꝓfligare est fundere, uincere. {Interpellatus) impeditur. {Dissipata) dispersa. {Ad unã) .i. usq; ad unã: nulla excepta. {Exceptæ) deprehẽsæ. {Quod) quá rem: ne ꝑueniret in Italia. {Nec effi.) .s. possit. {Durius) laboriosius, difficilius ad uincendum. {Publice) q̃ infra sequũtur. {Multo p.) multo modestius & minus. {Mira) maxima. {Nec ul. iniu. pri. in . uu.) subaudi mouerũt. i. nunq̃ motus sum iniurijs i me priuatim illatis. {Malus a. eo.) .s. nõ fuit ferẽdus. {Cupiditas part. alia.) .s. nõ fuit ferenda. i. quod nimiũ fauerent partibus Dolabellæ nobis contrarijs. {In con. opti. cu.) i. eoꝝ cõtumacia & ꝑseuerãtia in cõtemnendis q̃busq; optimis & studiosis reip. {Oẽs Rhod.) q̃a in tãto numero necesse est esse aliquos bonos. {Iidẽ illi) Rhodij .i. Pomp. fugiẽtem ex bello pharsalico, & quosdã alios clarissimos Romanos nõ receperũt. {Tunc) tp̃ibus belloꝝ ciuiliũ inter Cæs. & Pomp. {Aliquo fato) quasi fataliter ip̃ debeant nobis esse aduersi q. d. mala quadã fortuna, aut magistratũ gerũt .i. aut ipsi sunt in magistratu, ut possint iubere, aut hñt in potestate eos, q̃ sunt in magr̃atu. {Retundi) reprimi, reꝑcuti, & castigari. {Necessariũ) q̃a cum impunitate & licentia oẽs fiant deteriores, non põt reip. cõsistere, ubi nõ puniuntur peccata. {De no.) cõmendat nũc Lent. dignitatem suá Cic. cum omni tp̃e & loco, tñ uero ut nũc obtineat Asia loco consulum: q̃bus decreta erat illa ꝓuincia post cõsulatum. {Occasionẽ) opportunitatẽ. {Suffragere) faueas, auxilieris. {Permissum est ijs) .i. cõcessum est à senatu, ut donec ipsi ueniát possint dare negociũ administrãdæ ꝓuinciæ alijs. {Alteruter) alter aut Hirtius, aut Pansa. {In magr̃atu) .i. dum adhuc sunt cõsules. Debẽt. n. expectare ut functi sint cõsulatu. {Pœnas datuꝝ) suæ pfidiæ, q̃a spero q̃ Cassius eum oĩno uincet. {Ibi) apud Laodiceam. {Acturos) gesturos, ꝑfecturos. {Corã) uerbis, cũ istic essẽ succedatur mihi in cõsulatu ne quispiá mittatur in ꝓuinciá loco mei, donec ipse fuerit ꝯsul. {Produci) ꝓrogari. differri. {Longius spatiũ) administrãdæ ꝓuinciæ. {Cupiditate) q̃a libenter in ea sim. {Periculi) ꝑp multos hostes reip. cõtra quos necesse fuit me pugnare & uerbis & rebus. {Detrimẽti) dãni, q̃a multum ẽt de meo diminutũ est mihi. dũ sum in hac ꝓuincia. {Cõsequar rel.) i. ut efficiá quod restat meæ diligentiæ. {Laboro) euro. {Morte Treb.) quẽ diximus supra in Smyrna fuisse interfectũ. {Non pstit. fidẽ reip.) non seruarũt quod reip. ꝓmiserant. {Reficere) resarcire. instaurare. {Ego) ita cõmendat Lẽt. officia sua, ut sibi nõ minus deberi dicat & ꝓbet, q̃ uel Cassio uel ambobus. Brut. {Illius facti) cædis Cæs. quia ẽt fuit inter coniuratos. {Leges) quas Ant. figebat de seruandis decretis Cæs. {Traduxi) q̃a ab eo alienaui & reip. coniunxi. {Cõiunxi auxilio p.) quam ad eũ misit, ut declarat, cũ dicit, nã nisi &c. {Antonio) q̃ Decium oppugnabat. {Atq; hæc oĩa) q. d. quãto magis era coniunctus ijs, quoꝝ postea sum factus hostis causa rep. tãto maiora beneficia mea uideri debẽt. {Is) habet emphasim. i. ego is. {Beneficio il.) q̃ fuerã causa, ut darent mihi cũ nondum fuissent iudicati hostes. {Sed πατρίδα) patriam. {ἐμὴν) meam, est aũt genitiuus. i. patriã meam, quod apud latinos nõ satis ornate dr̃, sed potius meã. {μᾶλλον) magis. {φιλῶ) amo. i. plurisfacio patriam meam q̃ oẽs uel familiaritates, uel consanguinitates. {Induxi) denũciaui, feci. Virg. Hoc aũt Aeneadis indicere bella Latinis More iubebatur. {Hæc) quæ feci pro rep. {Fructũ) utilitatem. {Prouocabimur) inuitabimur. incitabimur. {Mediusfidius) per Iouis filiũ: iurantis est. {Opinione) existimatione & spe. {Perge) quæ est Pãphiliæ ciuitas.

Profligare.

Profligare.

Retundi.

Reficere.

Induxi.

Mediusfidius.

ASCEN.

Cvm Brutum &c. Hæc ep̃la fere tota licet lõgiuscula sit, cõsumitur in reꝝ narratione, quemadmodũ & sequẽs. Cum. n. præesset Asiæ proquæstor P. Lentulus narrat quẽadmodum cũ à Bruto in Asiã reuertisset ut reliquũ pecuniæ, quæ colligẽda fuerat colligeret, & Romá mitteret, intellexit Dolabellã esse in Lycia cũ magno numero nauiũ onerariũ, contra quem se iuisse dicit cũ paucioribus, & minoribꝰ nauibus: facileq; ei ablatuꝝ fuisse totam classem, nisi impeditus fuisset à Rhodijs, de q̃bus queritur, rogans ut cõsules sibi concedant ꝓcurationẽ ꝓuinciæ, addẽs & alia quæ legẽti patebũt. Ordo est. Cum. i. qñ, aut postq̃ conuenissem. i. adijssem colloquendi grã, Brutũ, nr̃m. s. Marcũ, & animaduerte rem. i. ex uerbis eius cognoscerẽ eum uentuꝝ tardius in Asiã, redij in Asiã, ut colligere reliq̃s laboris mei, & ut mitterẽ, quamprimum. i. ualde cito pecuniam Romã, cognoui interim classem Dolab. esse in Lycia, non. n. Cilicia uidelicet amplius, q̃ centũ naues onerarias. i. onera negociatorũ ferre solitas, in quas. s. naues exercitus eius posset imponi, & cognoui Dolabellam cõparasse id, i. eã classem ea mẽte, ut si spes Syriæ. s. potiũdæ esset frustrata eũ conscenderet in naues, & peteret Italiam, & coniũgeret se cũ Antonijs. s. duobus fratribus, & reliq̃s latronibus. Cuius rei ego fui in tanto timore, ut oĩbus rebus relictis, ego conatus sim ire ad illas. s. centũ naues onerarias cũ paucioribꝰ, & minoribꝰ. s. nauibus. Quę res, si nõ essẽ interpellatus. i. impeditus à Rhodijs: esset fortasse sublata tota. tñ. i. nihilominus, licet Rhodij interpellarint ipsa est ꝓfligata. i. afflicta ex magna parte. Qñquidẽ classis est dissipata, & milites ducesq; effugerũt timore aduẽtus nostri, onerarię: sup. naues sunt exceptæ. i. captę à nobis omnes ad unam. s. inclusiue, hoc est nulla excepta. Certe ego uideor ꝯsecutus q̃d timui maxime, ut Dolabella uõ possit peruenire in Italiã nec efficere uobis negociũ. s. bellicũ, durius. i. difficilius socijs. s. Ant. & Lep. firmis. i. firmioribꝰ factis. Tu cognosces ex lr̃is, quas misi publice. s. ad senatũ publice legẽdas, quã. s. quãtũ ualde, Rhodij desperauerint nos. & rẽp. i. salutẽ nr̃am & reip. Egdẽ. i. ego certe. scripsi multo parcius. s. q̃ res se hẽt. noli mirari, amẽtia eoꝝ. s. Rhodioꝝ est mira. Nec ullæ iniurię meæ priuatim. i. q̃ iferebãtur i me noie priuato: sup. mouerũt unq̃ me, aius eorũ malus .i. ꝑuersus i salutẽ nr̃am, cupiditas. i. nimiũ studiũ eoꝝ. aliaꝝ partiũ. i. in aduersas partes. ꝑseuerantia. s. eoꝝ. i. contumacia. In ꝯtẽptione. i. uilipẽsione. optimi cuiusq;. s. ex nr̃is. nõ fuit ferẽda. i. toleranda mihi. nec tñ puto oẽs. s. Rhodios, esse ꝑditos .i. ꝑuersæ mẽtis. Sed illi ijdem, q̃ nõ receperunt tũ. i. tunc uidelicet tp̃e belli ciuilis cũ Cæs. patrẽ meum fugientẽ. s. à Pharsalica clade, q̃ non receperunt L. Lentulũ, q̃ non receperũt Pomp. .s. magnum, q̃ non receperũt ceteros uiros clarissimos, ijdem tanq̃ aliquo fato. s. resp. nr̃æ inimico, & nunc gerũt magistratũ aut hñt in sua potestate eos, q̃ sunt in magistratu. Itaq; ipsi utũtur eadem supbia in prauitate. Quoꝝ improbitatẽ retundi. i. frãgi, & repelli, & nõ pati, sup. eã augeri impunitate non solũ est, utile reip. sed ẽt necessariũ. Ego uelim, ut tibi sit semp curæ de dignitate nr̃a. & ut suffragere. i. suffragiũ. & fauorem præbeas nr̃æ laudi, & in senatu & in ceteris rebus quocunq; tp̃e habueris occasionem. Qñ. i. qm̃. Asia decreta est. i. decreto addicta cõsulibus, & permissum est ijs, ut dum. i. donec ipsi uenirent darent negociũ. i. cõmissionem ijs sup. q̃ obtineant Asiam rogo te petas ab ijs ut tribuant hanc dignitatẽ potissimum nobis, & dent negocium ut obtineam Asiam, dum. i. dũ

alteruter

alteruter eo℞ uenit. Nam non hñt causam, quod properent. i.
festinent uenire huc in magistratũ. l. suum, aut quod propes
rent mittere exercitũ huc, Dolabella. n. est in Syria, & ut ꝓspe
xisti diuina mente tua, & prędicasti, Cassius opprimet eũ dum
. i. donec. isti. s. cõsules uenient, Dolabella. n. exclusus ab An
tiochia, & acceptus. i. tractatus. male in oppugnãdo. l. Antio
chia nulla. i. nõ ulla, non cõsisus, alia urbe. i. ꝙ possit ab alia
recipi, cõtulit se Laodiceam, quæ est in Syria ad mare. Ego spe
ro eum datu℞ ibi celeriter pœnas. s. ꝓdidiæ suæ in patriam. Nã
neq; habet. sup. alium locũ, quò refugiat. neq; poterit sustine
re. i. tolerare, resistẽdo impetui eius, tm̃ exercitũ Cassij. spero ẽt
sup. negociũ esse confectũ iam. s. cum hæc legis, & Dolabellã
esse oppressum. Quare nõ puto Pansam, & Hirtiũ in consula
tu. i. cũ erunt consules. ꝓperaturos exire. s. Italia, in ꝓuinciã
sed acturos consulatũ Romæ. Itaque si petieris ab ijs, ut dent
interea nobis procurationẽ Asię, spero te posse impetrare. l. ab.
eis. Præterea. i. insup, Pansa, & Hirtius promiserũt mihi, &. i. si
mul. corã. i. cum pñs essem. & scripserũt mihi absenti, & Pansa
affirmauit Verrio nr̃o. s. cõi amico, se datu℞ operam, ne succes
datur mihi. i. ut ꝑmanerẽ in magistratu meo, in suo. Ego por
rò. i. aũt non uolo mediusfidius. i. ꝑ Herculem Iouis filiũ, aut
ita me iudicet Deus fidei ꝓspector spatium tuendæ prouincię
ꝓduci mihi longius cupiditate. i. ꝑꝑ cupiditatem ꝓuinciæ. s.
regẽdæ. nam ista ꝓuincia fuit mihi plena laboris periculi, & i.
sup. detrimẽti. quæ. s. dc̃ta, labores, pericula & detrimenta, ne
ego subierim. i. passus sim frustra. i. sine fructu aliquo, néue
cogar decedere priusq̃ consequar reliqũas diligentię meæ ego
laboro. i. cõtendo ualde. Nã si potuissem mittere pecuniã uni
uersam quã exegeram. s. à ꝓuincialibus, ego postularẽ, ut suc.
cederetur mihi, nũc uolo. l. paro. ꝯsequi & reficere. i. reparare,
id quod dedi Cassio, quod amissimus. s. oẽs q remp. fouemus
morte Trebonij ẽt quod amisimus crudelitate. i. ꝑꝑ crudelita
tẽ Dolabellæ aut perfidia eo℞, q non præstiterũt. i. non exhi-
buerũt fidem mihi & reip. Quod. s. illud consequi, & reficere,
non põt fieri aliter, nisi habuero spatiũ. s. tꝑis. Ego uelim, ut ti
bi curæ sit, ut solet tibi res mea esse curæ. ut cõsequar. i. impe-
trẽ, id. s. spatiũ. Ego puto me esse meritũ de rep. ita ut non de-
beã expectare solum beneficiũ istius prouinciæ. s. proroganv
dæ. s. sed tm̃. i. tam magnũ præmium, quantũ. Cassius, & Bru-
ti. s. Marcus, & Decius nõ solum societate illius facti, & pericu
li, quo Cæs. abstulerunt, sed ẽt studio, & uirtute huius tꝑis. i.
quo utor erga remp. hoc tꝑe periculosissimo. Ego. n. primus
fregi leges Antonianas. i. quas Ant. tulit in ultionem interfe-
cto℞ Cæsaris. Ego primus traduxit equitatũ Dolabellæ, q al-
ter tunc erat cõsul, ad remp. & tradidi. sup. ipm Cassio. Ego pri
mus habui delectus. i. electionẽ militum pro salute oium. s.
bono℞ contra cõiurationem sceleratissimã. Ego solus cõiun-
xi Cassio & reip. Syria, & exercitus, q erant ibi. i. in Syria. Nã
nisi ego dedissem Cassio tantã pecuniam, & tanta ꝓsidia, & tã
celeriter. ne quidẽ. i. non saltẽ ausus esset ire in Syriam. Et nõ
minora pericula instarent nunc reip. à Dolabella. q̃ ab Ant. s.
instant, si. s. Dolabellã, non expulissem è Syria. Atq; ego feci
hæc oia is. i. ens, aut si dicatur in hoc significatu, existens is q
erã sodalis. i. socius dapis. hoc est cõuictor, & familiarissimus
Dolabellæ, & q eram coniũctissimus sanguine. i. cõsanguini-
tate Antonijs, habebã quoq;. i. ẽt, beneficio illo℞, q tunc cõsu
les erãt, ꝓuinciam. s. Ciliciã. Sed ἐμὰν. i. amo. μᾶλλον. i. magis. πα
τρίδα. i. patriã. ἐμὰν. i. meam. Græce aũt primitiuũ est mei, aut
mis. Ego primus indixi oibus meis. s. necessarijs Antonio fa-
uẽtibus bellũ. Etsi. i. q̃q̃, ego animaduerto hęc. i. hmõi studia
mea in remp. attulisse mihi fructũ. i. utilitatem. magnopere. i.
abunde tñ ego nõ despero, nec defatigabor. i. non desistã pr̨ę
fatigatione ꝑmanere non solũ in studio libertatis, sed ẽt in la
bore & periculis. s. pro ea obeũdis. Attñ. i. licet hoc sim aio, tã
si prouocabimur. s. ad talia studia, aliqua gloria iusta, & meri
ta. s. à nobis, officijs. i. debita exhibitione, senatus, & optimi
cuiusq; nos erimus apud ceteros, cũ maiore auctoritate, & po
terimus ꝓdesse reip. eò plus. Argutissima forma petẽdi bene-
ficij, cum illud quod petimus ad rem cõferentis factu℞ ꝓba-
mus. De his aũt rebus pulchre locutus, transit ad cõmendatio
nem filij Cicer. nõ minus arguto cõsilio, sciens non posse me-
lius placere Cicer. q̃ ut illi bona de filio denũciet. dicit igr̃ sic:
Cum. i. qñ, ueni ad Brutũ. s. Marcum. nõ potui uidere filiũ tuũ
. s. M. Ciceronẽ, ideo ꝙ erat, ꝑfectus iam cum eq̃tibus in Hyber
na. i. loca tuta ubi hiemẽ transigant cũ eq̃s suis. Sed mediusfi
dius. i. ita me filius Iouis amet aut iudicet, ut ue℞ dico, uideli
cet: Hercules ultro ꝑsido℞, aut ita media sit fides ego gaudeo
eũ. l. filium tuũ. esse ea opinione. i. in ea æstimatione hoium
aut in eo proposito iuuãdæ reip. & . i. sic. causa tua, q pater es,
& ita illius gloria in te redundat & ipsius. l. filij tui qui ex bo
no studio, & bona æstimatione fructum aliqñ consequatur.
& in primis. i. præcipue (quod amãter dicit) causa mea. Enim
. i. quia. qui natus est ex te & dignus te. s. patre, est mihi loco
fratris, frater autem dicitur ferè alter quasi inter se cõiunctio-
res quàm pater, & filius, Pergæ, quæ est ciuitas Pamphyliæ.

Q Vàm re uera furere eos inueni. ꝙ uero aliq̃d de his scri-
psi) Totũ hoc non erat in imꝑssis, præterq̃ in uno, quem
Robertus Stephanus, typographus Parrisiẽsis diligẽtissimus,
ediderat. quẽ ego secutus, oẽs illas uoces addidi septimũ ab-
hinc annũ. eas nũc in uetusto libro Vincẽtij Riccij esse uideo.

PAVLVS MANVT.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

DE Dolabella improbitate & gestis, hac quoque epistola, ut in superiore agitur.

P. LENTVLVS P. F. PRO QV. AES. PRO PRAET. S. D. COS. PRAET. TRIB. PL. SENATVI, POPVLO, PLEBIQVE R. 15

SI valetis, liberiq́ uestri ualent, bene est: ego quoq; valeo. Scelere Dolabella oppressa Asia, in proximam prouinciam Macedoniã, præsidiaq́ reip. quæ M. Brutus uir clarissimus tenebat, me contuli; & id egi, per quos celerrime posset, Asia prouincia, uectigaliaq́ in nostram potestatem redigerentur, quod cum pertimuisses Dolabella, &, uastata prouincia, correptis uectigalibus, præcipue ciuibus Romanis omnibus crudelissime denudatis, ac diuenditis, celerius Asia excessisset, quàm eò præsidium adduci potuisset: diutius morari, aut expectare præsidium, non necesse habui: et quamprimum ad meum officium reuertendũ mihi esse existimaui, ut & reliqua uectigalia exigerem, &, quam deposui, pecuniam colligerem: quidquid ex ea correptum esset, aut quorum id culpa accidisset, cognoscerem quamprimum, & uos de omni re facerem certiores, interim cum per insulas in Asiam nauiganti mihi nunciatum esset, classem Dolabellæ in Lycia esse; Rhodiosq́ naues cõplures instructas, & paratas in aqua habere: cum ijs nauibus, quas aut mecũ adduxeram, aut comparauerat Patiscus pro quæstore, homo mihi cum familiaritate, tum etiã sensibus in rep. coniunctissimus, Rhodũ reuerti, confisus auctoritate uestra, senatusq́ consulto, quo hostem Dolabellam iudicaratis, fœdere quoq;, quod cum ijs M. Marcello, Ser. Sulpicio cos. renouatum erat, quo iurauerat Rhodij, eosdem hostes se habituros, quos senatus, populusq́ R. quæ res non uehementer fefellit: tantum enim abfuit, ut illorũ præsidio nostram firmaremus classem, ut etiam à Rhodijs urbe, portu, statione, quæ extra urbem est, commeatu, aqua denique prohiberentur nostri milites, nos uix ipsi singulis cum nauigiolis reciperemur. quã indignitatem, diminutionemq́ maiestatis nõ solum iuris nostri, sed etiã imperij, populiq́ R. iccirco tulimus, quòd interceptis literis cognoramus, Dolabellã, si desperasset de Syria, Aegyptoq́, quod necesse erat fieri, in naues cum oĩbus suis latronibus, atque oĩ pecunia cõscendere esse paratum, Italiamq́ petere: iccirco ẽt naues onerarias, quarũ minor nulla erat duum milliũ amphorarum, cõtractas in Lycia à classe eius obsideri. huius rei timore P. C. perpetius, iniurias perpeti, et cum contumelia ẽt nostra omnia prius experiri maluimus. itaque ad illorum uoluntatem introducti in urbem et in senatum eorũ, quàm diligentissime potui, causam reip.

reip. egi : periculumq́ omne, quod instaret, si ille latro cum omnibus suis naues conscendisset, exposui. Rhodios aũt tanta in prauitate animaduerti ; Vt oẽs firmiores putarent, quàm bonos ; Vt hanc concordiã, & conspirationem omnium ordinum ad defendendam libertatẽ propense non crederent esse factam ; Vt patientiam senatus, & optimi cuiusque manere etiam nũc considerent, nec potuisse audere quenquam, Dolabellam hostẽ iudicare ; Vt denique oĩa, quæ improbi fingebant, magis uera existimarent, quàm quæ Vere facta erant, & à nobis docebantur. qua mente etiam ante nostrũ aduentum, post Trebonij indignissimam cædem, cæteraq́ tot, tamq́ nefaria facinora, binæ profectæ erant ad Dolabellam legationes eorum, & quidem nouo exemplo, contra leges ipsorum, prohibentibus ijs, qui tum magistratus * gerebant. hæc siue timore, Vt dictitant, de agris, quos in continenti habent, siue furore, siue potentia paucorum, qui & antea pari contumelia Viros clarissimos affecerant, & nunc maximos magistratus gerentes, nullo exemplo, neque Vestra ex parte, neque nostro præsentium, neque imminenti Italiæ, Vrbiq́ nostræ periculo, si ille parricida cum suis latronibus, nauibus, ex Asia, Syriaq́ expulsus, Italiam petisset, mederi, cum facile possent, noluerunt, nonnullis etiam ipsi magistratus Veniebant in suspicionem, detinuisse nos, & demorati esse, dum classis Dolabellæ certior fieret de aduentu nostro. quam suspicionem consecutæ res aliquot auxerunt, maxime quòd subito ex Lycia Sex. Marius, & C. Titius, legati Dolabellæ, à classe discesserunt, nauiq́ longa profugerunt, onerarijs relictis, in quibus colligendis non minimum temporis, laborisq́ * consumpserunt. itaque cum à Rhodo cum ijs, quas habueramus, nauibus in Lyciam Venissemus, naues onerarias recepimus, dominisq́ restituimus. ijdemq́, quod maxime Verebamur, ne posset Dolabella cum suis latronibus in Italiam Venire, timere desijmus. classem fugientem persecuti sumus usque ad Sydam : quæ extrema regio est prouinciæ meæ. ibi cognoui partem nauium Dolabellæ diffugisse, reliquas Syriã, * Cyprumq́ petisse. quibus disiectis, cum scirem C. Cassij, singularis ciuis, & ducis, classem maximam fore præsto in Syria ; ad meum officium reuerti : daboq́ operam, Vt meum studium, et diligentiam Vobis P. C. & reip. præstem, pecuniamq́, quàm maximam potero, & quàm celerrime, cogam, omnibusq́ cum rationibus ad Vos mittam. si percurrero prouinciam ; & cognouero, qui nobis, & reip. fidem præstiterunt in conseruanda pecunia à me deposita, quiq́ scelere Vltro deferentes pecuniã publicam hoc munere societatem facinorum cum Dolabella inierunt, faciam Vos certiores. de quibus, si Vobis Videbitur, si, Vt meriti sunt, grauiter constitueritis, nosq́ Vestra auctoritate firmaueritis : facilius & reliqua exigere Vectigalia, & exacta seruare poterimus. interea quo cõmodius Vectigalia tueri, prouinciamq́ ab iniuria defendere possim, præsidiũ necessarium, Voluntariumq́ comparaui. His literis scriptis, milites circiter X X X, quos Dolabella ex Asia conscripserat, è Syria fugientes in Pamphyliam Venerunt. hi nunciauerunt, Dolabellam Antiochiam, quæ in Syria est, Venisse ; non receptum : conatum esse aliquoties Vi introire ; repulsum semper esse cum magno suo detrimento : itaque, centũ circiter amissis, ægrisq́ compluribus relictis, noctu Antiochia profugisse Laodiceam Versus : ea nocte omnes fere Asiaticos milites ab eo discessisse : ex his octingentos Antiochiam redijsse, & se ijs tradidisse, qui à Cassio relicti, Vrbi illi præerant : ceteros per Amanum in Ciliciam descendisse : quo ex numero se quoque esse dicebant : Cassium aũt cum suis omnibus copijs, nũciatum esse, quatridui iter à Laodicea abfuisse tum, cum Dolabella eò tenderet. quamobrem opinione celerius confido sceleratissimũ latronem pœnas daturum. IIII. non. Iun. Perga.

alias ... gerebant.

alias ... consumserant.

alias ... Aegyptumq́ ... petijsset.

CELERE) eodem argumento scribit Lent. hanc epl'am publice quo superiorem ad Cic. nisi quod cũ Dolab. inuasisset Asiam, eamq́; uastasset, & uectigalia P.R. corripuisset, & ciues Rom. spoliasset, & uendidisset & celerius decessisset ex Asia q̃ præsidium in eam adduci potuisset, dicit Lẽt. nõ putasse sibi expectandum præsidium mittendũ à Bruto ex Macedonia. Itaq; se reuersuꝝ esse ad officium suum perficiendumq́;, & cognoscendum q fuissent illi perfidi, qui pecuniam tradidissent Dolab. quã ipse Lent. apud eos deposuerat. itaq; rogat ut isti qui tradiderunt eam pecuniam puniantur, ut facilius possit reliqua uectigalia exigere, et prouinciam ab iniuria tueri. Postremo se intellexisse ex quibusdam militibus, q fugerant à Dolabella quãplurimos milites ab eo fugisse: cum expulsus & exclusus fuisset ab Antiochia. itaq; se sperare eum celerius daturum pœnas quam putauerat. {Correptis) sublatis. {Morari) differri reuerti ad exigenda uectigalium. {Id accidisset) ut pecunia esset correpta. {Interim) narrat quæ ẽt superiori epl'a narrauit, eõqueriturq́; de perfidia & improbitate Rhodiorum. {Sensibus) uoluntate, sñia. {Cum ijs) Rhodijs. {Quos S.P.Q.R.) s. hr̃et hostes. {Abfuit) defuit. {Statione) habitatione: est. n. statio locus cõmorandi non perpetuo, sed ad tp̃s. {Cõmeatu) alimentis, cibarijs. {Nos ipsi) ego q essem magr̃atus P.R. {Ipsi) hẽt emphasim. {Nauigiolis) paruis nauib. {Indignitatem) opprobriũ, dedecus. {Iuris nr̃i). i. officij & dignitatis quæsturæ nr̃æ. {Interceptis) ereptis tabellarijs Dolab. {Nulla mi. erat duũ mil. am.) i. nulla erat, q̃ ad minus non contineret & caperet duo millia amphoraꝝ, magnitudo enim nauiũ solet maxime à numero amphoraꝝ designari, est aũt amphora genus uasis uinarij: nõ aũt frumentarij: duũ uero syncopatur tantũmodo in neutro gñe. {Cõtractas) collectas. {Eius) Dolab. {Obsideri). s. cognoueramus. {Percitus) cõmotus. {Ad il. uo.) cũ ipsi uoluerunt. {Egi) dixi. {Instaret) immineret. {Latro.) Dolab. {Ordinũ o.) magistratuũ Romanoꝝ. {Propense) uehemẽter, inclinate & cũ animi afflictione {Patientiam se. m.) i. quod senatus posset adhuc pati Dolab. & Ant. p̃fidiam, nec quisq̃ auderet ip̃m Dolab. consul. Rom. hostẽ iudicare. {Improbi fin.) s. quod nos ex nr̃a uolũtate nõ ex senatuscõsulto persequeremur ip̃m Dola. {Quàm quæ uera erant) quod senatusconsulto essent iudicati hostes Ant. & Dolab. {Quod cũ Dolab. tim.) s. me factuꝝ. prouincia uastata, uectigalibus. i. p̃esionibus publicis. {Qua mẽte) subaudi. fuerunt Rhodij q. d. p̃fidissima ẽt ante nr̃m aduentum, & hic est uerus sensus. quidam aũt hunc locum falsa quadã interpretatione p̃uerterant, ut ne se quidẽ ipsi intelligerent. {Binæ l.) p̃batio, qd' pessima mẽte essent, q̃a contra leges suas miserant duas legationes ad Dolab. postq̃ Trebonius fuerat iterfectus iussu Dolab. ut diximus, quẽ ex eo debeãt cognoscere esse hostẽ P.R. {Nouo) innusitato. {Hæc) q̃ ab his facta diximus. {Si ue ti.) dicit causas quare illi fecissent. s. aut timore aut furore, ipsi aũt dicebant se fecisse timore, p̃p agros quos in cõtinenti habebant ne à Dolab. uastarẽtur. {In cõtinenti) in terra firma cui cõtrarium & ferè correlatiũ est insula. {Viros cla.) patrem meũ & Pomp. & L. Lent. de q̃bus supradictũ est. {Et nũc ma. mag. ge.) i. nos & proconsules Romanos cõtumelia affecerũt {Ille par.) Dolab. {Ipsi mag.) Rhodioꝝ. {Veniebãt in susp.) erãt suspecti. {Demorati esse). i. tenuisse nos in mora. {Res) effectus. {In q̃bus) onerarijs, nauib. {Colligẽdis) cõgregandis. {Dñis) ipsaꝝ nauiũ. i. mercatoribus, quoꝝ erant. {Desijmus) omisimus, q̃a uidemus non esse opus timere receptis nauibus onerarijs, quas ille habuerat. {Sydã) quæ urbs est Lyciæ portũ hñs: ut alibi supra diximus. {Disiectis) dissipatis, dispersis. {Præstiterũt) seruarũt. noluerunt eã dare Dolo. {Scelere) p̃fidia. {Deferẽtes) ipsi Dolab. {Inierũt so.) cõiuncti sunt cũ scelerato Dolab. oblatione pecuniæ publicæ. {De qui.) q detulerãt pecuniã Dolab. {Cõstitueritis) iudicaueritis. {Firmaueritis) firmiorẽ reddideritis approbãdo quæ fecerim. {Exacta) ne amittãtur, sicut amissæ sunt reliq̃æ. {Volũtariumq́;) promptũ. {His l'ris) cum iam esset clausurus epl'am adiunxit hanc particulã de ijs, quæ à quibusdã militibus Dolab. intellexerat. {Pãphyliã) regionem uicinã Syriæ. {Relictis ægris) labore cõfectis & uulneratis. {Discessisse). s. renunciauerunt. {Illi ur.) Antiochiæ. {Dicebãt). i. illi milites 30. q fugerãt à Dolab. in Pãphyliã. {Iter quat.) i. tm̃ quantum tribus diebus posset ire. {Celerius op.)

HVBER.

Morari.

Statio.

Commeatus.

Amphora Duum.

Propensè.

In cõtinẽti.

rius op.) cuius q̃ putabamus de Antiochia Laodicea, Sida, Amano, & ceteris his locis diximus plene lib. 10.

ASCEN. SI ualetis &c. Scribit eodẽ argumento ferè hanc epl'am publice, quo suplorẽ scripserat ad Cicer. misi q cum Dolabella inuasisset Asiã, eamq; uastasset, & ciues Rom. spoliasset, & uẽditis spolijs celerius decessisset ex Asia, q̃ prẽsidiũ in eam adduci potuisset, dicit nõ putasse sibi præsidium mittendũ à Bruto, oẽm aũt diligentiam facere, & fecisse ad inquirẽdum scelus Dolabellæ. Ordo est: Si ò patres cõscripti. & P. R. ualetis, & liberi uestri ualent, bene est, ego ualeo. Asia oppressa. i. cum Asia esset oppressa scelere Dolabellæ, contuli me, & præsidium reip. quæ M. Brutus uir clarus tenebat, in prouinciam proximam: uidelicet Macedoniã & egi. i. effici id, ut Asia prouincia, & uectigalia. s. Asiæ, redigerentur in potestatẽ uestram, sup. per eos p quos possent redigi, celerrime. Quod cũ Dolabella timuisset. s. me factu᷑. prouincia uastata, uectigalibus. i. pensionibus publicis correptis. i. simul raptis, omnibus ciuibus, præcipue Romanis, denudatis, ac diuenditis crudelissime. q: pro et excessit Asia celerius, q̃ præsidium potuisset adduci eò, non habui necesse morari, aut expectare præsidiũ diutius. & existimaui. i. iudicaui, reuertendũ esse mihi ad offm̃ meum, quamprimũ. i. ualde cito, ut, &. i. sil'. exigerem pecuniã, quam deposueram, & sup. ut cognoscerem quicq̃d esset corruptũ ex ea. s. pecunia deposita, aut quo᷑ culpa id accidisset, & ut facerẽ uos certiores quamprimũ. i. ualde cito, de omni re. Interim cũ nunciatũ esset mihi nauiganti in Asiam classem Dolabellę esse in Lycia, & Rhodios hr̃e naues cõplures instructas, & paratas in aqua. i. super aq̃. reuerti Rhodũ cum his nauibus, quas aut adduxerã mecum, aut Patiscus pquæstor hõ coniunctissimus mihi. cũ. s. ita sit q familiaritate, tum ẽt sensibus. i. cõsensu in Rep. cõparauerat. i. acquisiuerat, reuerti inq̃ Rhodum, cõfisus auctoritate ur̃a, & senatuscõsulto, quo iudicaratis Dolabellã hostem, cõfisus quoq; fœdere, quod renouatũ erat M. Marcello, & S. Sulpitio Coss. cũ ijs. s. Rhodijs. quo. s. fœdere Rhodij iurauerant se habituros eosdẽ hostes, quos senatus. Populusq; Romanus. Quæ res fefellit nos uehemẽter. Tm̃. n. abfuit: ut firmaremus classem nr̃am p̃sidio eo᷑: ut etiã milites nr̃i prohiberẽtur à Rhodijs urbe. i. ingressu urbis. portu. s. diuturno. statione. i. loco, ubi ad tp̃s possent stare in nauibus. cõmeatu. i. uictualibus. deniq; aqua. s. dulci, aut omni cõione. & nosipsi. s. duces, uix reciperemur cum singulis nauigiolis. i. paruis nauigijs. Quam indignitatẽ: q: pro &. diminutionem maiestatis, non solũ iuris nr̃i: sed ẽt imperij, et P. R. nos tulimus. i. tolerauim' idcirco, q cognoramus pro cognoueramus. literis interceptis. i. p literas à Dolabella missas interceptas à nr̃is, Dolabellam si desperasset de Syria, & Aegypto. s. retinendis. qd' erat necesse fieri, q̃a potentior erat in Syria Cassius, paratũ esse ꝯscendere in naues cũ oibus latronib' suis atque omni pecunia. s. surrepta, & petere Italiam. Et cognoueramus idcirco ẽt naues onerarias: qua᷑ nullus erat minor duũ milliũ amphora᷑. i. quæ nõ caperet minus bis mille amphoras. cõtractas. i. in unum locũ tractas, obsideri in Lycia classe eius. ò patres cõscripti. ego pcitus timore huius rei, ne. s. in Italia trajceret: malui ppeti iniurias, & experiri prius omnia, ẽt cũ contumelia nr̃a. Itaq; ego introductus ad uolũtatem eo᷑. s. Rhodio᷑. in urbem. s. Rhodũ & in senatũ eo᷑, egi q̃ potui diligẽtissime causam Reip. & exposui omne periculũ quod instaret. si ille. s. latro Dolabella cõscendisset naues cũ suis. Aũt. i. sed. ego animaduerti Rhodios in tãta prauitate. i. puersitate: ut putarent oẽs. s. alios: esse firmiores. i. in defendẽda causa sua. q̃ bonos. i. Reip. fautores. ut nõ crederent hanc ꝯcordiã, & conspirationem oium ordinũ esse factam ppense. i. affectã ter, & ex inclinatione animi, ad defendendã libertatem, ut cõfiderẽt patientiam. i. tolerantiã senatus & optimi cuiusq;. i. ois boni. manere ẽt nunc. i. in eũ usq; diem, nec quenq̃ potuisse audere iudicare Dolab. hostẽ. Deniq; animaduerti Rhodios tãta prauitate, ut existimarẽt oia, q̃ improbi fingebãt: sup. esse magis uera q̃ quæ erãt uere facta, et q̃ dicebãtur à nobis. Qua mẽte. i. affectione, et uolũtate binę legationes eo᷑ pfectę erãt ad Dolabellã ẽt ante aduẽtum nr̃m, post indignissimã cędem Trebonij, &c. tot, & tã nefanda facinora. et quidẽ. i. certe. legationes erãt pfectæ nouo. i. insolito exẽplo, q̃a cõtra leges ipsorũ phibẽtibus ijs, q gerebãt tum. i. tũc magistratũ. s. Rhodios Hę: sup. fecerũt: siue timore (ut dictitãt) de agris. i. pp agros. quos hñt in ꝯtinẽti. i. terra partim mari septa, partim se cũ alia terra tenẽti, timebant aũt ne uastarentur à Dolab. siue furore, quo correpti nesciũt q̃d faciãt, siue impotẽtia. i. sup bia, & insolentia pauco᷑: dr̃r aũt impotentes, qui iræ, & animo suo moderari nequeunt. qui affecerant antea pari cõtumelia, qua. s. nunc nos afficiunt, uiros clarissimos. i. patrem Lentuli, Pompeium et L. Lentulum & nũc, sup. afficiunt gerentes maximos magistratus, uidelicet nos proconsules Romanos. nullo exẽplo sumpto. s. ab alijs, neq; ex parte uestra, q abestis. neq; nostra. s. ex parte. præsentium. i. q præsentes sumus. Neque uoluerunt, cum possent facile mederi. i. remediũ facere, periculo imminenti Italiæ, & urbi nostræ. si ille parricida. s. Dolabella expulsus ex Asia, & Syria, petijsset nauibus cũ suis latronibus Italiam. Ipsi ẽt magistratus. s. Rhodij: q uidebantur in alijs fauere nobis, ueniebant nõnullis in suspicionẽ detinuisse nos, & esse demorati nos. s. donec classis Dolabellę fieret certior de aduentu nr̃o. Quam suspicionem res aliquot secutæ. i. quæ secutæ sunt, auxerũt, maxime q Sextus Martius & C. Titius, legari Dolabellæ, discesserũt, subito ex Lycia à classe, & profugerunt naui longa, onerarijs. i. nauibus relictis in quibus. s. nauibus onerarijs colligendis ipsi cõsumpserunt. s. prius, nõ minimũ imò plurimum tp̃is & laboris. Itaq; cum uenissemus à Rhodo in Lyciam cũ ijs nauibus quas habueramus, nos recepimus naues onerarias, quia derelictas, & restituimus dñis, à quibus illas abstulerãt. Itemq;. i. silr nos desijmus timere qd' uerebamur maxime. s. priusq̃ onerarias recepissemus, ne Dolabella posset uenire in Italiã cum latronibus, suis. nos psecuti sumus classẽ. s. Dolabellæ, fugientẽ usq; in Sydã, quæ regio est Lyciæ. s. extra mare & puinciæ meæ. Ibi cognoui partem nauiũ Dolabellæ diffugisse, reliquas petisse. s. cõsilio, Syriã & Aegyptũ. Quibus disiectis cũ scirem classem C. Cassij singularis ciuis & ducis, maximam fore p̃stò. i. paratam sup. proficiscendi in Syriã, reuerti. i. redij ad offm̃ meum. s. tutandę puinciæ. Et dabo operã ò P. C. i. patres ꝯscripti ut prę stem studium meũ sup. & diligentiam uobis & Reip. & cogam. i. congregabo, pecuniam quã potero maximam & q̃ celerrime sup. potero, aut & ualde celeriter. & mittã ad uos oibus rõnibus. i. uijs & medijs: si pcurrero prouinciã, & cognouero, q prę stiterunt fidẽ uobis, & Reip. in cõseruãda pecunia deposita à me, quiq;. i. & q deserentes. s. ad Dolabellam ultro scelere. i. p scelus pecuniã publicam. i. Reip. inierunt. i. contraxerũt societatem. i. participationẽ facino᷑, cum Dolabella hoc munere. i. dono pecuniæ publicæ. De quibus si uidebitur uobis. s. utile, si cõstitueritis. i. iudicaueritis animaduertendũ, grauiter. i. acerbe ut meriti sunt, & firmaueritis. i. corroboraueritis nos auctoritate ur̃a, nos poterimus facilius, &. i. sil', exigere uectigalia reliqua. i. nondũ recepta, & poterimus seruare exacta, ne. s. alteri dentur q̃ à Rep. misso. Ego cõparaui. i. accumulaui, p̃sidiũ necessariũ, quia sacro astrictũ, aut stipẽdio obnoxium, & uoluntariũ. i. eos q spõte obtulerũt, quo possimus cõmodius tueri. i. ꝯseruare interea uectigalia. s. publica, & defendere puinciã iniuria. His lr̃is scriptis. i. postq̃ literę erãt scriptę, sed nondũ signatę, milites circiter triginta quos Dolabella ex Asia ꝯscripserat, fugiẽtes è Syria, uenerũt in Pãphyliã. Hi. s. milites nũciauerũt Dolabellã uenisse Antiochiã, q. s. urbs est in Syria. nõ receptũ. s. in eã urbẽ, conatũ esse aliquoties introire ui. i. p uim ac uiolẽtiã, & sup. repulsum esse sp cũ magno detrimẽto. i. dãno ac deterioratione sua, hoc est sua᷑ copiarum: q̃a semp multos è suis amisit. Itaq; sup. nũciarũt eũ, hoc est Dol. amissis. s. militibus circiter cẽtũ, & ægris. s. alijs relictis, pfugisse noctu Antiochia uersus Laodiceã. Et sup. nũciauerũt ferè oẽs milites Asiaticos discessisse ab ea nocte. s. q̃ aufugit, & octingẽtos ex his. s. Asiaticis redijsse, Antiochiã & tradidisse se sup. ijs q relicti à Cassio, p̃erãt illi urbi. s. Antiochiæ aut tradidisse se Cassio, q relicti &c. sed id minus placet: non. n. uero silẽ est trãsfugis urbẽ relictam esse sup. nunciauerũt, ceteros. s. Dolabellę milites descendisse in Ciliciam p Amanum. s. montem intermedium, ex quo numero. s. cetero᷑ dicebant se quoq; esse. Autem. i. sed nũciatum est. s. ab alijs, Cassiũ abfuisse iter. i. per spatiũ itineris, quatridui. i. quod quattuor dieb' fieri solet, à Laodicea. s. urbe cum oibus copijs suis, sup. tunc cũ Dolabella tenderet eò. i. ad eã urbem, Quamobrẽ ego ꝯfido latronem sceleratissimũ. s. Dolabellam, datu᷑ pœnas. s. scele᷑ suo᷑ celeri' opinione. i. q̃ opinari põt. Datum sup. aut scriptũ Pergę, quarto nonas Iunij.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Laus est Ciceronis filij, & gratulatur patri de tali filio, & studioso, & moribus honestis prædito. in fine epistolæ dicit se uersus quosdam in Cæsarem scripsisse, more Lucilij.

C. TREBONIVS M. CICERONI s. 16

*SI vales, bene est: ego quidem valeo. Athenas veni ad XI. cal. Iun. atque ibi, quod maxime optabam, vidi filium tuũ, deditum optimis studijs, summaq́ modestia fama. qua ex re quantam uoluptatem ceperim, scire potes etiam me tacente: non enim nescis, quanti te faciam; & quàm pro nostro veterrimo, verissimoq́ amore omnibus tuis etiam minimis cõmodis, non modo tanto bono, gaudeam. noli putare mi Cicero, me hoc auribus tuis dare. nihil adolescente tuo, atque adeo nostro (nihil enim mihi à te potest esse seiunctum) aut amabilius omnibus ijs, qui Athenis sunt, est, aut studiosius earum artium, quas tu maxime amas, hoc est optimarum. itaque tibi, quod vere facere possum, libẽter quoque gratulor, nec minus etiam nobis, quòd eum, quem necesse erat diligere, qualiscunque esset, talem habemus, vt libenter quoque diligamus. qui cum mihi in sermone iniecisset, se uelle Asiam visere; non modo inuitatus, sed etiam rogatus est à me, ut id potissimum nobis obtinentibus prouinciam faceret. cui nos & caritate, & amore tuũ officium præstaturos non debes dubitare. illud quoque erit nobis curæ, vt Cratippus vna cum eo sit; ne putes in Asia feriatum illum ab ijs studijs, in quæ tua cohortatione incitatur, futurum. nam illum paratũ, vt video, & ingressum pleno gradu, cohortari non intermittemus, quo in dies longius, discendo, exercendoq́ se, procedat. Vos quid ageretis in rep. cum has literas dabam, non sciebam. audiebam quædam turbulenta: quæ scilicet cupio esse falsa; vt aliquando ociosa libertate fruamur: quod uel minime adhuc mihi contigit. ego tamen nactus in nauigatione nostra pusillum laxamenti, concinnaui tibi munusculum ex instituto meo; & dictũ, cum magno nostro honore à te dictum, conclusi, & tibi infra subscripsi. in quibus versiculis si tibi quibusdã uerbis *ἀσχημονέστερος videbor: turpitudo personæ eius, in quã liberius inuehimur, nos vindicabit. ignosces etiã iracundia nostræ; quæ iusta est in eiusmodi & homines, et ciues. deinde, qui magis hoc Lucilio licuerit assumere libertatis, quam nobis? cum, etiã si odio pari fuerit in eos, quos læsit, tamen certe non magis dignos habuerit, in quos tanta libertate verborũ incurreret. Tu, sicut mihi pollicitus es, adiunges me quamprimũ ad tuos sermones. nanque illud non dubito, quin, si quid de interitu Cæsaris scribas, non patiaris me minimam partem & rei, & amoris tui ferre. Vale, & matrem, meosq́ tibi commendatos habe. D. VIII. cal. Iun. Athenis.*

**i. liberior in loquẽdo.*

HVBER. ATHENAS) Cum occiso Cæs. eius percussores in uarias ꝓuincias quæ ex senatuscõsulto ei decretæ fuerant, proficiscerentur: Trebonius Asiã petens cũ iter per Athenas faceret, ubi. M. C. Cicero. filius sup. Cratippo ph̃oꝝ eius ætatis principe philosophiæ operam dabat: scribit ad Cic. se uidisse eius filium quem summopere laudat, ꝙ & optimis studijs deditus esset, ut eum oẽs ualde modestum prædicarẽt, qua de re ei gratulatur. Deinde dicit: ꝙ cũ quibusdam coniecturis intellexisset, eũ cupidum uisendi Asiam, inuitauit eũ & hortatus est, ut id faceret, interea dũ ipse Trebonius ei ꝓuinciæ pręesset, se. n. habituꝝ eũ loco filij, curaturumq́;, ut & Cratippus unà iret, ne interea tempus amitteret. Deinde dicit se audiuisse quædam turbulenta fuisse in urbe, quæ falsa esse cupit. Postremo dicit se quibusdam uersiculis inscriptis ad Cic. inuectum esse in Cæs. imitatione Lucilij Satyrici poetæ, cũ ipse habeat multo iustiorẽ causam inuehendi in Cęs. oppressorẽ ꝓpriæ patrię, ꝗ ille in quosdã ciues aliquo scelere pollutos, rogatq́; ut eũ inserat sermonibus suis & scriptis, sicut ei pollicitus est. {Quod) quã rẽ. s. uidere filiũ tuum deditũ optimis studijs. {Sũma f.) pro summæ famæ. ablatiuus pro genitiuo. i. de quo oẽs optime loquãtur modestissimũ, duo aũt dixit in eo fuisse: quæ maxime ꝓbãtur in adolescẽte, studium bonaꝝ artiũ, & modestiã. {Nõ modo) pro uedũ. {Dare au.) demulcere aures tuas, tibi assentiri. {Atq; a. n.) quasi quædã correctio. {Nihil) ratio quare dixerit nr̃o. {Seiunctũ) seperatum, quod nõ sit utriusq;: nã amicorum oia cõia. {Necesse) qa cum te diligã, necesse erat res tuas qualescũq; diligere. {Iniecisset) latenter sign̄asset. {In ser.) interloquẽdum. {Nobis ob.) i. dum ego pręessem illi ꝓuinciæ. {Tuum) paternũ. {Feriatum) ociosum: nã ferias antiqui festa uacabãt. {Ingressum) q iam incepit. {Pleno gr.) i. citatu gressu: trãslatio sumpta à uiatoribꝰ uel ab equis. {Procedat l.) progrediatur ulterius ad maiora. {Turbulẽta) credo intelligẽdũ de M. Ant. q cũ primum ostẽdisset se defensorẽ libertatis, postea cõcitatuiss ppl̃m contra interfectores, ut sæpius supra diximus. {Ociosa) qeta, pacifica. {Quod) ut fruamur ociosa libertate. {Laxamẽti) recreationis. {Concinnaui) cõposui, confeci dr̃ aũt concinnare non à cano, quia nõ posset geminare, sed à con & cino, quod erat potionis genus ex multis liquoribus confectum. {Tibi) ad te. {ἀσχημονέστερος). i. turpior, petulatior, nam ἀσχημονῶ. i. turpiter & in honeste ago sign̄at, alius codex habebat ἀριστερώτερος quod significat sinisterior. {Nos uin.) nos excusabit & liberabit à rephensione. {Et ci.) q cum debeãt tueri libertatẽ patriæ eam opprimũt. {Deinde) alia ꝓbano licentiæ suę loci ab exẽplo. {Qui) unũ, qua causa, ut Horat. Qui fit Mœcenas. {In eos quos læsi.) carmine suo ut Lupũ & Mutium & alios, ex primoribus urbis, de quo Persius. Secuit Lucilius urbẽ te Lupe te Muti, genuinũ fregit in illis. fuit aũt ex aruncis, qui & Ausonij dñr populi Italiæ, ut exponit Seruius super illud Virgilij, Auruncæq́; manus, & primus scripsit satyra apud Latinos, ut ostendit Horat. in serm. & Iuuen. Cur tñ hoc potius libeat decurrere campo, Per quem magnus equos Aurũcæ flexit alumnus. {Incurreret) inueheret impetum faceret oratione sua. {Ferre) habere, nominando me & immiscendo me ei consilio. {Rei) cædis Cæsaris, cuius fuerim inconscius.

Feriatũ. — *Cõcinnare.* — *Lucilius. Aruncij. Ausonij.*

ASCEN. SI uales &c. Trebonius post cædem Cæsaris ex decreto Asiam petẽs uidit Athenis Ciceronem Ciceronis filiũ philosophantem sub Cratippo, ut in principio officioꝝ meminit Cicero. Eum ergo sibi uisum laudat, dicitq́; inuitasse ad Asiã secum uisendam, tum dicit se audisse turbulenta ad urbẽ, seq́; inuectũ in Cæsarem. Ordo est. Si uales bene est, ego ueni Athenas ad undecimũ Cal. Iun. atq; quod optabam maxime ibi uidi filiũ tuum. s. M. Ciceronem deditum optimis studijs, & summa fama modestiæ. i. moderatæ uitæ. Qua ex re tu potes scire, ẽt me tacente, quanta uoluptatem ceperim: Nõ. n. nescis. i. quia bene scis, quanti faciam. i. æstimẽ te & ꝗ. i. quantũ gaudeam pro nostro ueterrimo & uerissimo amore. i. pp uetustissimum & uerissimum amorem nr̃m. Quod nunc dr̃ uetus, olim dicebatur ueter. quo circa in ablatiuo propriè tñ facit uetere. & in plurali uetera, unde ẽt superlatiuum ueterrimus, omnibus cõmodis tuis ẽt minimis, nõ modo. i. ne dum tanto bono. quantum est hr̃e filium talem. Vbi notandum nos etiam alienis gaudere bonis presertim dum ea nr̃a censemus, ò Cicero noli putare me dare hoc auribus tuis. i. tibi blãdiri dicendo quod libenter audias. Nihil est aut amabilius omnibus ijs, qui sunt Athenis, aut studiosius eaꝝ artium quas amas maxime, hoc est optimarum, adulescente tuo atq; adeo. i. oino nostro, i. nobis cõi. Nihil. n. potest esse seiunctum. i. diuisum mihi à te, quia amicoꝝ omnia sunt cõia. itaq; quod possum facere uere, gratulor quoq;. i. ẽt libenter tibi, nec etiã minus grãtulor nobis. s. ambobus, quod habemus eum. s. filium tuum, quem necesse erat diligere qualiscunq; esset, habemus dico talẽ, ut diligamus quoq;. i. etiam libenter. Qui cũ iniecisses mihi in sermone. i. inter loquendum dixisset se uelle uisere Asiam, non modo, inuitatus, sed etiam rogatus est à me ut faceret id potissimum nobis obtinentibus prouinciam. s. Asiam Cui non debes dubitare nos pstaturos & charitate & amore officiũ tuũ. i. paternũ. Illud quoq; erit nobis curę, ut Cratippꝰ. s. pceptor eius sit unà. i. fil, cum eo ne putes illũ futuꝝ feriatũ. i. ociosum

ociosum in Asia, in ijs studijs in. i. ad quæ, incitatur cohortatione tua. Nam nos non intermittemus cohortari illum para tum ut uideo, & ingressum. s. ad dicta studia pleno gressu. i. q tam multum processit ut profecit, quo. i. ut ꝓcedat in dies lõgius, discedendo & exercẽdo se. Ego non sciebam, qđ uos age retis in Rep. cũ dabam has literas. Ego audiebam quædã turbulenta, quæ. s. cupio esse falsa, ut fruamur aliqñ. i. tandem libertate, ociose. i. sine negocio belli, quod contigit mihi adhuc uel. i. ẽt minime. Ego tñ nactus in nauigatione nr̃a. i. dum eſsem in naui pusillũ. i. modicum laxamenti. i. recreationis & relaxationis, cõcinnaui. i. cõposui tibi. i. ad honorem tuũ munusculum. i. paruum munus liã. s. ex instituto. i. more & studio meo, & cõclusi. i. in fine posui, dictũ. i. elegans uerbum di ctum. i. ꝓnunciatũ à te, cum magno honore nr̃o, et subscripsi. i. assensum præbui tibi infra. i. ab inferiori parte, hoc est subsequenter. In qbus uerbis si uideor tibi ... i. inuerecũdior aut turpior nã ... dr̃ turpis ... inuerecũdus aut turpis. turpitudo personæ in quã inuehebamur liberius. i. nimis libere, uindicabit nos. s. à reprehensione digna. Tu ignosces ẽt iracundiæ nr̃æ, quæ iusta est in eiusmodi & boies & ciues, deinde quid. i. cur. nisi est legendum qui, licuerit magis Lucilio. s. Satyrico, assumere hoc libertatis ut aperte uiciosos taxet, cum ẽt si. i. quãuis fuerit, par. i. æqualis mihi sup. odio in eos quos læsit, tñ certe non habuit magis dignos, in quos incurreret tanta libertate uerbo℞ sup. quam ego, tu adiunges me quãprimũ. i. ualde cito ad sermones tuos. i. ad scripta tua sicut pollicitus es mihi. Nanq; ego, non dubito illud, quin si quid scribas de interitu Cæs. nõ patiaris me ferre minimã partẽ, & rei. i. facti, uidelicet cædis Cæs. & amoris tui. Vale. & habe matrẽ & meos. s. domesticos commendatos tibi. Data &c.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Exponit Cornificio, quid Cæsar, quidq; ipse in ocio agat, Petitq; ut edito commentario de optimo genere dicendi faueat.

M. CICERO Q. CORNIFICIO COLLEGHAE S. 17

GRATA mihi uehementer est memoria nostri tua, quam significasti literis: quã ut conserues, non quo de tua constantia dubitem, sed quia mos est ita rogandi, rogo. Ex Syria nobis tumultuosiora quædam nunciata sunt: quæ, quia tibi sunt propiora, quàm nobis, tua me causa magis mouent, quàm mea. Romæ summum ocium est, sed ita, ut malis salubre aliquod, & honestum negociũ: quod spero fore, quia uideo id curæ esse Cæsari. Me scito, dum tu abes, quasi occasionem quandam, & licentiam nactum, scribere audacius, & cetera quidem fortasse, quæ etiam tu cõcederes: sed proxime scripsi de optimo genere dicendi: in quo sæpe suspicatus sum te à iudicio nostro, sic scilicet, ut doctum hominem à non indocto, paulum dissidere. huic tu libro, maxime uelim ex animo; si minus, gratia causa suffragere. dicam tuis, ut eum, si uelint, describant, ad teq; mittant. puto enim, etiam si rem minus probabis, tamen in ista solitudine, quidquid à me profectũ sit, iucundum tibi fore. Quòd mihi existimationem tuam, dignitatemq; cõmendas: facis tu quidem omniũ more; sed uelim sic existimes, me eũ amori, quem inter nos mutuum esse intelligam, plurimũ tribuere, tum de summo ingenio, et de optimis tuis studijs, & de spe amplissimæ dignitatis ita iudicare, ut neminem tibi anteponam, comparem paucos. Vale.

HUBER. GRATA est) Post uictum Põpeium cum Cæs. rerum potiretur: Cornificius uir doctissimus, & ꝓcipue in poeticis clarus Libyæ ꝓpositus fuit. cui ẽt præfuit post mortem Cæs. ut quibusdam ep̃is infra uidebimus. cum igitur scripsisset ad Cic. dicit Cic. sibi gratũ esse, ꝙ ex suis literis cognouit eum sui memorem esse, & se ab eo amari, rogat aũt ẽum ut pergat. Deinde cũ audiuisset quosdam tumultus fuisse in Syria, dicit se magis timuisse eius causa ꝗ sua: ostenditq; ocium esse Romæ non satis honestum Cæs. oia faciente, non solum pro lib̃dine sua: uex etiam arbitrio eo℞ quos habuit adiutores suæ uictoriæ. Postea monet eum sese scripsisse librũ de optimo gñe dicẽdi: cui rogat ut faueat ex aio, pollicetur q; se datu℞ exemplũ ipsius libri domesticis Cornificij, ut illum transcribant, & ad eũ mittant. Postremo declarat quã opinionem habeat de eius ingenio, studijs optimis & dignitate. {Memoria nr̃i) quã de nobis habes. {De constantia) qua perseueres. {Propio) ꝓpinquiora, quia Syria uicinior est Libyæ ꝗ Romæ, eum aũt præfuisse Libyæ ostendit Appianus, & infra ep̃æ quæ incipit. C. Anitius. {Salubre) utile. i. ita ut melius esset hĩc aliquod honestum & utile negocium & laborem ꝗ tale ocium quod est contra dignitatem nr̃am. {Malis) pro malit aliqñ secunda ꝑsona, pro tertia eleganter posita, ut sæpius diximus. {Occasionem) qa nihil aliud habeo quod curem. {De optimo gñe dicendi) quod opus inscribitur ad Brutum elegantissimum, & utilissimum, ut titulus ipse declarat. {A non in.) i. à me non indocto uitauit arrogantiã, & tum modeste de se locutus est: ut neque doctum neque indoctum se diceret. {Suffragere) fa ueas. {Causa gratiæ) quia non sit tibi gratus, neque placeat. {Rem) opus ipsum. {Quidquid) qualecunque sit. {Omnium mo.) quia oẽs solẽt ita facere, ẽt si non dubitent de amicis suis {De spe amplissimæ dig.) quod sis futurus multo maior ꝗ es.

ASCEN. GRata &c. Cæsare re℞ potito Cornificius uir in poetica clarus Libyæ præpositus, illi ẽt post necem Cæs. præfuit, qui cum scripsisset ad Cic. rescribit Cic. sibi gratum esse ꝙ sui memorem noscat timuisse illi tumultum ortum in Syria, ocium honestum esse Romæ, seq; scripsisse de optimo gñe dicendi, quod ut laudet eius ingeniũ miratur. Ordo est. Memoria tua nr̃i. i. quam habes de nobis, est mihi grata uehementer. quam. i. memoriam significasti literis, quam rogo ut conserues. Non ꝙ. i. quia dubitem de constantia tua. sed qa mos est rogandi ita. Quædam sunt nunciata nobis ex Syria tumultuosiora. s. uelimus, aut aliquantulum tumultuosa quę quia sunt propria. i. uiciniora tibi quæ nobis, mouent. i. timore afficiunt, me magis causa tua, ꝗ mea. Sũmum ocium est Romæ, sed ita, ut malis. i. magis uelis aliquod negocium salubre. s. patriæ & honestum, quod spero fore. i. futu℞ breui quia uideo. i. cõsidero id esse Cęsari. s. Iulio curæ. Scito me dũ. i. interea dũ tu absis. s. ab urbe quasi nactum occasionem quandam & licentiam scribere audacius ꝗ. s. si adesses, unde innuit se eũ uereri, docuerat. n. Cornificius publice literas, & sunt qui eius putent ad Herenium libros rhetorico℞, qui Cicer. ascribũtur. & quidẽ fortasse, sup. scribere audacius cetera, quæ ẽt tu. s. publicus censor, concederes, sed scripsi proxime de optimo gñe dicendi, in quo. s. opere ego suspicatus sum sæpe te dissidere. i. diuersum esse & dissentire, paululũ maxime. i. pręcipue ex alo. i. uero iudicio, si minus. i. si nõ sup. possis id facere, causa gr̃ę. i. beneuolẽtiæ tuæ in me. Ego dicã tuis. s. ministris & seruis, ut describãt. i. de meo scribãt si uelint eum. s. librum, & mittãt. s. eum ad te. Puto. n. etiam si. i. ꝗꝗ minus. i. non satis ꝓbabis rem. i. opus ipsum, tñ, iucundum fore tibi quicqđ profectum. i. ortum sit à me, in ista solitudine. Quod tu cõmendas mihi æstimationẽ & dignitatem tuam, tu quidẽ facis sup. id more oium. s. qui absunt à patria. Sed uelim sup. ut æstimes sic, me cũ. s. ita sit ꝙ tribuã plurimum amori quem intelligã esse mutuũ inter nos, tũ. s. multo magis est, me iudicare de summo ingenio. s. tuo, de optimis studijs tuis & spe amplissimę dignitatis. s. quã speramus. ita ut neminem anteponã tibi, et cõparem. i. cõparandos & fides quodãmodo putem paucos.

PAVLVS MANVT. IN ista solitudine) Solitudine potius, ꝗ solicitudine, è tribus antiquis libris, & è sensu legendum putaui. dixit. n. solicitudine, pro summo ocio: quod apertius sequenti ep̃la. Etsi, inquit, periniquo patiebar animo te à me digredi: tñ eo tempore me consolabar, ꝙ & in summum ocium te ire arbitrabar, & ab impendentibus magnis negocijs discedere.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Purgat se, quod à Cornificio insimulatus erat diuturni silentij, deinde quid in urbe agatur Cæsare pro uoluntate omnia gerente.

CICERO

CICERO CORNIFICIO COLLEGHAE S. D. 18

Q VOD extremū fuit in ea epistola, quam à te proxime accepi, ad id primum respondebo: animaduerti enim hoc vos, magnos oratores, facere nonnunquam. Epistolas requiris meas. ego autem nunquam, cum mihi denunciatum esset à tuis, ire aliquē, non dedi. Quod mihi videor ex tuis literis intelligere, te nihil cōmissurum esse temere, nec ante, quàm scisses, quò ille nescio qui Cæcilius Bassus erumperet, quidquam certi constituturum: id ego & speraram prudentia tua fretus; &, vt confiderem, fecerunt tuæ grauissimæ literæ: idq́; vt facias quam sæpissime, vt, & quid tu agas, & quid agatur, scire possim, & etiam quid acturus sis, valde te rogo. Vale.

HVBER. Q VOD extremum) Responsiua est hæc ep̄la in qua primum se excusat Cic. apud Cornificium requirentē eius literas ꝙ nunq̄ prætermisisti aliquem, quē sciret ad eum ituꝝ, cui literas nō dederit. Deinde dicit q̄d ex eius prudentia sperarit eum factuꝝ. Postea uero quam ēt in superiori ep̄la fecit dānat ocium, quod erat in urbe Roma, quod sit cōtra dignitatē, optatq́; ip̄m Cornificium adesse quo cū ridere possit, quę in urbe fiūt, {Facere hoc) ut mutetis ordinem. & r̄ndeatis primū ijs, quæ erant extrema in ep̄la amici. {Vos) assentatur ei. Fuit aūt Cornificius & orator & poeta: ut Ouid. memorat. {Ego aūt) Ordo est. ego aūt nunq̄ non dedi cum esset denūciatum mihi à tuis aliquem ad te ire. {Quod) r̄ndet ad aliam partem epistolæ Cornificij, qua dixerat se fore cautum, nec quicq̄ temere & inconsiderate factuꝝ, quod Cic. se semper sperare dicit, fretum eius prudentia. {Quo erū.) quò euaderet, quorsum conatus suos dirigeret. {Iste nescio qui) cum contemptu dixit. {Cæcilius Bassus) hic erat in Syria, ut supra uisum est, coniĳcimus ante eum aliquid conatum esse contra Cornificium.

ASCEN. Q Vod extremū &c. Excusat se primo ꝙ Cornificius literas à se non acceperit, cū nullum qui eas ferret prætermiserit, dānat ocium urbis, ut quod putat contra dignitatem suam, mallet. n. in Rep. floreret. Optatq́; ipsum Cornificium adesse q cum ridere possit quæ in urbe fiant. Ordo est. Ego r̄ndebo primum ad id quod fuit extremū. i. ultimum in ea epistola, quam accepi proxime à te. Ego. n. animaduerti uos magnos oratores, facere hoc. i. r̄ndere primum extremo loco dictis aut obiectis. Incipiens aūt r̄ndere dicit. Tu rigris nonnunq̄. i. Interdum ep̄las meas, hoc est accusas ꝙ non scripserim ad te. Ego aūt nunq̄ non dedi. i. semper dedi cū denunciatū esset mihi aliquem à tuis. i. tuoꝝ ire. i. ꝓficisci. s. à me ad te. Quod uideor intelligere ex l̄ris tuis, te nihil cōmissuꝝ. i. factuꝝ esse temere. i. incōsiderate, nec ꝯstitutuꝝ quicq̄ certi. i. firmi ꝓpositi anteq̄ scisses. i. sciuisses, quo. i. in quā partē iste nescio q, uulgarius diceretur nescio q̄s, & ita innuitur contēnendus. Cęcilius Bassus erūperet. i. diu celatū ac tecum ꝯsiliū suū tandē ut reuelaret. ego, et. i. simul, sperarē id. i. te ita factuꝝ, fretus. i. ꝯfisus & adiutus prudētia tua, & literæ tuæ gratissimæ mihi fecerūt, ut confiderē. s. te id factuꝝ. Et ego rogo te ualde ut facias q̄ sæpissime. i. frequētissime, id ut possim scire, & . i. simul. quid agas, & q̄d agatur. s. ab alĳs, & ēt quid sis acturus.

M. CICERO CORNIFICIO S. 19

E Tsi periniquo patiebar animo te à me digredi: tamen eo tempore me consolabar, quòd et in summum ocium te ire arbitrabar, & ab impendentibus magnis negotijs discedere. Vtrunque contra accidit: istic enim bellum est exortum, hic pax cōsecuta, sed eiusmodi pax, in qua, si adesses, multa te non delectarent, ea tamen, quæ ne ipsum Cæsarē quidem delectent: BELLORVM enim ciuilium ij semper exitus sunt, vt non ea solum fiant, quæ velit victor, sed etiā vt ijs mos gerendus sit, quibus adiutoribus parta sit victoria. equidem sic iam obdurui, ut ludis Cæsaris nostri æquissimo animo viderem T. Plancum, audirem Laberij, & Publij poemata. nihil mihi tam deesse scito, quàm quicum hæc familiariter, docteq́; rideā. is tu eris, si quamprimum veneris. quod ut facias, non mea solum, sed ēt tua interesse arbitror. Vale.

HVBER. E T S I) nunc dānat ocium urbis. {Digredi) discedere eo t̄pe cum discedebas. {Impendentibus) imminētibus, ut arbitrabar, ĳs q remanserunt in urbe. {Contra) al̄r atq; arbitratus sum. {Istic) declarat quare utrūque contra acciderit. {Istic) ꝓuincia tua, quia Sextius qui Libyæ, quæ noua dr. præfectus erat, Cornificium ex ueteri Libya expellere conabatur, ut scribit Appianus lib. 4. apud quem uide plura de his bellis. {Ne ipsum quidem Cæs.) auctorem huius pacis. {Obdurui) assuefactus sum, &, ut ita dicam, callum feci. {T. Plancum) hunc intelligimus histrionem egisse. {Laberij & Publij) hi minographi fuerunt, ut alio loco diximus de Laberio: fuit aūt eques Romanus. {Tam deesse mihi) tam desiderari à me. {Docte) sine scurrilitate, ingenuis scommatibus. {Is) qui cum rideam;

Digredi. Obdurui.

ASCEN. E Tsi. i. q̄q patiebar animo periniquo te digredi à me, tn̄ ego consolabar eo t̄pe me ꝙ arbitrabar te ire et in summū ocium, & discedere magnis negocĳs impendentibus. i. imminētibus. Vtrunq; accidit cōtra. s. opinionem meā. Bellum. n. est exortū istic. i. ubi tu es, & pax est consecuta hic, sed tn̄ pax hmōi, In qua si adesses, multa non delectarent te. Tn̄. i. sed ea, quæ ne quidē. i. non saltem, delectant Cæs. ip̄m. s. caput rei, bello &c. ꝓbat assumptū dicens. Enim. i. quia, hi. i. hmōi sunt semper exitus belloꝝ ciuiliū, ut non solum ea quæ uictor uelit fiant, sed ēt ut mos gerendus sit. i. ut obsequendū sit ĳs, quibus adiutoribus uictoria sit parta. i. acquisita. Equidem. i. ego quidē, obdurui. i. inuidēdis rebus inuisis sic aium obdurui, ut uiderē iam aio æquissimo ludos Cæs. n̄ri. i. quos Cæs. uictor agēdos curat, & ut uiderē. s. agentē Titum Plancū. s. histrionē, aut audirem Titum Plācum. s. poetā & poemata Laberij & Publij q sunt mimographi. Et scito nihil tam deesse mihi quam sup. aliquē, qui cum. i. cū quo, ego rideā hæc familiariter & docte. i. ex iudicio arguto. Tu eris is. s. qui cū ridebo, si ueneris quamprimum. i. ualde cito, quod ut facias ego arbitror interesse. i. in re esse non solum mea, sed etiam tua.

PAVLVS MANVT. E Tsi periniquo) Recte intelligentibus non dubito quin pateat, initiū hoc esse ep̄læ, nec esse partem superioris. in hac enim, ut quāprimum ueniat, cornificium rogat: in illa uero, ut quam sæpissime scribat, quasi diutius absfuturus. & aptis sane uerbis utraq;, clauditur epistola. & esse principium potius, q̄ medium epistolæ, ETSI PERINIQVO PATIEBAR ANIMO, quis non uidet?

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

GAudere se dicit, Syriam Cornificio à Cæsare assignatam, petitq́; vt de omnibus rebus eum certiorem faciat.

M. CICERO CORNIFICIO S. 20

L IBENTISSIMO legi tuas literas: in quibus iucundissimum mihi fuit, quòd cognoui meas tibi redditas esse. non enim dubitabam, quin eas libenter lecturus esses: verebar, vt redderentur. Bellum, quod est in Syria, Syriamq́; prouinciam tibi tributā esse à Cæsare, ex tuis literis cognoui. eandem rem tibi volo bene, et feliciter euenire. quod ita fore confido, fretus & industria, et prudentia tua. sed de Parthici belli suspicione quod scribis, sane me cōmouit. quantum copiarum haberes, cū ipse coniectura consequi poteram, tum ex tuis literis cognoui. itaque opto, ne si illa gens moueat hoc tempore, dum ad te legiones ea perducantur, quas audio duci. quòd si pares copias ad confligendum non habebis, non te fugiet vti consilio

M. Bibuli

*M. Bibuli, qui se oppido munitissimo, & copiosissimo tandiu tenuit, quandiu in prouincia Parthi fuerunt. sed hac melius ex re, et ex tempore constitues. mihi quidem usque curae erit, quid agas, dum, quid egeris, sciero. Literas ad te nunquam habui cui darem, quin dederim. a te, ut idem facias, peto, in primisq; ut ita ad tuos scribas, ut me tuum * sentiant esse. Vale.*

* alias fiant.

HVBER. LIBENTISSIME) Cum Caesar praefecisset Cornificiu Syriae, in eaq; timeretur, aut certe iam esset bellum, optat Cic. ea rem illi feliciter eueni re, postea uero contra bellum Parthicu monet quo agere debeat ostenditq; se cupidum esse scire, quid egerit. {Volo) cupio. {Quod) ut tibi bene & feliciter eueniat. {Fretus) cofisus. {De suspicione belli Parthici) scripserat. n. se suspicari Parthos moturos esse bellu: {Cum) ide &c. {Illa gens) Parthor. {Dum) donec. {Pares) aequales Parthis. {Vti cosilio) M. Bibuli. i. facere, sicut fecit Bib. {Oppido mu.) Anthiochia, cum praefuisset Syriae, ut uisum est lib. 2. {In prouincia) in Syria, expulit autem eos Cassius, ut uisum est. {Ex re) ut uidebitis rem indigere consilio. {Constitues) consilium capies. {Vsque) semper, assidue. {Idem facias) ut des ad me literas omnibus, quibus dare poteris.

Constitue re. Vsque.

ASCEN. Libentissime legi tuas, literas &c. Cum Caesar praefecisset Cornificiu Syriae, & in ea bellum timeretur aut iam esset, optat Cic. eam rem illi feliciter euenire, postea uero contra bellu Parthicum monet quo agere debeat, ostenditq; se cupere scire, qd ille hactenus egerit. Ordo est. Ego legi libentissime literas tuas, In quibus fuit mihi iucundissimum quod cognoui meas. s. literas esse redditas tibi. Non. n. dubitabam quin esses lecturus eas libenter, uerebar. i. formidaba, ne redderentur. s. tibi. Ego cognoui, ex literis tuis, bellu quod est in Syria, & Syriam prouinciā esse tributam tibi à Caesare. Ego uolo. i. opto eandē rem. s. belli & prouinciae administrationem euenire tibi bene & feliciter. Quod cōfido fore. i. futurum ita fretus. i. confisus & industria & prudentia tua. Sed quod scribis de suspicione belli Parthici. s. quod istare scribis, cōmouit me sane. i. multum, qa sup. cum. s. ita sit, q ipse. i. per me ipsum poteram cōsequi. i. cognoscere, coniectura. l. p coniecturam et tuis. i. multo aptius cognoui ex literis tuis. Itaq; opto ne. i. ut nō, ut illa gens. s. Parthica, non moueat se hoc tpe, dum. i. donec ex legiones quas audio, duci. i. adduci. i. deligi, perducantur ad te. Quòd si nō habebis copias pares. i. satis magnas ad cōfligendum, nō fugiet te. s. memineris, uti cōsilio M. Bibuli, qui retinuit se oppido munitissimo, & copiosissimo tādiu quanadiu Parthi fuerunt in prouincia. Sed tu cōstitues hoc. i. quid de boc sit faciendū, melius ex re. i. ex dispositione negocij, & ex tpe. i. qualitate tpis. Quidē. i. certe, quid agas, erit mihi curae usq;. s. illud tps dū sciero qcqd egeris. Nunq habui cui darem literas ad te, qn dederim. Peto à te ut facias idem. i. siie. Et sup. peto i primis ut scribas ad tuos ita, ut sentiāt me esse tuū.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Iocandi argumentum Sinuessano exigua villa Ciceronis dedit, petit interim ut frequentius scribat.

CICERO CORNIFICIO COLLEGAE S. 21

*GRATAE mihi tuae literae, nisi quòd Sinuessanum diuersoriolum contempsisti. quam quidem contumeliam villa pusilla inique animo feret, nisi in Cumano, & Pompeiano reddideris * πάντα περὶ πάντων. sic igitur facies, meq; amabis, & scripto aliquo lacesses: ego enim respondere facilius possum, quam prouocare. quòd si, ut est, cessabis: lacessam; ne tua ignauia et inertiam afferat. plura ociosus. hec, cū essem in senatu, exarani. Vale.*

* i. oia de oibus

HVBER. GRATAE) Cum proficisceretur. Cornificius p Campaniam noluit diuertere in Sinuessanam uillam Cic. quare Cic. iocās dicit uillam suam paruam nō passuram hanc iniuriā, nisi recompensauerit oia in Cumano & Pōpeiano. Postremo rogat Cornificiū, ut se literis lacessat, se. n. facilius posse respōdere q̄ prouocare pp occupationes, sed si fuerit ignauus in scribendo, se ultro eū prouocaturū, ne & ipse iners fiat. {Diuersoriolum) hospitiolū. {Sinuessanum) est aūt Sinuessa ciuitas, mediterranea Campaniae, uino satis abundans: qd Sinuessanum dr. {Villa p.) i. Sinuessanā. {Cumano & Pomp.) uillis meis de Cumano alio loco diximus plenius. πάντα περὶ πάντων. i. omnia de omnibus, est aūt, puerbiale dictū. i. nisi de oibus & singulis: in quibus defecisti in Sinuessano satisfacias in Cumano & Pompeiano, quo uelim diuertas. {Lacesses) pro uocabis ad scribendū. {Vt est) s. cessator, uel piger. {Inertiam) i. mihi. {Plura) scribam. {Exaraui) scripsi: led scribere est etiā ex ingenio facere: exarare uero tantum figuras literarum facere, quasi ergo hec non sit epist. dixit exaraui, & non scripsi.

Diuersoriolum. Sinuessanum. Lacesses Scribere Exarare

ASCEN. Gratae &c. Iocatur q in uillā suam non diuerterit, & ad scribendū inuitat dicens. Literae tuae fuerūt gratae mihi, nisi q cōtempsisti diuersoriolum Sinuessanum. i. quod habeo Sinuessae. Quā quidem cōtumeliā uilla. i. domus mea rustica pusilla. i. exigua feret iniquo aio, allusdit ad pauperes q se contēni aegre ferūt, nisi reddideris. i. sis redditurus in Cumano & Pōpeiano, sup. diuersorijs meis, πάντα. i. oia, περὶ. i. de, πάντων. i. oibus. Tu igitur facies sic, amabis me, et lacesses. i. prouocabis aliquo scripto. Ego. n. possū facilius rñdere, quā prouocare. Quòd si cessabis, ut es. s. tardus ad scribendū, ego lacessā. i. puocabo, ne ignauia tua afferat ēt sup. mihi inertiā. Plura sup. scribā ociosus, ego exaraui. i. scripsi hec, cū essē in senatu.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Commendat Anitium Cornificio, petitq; ut eius negocia & dignitatem adiuuet.

M. CICERO CORNIFICIO S. 22

CAIVS Anitius, familiaris meus, vir omnibus rebus ornatus, negociorum suorum causa legatus est in Africam legatione libera. eum velim rebus omnibus adiuues; operamq; des, ut quamcōmodissime sua negocia conficiat. in primisq;, quod ei carissimum est, dignitatem eius tibi commendo: idq; à te peto, quod ipse in prouincia facere sum solitus non rogatus, ut omnibus senatoribus lictores darem: quod idem acceperam, & cognoueram à summis viris factitatum. hoc igitur mi Cornifici facies: ceterisq; rebus omnibus eius dignitati, reiq;, si me amas, consules. id erit mihi gratissimum. Da operam, ut valeas.

HVBER. CAIVS Anitius) Cōmendat Cic. hac epla Cornificio praefecto Africae C. Anitium familiarem suū proficiscentem legatum in eā prouinciam pp negocia quaedam sua. Rogat aūt Cornif. ut eum oibus rebus adiuuet ut possit negocia sua cōmodissime conficere, deinde cōmendat ēt eius dignitatem rogans ut ei lictores det, q se sua sponte facere consuetum esse dicit, cum praefuisset Ciliciae, quia intellexerat summos uiros id fecisse. {Omnibus re.) uirtutibus, doctrina, ingenio, nobilitate, & ceteris similibus. {Libera) larga, qa non est praescriptum tm unum negocium agendū, sed quicqd necesse fuerit in prouincia. {Nō r.) spōte mea. {Acceperā) intellexerā. {Factitatū) hoc ut des ei lictores, de q dictione alio loco plene dcm est.

ASCEN. Caius. Cōmendat Cornificio pfecto Africae C. Anitiū familiarem suū dicens: C. Anitius familiaris meus ornatus oibus rebus, legatus est in Africā legatione libera, quia causa negocior suor, non publicor. Velim adiuues eū rebus oibus. Et des operā ut pficiat. i. perficiat negocia sua, q cōmodissime, et In primis cōmendo tibi dignitatē eius, quod. s. eā esse cōmendatam est ei charissimū. Et peto à te, id quod ipse. i. ego solitus sum facere in puincia nō rogatus, ut darē. i. solitus sum dare lictores. i. ministros publicos oibus senatoribus senatorij ordinis uiris q. i. qa acceperam idem. i. bnficium. s. ab alijs & cognouerā id factitatū. i. frequenter factū à summis uiris. Tu igr ò mi Cornifici facies hoc q consules. i. pdesbis & proderis, ceteris rebus, eius, omnibus, & dignitati & rei eius si amas me. id erit gratissimum mihi da operam, ut ualeas.

M. CIC

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Narrat quid in urbe à Cæsarianis . reliquisq; post Cæs. mortē agatur .

M. CICERO S. D. CORNIFICIO. 23

*NOs hic cum homine gladiatore, omnium nequissimo, collega nostro, Antonio bellū gerimus, sed non pari conditione, contra arma verbis . at etiam de te cōcionatur : nec impune : nam sentiet, quos lacesserit . ego aūt acta ad te omnia arbitror perscribi ab alijs . à me futura debes cognoscere: quorum quidem nō est difficilis coniectura . Oppressa oīa sunt: nec habent ducem boni : nostriq́ * τυραννοκτόνοι longe gentium absunt . Pansa & sentit bene, et loquitur fortiter . Hirtius noster tardius cōualescit . quid futurum sit, plane nescio. spes tamen vna est, aliquando populum R. maiorum similem fore . ego certe reip. non deero : &, quidquid acciderit , à quo mea culpa absit, animo forti feram . illud profecto, quoad potero, tuam famam, & dignitatem tuebor . Ad XIII. cal. ian. senatus freques mihi est assensus cum de ceteris rebus magnis, & necessarijs, tum de prouincijs ab ijs, qui obtinerent, retinendis, neque cuiquam tradendis, nisi qui ex S. C. successisset . hoc ego cum reip. causa censui, tum mehercule in primis retinendæ dignitatis tuæ . quamobrem te amoris nostri causa rogo, reip. causa hortor, ut ne cui quidquam iuris in tua prouincia esse patiare, atque vt omnia referas ad dignitatem, qua nihil potest esse præstantius . Vere tecum agam, vt necessitudo nostra postulat : in Sempronio, si meis literis obtemperasses, maximam ab omnibus laudem adeptus esses . sed illud & præterijt, & leuius est . hæc magna res est . fac, vt prouinciam retineas in potestate reip. plura scripsissem, nisi tui festinarem . itaque Cherippo nostro me velim excuses. Vale .*

**.i.tyrānicidæ.*

HVBER. NOS hic) Occiso Cæs. scribit Cic. se hr̄e magnū negocium & bellum cū C. Antonio M. Ant. fratre, sed se agere uerbis, illum armis, dicit ēt eum oblocutū esse de Cornificio, deinde ostēdit oia oppressa esse deesseq; decē uiris bonis & patriæ defensoribus . Brutos.n. & Cassiū Ceteros interfectores Cæs. abesse à patria, se aūt defensuꝝ remp. quantū in se erit. Deinde dicit qd decretū sit à senatu de ꝓuincijs: in quas quidē uolebat nouos successores mitti qđ dicit Cic. nō placuisse senatui te ita sentiente, ne ꝓuinciæ traderētur, nisi ijs, qui ex senatusc. missi essent ad succedendum. Superiores oēs epistolæ ad Cornificium uīr scriptæ fuisse ante mortem Cæs. sequentes uero post eius mortem. {Collega no.) non in auguratu , ut quidā falsò putant, sed collega quōdam.s. in consulatu meo oppressi. {Catilinam) tūc.n. C. Ant. collega fuit Cic. {Verbis).s. gerimus bellū. {Contra arma.) quia ille telis mihi minatur , & sic est declarationis imparis cōditionis. {Concionatus est) orationem habuit. {De te) tibi detrahendo. {Quos) quales uiros {Quoꝝ) futuroꝝ. {Coniectura) iudiciū ex quibusdam signis {Boni) defensoris patriæ & libertatis. {τυραννοκτόνοι) interfectores tyranni, tyrānicidæ.s. Brutus & Cassius. {Longe gen.) pro longe, nam gentiū additio est. sic nusq̄ locoꝝ & nusq̄ gētium. {Cōualescit) qa solitus est esse timidus & ꝑleuerat. {Maioꝝ) q ob animi magnitudinem seruitutē ferre nō potuerunt {A quo mea cul. ab.) s. in quo nō sit culpa mea. {Retinendis) in futuꝝ. {Retinēdæ tuę di.) ut nō cogaris discedere, & ex magistratu fieri priuatus. {Quidq̄ iu.) aliqd potestatis . {Vere) syncere, sine simulatione. {In Sempr.) cui ut traderes prouinciam ad te scripseram. {Illud) quo traderetur Sēpro. {Magna res est) qa nescimus cui sit hn̄da fides. {Festinarent) accelerarent uenire. {Cherippo) ad quem ꝑꝑ festinationem tuorum scribere non potui. is erat amicus Cic. in Africa cū Cornificio.

Coniectu rare. Tyranni cida.

ASCEN. NOs &c. Scribit se post cædem Cæs. hr̄e magnum bellum cum Ant. sed se agere uerbis , illum armis . Queriturq́; Remp. desolatam cū Brutus & Cassius absint . Deinde scribit de decreto senatus: unde uŕ epl̄a scripta paulo post necem Cæsaris, superiores ante eam. Ordo est. Nos gerimus hic bellū cū Ant. collega nr̄o.i. consenatore , hoie gladiatore.i. gladiatorio aio arma tractanti, utpote nequissimo omnium. Sunt qui putent Cic. de collega consolatus sui loqui, quod minime placet . Sed gerimus bellū conditione non pari.i. impari utpote uerbis cōtra arma. At.s. Ant. concionatur.i. uerba ad ppl̄m facit, cōtra te, nec impune.i. nō sine punitione futura, nam sentiet quos lacessierit . hoc dicit ut Cornificium ad ultionem stimulet. Ego aūt arbitror acta perscribi ad te ab alijs. Tu debes cognoscere à me futura , quoꝝ quidem.s. futuroꝝ coniectura nō est difficilis. oia sunt oppressa, nec boni hn̄t ducem, & tyrānoctoni.i. tyrānicidæ nr̄i absunt longe gentiū.i. in longinquis regionib. Pāsa & sentit bene, & loquitur fortiter. Hirtius non cōualescit.s. ex ægritudine tardius. Quid futuꝝ sit planè nescio . Atqui dixerat se futura dictuꝝ: sed ea duntaxat quoꝝ nō difficilis esset cōiectura. Est tn̄ una spes P. R. futuꝝ aliqn̄.i. tandē silem maioꝝ.s. suoꝝ.i. libertatis uindicē. Ego certe non deero Reip. & ferā.i. patiar aio forti qcqd acciderit, à quo culpa mea absit. Profecto sup. faciā, illud quoad.i. quātū potero, & tuebor.i. defendā fama & dignitatē.i. honorē & existimationē tuā, ad quā mox ait oia esse referēda, cū nihil sit ea ꝓstātius. Senatus frequēs.i. senatores q frequētes cōuenerūt, assensus est.i. assensit mihi. nā assentior & assentio, utroq; modo dicimus. ad xiii. Cal. Ian. seu Ianuarij, Cū.s. ita sit, ꝙ assensus est mihi de ceteris reb' magnis.i. magni momēti, & necessarijs.s. Reip. tū.i. multo magis & euidētius, est assensus mihi de ꝓuincijs retinēdis.i. in posteꝝ adhuc gubernādis , ab ijs q obtinēt .i. iā hn̄t ac tenēt.s. eas, neq; tradēdis hoc est resignandis, ac renūciandis, cuiq̄.s. alij successori, nisi.s. ei q successisset.s. ꝓcurationi ꝓuincię, ex S. C. uoces illæ, retinēdis, & tradēdis, gerūdia sunt, nā ita eas grāmatici nominant, quæ casum hn̄t eoꝝ substantiuoꝝ, quibus iunguntur, ut hic uides, de ꝓuincijs retinēdis & tradendis, quæ ita ꝑ gerundium resoluas licet, de retinēdo ac tradendo ꝓuincias, qui tn̄ loquendi modus inusitatus est, Ego censui.i. s̄niam dicēdo iudicaui, hoc cum causa Reip. .i. ꝑꝑ ipsam Remp. tum mehercule.i. per Herculem in primis .i. potissimū aut principaliter sup. causa retinendæ dignitatis tuæ.i. retinēdi & ꝯseruādi dignitatē & honorem tuū. Quāobrem ego rogo te causa amoris nr̄i.i. ꝑ mutuam amicitiā nr̄am & hortor te causa reip.i. ob amorē & studium tuū erga Rēp. ut ne.i. ut nō patiare.i. toleres, quicq̄ iuris.i. aliqd iuris dictionis ac ptātis, esse cui.i. alicui, in tua ꝓuincia , atq;.i. & ut referas.i. dirigas & ordines, oia.i. oēs actiones tuas, oia tua facta, ad dignitatē.i. ad honorem tuū, cum tuendū , tum ēt augendū, hoc est, quicq̄d unq̄ acturus es, id omne ob amplitudinē, & honestā famam, & ꝯñdam, & conseruandā, fac agas. qua.s. dignitate nihil pōt esse præstantius.i. honorabilius, atq; excellētius in humanis rebus.i. qm̄ dignitas, & bona existimatio est summū bonū, atq; oium bonoꝝ finis . nā relatiuū hic cōiunctionis causalis uim habet uti al's sæpissime . Atque hic animaduertendum, q̄ cæci, ac stulti fuerint quantáue in caligine uersati sint ueteres illi Ethnici, nō uulgares modo atque indocti, nā de ijs neq; dubitandū ulli, neq; adeo mirandū sit, sed ꝓclari illi, & principes uiri , atq; olum disciplinaꝝ eximij ꝓfessores , q cum alioꝝ se duces ad bene beateq; uiuendū esse gloriarētur, tm̄ abest, ut ulli unq̄ rectā, qua ad beatitudinē cōsequēdam ingrederetur, uiam mōstrarint, ut ne ipsi quidē eā aut uidere unq̄, aut tenere (horrēdis erroꝝ tenebris obuoluti) potuerint. Quid.n. miserius, qd fœdius, quíue stultius fingi pōt, quā ut ij q sc recte atq; semp uiuendi magr̄os uulgo iactitāt , quiq́; humanū aīum unà cū corpore interire haud quaq̄ posse & credūt, & docēt, cum tn̄ in illo sempiterno æuo, nulla re alia beatū faciant, q̄ perpetua suoꝝ recte factoꝝ memoria , quę iugi ac semp duraturo offō ab suis posteris celebrāda, collaudāda, atq; canēda esse sperēt? Nā in hac inani, leuissimaq́; ac nihili faciēda gloriola , auraq́; populari ac cōmemoratione posteritatis oēm illi suā beatitatem, oēm spem, oē denique totius illius suę ꝑsonatæ falsæq́; uirtutis ꝓmium ponebāt, nec aliū ullum inferis sensum tribuere didicerāt, nisi eius opinionis, eius famæ, earumq́; laudationū, quas futuris ætatib' (quarū infinitas myriadas fore sibi pollicerētur) sibi ab supstitib' deferēdas falsò augurabātur, Lege Paulū cap. 1. ad Rom. q uanam insipiētium illoꝝ sapiētum de se persuasionem, amentiā errores, incredibilemq́; furorē agit, traducit, ac uehemētius insectatur .

sectatur. sed iam ad textum redeamus. Ego agam. i. loquar tecum, uere. i. ueraciter, syncériter, ex aio, & aperte: ut. i. quemadmodum, necessitudo. i. amicitia, ac beneuolentia nr̃a postulat. i. exigit, ac requirit, Nã uera, fidelisq; inter hñies charitas, atque cõiunctio, nihil fuci, nihil simulationis, nihil assentationis amat, aut patitur. quãobrem & Paullus pie uiuendi pręceptũ, ac normam tradens, eã tribus his nẽpe charitate, quæ ex corde puro, ɔ̃scia bona, & fide minime simulata cõstare affirmat, qua de re ẽt phi diligentius conscripserunt. Si obtemperasses literis meis, in Sẽpronio. i. de Sempronio, seu quod ad Semproniũ attinet, tu esses adeptus magnam laudẽ ab oĩbus. s. Rom. ciuibus. Sed illud, & pterijt, & leuius est. i. modici momenti. Duplicem causam reddit, cur ea res, quam tametsi ab se admonitus, tñ prorsus Cornificius cõtempserat, para esset curãda, tum quod iam acta & confecta res erat, tempusq; eius rei rectius gerendæ, aut ẽt corrigendi erroris Cornificij, pręteriérat: ut iam quicq̃ ea de re statuere uelle, nihil plane aliud esse, q̃ facta infecta reddere, uideretur. Nam de præteritis nullam institui deliberationem aut ɔ̃siliũ capi, manifestissimum est, tum ẽt q̃ res ea tã leuis esset, ut non admodũ esset ponderãda, sed plane negligẽda, hęc res est magna, fac ut retineas prouinciã in ptãte Reip. ego scripsissẽ plura nisi tui festinarẽt. Itaque uelim excuses me Chærippo nr̃o. s. quod nihil ad eum scribo.

PAVL. MANVT. Collega nostro) Vetusti libri nõnulli hñt, uestro: quos alij secuti sunt: q quidem, non uideo, qua rõne ducti id fecerint: fecisse tñ arbitror non temere. sed, cum in libris item manuscriptis, collega nr̃o, legatur; (habet aũt unum ex antiq̃s exemplaribus, in quibus ita scriptum sit, Petrus Bembus, habet & Bernardinus Maffeus) Antonium aũt Ciceroni in augurãtu collegam fuisse, notissimum sit: priorem lectionem cõseruaui: quam eo minus arbitror immutandam, q & ad Atticum scribens, epistola penultima libri X. collegam suum appellat Antonium: inquit enim: Misit puerum, se ad me uenire: hoc quidem melius, q̃ collega noster Antonius, cuius inter lictores lectica mima portatur. & Philippica II. 181. Sume diem: uide, qui te inauguret: collegæ sumus.

GIBERTI LONGOLII LEMMA:

Rursus, sed copiosius, Cornificio, quæ in urbe gerantur, nunciat.

M. CICERO CORNIFICIO S. D. 24

OMNEM conditionẽ imperij tui, statumq́ prouinciæ mihi demonstrauit Stratorius. Multa intolerabilia locis omnibus. sed quo tua maior dignitas, eo, quæ tibi acciderunt, minus ferenda: neque enim, quæ tu propter magnitudinem & animi, & ingenij moderate fers, à te non ulciscenda sunt, etiam si non sint dolenda. sed hæc posterius. Rerum urbanarum acta tibi mitti certo scio. quod ni ita putarem, ipse perscriberem, in primisq́ Cæsaris Octauiani conatum. de quo multitudini fictum ab Antonio crimen uidetur, ut in pecuniam adolescẽtis impetum faceret. prudentes autem, & boni uiri et credũt factum, & probant. quid quæris? magna spes est in eo. nihil est, quod non existimetur laudis, & gloriæ causa facturus. Antonius aũt, noster familiaris, tanto se odio esse intelligit, ut, cum interfectores suos domi comprehenderit, rem proferre non audeat. ad VII. id. Oct. Brundusium uenerat, profectus obuiam legionibus Macedonicis quatuor: quas sibi conciliare pecunia cogitabat, easq́ ad urbem adducere, & in ceruicibus nostris collocare. Habes formam reip. si in castris potest esse resp. in qua tuam uicem sæpe doleo, quod nullam partem per ætatem sanæ & saluæ reip. gustare potuisti. atque antehac quidem sperare saltem licebat, nunc etiam illud ereptum est. quæ enim spes est, cum in concione dicere ausus sit Antonius, Canutium apud eos locum sibi quærere, quibus se saluo locus in ciuitate esse non posset? equidem & hæc, & omnia, quæ homini accidere possunt, sic fero, ut magnam habeam philosophiæ gratiam; quæ me non modo à solicitudine abducit, sed etiam cõtra omnes fortunæ impetus armat. tibiq́ idem censeo faciundum, nec, à quo culpa absit, quidquam in malis numerandum. sed hæc tu melius. Stratorium nostrum cum semper probassem, tum maxime in tuis rebus summam eius fidem, diligentiam, prudentiamq́ cognoui. Da operam, ut ualeas. hoc mihi gratius facere nihil potes.

HVBER. OMNEM) scribit Cic. se intellexisse ex Stratorio quodam oẽm conditionem ꝓuinciæ Cornificij, in qua intellexerat eũ oppressum esse multa digna, quæ licet nõ uideantur ualde dolenda, dicit tñ ei esse ulciscẽda. deinde licet sciat Cic. acta rerũ urbanarũ mitti ad Cornificiũ: perscribit tñ multa, quæ fiebant, & ab Ant. & ab Oct. de quo dicit magnã esse spem Augusti, aut magno esse odio oĩbus, quem dicit tentasse solicitare pecunia legiones quattuor, quæ ex Macedonia ueniebant: ut eas hrẽt ad oppressionem suæ ciuitatis. hæc aũt mala dicit se ita facere, ut ualde sit obligatus phiæ, quæ eum ab omni solicitudine abducit & armat cõtra impetus fortunæ. commendat postremo diligentiam & prudentiã Stratorij in rebus Cornificij. {O) exclamãtis est. {Sed quo) dicit q licet multis locis multa sint in tolerabilia, tñ quanto maior sit dignitas Cornificij: eo minus ei ferẽda esse quę acciderũt. intelligimus aũt aliquas molestias sibi factas in ꝓuincia, quas Cic. Cornificio ulciscendas esse dicit. {Propter m. an.) q̃a quanto quisq; est maioris animi, tãto moderatius fert iniurias & facilius remittit: ut & Arist. & Cic. scribũt, & Ouid. in lib. quem de tristib. appellat. Quo quisq; est maior, magis est placabilis irę. Et faciles motus mens generosa capit: Ordo est: Neq;. n. à te ulciscenda sunt: quæ tu pp magnitudinẽ animi, & ingenij moderate fers. {Posterius). s. scribemus. {Conatum). i. M. Ant. {In pecuniam adol.) ut usurparet pecuniã Octauiani, quam cum Ant. uellet hr̃e, dicebat se eam dedisse Dolabellæ pfecto Syriæ & legatis. Pop. R. {Credunt factũ). s. q uoluerit opprimere Ant. {In eo) Octauiano. {Noster fam.) puto ironice dictum, q̃a esset ab eis alienissimus. {Interfectores) q̃ credebantur missi ab Oct. Ad VII. Cal. hãc rem uide plenissime apud Appiã. {In ceruicib. no.) quasi iugũ quoddam imponere ne possemus ei resistere. {Nullam par. reip. sanę & saluę). i. incolumis non diminutæ. {Id). s. sperare. {Abducit) attrahit de laudibus philosophiæ & in officijs suis, & in Tusculanis quæstionibus & supra in multis epistolis multa dicit. {Quidq̃) à quo culpa absit. i. in quo non sit culpa nr̃a. {Probassem) bonũ iudicassem.

ASCEN. Omnem &c. Dicit ex Stratorio se oĩa intellexisse quæ intolerabilia quidẽ sunt, sed quæ speret ab eo ulciscenda. Ordo aũt est: Stratorius tuus. s. amicus demõstrauit mihi oẽm conditionem imperij tui & statũ prouinciæ. s. tuæ. O exclamandi particula, multa intolerabilia oĩbus locis &c. Cetera patent. Sed hoc posterius, sup. scribã &c. Rerum &c. Hanc ep̃lam quędam exemplaria hñt superiori annexã, In qua scribit acta rerũ urbanarũ, licet ea putet ad Cornificiũ mitti. scribit aũt pcipue de Antonio & Cæsare Oct. Ordo est. Ego scio certo. i. ut certũ acta rerũ urbanarũ mitti tibi, quod ni. i. nisi putarẽ (mire subiũgit putarem cũ se certo scire præmiserit) ipse. i. egomet scriberẽ sup. ea & in primis sup. scriberem conatũ Cęsaris Octauiani. i. Octauij filiũ, de quo ut̃ multitudini, crimen fictum ab Ant. ut faceret impetũ, in pecuniam adulescẽtis, derelictam ei testamẽto à Cæsare, unde Antonius magnã uim sustulit. Aũt. i. sed uiri prudẽtes & boni, & credunt factũ. s. à Cæsare ex aio, & probant. i. cõmendant. Quid quæris. s. ut multa scribam. Magna spes est in eo. s. Cęsare, nihil est quod nõ existimetur esse facturus causa laudis & gloriæ. Ant. Aũt noster familiaris. ironia est, intelligit se esse tãto odio, ut cũ comprehẽderit interfectores suos. i. ad se interficiendũ à Cæsare missos domi. s. suæ non audeat ꝓferre. i. diuulgare rem. Ant. sup. uenerat ad VII. Id. Octob. Brundusiũ profectus. i. egressus obuiã, quattuor legionibus Macedonicis, quas cogitabat cõciliare sibi pecunia, & adducere eas in urbẽ. s. Romam & locare in ceruibus nr̃is, ut nobis sint grauamini. Habes. i. intelligis formã Reip. si Resp. põt esse in castris. In qua. s. re, ego doleo sæpe uicem. i. sortem tuam, q nullam. i. non ullam non potuisti p ætatem, q̃a cum Resp. uigeret, nimis iuuenis eras, & postq̃ uir esse cœpisti, Respub. oppssa fuit, gustare ullã partem Reip. sanæ saluę. Atq; licebat q̃dẽ ante hac. i. ante hoc tp̃s, saltẽ. i. ad minimũ, sperare

.i.gustare aliq̃ partem Reip.salutę & sanæ,nunc ẽt illud.f.spe rare talia,est ereptũ. Quæ.n.spes est,cum Antonius ausus sit dicere in cõcione.i.sermone ad ppłm conuocatum . Canutiũ quęrere sibi locũ apud eos.f.perditos hoies,quibus te saluo.i. donec fuerit saluus,locus nõ posset esse in ciuitate ? Equidẽ.i. ego quidem fero & hæc,& oia quæ pñt accidere homini,sic, ut habeam magnam gr̃am phiæ,quæ nõ modo.i.non solum abducit me à solicitudine, sed ẽt armat me cõtra oẽs impetus fortunæ,& ego censeo idem faciendũ tibi, nec numerandum quicq̃ in malis.i.quæ uera censenda sunt mala , à quo culpa absit.Id aũt ex Stoicoꝝ dicit dogmate.Sed tu melius sup.nos sti,aut diceres hæc.Cum.f.ita sit φ probassem.i.approbassem semp Stratorium nr̃m.f.cõem amicum , tũ cognoui maxime summam fidem,diligẽtiam & prudentiam eius in rebus tuis : Da operam ut ualeas. Nihil potes facere mihi gratius, hor.i. q̃ hoc.f.ut ualeas, id autem amanter dictum est, quo addito frustra,imò inepte adderetur . Vale . Nam eius loco ponis tur,habetq; quandam uim accurationem.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Hortatur Cornificium, ut pro Rep. laboret, quod se facere dicit, & cõmendat illi Pinarium, procuratoremq; Pinarij.

M. CICERO CORNIFICIO. 25

EGO nullum locũ prætermitto (nec enim debeo) non modo laudandi tui, sed ne ornandi quidem. sed mea studia erga te, & officia malo tibi ex tuorum literis, quàm ex meis, esse nota. te tamen hortor, ut omni cura in remp. incumbas. hoc est animi, hoc est ingenij tui, hoc eius spei, quam habere debes amplificandæ dignitatis tuæ. sed hac de re alias ad te pluribus. cum enim hæc scribebã, in expectatione erant oĩa. nondum legati redierant, quos senatus non ad pacem deprecandam, sed ad bellum denunciandum miserat, nisi legatorum nuncio paruisset. ego tamen, ut primum occasio data est, meo pristino more remp. defendi: me principem senatui, populoq; R. professus sum: nec, postea quàm suscepi causam libertatis, minimum tempus amisi tuendæ salutis, libertatisq; cõmunis. sed hæc quoque te ex alijs malo. T. Pinarium, familiarissimum meum, tanto tibi studio cõmendo, ut maiore non possim: cui cum propter omnes uirtutes, tum etiam propter studia cõmunia sum amicissimus. is procurat rationes, negociaq; Dionysij nostri, quem & tu multum amas, & ego omnium plurimum. ea tibi ego non debeo cõmendare, sed cõmendo tamen. facias igitur, ut ex Pinarij, gratissimi hominis, literis tuum & erga illum, & erga Dionysium studium perspiciamus. Vale.

HVBER. EGO) scripta est hæc ep̃la quo tpe Ant.obsiderat Deciũ Mutinę.Primũ igitur scribit Cic.se assidue curare & laudes et ornamẽta Cornificij,sed mal le quę pro eo agit,ab alijs ad eũ referri,q̃ à se scri bi.Deinde hortatur eũ ut incũbat in remp. Post ea uero ostendit nihil esse certi Romæ:q̃a nondũ redierant le gati,q ad Ant.iuerãt denũciaturi, ut desisteret ab obsidione, se aũt dicit diligẽtissime suscepisse curam tuẽdæ libertatis. Po stremo cõmendat ei. T.Pinariũ quendam pcuratorẽ cuiusdã Dionysij,ut amboꝝ causa & Pinariũ & negocia oia,quæ pro curat cõmendata habeat.{Animi).f.magni. q maxime pbas tur ex defensione reip.{Spei)amplificandæ dignitatis:q̃a ni hil magis affert dignitatem q̃ protectio reip.{Nũcio)manda to.{Paruisset)Ant.ut desisteret ab obsidiõe.{Occasio)oppor tunitas.{More meo.)ut sp psueui.{professus sum.)palã obtu li & exposui.{Minimũ) pusillum.{Propter studia cõia) quia literis & Phiæ dat operam : sicut ego.{Procurat} gerit . inde procurator ppríe negocioꝝ gestor : quem uulgus factorem appellat.{Ea)negocia.{Non debeo)quia debent tibi esse cõs mendata sponte tua.{Illum)Pinarium.{Studium) fauorem.

Procurare. *Procurator.*

ASCEN. EGo &c.Scripta est hęc ep̃la quo tpe M.Ant.obsidebat Mu tinæ D. Brutũ,in qua dicit se tueri dignitatem Cornificij, Hortatur ut in Remp. incũbat,dicit nihil certi esse Romæ , cũ legati ad Antoniũ missi ut desisteret,nondum redierint,ac de mum cõmendat ei T.Pinarium.Ordo est: Ego nullum.i.non ullũ,non prætermitto ullum locũ,nec.n.debeo,nõ modo lau dandi tui,sed ne quidem quod magis liceret,ornandi tui.Sed ego malo mea studia & officia erga te esse nota tibi ex literis tuoꝝ.f.amicoꝝ & familiarium q̃ ex meis. Tamen ego hortor te, ut incũbas.i.ꝑpensus sis omni cura , in Remp.f.iuuandã . Hor.i.incũbere in Remp.est.f.offm animi tui, hoc est ingenij tui,hoc est eius spei.i.ptinet ad eam spẽ dignitatis tuæ amplifi candæ,quã debes hr̃e. Sed sup.scribemus aut pluries ad te alio tpe,pluribus.f.uerbis de hac re,ad te enim.i.q̃a oia erant in expectatione,& ita nihil certi neq; peracti,cũ ego scribebã hæc.Legati.f.ad Ant.missi nondũ redierant, quos senatus mi serat,nõ ad pacem deprecandã.i.precibus impetrandã, sed ad bellũ denunciandum,nisi.f.Ant.paruisset nũcio.i.mandato , legatoꝝ.Ego tñ ut primum occasio data est.f.libere loquẽdi, defendi Remp.more meo pristino.i.in priore statu consueto, et pfessus sum me,principẽ senatus P.R.neq; amisi posteaq̃ su scepi causam libertatis.f.tuendæ. Sed ego malo te cognoscere quoq;.i.ẽt hæc,ex alijs. Ego cõmendo tibi T.Pinariũ familia rissimũ meum tanto studio.i.molimine , ut nõ possim.f.eum cõmendare,maiore.f.studio . Cui ego sum amicissimus, cũ.f. ita sit φ pp oẽs artes,tum ẽt pp studia cõia.f.in Remp.Is.f.Pi narius procurat.i. (quod dñt) solicitat rõnes negocia Diony sij nr̃i.f.cõis amici.quem & .i.simul tu amas multum , & ego amo plurimũ.i.abundantissime oium. Ego nõ debeo cõmen dare tibi ea.i.eiusmodi quæ tãtopere sunt cordi, sed tñ cõmen do.Tu igr̃ facies ut pspiciamus.i.euidẽter cognoscam⁹ ex lr̃is Pinarij hois gratissimi,studiũ.i.fauorẽ diligẽtem tuũ &.i.sif. erga illũ.f.Pinariũ tanq̃ solicitatorẽ & pcuratorẽ.q si rẽ amici bene pcurauerit,emolumentũ ab eo ꝯsequeretur.&.i.sif.erga Dionysium.f.cõem amicum,cuius rõnes & negocia ille agit.

PAVLVS MANVT. QVam turbo deiecerat) Vide Dionẽ lib. X X V I I I. charta 18.itẽ lib.XLV. charta 106.& Iuliũ Obsequentẽ in libro de pdigiis.{Quoddã græcũ tps seruitutis) Suspicor in uoce, græcũ,esse mendũ. neq; tñ excogitare quidq̃ ipse potui,quod pro eo reponendũ uideretur. Vbaldini aũt Badinelli ꝯiecturã nõ improbo.cũ.n.satis cõmodum uı̃ hr̃e sensum , tñ à uetere scriptura nõ admodũ recedit.nam cũ in libris q̃busdã antiqs, pro Græcũ,scriptũ sit,cecũ ; ipse,nihil fere pter unã literam im mutãs,legendũ putat,necũm.i.necessariũ. cecum aũt in antis quo libro Vincentij Riccij scriptũ est. mihi tñ & M. Antonij Mureti,iuuenis cũ politiorib.lr̃is ualde eruditi,tũ sciaꝝ & lau de pstantis,ualde placet opinio: q putat græcã uocẽ desidera ri:quã librarius cum nõ intelligeret, in libri margine adscri psit,Græcũ.deinde alij,quasi à Cicerone scriptum,receperunt.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Exponit Cornificio, quod senatus literas illius approbauerit, & quod excusationẽ illius de Sepronio acceperit. Petitq; ut de suis rebus cũ certiore faciat. Postremo amicorum quorũdam negocia illi cõmendat.

M. CICERO CORNIFICIO. 26

LIBERALIBVS literas accepi tuas, quas mihi Cornificius altero uicesimo die, ut dicebat, reddidit. eo die non fuit senatus, neque post eo. Quinquatribus frequenti senatu causam tuã egi non inuita Minerua: etenim eo ipso die senatus decreuit, ut Minerua nostra, custos urbis, quã turbo deiecerat, restitueretur. Pansa tuas literas recitauit. magna senatus approbatio consecuta est cum summo gaudio, & offensione Minotauri, id est Caluisij & Tauri. factũ de te S. C. honorificum. postulabatne, ut etiam illi notarentur: sed Pansa clementior. Ego mi Cornifici, quo die primũ in spem libertatis ingressus sum, et cunctãtibus ceteris, ad XIII. cal. Ian. fundamẽta reip. ieci; eo ipso die prouidi multũ, atque habui rõnem dignitatis tuæ. mihi.n.est assensus senatus de obtinẽdis prouincijs. nec uero postea destiti labefactare eũ, qui summa cũ tua iniuria, contumeliaq; reip. prouincia absens obtinebat. itaque crebras, uel potius quotidianas compellatio

nes

nes meas non tulit, sed in urbem recepit inuitus: neque solum spe, sed certa re iam, & possessione deturbatus est. meo iustissimo, honestissimoque conuicio te tuam dignitatem summa tua uirtute tenuisse, prouinciaque honoribus amplissimis affectum, uehementer gaudeo. Quod te mihi de Sempronio purgas: accipio excusationem: fuit enim illud quoddam * Graecum tempus seruitutis. Ego tuorum consiliorum auctor, dignitatisque fautor, iratus temporibus, in Graeciam desperata libertate rapiebar, cum me Etesiae, quasi boni ciues, relinquentem remp. prosequi noluerunt: austerque aduersus maximo flatu me ad tribules tuos Rhegium retulit: atque inde uentis, remisque in patriam omni festinatione properaui: postridieque in summa reliquorum seruitute liber unus fui: sic sum in Antonium inuectus, ut ille non ferret, omnemque suum uinolentum furorem in me unum effunderet, meque cum elicere uellet ad cadis causam, tum tentaret insidijs: quem ego ructantem, et * nauseantem conieci in Caesaris Octauiani plagas: puer enim egregius praesidium sibi primum, & nobis, deinde summae reip. comparauit: qui nisi fuisset, Antonij reditus à Brundusio pestis patriae fuisset. quae deinceps acta sint, scire te arbitror. sed redeamus ad illud, unde diuertimus. Accipio excusationem tuam de Sempronio: neque enim statuti quid in tanta perturbatione habere potuisti. nunc hic dies aliam uitam affert, alios mores postulat, ut ait Terentius. quamobrem mi Quinte conscende nobiscum, et quidem ad puppim. una nauis est iam bonorum omnium: quam quidem, nos damus operam, ut rectam teneamus, utinam prospero cursu: sed, quicunque uenti erunt, ars nostra certe non aberit: quid enim praestare aliud uirtus potest? tu fac, ut animo magno sis, & excelso, cogitesque omnem dignitatem tuam cum rep. coniunctam esse debere. P. Lucceium mihi meum commendas: quem, quibuscunque rebus potero, diligenter tuebor. Hirtium quidem, & Pansam, collegas nostros, homines in consulatu reip. salutares, alieno sane tempore amisimus, rep. Antoniano quidem latrocinio liberata, sed nondum omnino explicata: quam nos, si licebit, more nostro tuebimur: quanquam admodum sumus iam defatigati: sed NVLLA lassitudo impedire officium, & fidem debet. uerum haec hactenus. ab alijs te de me, quam à me ipso, malo cognoscere. De te audiebamus ea, quae maxime uellemus. De Cn. Minucio, quem tu quibusdam literis ad caelum laudibus extulisti, rumores duriores erant. id quale sit, omninoque quid isthic agatur, facias me uelim certiorem.

* alias caecum.

* alias nauseantem conspexi.

HVBER.

LIBERALIBVS) Docet Cic. quam diligenter egerit causam Cornificij, & ut multum Cornificij literae approbatae sint: quas Pansa recitauerat. Deinde idem dicit esse decretum, de prouincijs retinendis, quod et dixit, supra in alia ep̄la, postea uero admittit excusationem, quam ille de Sempronio fecerat, & ostendit se non defuturum reip. quacunque fortuna futura sit, nec se defatigatum. Postremo commendat ei quosdam amicos suos: qui habuerant hereditatem in Africa quae ei impediebatur à quodam Erote Turij testatoris liberto. Liberalibus die festo Liberi patris. sunt qui putant principium huius ep̄lae esse, Literas accepi. Liberalibus autem finem praecedentis, quod ego non probo, sed puto. Liberalibus esse principium huius ep̄lae. {Altero uigesimo}.i. quadragesimo. {Cornificius} filius tuus. {Quinquatribus} die festo Mineruae, de hac dictione plura diximus alio loco. {Non inui. M.} non repugnante nā.i. magna gr̄a & sapientia. {Minerua n̄ra} n̄rm ingeniū, n̄ra cōsuetudo dicendi pro rep. sed allusit ad Miner. Phidiae, quae in arce posita erat tanquam custos urbis, ita dicit suā Mineruā custodē esse urbis. {Turbo} impetus malorum. {Deiecerat} oppresserat terruerat minis. {Restitueretur} rediret in pristinū statū. {Pansa} credo aliū esse q̄ cōsulem, qm̄ cōsul iā perierat, ut infra hac ep̄la. {Summo gaudio} s. senatus. {Offensione} molestia, displicētia. {Minotauri} p cōtemptū appellauit Ant. minotaurum à similitudine feritatis: nā qd̄

sequtur.i. Caluisij & Tauri non puto esse textū Cic. alius codex habet Caluisij & Tauri, qd̄ puto esse uia sua propria, sed non pbo. {Clementior}.s. fuit, qa nō sentiebat eos notados infamia. {Cūctantibus} cessantibus. {Mihi est assensus sen.} ut sup in ep̄la, q̄ incipit. Nos hic cū hoie. {Labefactare} cōmouere à pposito auertere. {Eā} non dicit qs fuerit, sed intelligimus aliquē fuisse, q noluisset succedere Cornificio eo inuito, sicut & Sempronius, de quo infra. {Cōpellationes} sermones reprehēsiones. {Deturbatus} deiectus, ut puppi deturbat ab alta. {Cōuicio} reprehēsione, quod nō diceret eū sibi appetere, quod erat tuū. {Tenuisse} cōseruasse. {Purgas} excusas q nō tradideris ei prouinciā licet ex senatusc. eā peteret, ut penultima ep̄la h' lib. uidebimus. {Fuit quoddā} tempus graecū seruitutis.i. fuit quoddam tempus, quo cum essemus in seruitute, in Graecia mallemus uiuere. {Rapiebar} ferebar, celerrime ibam. {Cum Etesiae quasi boni ciues}.i. cū uenti Etesiae tanq̄ hērent sensum, & essent ciues boni, noluerūt me sequi, qa relinquebam remp. Boni.n. ciues reliquentē remp. prosequi non debent, sicut Cic. in Lęlio de amicitia ostēdit. De etesijs diximus lib. 2. ep̄la ad Coeliū Ruf. quae incipit. Non potuit accuratius agi, in fine. {Austerq;} uetus meridionalis, & notus dr̄. {Aduersus} contrarius nauigationi meae. {Retulerunt} reportauerūt, retro duxerūt. {Tribules}.i. ad tuos q sunt eiusdē tribus. {In summa seruitute}.i. cū reliqui oēs essent serui, ego solus fui liber, qui sine ullo timore in Ant. reip. inimicū uehemētissime iuectus sum. {Sic} tanta cōtentione, & uehemētia orationis. {Vinolentū} qa supra dixit eum euomuisse in senatu. {Effunderet} euomere. {Elicere} tradere. {Ructātem} ructus emittentē, sunt.n. ructus crepitus uentosi, q ore emittūtur ob crapulā & nimiam repletionē. {Nauseantē} nauseā hn̄tem.i. uomitū. Dr̄ aūt nausea à nautea, quae est aqua decorijs: uel ueri' sentina, licet Pō. uideatur dicere nauteā à nausea dictam. {Qui} Octauianus. {Reditus Ant. à Brūdusio fuisset pestis patriae}.i. Ant. à Brundusio reuersus: quò iuerat, ut supra uisum est, et scribit Appia. ut quattuor legiones ex Macedonia redeūtes solicitaret, euertisse patriā, sed Octauianus ei restitit. {Statuti qd}.i. aliqd deliberati. {Ad puppim} in qua parte nauis solet stare gubernator q.d. nō in pprīā, ut regaris, sed in puppim, ut regas. {Vna nauis} cōparat, ut saepius notauimus supra remp. naui. {Alieno incōmodo, cū maxime essēt necessarij reip. {Amisim'} fuerat.n. interfecti in plio mutinēsi. {Explicata} qa sunt adhuc, q putētur recepturi Ant. quod pp Lep. ur̄ dixisse. qui, ut supra diximus, Ant. fugientē recepit. {Cn. Minutio} is tunc erat in Africa, puto aūt eum esse: quē postea praetorem urbis in foro cōcionantem, cū Ant. esset triūuir milites Ant. interemerunt.

Liberalibus &c. Narrat ut diligēter egerit causam Cornificij, & ut literae eius cōmendatae fuerint, cū eas Pāsa recitarit, deinde dicit decretū esse dē, puincijs retinēdis. Admittit excusationē de Sempronio, pollicetur se Reip. nō defuturum, ac de mū cōmendat amicos, suos q hereditatē habebant in Africa. Ordo est: Ego accepi literas tuas liberalibus.s. festis.i. die liberaliū, quas Cornificius tuus.s. filius reddidit (ut dicebat) altero uicesimo die.i. quadragesimo die, postq̄ scriptę erant. Senatus nō fuit.s. habitus aut collectus eo die.s. liberaliū. neq; postero.i. pxime sequenti. Ego egi causam tuā frequēti senatu.i. cū multi adessent senatores, q nquatribus.i. festis Mineruae, q̄ qnto quoq; anno celebrabātur. nō inuita Minerua.i. nāli ingenio astipulāte: alludit aūt ad qnquatria, quasi Minerua eo die pcipue fauerit. Etenim senatus decreuit eo die, ut Minerua n̄ra.i. facūda sapiētia custos urbis, ut patuit in deiectione cōniurationis Catilinariae, quā turbo.i. tumultus belli ciuilis deiecerat.i. de sede sua expulerat, ut turbo.i. uis uentorum deiecerat prius Mineruā Phidiae opus, q̄ in arce posita fuerat tanq̄ custos eius: ad eā ergo alludit. Pansa recitauit lr̄as tuas. Magna approbatio senatus est c̄secuta cū summo gaudio, & cū offensione Minotauri.i. clauis, & tauri. sic ferè textus hn̄t nōnullis dicētibus nō esse uerba Cic. sed apposititia. qd̄ facile crederē, si Minotaurum in pprio significatu accepisset: sed qa metaphoricos, nō ociosum fuerit rē apire: Minotauri igr̄ i uidelicet Antonij .i. clauis, & tauri.i. q claue potentiae Remp. occludere uult, & cornib. tauri.i. petulātiae suae impingere, sicut Minotaurus Labyrintho inclusos opprimebat. Senatusc. honorificū factum ē sup. est de te aūt.i. sed postulabatur.s. à me, aut ab ijs, q causam tuā agebāt, ut et illi.s. quos criminatus es, notarētur.s. infamia.

Labefactare.

Cōuicium

Auster notus.

Effundere.

Ructus.

Nausea.

Nautea.

ASCEN.

sed Pansa,ut potatur,Iunior non consul, qui iam ceciderat in prœlio:sup.fuit Clemētior.i.nimis elemēs.Ego ò mi Cornifiⁱ ci , quo die ingressus sum primū in spem libertatis.s.publicæ , & ceteris cūctantibus.i.hæsitantibus,& immorātibus,ut dus bijs q̄d agerent.ieci fundamēta Reip.i.incepi facere quæ ptiⁱ nebant ad statū Reip.ad XIII.Cal.Ian. aut Ianuarij mensis . eo die prouidi.i.,pspexi multū , atq̧ habui rōnem dignitatis tuæ. Enim.i.q̄a.senatus est assensus mihi de prouincijs obtiⁱ nēdis.Nec uero destiti postea labefactare.i.debilitare,& ab in stituto amouere eū.i.quem nosti.q̄ absens obtinebat prouin ciam cū summa iniuria tua,& cōtumelia Reip. Itaq̧ ipse non tulit.i.nō potuit perferre cōpellationes.i.molestationes uerⁱ bales aut icrepationes meas crebras uel potius quotidianas . & ipse inuitus recepit se in urbē.Neq̧ solum deturbatus.i.deⁱ iectus est spe.sed ẽt certa re.quæ pro.i.possessione.s.,puinciæ , quā iam tenebat.Ego gaudeo uehementer te tenuisse, conuiⁱ cio.i.increpatione mea iustissimo,& honestissimo.s.mihi inⁱ ferenti.nō ei cui intulerā dignitatem tuā uirtute tua.i.per uir tutem tuā,& affectum esse amplissimis honoribus ,puinciæ . Quod.i.q̄a.tu purgas te mihi de Sēpronio. accipio.i.approⁱ bo excusationē.s.tuā. Enim.i.q̄a.illud tempus fuit quoddam tempus græcū.i.quo uiuendū fuit nobis in Græcia. seruitutis .i.eo q̄ esset tēpus seruitutis, & nō licebat nobis libere uiuere in patria.Ego auctor.i.approbator ɔsilio℞ tuo℞, & fautor di gnitatis tuę.iratus tpibus.i.qualitati tēpo℞,rapiebat in Græⁱ ciam libertate desperata.cū Etesiæ.s.uenti illi atergo euntibus in Græciā ab Italia flantes.quasi boni ciues.i.tanq̄ essent boⁱ ni ciues, noluerūt ,psequi me relinquentē Remp.i.noluerunt à tergo flare.& auster.s.uentus aduersus.i.cōtrarius retulit me maximo flatu Rhegiū.i.ad illud oppidū in ora Siciliæ, ad tri bules tuos.i.eos,q̧ tecum eiusdē sunt tribus.atq̧ properaui in de.s.Rhegio,uētis,& remis.i.omni festinatione,in patriā. q̄ñ aliq̄d plena opera,& summa ,pperatione fecerimus . pulchre remis,& uelis nauare dicemur.& ego postridie.i.die sequenti ingressum meū,ego unus.i.solus sui liber,in summa seruitute alio℞.Ego fiesum inuectus in Ant.ut ille nō ferret,& effunde ret oēm furorem suū uinolentum.i.contractū ex ebrietate,cui sæpissime indulgebat . cū & uellet tum.i.simul elicere.i.foras attrahere me ad causam cædis.i.ut me interficeret . tū.i.simul tētare.i.circūuenire in urbe,insidijs.quem ructantē, & pro.i. nauseantē ego confeci.i.cōtudi, & repressi in plagas.i.in reⁱ tia tanq̄ feræ tēsa.Cęsaris Octauiani.i.de domo Octauiano℞. Sæpe tñ Octauius quā Octauianus dr.aut in plagas.i.uulneⁱ ra:hoc est detrimenta ab Octauiano illata.Puer.n.egregius : postea tñ mutauit aium,& Ciceronē proscribi ɔmisit: compa rauit ,psidium.i.custodiā militarem,primū sibi,& nobis.dein de summæ.i.ultimæ saluti Reip.q̄.s.Cæsar, nisi fuisset reditus Ant.à Brūdusio fuisset pestis patriæ.Ego arbitror te scire quæ acta sunt deinceps , sed redeamus unde diuertimus . Accipio excusationē tuam de Sempronio.neq̧.n. potuisti hīc quid.i. aliq̄d.statuti.i.firmi ,ppositi in tanta ,pturbatione . Nunc (ut ait Terentius).i.Simo Terētianus in Andria , Hæc dies affert aliā uitam,& postulat alios mores.Quāobrem ò mi Quinte , Gaudent ,pnomIne molles auriculę,ut dicit Hor.cōscende no bīscū,& quidem ad puppim.i.summa gubernacula. Vna naⁱ uis est iam oium bono℞,quam quidē.s.nauem nos damus oⁱ perā,ut teneamus rectam utinā:sup.in cursu ,pspero. Sed quis cunq̧ uenti erit siue ,pspei,siue aduersi, certe ars nr̄a nō abⁱ erit. Quid.n.pōt uirtus pstare aliud.s.q̄ obniti aduersus,& de cēter uti prosperis?q.d.nihil . Tu fac,ut sis aio magno,& exⁱ celso. & cogites oēm dignitatem tuā debere esse conIunctam cū Rep. Tu cōmendas mihi P. Lentulū meum.s.summū amiⁱ cū.quem ego tuebor.i.,pregam, diligēter quibuscunq̧ rebus potero. Nos quidē amisimus tpe sane.i.multum alieno.i.imⁱ portuno.Hirtiū,& Pansam collegas nr̄os.i.nobiscū senatores, & Reip.defensores , hoies salutares Reip. in consulatu.s.suo . Amisimus,inq̄t,Rep.quidem.i.certe liberata latrocinio Anto niano,q̄a Ant.in fugā uersus erat, sed nondū explicata.i.exⁱ pedita oino.s.curis,& ęmulationibus,quam.s.Remp.nos tue bimur more nr̄o, si licebit q̄q̄ nos sumus admodū.i.ualde de fatigati.i.ad extremam potentiā usq̧ fatigati, sed nulla lassiⁱ tudo debet impedire officiū,& fidem.s.in Remp. Ego malo te cognoscere de me ab alijs q̄ à me ipso . Nos audiebamus.s.cū has scriberem, de te ea quæ uellemus maxime.i.optima . Ruⁱ mores erant duriores.i.non satis boni.de Cn. Minutio,quem tu extulisti ad cœlum laudibus.i.laudando eum sup. in quiⁱ busdam literis.s.tuis.Velim sup.ut facias me certiorem, quale sit id.s.quod rumores sparserunt de Minutio,& omnino quid agatur istic.s.ubi tu es .

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Hæc epistola ab alijs superiori connectitur .

M. CICERO CORNIFICIO S. 27

Q*VINTVS Turius, qui in Africa negotiatus est, vir bonus, & honestus, heredes fecit similes sui Cn. Saturium, Sex. Aufidium, Cn. Anneium, Q. Considium Gallum, L. Seruilium Postumum, Cn. Rubellinum. ex eorum oratione intellexi, gratia rum actione eos magis egere, quàm commendatione. tanta.n. liberalitate se tua vsos prædicabant, vt ijs plus à te tributũ intelligerem, quam ego auderem te rogare. audebo tamen : scio enim, quantum ponderis mea cōmendatio sit habitura. quare à te peto, vt ad eam liberalitatem, qua sine meis literis vsus es, quammaximus his literis cumulus accedat. caput autem est mea commendationis, ne patiare Erotem Turium, Q. Turij libertum, vt adhuc fecit, hereditatem Turianam auertere : ceterisq̧ omnibus rebus habeas eos à me commendatißimos. magnam ex eorum splendore, et obseruantia capies voluptatem. quod vt velis, te vehementer etiam atque etiam rogo. Vale.*

HVBER. Q VINTVS Turius) ultima pars epistolæ In qua cōmendat heredes . Q.Tur.amicos suos , & uiros optimos. (Caput) summa . (Erotem) Erotes. nomen proprium liberti : græce autem sigñat amorem.(Auertere) auferre,eripere . (Heredis tatem) quos Turius sibi instituit . (Quod ut uelis).s.habere eos commendatissimos .

ASCEN. QVintus Turius,uir bonus, & honestus . q negociatus est.i.mercaturam egit in Africa.fecit heredes siles sui.i. uiros bonos,& honestos,Cn. Saturninum,S.Aufidiū, Cn. Anneiū, Q.Considium Gallū,L.Seruilium Postumum,& C.Rubelliū.Ego intellexi ex oratione.i.uerbis eo℞,eos magis egere actione gra℞.s.tibi agenda℞,q̄ cōmendatione.Prędica bant.n.se usos tanta liberalitate tua,ut ego intelligerem plus tributū esse ijs à te,q̄ ego auderem rogare.s.à te, tñ audebo.s. rogare . scio.n.quantum ponderis cōmendatio mea sit habiⁱ tura . Quare peto à te,ut quam maximus cumulus.i.summū incrementum , accedat his literis meis.i.pp has literas meas . Sūt.n.septimi casus nō datiui,ad eam liberalitatem, qua usus es sine literis meis. Aūt.i.sed caput.i.principale propositum , cōmendationis meæ est , ne patiare Erotem Turiū libertū Q. Turij auertere.i.à ueris heredibus ad se trahere, hereditatem Turianā.i.quam Q.Turius reliquit,ut fecit adhuc.& habeas eos cōmendatissimos à me;sup.in ceteris rebus omnibus, Tu capies magnā uoluptatem &ex splendore.i.honestate uitę.et ex obseruatia.i.cultu eo℞,quo te obseruabūt,& colent. Quod ut uelis,ego rogo te ẽt,atq̧ ẽt.i.ite℞, atque ite℞ uehementer .

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Renouat commendationem Aufidij hac epistola . quam in fine superio rus insinuarat .

M. CICERO CORNIFICIO. 28

S*EX. Aufidius & obseruantia, qua me colit, accedit ad proximos ; & splendore, equiti R. nemini cedit . est autem ita temperatis, moderatisq̧ moribus, vt summa seueritas summa cum humanitate iungatur. cuius tibi negocia, quæ sunt in Africa, ita commendo, vt maiore studio, magis ue ex animo com mendare*

mendare non possim. pergratum mihi feceris, si dederis operam, vt is intelligat, meas apud te literas maximum pondus habuisse. hoc te vehementer mi Cornifici rogo. Vale.

HVBER. SEXTVS Aufidius) cõmendat Cic. Cornificio Sex. Aufidiũ equitem Rom. pro hereditate Turij obtinenda, pro qua etiam cõmendauit in fine præcedentis epłæ cum suis coheredibus. {Accedit ad pro.)i. inter proximos põt enumerari. {Est autem) laudat eum à moribus, & à uirtutibus animi.

ASCEN. Sextus Aufidius &c. Cõmendat Cornificius Sex. Aufidiũ equitem Romanum pro hereditate Turij obtinenda, pro qua ẽt cõmendauit eum in fine præcedentis epłę cũ alijs coheredibus. Ordo est: Sex. Aufidius. &. i. pariter. accedit ad pximos. i. mihi coniunctissimos obseruantia. i. ueneratio ne qua colit. & nemini cedit. i. partẽ dat unicuiq; splẽdore eq tis R. est aũt moribus ita tẽperatis, & moderatis. ut summa seueritas. i. grauitas & rigor, iungatur cũ summa humanitate .i. clemẽtia. Cuius negocia quæ sunt in Africa, ego cõmendo tibi ita, ut nõ possim cõmendare: sup. ea, maiore studio. ue .p uel, magis ex aio. Tu feceris mihi pergratũ, si dederis operã: ut is intelligat literas meas habuisse maximũ pondus. i. plm ualuisse apud te. O mi Cornifici ego rogo te hoc uehemẽter,

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Gratam sibi familiaritatem Cornificij esse dicit, & de pecunijs petitis consilium aliud illi dare nititur, postremo suum officium pro Rep. Cornificio commendat.

M. CICERO CORNIFICIO. 29

ASSENTIOR tibi, eos, quos scribis Lilybæo minari, isthic pœnas dare debuisse: sed metuisti, vt ais, ne nimis liber in vlciscendo viderere, metuisti igitur, ne grauis ciuis, ne nimis fortis, ne nimis te dignus viderere. Quod societatem reip. conseruandæ, tibi mecum à patre acceptam, renouas, gratum est: qua societas inter nos semper mi Cornifici manebit. Gratũ etiam illud, quòd mihi tuo nomine gratias agendas non putas: nec. n. id inter nos facere debemus. Senatus sæpius pro dignitate tua appellaretur, si absentibus consulibus vnquam, nisi ad rem nouam, cogeretur. itaque nec de H-S XX, nec de H-S DCC quidquã agi nũc per senatum potest. tibi aũt ex S.C. imperandum, mutuumq; sumendo censeo. In rep. quid agatur, credo te ex eorũ literis cognoscere, qui ad te acta debent perscribere. ego sum spe bona: cõsilio, cura, labore non desum: oĩbus inimicis reip. esse me acerrimum hostẽ præmefero. res neque nunc difficili loco mihi videtur esse; & fuisset facillimo, si culpa quibusdam abfuisset. Vale.

HVBER. ASSENTIOR) ceperat Cornificius quosdam, q Lilybæo oppido Siciliæ minabantur, quos cũ debuisset punire ubi ceperat, qa erant Romani, scripserat se maluisse, mittere Romanis, quod factũ Cic. ascribit eius humanitati & clemẽtię. Deinde ostẽdit se recipere eũ libenter socium in cõseruanda rep. deinde qa petiuerat Cornificius quasdã pecunias à senatu: dicit Cic. nihil per senatum agi posse. hortatur aũt ut sumat mutuũ alicunde: prostremo laudat Cic. officium suũ erga remp.

Lilybæo {Lilybæo) promontoriũ est Siciliæ & oppidũ eiusdem noĩs, de quo hunc intelligit. {Dare pœnas) puniri. {Nimis lib.) nimis audax: nimis dissolutus. {Grauis) acerbus. {Nimis dignus te) nimis iustus. {Quòd) rñdet alij parti. {A patre) tuo. {Tuo nomine) tuo cã. {Inter nos) amicos. {Id) agere gfas. Aguntur. n.

Agere gratias. gfæ inter eos, q non sunt multũ familiares. {Appellaretur) postularetur. {Vnq̃) aliq̃ñ. {Cogeretur) ɔgregaretur. {De sest.) q̃ postulaueras. {Impandũ tibi). i. à te impium & magñtum gerendũ. {Mutuũ sest.) gbus opus est tibi. {Præmefero) ostẽdo, aperte declaro. {Res) uictoria nr̃a & bona constitutio reip.

ASCEN. ASsentior &c. Ceperat Cornificius quosdam Siculos è Lilybæo, quos cum Romanos intellexisset, eos à Romanis puniendos misit quod factũ eius pusillanimitati adscribit Cic. ostendens se eum libenter recipere sociũ in Rep. conseruanda. De pecunijs aũt quas à Senatu petierat, dicit se nihil posse. consulit aũt alicunde mutuo accipiat: Ordo est. Ego assentior tibi. i. sentio tecum, eos, quos scribis, minari Lilybæo. s. oppido, & promontorio Siciliæ, debuisse dare pœnas istic. s. ubi tu es. sed (ut ais) tu metuisti ne uiderere nimis liberi. i. asper ulciscendo. & ergo miseras eos Rom. igitur hoc metuẽdo. metuisti ne uiderere ciuis grauis, ne uiderere nimis fortis, ne uiderere nimis dignus te. i. quę te digna sunt facere. Quod renouas societatem Reip. conseruandæ mecum acceptam. i. derelictam tibi à patre. s. tuo. est gratum. quæ societas ò mi Cornifici, manebit semper. illud ẽt: sup. fuit in epistolis tuis gratum, q; non putas gratias agendas tuo nomine. i. pro beneficijs abs te acceptis. Nec enim debemus facere id inter nos. i. sic debemus esse officiosi alter in alterum: ut non sit necesse gratias agere. Senatus appellaretur. s. à me. i. conueniret sæpius pro dignitate tua. s. tuenda si cogeretur. i. congregaretur unquam. i. aliquo tempore, consulibus absentibus. i. tantisper dum consules absunt, nisi ad rem nouam. Itaque nec de H S. i. sestertijs uiginti. nec sestertijs decem. s. à te petitis, potest nunc quidquam agi per senatum. Ego autem censeo imperãdum tibi. i. à te. sup. prouincialibus tuis, ex senatusconsulto, & sumendum mutuum. s. publico nomine. Ego credo te cognoscere quid agatur in Rep. ex literis eorum, qui debent perscribere ad te acta. s. publica. Ego sum spe bona. i. de Rep. non desum consilio, cura, labore: sup. Reip. ego præmefero. i. palã ostendo me acerrimum hostem omnibus inimicis Reip. Res .i. negocium, quod agitur de libertate publica. neq; uidetur mihi esse in loco difficili. i. ut facile posse transigi, & fuisse facillima, si culpa absfuisset à quibusdã, ut à Lepido & Vẽtidio.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Commendat Lamiam, Lamiaq; negocia quam diligentissime Cornificio, falsamq; suspicionem quam de Lamia conceperat, diluit.

M. CICERO CORNIFICIO. 30

*NON modo te, cui omnia nostra notissima sunt, sed neminem in populo R. arbitror esse, cui sit ignota ea familiaritas, quæ mihi sit cum L. Lamia est: etenim magno theatro spectata est tum, cum est ab A. Gabinio consule relegatus, quòd libere, & fortiter salutem meam defendisset. nec ex eo amor inter nos natus est; sed, quòd erat vetus, & magnus, propterea nullum periculum pro me adire dubitauit. ad hæc officia, vel merita potius, iucundissima consuetudo accedit, ut nullo prorsus plus homine delecter. non puto te iam expectare, quibus eum tibi verbis cõmendem. causam enim tati amoris intelligis. quæ verba desideret, ijs me omnibus vsum puta to. tantum velim existimes; si negocia Lamiæ, procuratores, libertos, familiam, quibuscunque rebus opus erit, defenderis, gratius mihi futurum, quàm si ea tua liberalitas pertinuisset ad rem familiarem meam. nec dubito, quin sine mea cõmendatione, quod tuum est iudicium de hoĩbus, ipsius Lamiæ causa studiose oĩa facturus sis. quanquam erat nobis dictum, te existimare alicui S.C. quod cõtra dignitatem tuam fieret, scribendo Lamiã affuisse: qui oĩno consulibus illis nunquam * affuit * alias scribendo. deinde oĩa tum falsa S.C. deferebantur. nisi forte fuit ad etiam illi Semproniano S.C. me cẽses affuisse, qui ne Romæ qui scribẽdũ dem tum fui, vt de eo ad te scripsi re recẽti. sed hæc hactenus. te mi Cornifici etiam atque etiam rogo, vt oĩa Lamiæ negocia, mea putes esse; curesq; vt intelligat hanc cõmendationem maximo sibi vsui fuisse. hoc mihi gratius facere nihil potes. Cura vt valeas.*

HVBER.

NON modo) cõmendat Cic.Cornificio. L.Lamiam amicissimum, quem etiam pro alia causa cõmendauit lib. 10.D.B.Vbi easdẽ causas amicitiæ exposuit, quas etiam hic exponit, cõmendat autem non solum eum, uerum etiam negocia, procuratores, familiam denique omnem, & diluit quandam suspicionem, quam habuerat Cornificius, ꝙ Lamia astuisset cuidam senatusc. describendo contra eius dignitatem: ꝙ Cic. omnino negat, & etiam addit omnia senatusconsulta, quę tũc fiebant, fuisse falsa. {Spectata) probata, cognita. {Magno th.) pleno populo. {Ex eo) quod defenderit salutem meam. {Verus amor) noster. {Consuetudo) conseruatio. {Quę uer.) q.d. uehementissime. {Is omni) s. uerbis quæ desiderantur à causa talis amoris. i. finge & existima me esse usum. {Pertinuisset) præstita esset. {Quod tuum est iudicium). i. pro eo iudicio, quod iudicium habes de hominibus. {Quanquam) incipit diluere suspicionem. {Nisi forte) genus est quoddam negandi factum fuisse aliqñ ab alio cum ostendimus suspicionem aliqñ nobis fuisse de eo, quod actum à nobis non sit, ut hic. {Semproniano) quod est factum de Sempronio, ut tibi in prouincia succederet, ut supra uisum est. {Nec recenti). i. adhuc noua. {Vsui) utilitati.

ASCEN.

NOn modo &c. Cõmendat Cic. Cornificio L. Lamiam amicissimum suum, quem ẽt lib. X. commendauit D. Brutus & purgat suspicionem, quam habuerat Cornificius ꝙ Lamia interfuisset senatus consulto contra dignitatem suam decreto. Ordo est, Ego arbitror non modo. i. non solum. te, cui omnia nostra. s. acta sunt notissima uidetur dicendum non modo te non esse, sed (ut doctissime adnotauit Budæus) sæpe altera negationum contenti sunt auctores: presertim accedẽte negatione, quæ ad plura posset referri, ut hoc loco. sed neminem arbitror esse in P.R. cui ea familiaritas, q̃ mihi est cum L. Lamia, sit ignota. Etenim. i. quia certe. ipsa est spectata magno theatro. i. in conspectu totius populi. tum. i. tunc, cum. i. qñ relegatus est. i. in exiliũ missus ab A. Gabinio consule, ꝙ defendisset libere, & fortiter salutem meam. Nec amor est natus inter nos ex eo. s. facto eius. sed ꝙ amor. s. erat uetus, & magnus, propterea nullũ dubitauerat adire periculũ pro me. Consuetudo iucundissima accedit. i. additur ad hæc officia uel potius merita. Officia. n. sunt, quæ ex debito fiunt, Merita quæ ex libertate: quæ debito rem faciũt: sup. ita: ut nullo. i. non nullo: nõ delecter ullo prorsus homine plus. s. q̃ Lamia. Non puto te expectare iam. s. postq̃ docui q̃ charus mihi sit, quibus uerbis cõmendem eum. Tu. n. intelligis causam tanti amoris. putato me usum omnibus ijs uerbis, quæ uerba desideret. Tantum. i. duntaxat, uelim: sup. ut existimes, si defenderis negocia, procuratores, libertos, familiam Lamiæ, quibuscunqꝫ rebus opus erit, sup. id futurꝫ gratius mihi q̃ si ea liberalitas. s. tua pertinuisset ad rem familiarem meam. Nec dubito qn facturus sis omnia studiose. i. diligenter, causa ipsius Lamiæ: quia. s. uir dignus tibi uidebitur, sine cõmendatione mea. quod. i. quale: hoc est quia tale est iudicium tuum de hominibus, ut. s. facillime iudices qui digni sint auxilio tuo. Quanq̃ erat dictum te existimare Lamiam affuisse alicui senatusconsulto, scribendo. i. dum scriberetur, quod fieret contra dignitatem tuam, qui. s. Lamia: nunq̃ fuit. s. paratus, aut pñs ad scribendum. s. aliquid, omnino illis consulibus. i. quãdiu illi essent consules sub quibus scriptum est. Denique. i. secundo loco, omnia senatusconsulta deferebantur. i. nunciabãtur, tum. i. tunc falsa, aut falsò, nisi forte censes etiam me ut delatum est affuisse: sup. in illo senatusconsulto Semproniano, . i. quod sub Sempronio referẽte factum est. qui ne quidem. i. non saltem fui. s. tunc Romę, ut scripsi ad te. tum. i. tunc. de eo recenti. i. recentius facto. Sed hæc hactenus: sup. dicta sint. O mi Cornifici ego rogo te etiam, atque etiam, ut putes omnia negocia Lamiæ esse mea, curesq; ut Intelligat hanc. s. meam cõmendationem fuisse sibi maximo usui. i. summæ utilitati, Tu nihil potes facere gratiꝰ mihi hoc. i. q̃ hoc. Cura ut ualeas.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

MIsta est epistola, prior autem pars in excusatione generis literarum consistit. in posteriore ad varia epistola Cornificij capita respondet.

M. CICERO S. P. D. CORNIFICIO.

*ITA'NE præter litigatores nemo ad te meas literas? multæ ista quidem: tu.n. perfecisti, vt nemo sine literis meis tibi se cõmentatum putaret. sed quis vnquam tuorum mihi dixit esse, cui darem, quin dederim? aut quid mihi incũdius, quàm, cum coram tecum loqui non possum, aut scribere ad te, aut tuas legere literas? illud magis mihi solet esse molestum, tantis me impediri occupationibus, vt ad te scribendi meo arbitratu facultas nulla detur: non enim te epistolis, sed voluminibus lacesserem: quibus quidem me à te prouocari oporteret: quãuis enim occupatus sis, ocij tamen plus habes: aut, si ne tu quidem vacas, noli impudens esse, nec mihi molestiã exhibere, & à me literas crebriores, cum tu mihi raras mittas, flagitare. nam cum antea distinebar maximis occupationibus; propterea quòd oĩbus curis remp. mihi tuendã putabam: tum hoc tempore multo distineor vehementius. Vt enim grauius ægrotant ij, qui, cum leuati morbo viderentur, in eum de integro inciderũt: sic vehementius nos laboramus, qui, profligato bello, ac pene sublato, renouatum bellum gerere * conamur. sed hæc hactenus. Tu tibi mi Cornifici sic vide persuadeas, non esse me tã imbecillo animo, ne dicam inhumano, vt à te vinci possim aut officijs, aut amore. non dubitabam equidem: veruntamen multo mihi notiorem amorem tuũ effecit Cherippus. ò hominem semper illum quidem mihi aptũ, nunc vero etiam suauem. vultus mehercule tuos mihi expressit oẽs; non solum animum, ac verba protulit. itaque noli vereri, ne tibi succensuerim, quòd eodem exemplo ad me, quo ad ceteros. requisiui equidem proprias ad me vnum à te literas, sed neque vehementer, & amanter. De sumptu, quem te in rem militarem facere, & fecisse dicis, nihil sane possum tibi opitulari: propterea quòd & orbus senatus consulibus amissis, & incredibiles angustiæ pecuniæ publicæ: quæ conquiritur vndique, vt optime meritis militibus promissa soluantur. quod quidem fieri sine tributo posse non arbitror. De Attico Dionysio nihil puto esse, quoniam mihi nihil dixit Stratorius. De P. Lucceio, nihil tibi concedo, quo studiosior eius sis, quàm ego sum: est enim nobis necessarius. sed à magistris cum contenderem de proferendo die, probauerunt mihi, sese, quo minus id facerent, & compromisso, & iureiurando impediri. quare veniendum arbitror Lucceio. quanquam, si meis literis obtẽperauit, cum tu hæc leges, illum Romæ esse oportebit. Ceteris de rebus, maximeq; de pecunia, cum Pansæ mortem ignorares, scripsisti, quæ per nos ab eo consequi te posse arbitrarere. quæ te non fefellissent, si uiueret: nam te diligebat. post mortem aũt eius quid fieri posset, non uidebamus. De Venuleio, Latino, Horatio valde laudo. illud non nimium probo, quòd scribis, quo illi aĩo æquiore ferrent, te tuis etiam legatis lictores ademisse: honore enim digni cum ignominia dignis non erant comparãdi: eosq; ex S. C. si non decedunt, cogendos, vt decedant, existimo. Hæc fere ad eas literas, quas eodem exemplo binas accepi. De reliquo, velim tibi persuadeas, non esse mihi meam dignitatem tua cariorem. Vale.*

* alias cogamur.

ITáne) Huius epistolæ argm̃ multiplex est: maxime circa finem, uarijs.n. rebus respõdet Cic. quæ à Cornificio duabus epistolis scriptæ fuerant. Primum enim se excusat Cic. ꝙ à Cornificio fuerat accusatus nullas ad eum misisse epistolas nisi cõmendatitias pro litigatoribus, quia, ut supra uisum est, cõmendauerat oẽs heredes Q. Turij, & seorsum Sex. Aufidium coheredens cõmendauerat ẽt quendam Pinariun. HVBER.

procurat

procuratorem & gestorem negocio⁊ Dionysij sibi amicissimi. postremo. L. Lamiam habentem etiam in prouincia negocia plurima. Itaque Cic. ostēdit se scripsisse in alio genere multas epistolas, & multo plures quam ab eo acceperit, cum potius deberet prouocari ad scribendum ab ipso Cornificio, qui minus esset negociosus, negocio⁊ suo⁊ aūt causas esse dicit rei uocationem bello⁊ ciuilium culpa & scelere Lepidi, qui Ant. apud Mutinam uictum & inermem fugientem recepit, & cū eo se coniunxit. Postea uero accusat Cornificium, ꝙ eodem exemplo ad se literas dedisset, quo ad alios, ad quos scripserat, cum ipse Cic. proprias literas ab eo expectauerit. Deinde dicit non posse ei prouideri à senatu de pecunia quam petiuerat, quia omnia sunt turbulenta pp mortem consulum, & cum etiam senatus quærat pecunias, ut satisfaciat militibus, excusat etiam nescio quid de Dionysio cuius procuratorem ei supra cōmendauerat. Dicit etiam Luceium sibi à Cornificio cōmendatum ut uisum est epistola. quæ incipit. Liberalibus, oportere Romam uenire, si uelit negocia sua se recte conficere, quem à se non minus amari dicit ꝗ à Cornificio. Postremo quid sentiat, de quibusdam, quos exauctorauerat, & ex prouincia amouere uolebat, & ꝙ legatis suis lictores eripuisset. {Itáne). s. dicis uel est. {Nemo ad te). i. fert. Præter litigatores: quo⁊ causas tibi tuendas cōmendo. {Istæ). s. literę litigato⁊. {Multæ) puta fuerant ironice dictum. {Voluminibus) libris magnis scriptis. {Oporteret) decebat. {Vacas) ocium habes. {Impudens) qui cum sis in culpa me accuses. tales. n. impudentes dñr. {Distinebar) occupor. {Vt enim) probatio per similitudinem sumptam ab ægrotantibus: quo⁊ periculosior est morbus, si postꝗ leuati esse putantur, reciderint. {De integro) de nouo. {In eum) morbum. {Sic) adoptio similitudinis. {Laboramus) negocium habemus, & occupati sumus. {Profligato) confecto. {Penè sublato) pp Ant. uictum. {Renouatū) scelere Dolabellæ, qui Antonium recepit. {Nō dubitabam). s. de amore tuo. {Cherippus) is, ut supra uidimus, fuerat in Africa cum Cornificio, cumq; Romam uenisset, expoluit Cic. qualis esset Cornificius erga eum. {Aptum) modestum, facetum, eius contrarium est ineptus. {Vultus) hilaritatem, quā uultu exhibes, cū de me audis, aut loqueris. {Verba) quæ de me honorifice dicis. {Eodem exemplo). i. scripseris. {Quo) exēplo. {Proprias) speciales quę non essent eodem exemplo, quo erāt aliæ. {Requisiui). i. desideraui, non aūt te accusaui. {Neq; uehementer). i. neq; cum magna instantia. s. requisiui. {Orbus}. i. quasi orphanus sicut filij qui patres amiserunt. {Angustię) tenuitates, necessitates. {Sine trib.) quin exigatur tributū per capita uel per ostia. {A magistris) ab arbitris eius causę. {Contenderem) efflagitarem. {Probauerunt) ostenderunt. {Compromisso) quod erat factum in eos ab ipso Luceio et ab aduersarijs. {Veniendum) oportere eum uenire. {Meis literis) qbus iam multo ante eum monui, ut ueniret. {Non fefellissent) nō fuissent contra opinionem tuam. {Si uiueret) Pansa. {De Venuleio, Latino, Horatio) hos, ut conijcimus ex sequentibus, amouerat Cornificius ex magistratu uel eis eripuerat lictores quod Cic. se laudare dicit. {Quo) ut. {Illi) Venuleius & Hor. ferrent se esse exauctoratos, & amotos, magistratu. {Ademisse) abstulisse. {Honore) subaudi digni. s. legati. {Cū di. Igno.) cum Venuleio & Horatio infamia dignis. {Eosq;) ordo est: existimo eos cogendos ex senatusc. ut decedāt. s. ex ꝓuincia. {Si non dec.) sponte uel tuo iussu. {Hæc). s. responsa sunt.

Vacas: Impudēs. De integro. Aptus. Ineptus. Angustiæ

ASCEN. Itáne &c. Respondet potissimum in fine uarijs rebus, itaque facilius legenti patebit argumentum, ꝗ ex huiuscemodi collectione, ne tamen nihil dicam, primum se excusat, quòd à Corficio fuerat accusatus: ꝙ nullas misisset epistolas nisi commendatitias, docens se etiam alias scripsisse. Ordo est. Itáne: sup. scribis, aut uerum putas: ꝙ nemo præter litigatores. i. qui pro lite sua commendari uolunt: sup. adferunt ad te literas meas? Istæ quidem. s. commendatitiæ litigatorum: sup. sunt multæ. Tu enim te facilem præbendo effecisti, ut nemo putaret se commendatum tibi sine literis meis. Sed quis unquam tuorum dixit mihi esse, supple aliquid: cui darem. i. dare possem, quin dederim? aut quid: sup. contingere potest mihi iucundius, quàm cum non possem loqui tecum corām. i. in præsentia, & (ut dicunt) ore ad os, aut scribere ad te, aut legere literas tuas? quasi dicat nihil. Illud solet mihi esse magis molestum, me impediri tantis occupationibus: ut nulla facultas detur. sup. mihi scribendi ad te arbitratu meo. Non enim si facultas detur, lacesserem. id est prouocarem te ad scribendum epistolis: sed uoluminibus, id est integris libris, quibus: scilicet uoluminibus. quidem, id est certe. oporteret. i. deceret me prouocari à te. Quanuis enim sis occupatus, tamen habes plus ocij. s. quàm ego, aut ne tu quidem qui magis uideris posse uacare, uacas, id est cessas. noli esse impudens, scilicet exigendo, quod præstare nequeas, nec: supple uelis nam uole, aut uoli non dicitur, exhibere mihi molestiam, scilicet exigendo literas, & noli flagitare literas crebriores à me, cum tu raro mittas mihi. Nam cum distinebar antea occupationibus maximis, propterea quòd putabam Remp. tuendum mihi omnibus curis, tamen ego distineor, scilicet occupationibus hoc tempore uehementius multo, scilicet quàm antea. Vt enim grauius ægrotant ij, qui cum uiderentur leuati morbo, inciderunt in eum de integro, id est de nouo, sic nos laboramus uehementius, qui bello profligato, id est oppresso, ac penè sublato, conamur gerere bellū renouatum. Sed hæc hactenus, Tu ò mi Cornifici fac, ut persuades tibi, supple me, non esse animo tam imbecillo, id est debili, ne dicam inhumano: id est duro, ut possim uinci à te, aut officijs, aut amore. Equidem, id est ego certe, non dubitabam, scilicet de amore tuo. uerumtamen Chærippus, qui à te uenit, efficit amorem tuū multo notiorem mihi, scilicet quàm prius erat. O hominem, lætitiæ causa exclamat illum quidem, scilicet Chærippum semper apertum mihi, nunc uero etiam suauem, Mehercule ipse expressit, id est effinxit mihi omnes uultus tuos non solum, id est nedum pertulit animum, ac uerba. Itaque noli uereri si succenserim, id est subiratus fuerim tibi, quòd supple misisti literas ad me eodem exemplo quo ad ceteros, id est eadem forma scriptas. Requisiui equidem literas à te proprias ad me unum, scilicet datas, sed neque requisiui: supple uehementer, sed amanter, id est ut earum amator, si fuissent. non uehemens exactor, quia non fuerunt. Ego nihil sanè, id est omnino possum opitulari, id est opis afferre tibi, de sumptu quem dicis te facere, & fecisse in rem militarem, propterea quòd senatus orbus: supple est, id est quasi sine patre consulibus, scilicet Pansa, & Hirtio, amissis, id est causis. & incredibiles, sup. sunt angustiæ, id est penuriæ pecuniæ publice, id est ad remp. pertinentis, quæ conqueritur undique ut promissa soluantur militibus optime meritis. Quod quidem ego arbitror non posse fieri sine tributo, scilicet per tribus dato. Ego puto nihil, scilicet eorum, quæ agebamus esse de Accio Dionysio, quoniam Stratorius nihil dixit mihi, non taciturus tamen si aliquid fuisset. Ego nihil concedo tibi de Publio Luceio, quo, id est per quod aut ut sis studiosior eius, id est commodi illius, quam ego sum. Est enim necessarius nobis. Sed cum contenderem, id est obnixe peterem à magistris, id est arbitris causæ eius de die proferendo, id est prolongando, probauerunt. i. satis ostenderunt mihi sese impediri compromisso, & ieiurando quominus. i. ut non facerent id, id est non proferrent diem. Quare ego arbitror Luceio ueniendum: supple esse. quanquam si obtemperauit literis meis, oportebit illum esse Romæ, cum tu leges hæc. s. scripta mea. Tu scripsisti de ceteris rebus, & maxime de pecunia, scilicet tibi mittenda, cum ignorares mortem Pansæ, scilicet consulis, & amici tui supple ea quæ tu arbitrabare te posse consequi ab eo per nos, id est per nostram intercessionem, aut solicitationem, quæ non fefellissent te, si uiueret: nam te ipse diligebat, aūt. i. sed non uidebamus quid. aut qui, id est quo modo, id, scilicet quod postulasti, posset fieri post mortem eius, scilicet Pansæ. Ego ualde laudo, sup. quæ scripsisti de Venuleio, Latino, & Horatio. Ego non probo. i. laudo nimium illud quod scribis, te ademisse etiam legatis tuis lictores. i. publicos ministros cum insignibus. quo. i. ut illi. s. iam dicti, ferrent animo æquiore. i. minus molesto, se. s. lictoribus carere. Enim. i. quia: sup. digni honore. ut legati à rep. stantes, & non erant comparandi cum dignis ignominia. s. Venuleio, Latino, Horatio. Vbi notandum etiam de digniore dici, ꝙ non sit comparandum cum dignione. Ego existimo eos. s. iam dictos, cogendos ut decedant, si non decedunt ex senatusconsulto. i. parentes illi. Hæc ferè, sup. sunt responsa ad eas literas, quas accepi binas eodem exemplo. De reliquo uelim persuadeas tibi, dignitatē meam non esse mihi chariorē tua.

M. TVLLII CICERONIS

EPISTOLARVM, AD MEMMIVM, ET ALIOS,

LIBER DECIMVSTERTIVS.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

IN hunc decimumtertium librum Tyro commendatorias epistolas congessit, ne pastim historiarum ordinem, qui in multis epistolis est confunderet, in hac autem epistola obliqua commendatione usus est Patronis philosophi, cui à Memmio petit. facultatem erigendi parietis, qui Memmio obfuturus credebatur.

M. CICERO C. MEMMIO S. D. I

ETSI non satis mihi constiterat, cum aliquánc animi mei molestia, an potius libenter te Athenis visurus essem, quòd iniuria, quam accepisti, dolore me afficeret, sapientia tua, qua fers iniuriam, laetitia: tamen vidisse te mallem. nam quod est molestiae, non sane multo levius est, cum te non video: quod esse potuit voluptatis, certe, si vidissem te, plus fuisset. itaque non dubitabo dare operam, ut te videam, cum id satis cōmode facere potero. interea, quod per literas et agi tecum, &, ut arbitror, confici potest, agam. nunc à te illud primum rogabo, ne quid invitus mea causa facias; sed id, quod mea intelliges multum, tua nullam in partem interesse, ita mihi des, si tibi, ut id libenter facias, ante persuaseris. Cum Patrone Epicureo mihi omnia sunt, nisi quod in philosophia vehementer ab eo dissentio. sed & initio Romae, cum te quoque, & tuos omnes observabat, me coluit in primis: et nuper, cum ea, quae voluit, de suis cōmodis, & praemiis consecutus est, me habuit suorum defensorum, & amicorum fere principem: & iam à Phaedro, qui nobis, cū pueri essemus, ante quàm Philonem cognovimus, valde, ut philosophus, postea tamen, ut vir bonus, & suavis, & officiosus, probabatur, traditus mihi, cōmendatusq; est. is igitur Patro, cum ad me Romam literas misisset, uti te sibi placarem, peteremq;, ut nescio quid illud Epicuri parietinarum sibi concederes: nihil scripsi ad te ob eam rem, quod aedificationis tuae consilium mea cōmendatione nolebam impediri. idem, ut veni Athenas, cum, idem ut ad te scriberem, rogasset: ob eam causam impetravit, quòd te abiecisse illam aedificationem constabat inter omnes amicos tuos. quod si ita est, & si iam plane tua nihil interest: velim, si qua offensiuncula facta est animi tui, perversitate aliquorū, (novi enim gentem illam) des te ad lenitatem, vel propter tuam summam humanitatem, vel etiam honoris mei causa. equidem, si, quid ipse sentiam, quaeris; nec cur ille tantopere cōtendat, video, nec cur tu repugnes: nisi tamen multo minus tibi concedi potest, quàm illi, laborare sine causa. quanquam Patronis & orationem, & causam tibi cognitam esse certo scio. honorem, officium, testamentorum ius, Epicuri auctoritatem, Phaedri obtestationem, sedem, domicilium, vestigia summorum hominum sibi tuenda esse dicit. totam hominis vitam, rationemq;, quam sequitur in philosophia, derideamus, licet, si hanc eius contentionem volumus reprehendere. sed mehercule, quando illi, caeterisq;, quos illa delectant, non valde inimici sumus; nescio, an ignoscendum sit huic, si tantopere laborat: in quo etiam si peccat, magis ineptiis, quàm improbitate peccat. sed ne plura: (dicendum enim aliquando est) Pōponium Atticum sic amo, ut alterum fratrem. nihil est illo mihi nec carius, nec iucundius. is, non quo sit ex istis: (est n. omni liberali doctrina politissimus) sed valde diligit Patronem, valde Phaedrum amavit: sic à me hoc contendit, homo minime ambitiosus, minime in rogitando molestus, ut nihil unquam magis. nec dubitat, quin ego à te nutu hoc consequi possim, ita etiam, si aedificaturus esses. nunc vero, si audierit te aedificationem deposuisse, neque tamen me à te impetrasse; non te in me illiberalem, sed me in se negligentem putabit. quamobrem peto à te, ut scribas ad tuos, posse tua voluntate decretum illud Areopagitarum, quē * ὑπομνηματισμὸν illi vocāt, tolli. sed redeo ad prima. prius velim, tibi persuadeas, ut hoc meā causa libenter facias, quàm ut facias. sic tamen habeto: si feceris, quod rogo, fore mihi gratissimum. Vale.

* i. monimētū quoddā.

HVBER.

ETSI) Hi duo sequentes libri, q̄ faciles tam utiles mihi esse uidentur: quod cōmendationum, uarias & elegantes imitationes habent, quibus docemur & ornate dicere, & amicorum causas diligenter cōmendare: idq; cum delectatione maxima, qn instruimur non ut boues eodem mugitu (ut aiūt) semper eisdem uerbis uti. Itaque assidue pueris proponendos censeo: nec minus etiam doctoribus pertractandos, qui si minus ornatu uerborum egent: humanitatis tamen, & officij imitatione Incenduntur: diligentiores fiunt In amicorum cōmendationibus: sed iam ad argm̄ epistolae ueniamus. C. Memmius uir nobilissimus & ciuis Romanus Athenis, domum inceperat aedificare iuxta hortos uel aedes Patronis philosophi Epicurei amicissimi Cic. qui ad eum scripserat, ut se Memmio diligenter cómendaret: ne quendam parietem impediret, qui erat ei contiguus, quod Cic. dicit, se noluisse ab eo petere, ueritus ne fortasse Impediret aedificationem Ipsius Memmij, sed postq̄ intellexit Mēmium non esse aedificaturū: eum rogat, ut uelit morem gerere Patroni epicureo: quem laudat summopere excusans eius opinionem Epicuream: accenditq; Mēmium ad obsequendum Patroni q dicit eum esse charissimum Pomponio Attico: à quo dicit se rogatum esse: ut eum cómendaret diligētissime. Vtitur tñ summo artificio, cum dicit se nihil impetrare uelle, quod inuitus faciat: ut magis eū inuitet facere libenter quod petit: cum aūt fuisset Cic. Athenis, nec uidisset ipsum Mēmium: qui quadam iniuria affectus fuerat: Primū dicit: q licet non satis habeat certum cum maiore molestia animi sui usurus esset: cuius iniuria summopère doleret, an cum maiore uoluptate pp sapientiam eius, qua magnam laetitiam se capere dicit, quod per eam fortiter ferat iniuriam, tñ mallet eum uidisse, quia non multo minus molestiae capit in eius absentia: uoluptas aūt uidendo eum fuisset maior. {Cōstiterat) certū et manifestū erat. {Quòd iniuria) ratio molestię. {Sapiētiae) ratio quare libenter uidisset eum. {Laetitia) .s. afficeret: est enim ablatiuus casus. {Quod mol. est) .i. ea molestia quae est. {Interea)

Cōstiterat.

{Interea) ecce q̃ artificiose allicit Mēmium ad uoluntatem suam. {Sed id) .i. facias id qđ intelliges ad me ptinere, ad te aūt non multum. Ordo est: sed id .s. facias, qđ intelliges mea interesse, & in nulla parte interesse tua. {Cum Patr.) exponit causas cōmendationis. {Dissentio) pipateticos & Socraticos sequor: ut in proœmio primi officioꝝ ondit. {De suis cōm.) nam affecutus fuerat stipēdium publicum. {Phædro) primo pceptore meo in p̃hia. {Vt p̃sis) pp doctrinam. {Illud nes.) q.d. attenuat rem, ut facilius impetret. q.d. minimū quiddam. {Parietinas) subauditur eorum, id pertinet ad parietem, quidā dicūt esse diminut. à pariete, cuius formationem & ratione nusquam inuenio. {Consiliū) deliberationē, ne pp cōmendationem meam desisteres facere qđ instituisses. {Abiecisse) depossuisse, nolle amplius ædificare. {Offensiuncula) iniuriola. {Gētem il.) græcā. {.leuē ad iniurias ptā. {Des te ad len.) fias mitis & placatus. {Contendat) efflagitet. {Repugnes) neges. {Concedi) .s. ut repugnes. {Quàm illi) .s. pōt ꝯcedi. {Quanq̃ Pat.) enumerat multas cās, quibus pbat ignoscēdum esse Patroni, si eam rē q̃ parua uidebatur tanta ꝯtentione petit. {Honorē) .s. suū & totius sectæ & in oībus sequentib. dictionibus subauditur tuendū esse dicit. {Ius ten.) qđ inuiolabile esse debet. {Obtestationē) .i. depcationē maximā pro eo. {Sermon) est quasi inculcatio dictionum. {Vestigia lum. hōm.) .i. imitationes maximoꝝ hoium. {Totam hois) sensus est, licet deridere totam hois uitam & opinionem in p̃hia, si uolumus repræhendere hanc eius petitionē, sed si non hēmus odio, eos q eadē curant, ignoscendū ēt puto huic si tantope petit hāc. {In quo) in qua re petenda. {Laborat) curat. {Ineptijs) simplicitate. {Dicendum) aliqñ .i. ēt addenda est alia maxima cā. {Ex istis) .s. Epicureis. {Politissim) ornatissimus. {Liberali) Socratica & Platonica. {Vt nihil unq̃ magis) .s. ꝯtenderit à me. {Nutu) .i. facillime uel solum innuendo tibi. {Etiā, si) ergo multo facilius cum non sis ædificaturus. {Si audierit) Pōpo nius. {Negligentem) qđ noluerim te pro eo rogare. {Tua uol.) te ꝯsentiente. {ὑπομνηματισμὸν) sic enim Græci uocant decretum quasi monitum & commentarium.

ASCEN. Etsi non satis &c. Hi duo sequentes libri ut facillimi, ita utilissimi sunt, eo quòd cōmendationum uarias, & elegantes imitationes hñt, quibus docentur & ornate dicere, & amicorum causas diligenter cōmendare, idq̃ cum delectatione maxima. Inhac aūt prima hoc est argumenti: C. Mēmius uir nobilissimus Athenis domum cœperat ædificare ad ædes Patronis p̃hi Epicurei amicissimi Ciceronis, q ad Ciceronem scripserat, ut à Mēmio exoraret, ne quendam parietem impediret, de quo negocio tota ferè hæc agitur ep̃la. Ordo est. Etsi .i. q̃q̃, non satis ꝯstiterat .i. euidens fuerat mihi, ne .i. an usurus essem te Athenis cum aliqua molestia ai, an potius libenter. quid .i. quia iniuria quam accepisti .s. passus es, afficeret me dolore, sapientia tua, qua fers iniuriam: sup. afficeret me lætitia, tñ mallem uidisse te. Nam, sup. id molestiæ qđ est .s. ob iniuriam tibi illatam, non est sanè multo leuius. cum non uideo te, id sup. uoluptatis, qđ potuit esse, fuisset certe plus, si uidissem te. Itaq̃ non dubitabo dare operam, ut uideam te, cum potero facere id satis cōmode. Interea agam qđ agi pōt tecum, & (ut arbitror) ꝯfici .i. absolui, & perfici, per literas. Ego rogabo nunc à te illud primum, nequid facias inuitus .i. contra placitum tuum mea causa. sed des mihi id, qđ intelliges multum interesse mea: hoc est mihi utile esse, & in nullam partem multō interesse tua. ita .s. des mihi: si persuaseris tibi ante .i. si te ad hoc adduxeris añ, ut facias id libenter. Incipiens aūt ordiri rem, quam ꝯtendebat, dicit: Omnia sunt mihi cōia, cum Patrone Epicureo, nisi q dissentio uehemēter ab eo in p̃hia, quia Stoicus potius aut Academicus erat Cicero, sed & initio .s. ꝯiunctionis nr̃æ cum obseruabat quoq̃ te & tuos oēs Romæ, coluit me in primis .i. pcipue, & nup .i. nūc pax est tpis cum assecutus est de cōmodis & pmijs suis ea quę uoluit, habuit me fere principem defensoꝝ & amicoꝝ suoꝝ, & ipse traditus & cōmendatus est mihi là .i. his diebus à Phędro, q .i. Phædrus, pbabatur .i. laudabatur & placebat nobis cum essemus pueri anteq̃ cognouimus Philonem .s. p̃hm, pbabatur, inq̃, ut p̃hs, postea tñ pbabatur ut uir bonus & suauis & officiosus. q.d. pp illius q nobis côiter est obseruandus cōmendationem dīc cōmendatiorem esse. Is igitur Patro cū misisset Romam literas ad me, uti .i. ut, placarē .i. reconciliarē & placatum facere te sibi, & peterē .s. à te, ut sup. ꝯcederes sibi illud Epicuri .i. qđ ad Epicureū hoiem ptineret, nescio q̃ parietinaꝝ sup. re. .i. ad parietem cōem pertinentiū, sic legitur & exponitur fere, sed lectio paꝝ placet, expositionem aūt meliorem cuiq̃ inueniendam relinquimus. ego sup. tunc, nihil scripsi ad te, ob eam rem, quod nolebam ꝯsilium ędificationis tuæ impediri cōmendatione mea idem .s. Patro cum rogasset ut .i. postq̃ ueni Athenas, ut scriberem ad te idē .i. eandem rē .s. ut te sibi placarem, & de parietis parte concedenda rogasset, impetrauit .s. petitum suū à me ob eam cām q ꝯstabat .i. notum erat inter omnes tuos, te abiecisse .i. displicentem te fecisse & dimisisse illam ædificationē. Q đ si est ita, & si .i. q̃q̃ iā nihil interest plane .i. oino tua, uelim siqua .i. aliqua offensiuncula .i. læsiuncula ai tui facta est pueritate aliquoꝝ, noui n. gentem illā .s. mendacē & ad discordiā seminandā pcliuē, des .i. accōmodes te ad lenitatē .i. placabilitatē, uel pp summā humanitatē .s. tuam, uel et causa honoris mei, ne uideat frustra à te petisse. Equidem, si q̃ris qd ipse .i. ego sentiam, nec uideo cur ille contendat .i. instet tantope, nec cur tu repugnes, nisi tñ concedi pōt multo minus tibi .i. qui uir prudens his, q̃ illi .s. hoi Epicureo laborare sine cā. Quanq̃ ego certo scio & orōnem & cām Patronis esse cognitam tibi, tñ sup. repetā tibi. ipse dicit honorē .s. suū, eo q p̃hs est, & turpe fuerit alteri de iure cedere, & offm, quia debet pro sectæ totius honore cōtendere, & ius testamentoꝝ, quibus sibi illæ ædes relictæ, auctoritatē Epicuri, quē imitatur, obtestationē .i. maxima pcationē cum fidei attestatione, Phædri .s. p̃hi & cōis amici, sedē .i. lōgā & firmā habitationē, domiciliū .i. ꝓpriā habitationē. uestigia .i. imitationes summoꝝ hoium, aut q in ijsdem ædib. habitarunt, aut quid sibi facturū, dicit inq̃ hæc ola esse tuēda .i. ꝓtegenda sibi. Licet .i. licitū est sup. ut derideamus totā uitā hois, & rōnem quam sequtur, si uolumus rephendere hāc contentiōē .i. petitionē eius. Sed mehercule qñ .i. qñquidem seu qm, nos non sumus ualde inimici .i. aliquantulū fauemus illi, uidelicet Patroni, & ceteris quos illa .s. q ille sibi tuēda dicit, delectant, nescio an ignōscendū sit huic .s. Patroni, si laborat tantope .s. tueri dicta. In quo .s. studio, ēt si peccat .s. p cupiditatē, tñ peccat potius ineptijs, qa est hō minus culto ingenio, q̃ improbitate .i. malitiā. Sed sup. dicam, dicendū est .n. aliqñ .i. tandem finiendū est, ego amo Pomponium Atticum sicut alteꝝ frēm, nihil est illo mihi nec charius nec iucūdius. Is .i. Pōponius non q sit ex istis .s. Epicureis porcis (est .n. politissimus oi doctrina liberali) sed sup. q ualde diligit Petronem, & amauit Phędrū qui p eo rogauit ualde, exns sup. aut cū sit, hō minime ambitiosus, & minime molestus in rogādo contendit .i. instanter petit hoc à me sic ut nihil .s. ꝯtenderit unq̃ magis .i. instantius, nec dubitat qn ego possim consequi hoc à te nutu .s. solo, ēt si esses ædificaturus. Nunc uero si audierit te deposuisse ædificationē, neq̃ tñ me impetrasse à te .s. qđ Patro petit, ipse non putabit te illiberalē in me, sed negligentē i se. Quaobrē peto à te ut scribas ad tuos, decretū illud Areopagitaꝝ .i. iudicū Athenien. in uico Martis q Ariopagus dr̃ quē ὑπομνηματισμὸν .i. decretū illi .s. Athenien. uocant, posse tolli .i. amoui & abrogari tua uolūtate .i. te uolēte. Decretū aūt ut fuisse ut in fundo suo sine respectu uicini ad placitū ædificet. Sed redeo ad prima .i. ad illa q in principio huius epistolæ scripsi. Ego uelim pus .i. potius, ut psuadeas tibi ut facias, hoc est uelim quidem te facere, sed potius ut libenter, facias hoc causa mea libenter, quàm ut facias & si libenter: habeto tñ sic, si feceris quod rogo, fore .i. futurum gratissimum mihi.

1 GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Petit à Memmio, ut Auiano habitandi facultatem in sacrario permittat.

M. CICERO C. MEMMIO. 2

*C*AIO *Auiano Euandro, qui habitat in tuo sacrario, & ipso multum utor, & patrono eius M. Aemilio familiarissime. peto igitur à te maiorem in modum, quod sine tua molestia fiat, ut ei de habitatione accommodes: nam, propter opera instituta multa multorum, subitum est ei remigrare cal. Quint. impedior uerecundia, ne te pluribus uerbis rogem. neque tamen*

men dubito, quin, si tua nihil, aut non multum intersit, eo sis animo, quo ego essem, si quid tu me rogares. mihi certe gratissimum feceris. Vale.

HVBER. CAIO Auiano) Cõmendat Cic. Memmio. C. Auian. quendam statuarium, ut ei concedat Memmius habitationem, quod dicit se nõ dubitare obtentorum, quia id multum aut nihil intersit ipsius Mẽmij. {Sacrario}.i.templo, loco ubi sacra reponũtur. {Tuo) p te ædificato. {Accõmodes) cõmodum facias. {Instituta) incerta, uel ꝓposita ad faciẽdũ. {Subitum est ei reis) .i.contingit, uel licet ei subito redire.

Sacrariũ

ASCEN. CAio &c. Cõmendat Mẽmio C. Auianũ statuariũ quendam ut ei ꝯcedat Mẽmius habitationẽ, qđ cũ citra iacturam Mẽmij fiat, facile impetraturũ ꝯfidit. Ordo est. Ego utor multum, & ipso C. Auiano Euandro qui habitat in sacrario tuo.i.loco ubi ꝯstituuntur sacra p te, ædificata, & utor familiarissime patrono eius M. Æmilio. Peto igitur à te in maiorem modũ.i. obnoxius, ut ei accõmodes de habitatione qđ fiat sine molestia tua. Nã subitũ.i. festinũ aut ꝓpinquũ aut necessariũ est ei remigrare.i. redire in pristinã habitationem, pp multa opa multorũ, ĩstituta.i. incepta, ab eo. Ego ĩpedior uerecũdia ne rogẽ te pluribus v̄bis. Neq; th dubito q̃n si nihil, aut nõ multũ iterfit tua .i. si parũ aut nihil detrimẽti ex ea rehabitur' sis, sis eo aio quo ego oĩno essem, si tu rogares me, qd.i. aliquid. certe tu feceris.i. hoc faciendo gratissimũ mihi.

PAVLVS MANVT. SVbitũ est ei remigrare cal. Quint.) Calendæ, ingt, Quintiles; quo die domo tua, inq̃ uenerat, exeundũ est; nimis subitæ sunt, & propius adsunt, q̃ ut ipse possit, opibus, q̃ instituit, pfectis, suo cõmodo discedere. sciendũ aũt est, annuas domorum locationes calendis Quint. apud ueteres fieri solitas. itaq; epł̃a III. libri II. ad Q. frem, Domus, ingt, tibi ad lucũ Pisonis Liciniana ꝯducta est: sed, ut spero, paucis mẽsibus post cal. Quint. in tua cõmigrabis. Post cal. Quint. dixit.i. finito locationis tpe, demigrantibus ĳs, quibus eã locaueras. Suetonius aũt i Tiberio, Senatori, ingt, latũ clauũ ademit, quẽ cognouisset sub cal. Iulĳ demigrasse in hortos, quo uilius post diem ædes in urbe ꝯduceret. ꝙ igitur Euandro, quem statuarium fuisse conĳcimus, subitum erat.i. pp breuitatem tpis incõmodum, nimisq; repentinum, remigrare cal. Quint. ad quã diem opa, q̃ multa multis instituisset, absolui non posse intelligebat; q̃ moueri loco, & aliò transferri, cũ perfecta non essent, commode non poterant: petit à Mẽmio Tullius, ut ei de habitatione accõmodet, ne cogatur calend. Quint. ut moris erat, remigrare; qđ fine dãno facere nõ posse uidebatur. sed, ut dicã qđ sentio, legendũ uidetur, demigrare. in antiquo libro Vbaldini scriptum est, eius remigrare.

GILBERTI LONGOLII LEMMA.

Rogat ut Fusium pro pollicitis liberaliùs tractet.

M. CICERO C. MEMMIO. 3

AVLVM Fusium, unum ex meis intimis, obseruantissimum, studiosissimumq; nostri, eruditum hominem, & summa humanitate, tuaq; amicitia dignissimum, velim ita tractes, vt mihi coram recepisti. tam mihi gratum id erit, quàm quod gratissimum. ipsum praeterea summo officio, & summa obseruantia tibi in perpetuum deuinxeris. Vale.

HVBER. AVLVM Fusium,) Commendat Cic. Memmio per literas. A. Fusium, quem etiam coram commendauerat, ut eum ita tractet, sicut coram promisit, fore enim sibi gratissimum & obligatum sibi hominem perpetuo. {Recepisti.) promisisti.

ASCEN. AVlum &c. Commendat A. Fusium per literas, quem etiã coram cõmendauerat, ut eum ita tractet, ur promisit, dicens. Ego uelim tractes A. Fusium u num ex intimis meis. s. amicis, obseruantissimum.i. maximum cultorem & studiosissimum nr̃i, hoiem eruditum & dignissimum summa humanitate amicitia tua, tractes dico ita, ut recepisti .i. ꝓmisisti mihi corã.i. in pñtia tecum agenti: Id erit mihi tã gratum q̃ quod sup. erit aut est gratissimũ, ꝓterea tu deuinxeris.i. obligaueris ipm in ꝑpetuũ, tibi summo officio & summa obseruantia .i. ad prosequendum te summo officio & summa obseruantia.

GILBERTI LONGOLII LEMMA.

Municipium Volaterranorum, hominum optimorum, causam negociaq; Valerio commendat.

M. CICERO Q. VALERIO * Q. F. ORCAE, LEGATO, PRO PRAET. S. D. 4

* Q. F. Orcæ, habet lib. Paulli Bots.

CVM municipibus Volaterranis mihi sum ma necessitudo est: magno enim meo beneficio affecti, cumulatissime mihi gratiam retulerunt: nam nec in honoribus meis, nec in laboribus vnquam defuerunt. cum quibus si mihi nulla causa intercederet, tamen, quod te vehementissime diligo, quodq; me à te plurimi fieri sentio, & monerem te, & hortarer, vt eorum fortunis consuleres, praesertim cũ prope praecipuam causam haberent ad ius obtinendum: primum, quod Syllani temporis acerbitatem deorum immortalium benignitate subterfugerunt: deinde, quòd summo studio populi R. à me in consulatu meo defensi sunt. cũ enim tribuni pl. legem iniquissimam de eorum agris promulgassent, facile senatui, populoq; R. persuasi, vt eos ciues, quibus fortuna pepercisset, saluos esse vellent. hanc actionem meã C. Caesar primo suo consulatu in lege agraria cõprobauit, agrumq; Volaterranum, & oppidum oĩ periculo in perpetuum liberauit: vt mihi dubium non sit, quin is, qui nouas necessitudines adiungat, vetera sua beneficia cõseruari velit. quamobrem est tuae prudentiae, aut sequi eius auctoritatem, cuius sectam, atque imperium summa cum tua dignitate secutus es; aut certe illi integram oẽm causam reseruare. illud vero dubitare non debes, quin tam graue, tam firmum, tam honestum municipium tibi tuo summo beneficio in perpetuũ obligari velis. Sed haec, quae scripta sunt supra, eò spectant, vt te horter, & suadeam. reliqua sunt, quae pertinent ad rogandum: vt non solum tua causa tibi consilium me dare putes, sed ẽt, quod mihi opus sit, me à te petere, & rogare. Gratissimum igitur mihi feceris, si Volaterranos oĩbus rebus integros, incolumesq; esse volueris. eorum ego domicilia, sedes, rem, fortunas, quae & à dijs immortalibus, & à praestantissimis in nostra rep. ciuibus summo senatus, populiq; Rom. studio conseruata sunt, tuae fidei, iustitiae, bonitatiq; cõmendo. si pro meis pristinis opibus facultatem mihi res hoc tẽpore daret, vt ita defendere possem Volaterranos, quemadmodum consueui tueri meos: nullũ officium, nullum denique certamen, in quo illis prodesse possem, praetermitterẽ. sed quando apud te nihilo minus hoc tempore valere me confido, quàm valuerim semper apud omnes: pro nostra summa necessitudine, pariq; inter nos, & mutua beneuolentia abs te peto, vt ita de Volaterranis mereare, vt existiment eum quasi diuino consilio isti negocio praepositum esse, apud quem vnũ nos eorũ perpetui defensores plurimum valere possemus. Vale.

HVBER. CVM municipibus) Cum Volaterrani uexarentur de rebus suis publicis, Cic. hac epistola eos ita diligenter cõmendat Q. Valerio propratori, ut diligentius cõmendare non possit: ostendit.n. eos gratos & uiris bonis & maximis acceptissimos, quos omnino debeat, sibi Valer. suo beneficio obligare. {Volaterranis) Volaterræ oppidi, quod est Ethruscorum in collis planicie situm, ad quod stadiorũ 15. ascẽsus est. {Retulerunt) reddiderunt. {Consuleres) prouideres causa honoris tui. {Praecipuam) singularem. {Subterfugerunt) euitauerunt.

euitauerunt.{Tpis Syllani acerbitatem)quia ex proscriptis à Sylla plerique illic ꝯsidentes, p obsidionem ꝑssit, tandem p inducias discedentes locum illum reliquerunt: auctor Str. {De eo.ag.)diuidendis nr̃is militib.{Promulgassent) ꝓnunciassent, protulissent, pepcissent, qa non potuerant capi.{Liberauit)quia uoluit esse immuné.{Is)Cæs.{Conseruari)nunc per nos, ut adiuuemus ipsos Volaterranos.{Eius)Cæs.{Seq au.) i.facere quod ipse fecit, cum semp secutus sis eũ in ceteris reb. {Sectam)factionem, partes, tractum à p̃his, q sectas hñt.{Illi int.)ut nihil eis innouetur, donec Cæs.cognouerit eoꝝ cam. {Municipium)oppidum.{Sed hæc)auget Cic.cõmendationé post exhortationes subiungẽdo p̃ces.{Certamé)ꝯtra eos, q illos oppugnarent.{Qñ) qm.{De Volat.mer.) i.ita Volaterranis beneficiũ p̃stes.{Eum).s.te.{Apud qué unum) .s.te.

ASCEN. CVm municipibus &c. Cum Volaterrani uexarentur de rebus suis publicis, Cicero hac ep̃la eos diligenter commendát Q.Valerio proprætori ut diligentius cõmendare non possit. Oñdit.n.eos gratos & uiris optimis acceptissimos, quos oĩno debeat idé Valerius suo sibi bñficio deuincere. Ordo est: Sũma necessitudo est mihi cũ municipib. Volaterranis.s.incolis, Volaterrarum oppidi Ethruriæ, ipsi.n.affecti magno bñficio meo, retulerũt cumulatissime mihi gr̃am, nã nec defuerunt unq̃ in honoribus meis.s.augẽdis: & in laboribus.s.ferendis, cum quibus si .i. tametsi nulla cã intercederet.i.media esset ad conciliationem amoris, tñ q̃.i. qa ego diligo te uehementissime, & q̃ sentio me fieri.i.æstimari, plurimi à te, & monerẽ & hortarer te, ut ꝯsule res .i. ꝯsilio & ope ꝓdesses fortunis eoꝝ, p̃sertim cum hñt cãm prope .i. quasi præcipuam.i.potissimam ad obtinendum Ius. Primũ q̃ subterfugerunt acerbitatem tpis Syllani.i. quo Sylla tyrãnidem exercuit benignitate deoꝝ immortalium, quia cum illic proscripto obsideret, & illi factis iudicijs abirent, nihil nocuit ur bi, qđ deoꝝ benignitati ascribit, ut qbus dij fauerint, turpe sit hoiem non fauere. Deinde q̃ defensi sunt à me in ꝯsulatu .s. meo, summo studio.i. fauore P. R. cum trib. pl. promulgassent legem iniq̃ssimam, de agris eoꝝ .s. alijs dispartiendis ꝑsuasi facile senatui populoq; R. ut uellẽt eos ciues esse saluos, qbus fortuna, ꝑus tñ deos dixit eos seruasse, pepcisset. C.Cæs. cõprobauit actioné mea ꝯsulatu suo in lege agr.i.cum ferret legem agrar. & liberauit agrũ & oppidũ Volaterranum oĩ piculo in ppetuum, ut non sit dubium mihi qn, is q adiũgat nouas necessitudines, uelit uetera bñficia sua ꝯseruari. Quamobrem est prudẽtiæ tuæ.i.ad prudentiá tuam refertur, aut seq auctoritatem eius.s.Cæs.cuius sectam.i.partialitaté, atque imperiũ tu secutus es cũ summa dignitate tua, aut certe reseruare illi oẽm.i.totam cãm integram .i. ita q̃ de ea nihil adhuc sit per te actũ. Vero.i.sed tu, non debes dubitare illud, qn uelis.i.debeas uelle obligare tibi in ppetuum summo beneficio tuo, illud municipiũ.i.oppidum muneꝝ Romanoꝝ capax, tã graue.i.ꝯstans, tam firmũ & tam honestũ. Sed hæc q̃ scripta sunt supra.i.in priori parte huius ep̃læ spectant.i. tendũt eò, ut horter te, & suadeã.s.tibi. Reliqua.i.q̃ deinceps dicã, sunt q̃ ꝑtinent ad rogandum, ut putes me dare ꝯsilium, non solum cã.i.pro utilitate tua, sed me petere & rogare à te quod opus sit mihi. Tu igitur feceris mihi gratissimum, si uolueris Volaterranos esse integros.i.indénes & incolumes sup.in omnib' rebus. Ego cõmendo tuæ fidei, iustitiæ, & bonitati, & domicilia, & sedes.i.mansiones, præturas aut sepulchra, ut Æn. VI. Sedibus hunc refer ante suis. rem.i.quas hñt fortunas, q̃ ꝯseruatæ sunt à dijs immortalibus, & à p̃stantissimis ciuibus in nr̃a.i.Romana Rep.uidelicet à Cæs. & ipso Cic. summo studio.i.fauore S. P. Q. R. Si res.i.copia reꝝ daret mihi facultatem hoc tpe pro pristinis opibus meis .i. iuxta pristinas opes meas, ut possem defendere Volaterranos ita quemadmodum ꝯsueui tueri meos.s.clientes. ego nullum offm̃, denique.i. ut uno uerbo dicam, nullum certamé prætermitteré in quo possem prodesse illis. Sed, qñ.i.qñquidem ego confido me nihilo.i.in nullo minus ualere apud te hoc tpe, q̃ ualuerim sp apud oẽs, ego peto abs te, pro necessitudine.i.necessaria coniunctione in amore & amicitia, summa & pari .i. æquali inter nos & mutua beneuolentia, ut mereare de Volaterranis, ita ut existimẽt eum.s.te, præpositum esse.s.à me isti negocio .s.de eoꝝ conseruatione, quasi diuino consilio apud qué unũ nos perpetui defensores eorum possemus ualere plurimum.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

DOcet bonis rationibus, Curtij agrum non diuidendam & ut illi in ea re prosit, orat.

M. CICERO Q. VALERIO Q. F. ORCAE, LEGATO, PRO PRAET. S. P. D. 5

*NOn moleste fero, eam necessitudinem, quæ mihi tecum est, notam esse quamplurimis. neque tamẽ ob eam causam, quod tu optime existimare potes, te impedio, quo minus susceptum negocium pro tua fide, & diligentia ex voluntate Cæsaris, qui tibi rem magnam, difficilemq́ commisit, gerere possis. nam cum multi à me petant multa, quòd de tua erga me voluntate non dubitent; non committo, vt ambitione mea conturbem officium tuum. C. Curtio ab ineunte ætate familiarissime sum vsus. eius & Syllani temporis iniustissima calamitate dolui: & cum ijs, qui similem iniuriam acceperant, amissis omnibus fortunis reditus tamen in patriam voluntate omnium concedi videretur, adiutor incolumitatis fui. is habet in Volaterrano possessionem, cum in eam tanquam è naufragio reliquias contulisset. hoc autem tempore eum Cæsar in senatum legit: quem ordinem ille, ista possessione amissa, tueri vix potest. grauissimum autem est, cum superior factus sit ordine, inferiorẽ esse fortuna: minimeq́ conuenit, ex eo agro, qui Cæsaris iussu diuidatur, eum moueri, qui Cæsaris beneficio senator sit. sed mihi minus libet multa de æquitate rei scribere; ne causa potius apud te valuisse videar, quàm gratia. quamobrem te * maiorem in modum rogo, vt C. Curtij rem, meã putes esse; feceris, quidquid mea causa faceres, vt id, C. Curtij causa cũ * feceris, meũ existimes. quod ille per me habuerit, id me habere abs te putato. hoc te vehementer etiam atque etiam rogo. Vale.*

* alias te. * existim. * alio. te. hoc

HVBER. NON) Præfecerat Cæs. Valerium diuidundis agris Volaterranoꝝ. Itaque cum in ea regione haberet agrum C.Curtius, q tpibus Syllanis ꝓscriptus fuerat, & postea restitutus in p̃riam à Cæs. in senatum fuerat electus. Cic. hac ep̃la nititur persuadere honestissimis rõnibus Valerio agrum Curtij non esse dandũ alijs, quia licet illa diuisio agrorum fiat iussu Cæs. non tñ deceat eum moueri ex agro suo eius iussu, cuius beneficio sit factus senator, id.n.non esse uerisĩle placere Cæs. sed qm̃ negocium diuidendi agros à Cæs.ei mandatũ fuerat, Cic. in princ.ep̃læ oñdit se nihil esse periturum contra honestaté, aut fidem ipsius Valerij, ut ex rõnibus in ep̃la positis probat. {Ob eam cãm)q̃ nr̃a amicitia sit nota multis.{Pro tua fid.) fidelr̃, ut debes.{Rem m.) diuisionem agrorũ.{Ambitione) uolens oñdere me plurimum posse apud te.{Iniustissima c.) qa ꝓscriptus fuit.{Incolumitatis) restitutionis.{Volaterrano).s.in agro.{Reliqas)quidqd potuit ex bello syllano eripe & seruare.{Tanq̃ è naufr.)trãslatio.{Ordinem) senatorum. {Tueri) sustentare: qa non põt uiuere ut senator.{Grauissimum) pessimum.{Supior or.)i.auctus dignitate.{Inferiorẽ for.) pauperiorem, qa aucta dignitate debent ẽt augeri fortunæ, ut possit honeste seruari ipsa dignitas.{Minime cõ.)non decet nec honestum est.{Moueri)remoueri.{De æq.rei).i.de iustitia, q̃ uult ut non moueatur ex agro suo.{Ne cã).i.ne uidear obtinuisse à te hanc rem potius, qa non potueris alr̃ facere iustitia ita uolẽte q̃ qđ uolueris mihi moré gerere.{Cã) iustitia causę.{Gra)ut mihi gratificeris.{Per me).i.opa mea.

ASCEN. NOn moleste &c. Præfecerat Cæs. Valerium diuidundis agris Volaterranorũ. Itaque cũ in ea regione C.Curtius hr̃et agrum, nititur Cic. ꝑsuadere, honestissimis rõnib' eidẽ Valerio agrũ illũ Curtij non esse dandũ alijs qđ in ꝓncipio ꝓtestatur ęquũ & honestũ. Ordo ẽ. Ego ñ fero moleste, eã necessit

necessitudinem quę mihi tecum est, notã esse q̃plurimis. neq; tñ impedio te ob eam cãm. i. pp necessitudinem nr̃am, qđ tu potes existimare. i. iudicare optime quia optime scis, quo minus possis gerere negocium susceptum, tua fide, & diligẽtia, ex uoluntate Cæsaris, qui cõmisit tibi rem magnã & difficilẽ. Nam cum multi petant à me multa, ꝙ. i. qa non dubitent de uoluntate. i. bñuolentia tua erga me, non cõmitto. i. non patior ut cõturbẽ ambitione. i. importuna petitione mea offm̃ tuum. Ego sum usus familiarissime ab ineunte ætate C. Curtio. Ego &. i. sil' dolui iniustissima calamitate eius. s. Curtij, tẽporis Syllani. i. q̃ erat tp̃e Syllano, & sui adiutor incolumitatis. i. salutis eius cũ. i. qñ reditus in p̃riam uideretur concedi uoluntate oi͂um ijs qui acceperant sil'em iniuriam, oibus fortunis amissis. i. licet oẽs fortunas amiserunt, tñ reditus etc. Aliter illud tñ redundat. Is. s. Curtius, hẽt possessionem in Volaterrano. s. agro cum contulisset in eã. s. possessionẽ religas. i. rerum suaꝝ, tanq̃ è naufragio. s. receptas. Autem. i. sed, Cæs. elegit eum hoc tp̃e in senatum, quem ordinẽ. i. ut dñt statũ ille uix põt tueri. i. seruare in uictu & uestitu ista possessione amissa. i. si eam amiserit. Autẽ. i. sed grauissimum. i. molestissimum est. s. Curtio, cũ factus sit superior. i. altior ordine. i. statu esse inferiorẽ. i. minorẽ fortuna. i. reꝝ possessione, & minime conuenit eum q factus sit senator beneficio Cæsaris, moueri. i. pelli ex eo agro. i. eius agri, possessione, q diuidatur. s. militib. iussu Cæsaris. Sed libet mihi scribere minus multa de æq̃tate rei. s. quã postulo, ne uidear ualuisse potius apud te causa. i. pp æquitatem causæ, quàm gr̃a. Quamobrẽ ego rogo te in maiorẽ modum. i. egregie, ut putes rem. i. negociũ aut possessionem Caij Curtij esse meam, quidq̃d tu faceres, causa mea. i. si res mea esset, cum feceris id causa Caij Curtij, existimes meum sup. esse putato me habere abs te, quod ille habuerit per me.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Cuspium amabat Valerius, quare Iulij Cuspij amicum tanquã ipsum Cuspium Valerio cõmendat P. Cornelius &c. Vt supra Iuliũ Cuspianum, ita Cornelium itidem Cuspianum hac epistola Valerio commendat.

M. CICERO Q. VALERIO Q. F. ORCAE S. 6

*Si vales, bene est: ego quidem valeo. Credo te memoria tenere, me & coram P. Cuspio tecum locutum esse, cum te prosequerer paludatum; & idẽ postea plurimis verbis tecum egisse, vt, quoscũque tibi eius necessarios cõmendarem, haberes eos in numero meorum necessariorum. id tu pro tua summa erga me beneuolentia, perpetuaq́ obseruantia mihi liberalißime, atque humanißime recepisti. Cuspius, homo in oẽs suos officiosißimus, mirifice quosdam hoĩes ex ista prouincia tuetur, & diligit; propterea quòd fuit in Africa bis, cum maximis societatis negocijs praeesset. itaque hoc eius officium, quod adhibet erga illos, ego mea facultate, & gratia soleo, quantũ possum, adiuuare. quare Cuspianorum oĩum cõmendationis causam hac tibi epistola exponendam putaui. reliquis epistolis, tantum faciam, vt notam apponã eam, quæ mihi tecũ conuenit, & simul significem de numero esse Cuspij amicorũ. sed hanc cõmendationẽ, quam his literis consignare volui, scito esse oĩum grauißimã. nam P. Cuspius singulari studio contendit à me, vt tibi quàm diligentißime L. Iulium cõmendarem. eius ego studio vix videor mihi satisfacere posse, si vtar verbis ijs, quibus, cum diligentißime quid agimus, vti solemus. noua quædam postulat: & putat me eius generis artificium quoddã tenere. ei ego pollicitus sum, me ex intima nostra arte depromptum mirificũ genus cõmendationis. id quando assequi non poßum, tu re velim efficias, vt ille genere mearum literarum incredibili * quodam perfectum arbitretur. id facies, si oẽ genus liberalitatis, quod & ab humanitate, & potestate tua proficisci poterit, non modo re, sed etiam verbis, vultu denique expresseris. quæ quantũ in prouincia valeant, vellem expertus esses. sed tamen suspicor ipsum hominem, quem tibi commendo, perdignum esse tua amicitia: nec id solum, quia mihi Cuspius dicit, credo, tametsi id satis esse debebat; sed quia noui eius iudicium in hominibus, & amicis deligendis. Harum literarũ vis quãta fuerit, propediem iudicabo, tibiq́, vt confido, gratias agã. Ego, quæ te velle, quæq́ ad te pertinere arbitrabor, oĩa studiose, diligẽterq́ curabo. Cura vt valeas.*

* alias quiddã

P. Cornelius, qui tibi has literas reddidit, est mihi à P. Cuspio commendatus. cuius causa quantopere cuperem, deberemq́, profecto ex me facile cognouisti. vehementer te rogo, vt cures, vt ex hac commendatione mihi Cuspius quam maximas, quamprimum, quamsæpißime gratias agat.

HVBER. CREDO) Miro quodam artificio utitur Cic. in cõmendatione. L. Iulij pro Cuspio amico suo ita ut uerbis suis quodãmodo cogat Valerium p̃stare qđ petit. Postremo cõmendat ẽt noie Cuspij P. Corneliũ haꝝ lr̃aꝝ latorem. {Recepisti) promisisti. {Ex puinc. ista) ex Africa ubi nunc es proptor. {Illos) hoies istius prouinciæ {Cuspianoꝝ) amicoꝝ Cuspij. {Notam) signũ aliquod tm̃modo. {Eam). i. notã. {Quæ cõu. mihi t.) quam hẽmus inter nos ex ꝯuentione ut solet fieri de zifris. {Depromptuꝝ) emissuꝝ. {Quiddam) aliquid. {Ptãte) q̇ est tibi promissa à Cæs. {Expresseris) declaraueris. {Quæ) uerba. uultus pro amicis. {Suspicor) puto uel spero, utrũq; n. significat. {Hominem) L. Iulium. {Mihi d.) i. illũ Iuliũ esse dignũ tua amicitia. {Satis) hr̃e testimoniũ Cuspij. {Quãta fuerit uis) quantum ualuerit. P. Cornelius subiungit etiam commendationem pro latore harum literaꝝ. {Cuius c.) s. Cuspij. {Cognouisti me) supra in ep̃la. {Quamsæpissime) propter multos eius amicos à te mea commendatione adiutos.

ASCEN. CRedo te &c. Miro quodam artificio utitur Cic. in commẽdatione L. Iulij pro P. Cuspio amico suo, ita ut uerbis suis quodãmodo cogat Valerium præstare quod petit. Postremo cõmendat ẽt noie Cuspij Cornelium haꝝ tabellarium, sed diuersa putatur ep̃la. Ordo est. Credo te tenere memoria. i. non oblitũ me. &. i. sil' locutũ esse tecum coram P. Cuspio, cũ p̃sequerer te paludatũ. i. ornatũ paludamẽto. i. ueste impiali p̃ficiscẽtem in bellũ comitarer, &. i. sil' egisse postea tecũ pluribus uerbis, ut quoscũq; necessarios eius. s. P. Cuspij, cõmendarẽ tibi, ut hr̃es eos in numero necessarioꝝ meorum, tu recepisti. i. p̃misisti mihi id p̃ summa beneuolentia tua erga me, & ppetua obseruantia. Cuspius hõ officiosissim' in oẽs suos tuetur & diligit mirifice quosdam hoies ex ista. s. tua Africana p̃uincia, ppea ꝙ fuit bis in Africa, cũ p̃esset maximis negocijs societatis. s. negociatoꝝ. Itaq; ego. soleo adiuuare quantũ possum, mea facultate & gr̃a hoc offm̃ eius, qđ adhibetur erga illos. s. hoies istius prouinciæ. Quare ego putaui cãm cõmendationis oium Cuspianoꝝ. i. necessarioꝝ Cuspi, esse exponendã. i. declarandã tibi hac ep̃la. Ego faciam ut añ ponã. i. ego apponã reliq̃s ep̃lis tm̃, eam notã. i. id signũ, q̃ conuenit mihi tecum. i. quã ex cõuentione duximus apponendam, & significem sil' esse de numero amicoꝝ Cuspij. Sed scito hanc cõmendationem quã uolui consignare his lr̃is, ut opinor q̃dam notæ lr̃arum erant appositæ, quas cum uideret Valerius sciret intimã esse cõmendationem: esse gratissimã omnium. Nã P. Cuspius contendit à me singulari studio, ut cõmendarẽ tibi quàm diligẽtissime Luc. Iuliũ. Ergo, ego uix uideor mihi posse satisfacere studio. i. fauori eius. s. Cuspij in Iuliũ, si utar ijs ỽbis q̃bus solemus uti, cũ agimus q̃d diligẽtissime. ipse postulat q̃dam noua. s. ỽba, & putat me tenere. i. callere, quodã artificiũ eius gñis. s. nouorũ uerborũ. Ego pollicitus sum ei, me deprõpturum. i. hausturũ, mirificũ genus commendationis, ex intima arte nr̃a. Qñ. i. qm̃, ego non possum assequi. i. attingere, id. s. cõmẽdationis genus, uelim tute. i. ut tu ipse efficias, ut ille arbitretur q̃ddam. i. q̃d certi, p̃fectum incredibili genere literarum mearũ. Certe negando se posse assequi id mirifice assequtur. Tu facies id, si exp̃sseris. i. significaueris

ueris oẽ genus liberalitatis,qđ poterit proficiſci ab humani-
tate & ptãte tua,non mõ.i.non ſolum te.i.effectu ipſo, ſed ẽt
uerbis & deniq; uultu. Quæ.ſ.uerba & uultus beneuoli, ue-
lim expertus eſſes,quantum ualeant in ꝓuincia .q. d. ꝓfuturꝭ
amico ſi experiri uoluerit. Sed tñ ſuſpicor ipm hoiem.ſ. Iuliũ,
quem cõmendo tibi,eſſe perdignum amicitia tua, ſolũ credo
quia Cuſpius dicit,tametſi id debebat eſſe ſatis, ſed quia noui
iudiciũ eius.ſ.Cuſpij in hoibus & amicis diligendis.i.de mul
tis legẽdis.Ego iudicabo ꝓpediem.i.ſtatim,ubi Iulius reſcri-
pſerit,quanta fuerit uis.i.potentia harꝭ lr̃arꝭ,& agam tibi gra
tias ut ꝯfido.ſ.te ꝓmeriturꝭ. Ego curabo oia ſtudioſe & dili-
genter q̃ arbitrabor te uelle & ptinere ad te. Cura ut ualeas.

P.Cornelius &c. Hæc pars uĩ ſuperiori annectenda, quia
has dicit,ſeorſum tñ ſcripta.Ordo eſt. P.Cornelius q reddidit
tibi has lr̃as cõmendatus eſt mihi à P.Cuſpio, cuius.ſ.Cuſpij
quãtopere cuperẽ & deberẽ cãm,tu cognoſti profecto ex me
.ſ.per literas ſuperiores.Ego rogo te uehementer ut cures, ut
Cuſpius agat mihi q̃primum.i.ualde cito,q̃ſæpiſſime .i. ual-
de frequenter,quam maximas.i.ualde magnas gratias.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

ATellanorum cauſam petitionesq; Cluuio inſinuat, & vt immunitatem exactionis illis concedas, vehementer flagitat.

M. CICERO C. CLVVIO S. P. D. 7

*CVM in Galliam proficiſcens, pro noſtra
neceſsitudine, tuaq́ ſumma in me obſer-
uantia ad me domum veniſſes, locutus
ſum tecum de agro vectigali municipij
Atellani, qui eſſet in Gallia: quantoq́
opere eius municipij cauſa laborarem, ti-
bi oſtendi. poſt tuam autem profectionẽ,
cum & maxima res municipij honeſtiſsimi, mihiq́ coniun-
ctiſsimi, & ſummum meum officium ageretur, pro tuo aio
in me ſingulari exiſtimaui me oportere ad te accuratius ſcri
bere: etſi non ſum neſcius, & quæ temporum ratio, & quæ
tua poteſtas ſit: tibiq́ negocium datum eſſe à C. Cæſare, non
iudicium, præclare intelligo. quare à te tantum peto, quan-
tum & te facere poſſe, & libenter mea cauſa facturum eſſe
arbitror. Et primum velim exiſtimes, quod res eſt, munici-
pij fortunas omnes in iſto vectigali conſiſtere; his aũt tempo-
ribus hoc municipium, maximis oneribus preſſum, ſummis af
fectum eſſe difficultatibus. hoc etſi commune videtur eſſe cũ
multis: tamen mihi crede ſingulares huic municipio calami
tates accidiſſe. quas iccirco non cõmemoro, ne de miſerijs meo
rum neceſſariorum conquerens, hoĩes, quos nolo, videar offen
dere. itaque niſi magnam ſpem haberem, C. Cæſari nos cãm
municipij probaturos: non erat cauſa, cur à te hoc tẽpore ali-
quid contenderẽ. ſed quia confido, mihiq́ perſuaſi, illum &
dignitatis municipij, & æquitatis, & voluntatis etiã erga
ſe habiturum eſſe rationem: ideo à te non dubitaui contende-
re, vt hanc cauſam illi integram conſeruares. quod etſi nihilo
minus à te peterem, ſi nihil audiuiſſem te tale feciſſe: tamen
maiorem ſpem impetrandi nactus ſum, poſteaquam mihi di-
ctum eſt, hoc idem à te Rhegienſes impetraviſſe. qui etſi te
aliqua neceſsitudine attingunt: tamen tuus amor in me ſpe-
rare me cogit, te, quod tuis neceſſarijs tribueris, idem eſſe
tributurum meis: preſertim cum ego pro his vnis petam. ha
beam autem, qui ſimili cauſa laborent, complures neceſſa-
rios. hoc me non ſine cauſa facere, neque aliqua leui ambi-
tione commotum a te contendere, etſi te exiſtimare arbitror:
tamen mihi affirmanti credas velim, me huic municipio de-
bere plurimum, nullum vnquam fuiſſe tempus neque hono-
rum, neque laborum meorum, in quo nõ huius municipij ſtu
dium in me extiterit ſingulare. quapropter à te etiam atque
etiam pro noſtra ſumma coniunctione, proq́ tua in me perpe-
tua, & maxima beneuolentia maiorem in modũ peto, atque
contẽdo, vt, cum fortunas agi eius municipij intelligas, quod
ſit mihi neceſsitudine, officijs, beneuolentia coniunctiſsimũ,
id mihi des. quod erit huiuſmodi, vt, ſi à Cæſare, quod ſpe-
ramus, impetrauerimus, tuo beneficio nos id conſecutos eſſe
iudicemus: ſin minus, pro eo tamen id habeamus; quando à
te data ſit opera, vt impetraremus. hoc cum mihi gratiſsimũ
feceris: tum viros optimos, homines honeſtiſsimos, eoſdemq́
gratiſsimos, & tua neceſsitudine digniſsimos, ſummo bene-
ficio in perpetuum tibi, tuiſq́ deuinxeris. Vale.*

HVBER. CVM) Ager Atellanus uectigalis erat cumq́;
exigendis uectigalibus ex oibus municipijs
q̃ in Gallia Ciſalpina erant Cluuius p̃poſitus
fuiſſet à Cæſ. & Atellani ualde eſſent oppreſſi
anguſtijs rei pecuniariæ, cũ eſſent magna ne-
ceſſitudine Cic.ꝯiuncti,eos Cic.diligentiſſime cõmendat Clu
uio:ut licet à Cæſ.ſibi ſit p̃ſcriptum qd ſit agendum,tñ reſer-
uet rem Atellanorꝭ integram,ne exigat ab eis uectigalia: do-
nec à Cæſ.ei mandatũ fuerit: ſperare.n.ſe impetraturꝭ à Cæſ.
ut eis ꝯdonet ea uectigalia,qđ ſi impetrarit,dicit ſe maximas
gr̃as habiturꝭ ipſi Cluuio, exiſtimaturumq́; ſe eius bñficio id
impetraſſe,ſi Atellanorꝭ rem integrã reſeruauerit, quod eum
facere dr̃e probat,quod idẽ Regienſibus feciſſe dr̃. {In Gall.)
Ciſalpinam.{Vectigali)tributario reddenti uectigalia.{Atel
lani)Atella urbs eſt Campaniæ mediterranea.ut ſcribit Ptole
mæus.{Profectionẽ) diſceſſum.{Res) utilitas.{Accuratius)
diligentius,q̃ locutus eſſem corã.{Negocium)exigendi uecti
galia.{Non iud.)diſcernendi utrũ debeat ſoluere an nõ.{Fa
cere poſſe)ſine offenſione Cæſ.{Difficultatibus) anguſtijs rei
pecuniariæ.{Singulares)p̃cipuas,maiores,q̃ alijs.{Homines
quos nolo)qui ſunt cã talium miſeriarꝭ. ſignĩat aũt præcipue
Cæſ.{Probaturos)demonſtraturos,honeſtam & iuſtã.{Non
erat cã) quia fruſtra à te peterẽ, ſi ille non eſſet perſuaſus eos
hr̃e iuſtam cãm.{Integram)nouã,ut de ea nihil facias.{Rhe
gienſes)municipes Rhegij ciuitatis.{Meis)Atellanis.{Pro his
unis)ꝓ his ſolis.{Cõplures)ꝓ quibus poſſum ẽt petere,& tñ
non peto: Intelligas hos eſſe mihi multo coniũctiores.{Agi
fort.)i.in eo ꝯſiſtere fortunas municipij.{Tuo bñf.)tua gr̃a.
{Sin minus).i.ſi non impetrauerimus.{Tñ hab.id pro eo)
.i.exiſtimemus id pro impetrata cauſa tua,quia dederis ope-
ram ut impetrarem.{Deuinxeris)obligaueris.

ASCEN. CVM in Galliam. Ager Atellanus uectigalis erat, ue-
ctigalib.aũt omnibus in Gallia Ciſalpina Cluuius p̃-
poſitus à Cæſ.erat,uñ cum Atellani ualde eſſent opp̃ſ
ſi penuria pecuniæ eos Cic. diligenter cõmendat dicto Clu-
uio.Ordo eſt.Cum tu proficiſcens in Galliam ueniſſes ad me
domũ meam pro neceſſitudine.i.neceſſaria,ſi offõ fungi uo-
lumus,in amicitia coniunctione nr̃a, & ſumma obſeruantia
tua in me,locutus ſum tecũ de agro uectigali municipij.i. op
pidi municipalis. Atellani.i.debenti uectigal Atellani, qui .ſ.
ager eſſet in Gallia & oſtdi tibi quantop̃e laborarẽ.i.ſolicita-
rer & in labore eſſem cã eius municipij. Aũt .i. ſed cum poſt
tuã ꝓfectionem,&.i.ſit res maxima municipij.ſ.Atellani ho-
neſtiſſimi,& ꝯiunctiſſimi,mihi & ſummũ offm̃ meũ ageretur
.i.uerſaretur in ambiguo,exiſtimaui oportere me ſcribere ad
te accuratius.i.multũ accurate & diligenter,ꝓ aio tuo ſingu
lari in me.Etſi.i.q̃q̃,non ſum neſcius.i.bñ ſcio,& q̃ rõ & quæ
ptãs ſit temporꝭ,et intelligo præclare negociũ datum tibi à C.
Cæſare non iudiciũ.ſ.libere iudicandi ptãtem.Quare ego pe-
to à te tm̃ quantũ arbitror te poſſe facere, & facturꝭ eſſe liben
ter cã mei. Et primum uelim ſup. ut exiſtimes ſup. id qđ res
eſt.i.ſicut eſt,oẽs fortunas.i. facultates municipij ꝯſiſtere in
iſto uectigali.Aptẽ.i.ſed exiſtimes,hoc municipiũ p̃ſſum ma
ximis oneribus. affectum eſſe maximis difficultatib. Etſi .i. q̃q̃
hoc.ſ.affectum ſic eſſe uĩ cõe.ſ.Atellanis, cũ multis.ſ.alijs ci-
uibus,tñ crede mihi ſingulares calamitates accidiſſe huic mu
nicipio,quod non cõmemoro iccirco,ne cõquerens de miſe-
rijs neceſſariorꝭ meorꝭ uidear offendere hoies quos nolo.ſ. of
fendere,hoc eſt Cæſarianos.Itaq; niſi hr̃em magnã ſpem nos
probaturos.i.q̃ ſimus probaturi C.Cæſari cauſam municipij,
ſup.iuſtã eſſe,non erat cã cur cõtenderem.i. cũ cõtentione pe
terem

terem aliquid à te,hoc tpe.ſ.turbulento.Sed quia ꝯfido,& ꝑſuaſi mihi.i.induxi in aium ut crederem, illum.ſ.C.Cæſ.habi tuꝝ eſſe rõnem.i.reſpectum pium & ꝯſiderationem.Et.i.ſil' dignitatis municipij qđ olim floruit,& æquitatis.ſ.cauſæ,& ẽt uoluntatis.i.bñuolentiæ ſtudij erga ſe, iõ non dubitaui ꝯtendere.i.aioſe petere à te,ut ꝯſeruares hanc cãm illi.ſ.Cæſ. integrã .i. intactam iudicio tuo,ꝙ facilius datur uenia ubi nihil actum eſt de cã,ꝗ̃ reuocaretur, quod à iudice delegato duri' iam iudicatum eſt , qđ & peterẽ à te nihilominus ſi audiuiſſem te nihil tale feciſſe, tñ nactus maiorem ſpem impetrandi poſteaꝗ̃ dcm̃ eſt mihi,Rhegienſes impetrauiſſe à te hoc idem .ſ.reſeruationẽ cognitionis cãæ ad Cæſarẽ, qui.ſ.Rhegienſes, etſi.i.ꝗ̃ꝗ̃ attingunt te aliqua neceſſitudine , tñ amor tuus in me,cogit quod plus eſt ꝗ̃ facit me ſperare te tributuꝝ eſſe idẽ neceſſarijs meis,qđ tribueris neceſſarijs tuis,ꝓſertim cum ego petam ꝓ his unis.i.ſolis.Aũt.i.ſed cũ ſupp.habeam cõplures .ſ.alios neceſſarios q laborarent.i.in periculo diuerſarentur , ſiſi cã.Ego etſi arbitror te exiſtimare.i.iudicare me facere hęc non ſine cã,neq; ꝯtendere.i.inſtanter petere à te cõmotũ aliqua ambitione.i.cupiditate,gl'iꝗ leui.i.modica,tñ uęlim:ſup. ut credas mihi affirmanti me dr̃e pl'm huic municipio,& ſuo nullum tp̃s fuiſſe unꝗ̃,neq; honoꝝ.i.cum adirẽ honores aut cũ accumularentur mihi honores, ut in ꝯſulatu & reductione,neq; laboꝝ meoꝝ.i.cũ afficerer laboribus ut exilij & piculoꝝ in bello ciuili,in quo .ſ. tpe ſtudium huius municipij .ſ. Atellani,non extiterit.i.apparuerit ſingulare.i.egregiũ, quia ſingulariã.i.unica fere egregia ſunt.i.i.erga me. Quapꝑ ego peto atq; ꝯtendo.i.inſtanter exigo à te in maiorẽ modũ , ẽt, atq; ẽt.i.iteꝝ,atq; iteꝝ ꝓ ſumma ꝯiunctione nr̃a,& pro ꝑpetua & maxima bñuolentia tua in me,ut cum intelligas fortunas eius municipij qđ ſit mihi ꝯiunctiſſimum neceſſitudine, officijs,bñuolentia,agi.i.in piculo uerſari,tu des.i.ꝯcedas mihi id qđ erit hmõi,ut ſi impetrauerimus à Cæſare qđ ſperam' nos iudicemus,nos cõſecutos eſſe id bñficio tuo. Sin.i.ſed ſi, minus.i.nõ impetrauerimus à Cæſ.tñ hẽamus.i. reputem' id ꝓ eo.i.tanꝗ̃ ſit tuo bñficio impetratũ. qñ.i.cum opa data ſit à te ut impetraremus. Cũ.ſ.ita ſit ꝙ feceris mihi hoc gratiſſimũ,tũ.i.multo magis,deuinxeris tibi & tuis in ꝑpetuũ ſummo bñficio .i. tuo qđ firmiſſimũ eſt uinculũ, uiros optimos, hoies honeſtiſſimos,et eoſdẽ gratiſſ.& digniſſ.tua neceſſitudine.i.qbuſcũq; neceſſitudinẽ ꝯtrahas,hoc ẽ,ciues Atellanos.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

PEtit à Rutilio,ne Albinij agrum olim à Cæſare per Laberium emptũ militibus diuidat : idq; rogatione Seſtij facere ſe dicit.

M. CICERO C. RVTILIO S. P. D. 8

CVM & mihi conſcius eſſem quanti te facerem, & tuam erga me beneuolentiam expertus eſſem; non dubitaui à te petere, quod mihi petendum eſſet. P. Sextium quanti faciam, ipſe optime ſcio; quanti autem facere debeam, & tu, & omnes homines ſciunt. is cum ex alijs te mei ſtudioſiſſimum eſſe cognoſceret, petiuit à me, ut ad te quamaccuratiſſime ſcriberem de re C. Albini ſenatoris, cuius ex filia natus eſt L. Sextius, optimus adoleſcẽs, filius P. Sextij. hõc iccirco ſcripſi, ut intelligeres non ſolum me pro P. Sextio laborare debere, ſed Sextium etiam pro Albino. res autem hæc eſt. à M. Laberio C. Albinus prædia in æſtimationem accepit: quæ prædia Laberius emerat à Cæſare de bonis Plotianis. ea ſi dicam non eſſe è rep. diuidi, docere te uidear, non rogare. ſed tamen, cum Cæſar Syllanas uenditiones, & aſſignationes ratas eſſe uelit, quo firmiores exiſtimentur ſuæ: ſi ea prædia diuidentur, quæ ipſe Cæſar uẽdidit, quæ tandem in eius uenditionibus eſſe poterit auctoritas? ſed hoc quale ſit, tu pro tua prudentia conſiderabis. ego te plane rogo, atque ita, ut maiore ſtudio, iuſtiore de cauſa, magis ex animo rogare nihil poſſim, ut Albino parcas, prædia Laberiana ne attingas. magna me affeceris non modo lætitia, ſed ẽt quodã modo gloria, ſi P. Sextius hoĩ maxime neceſſario per me ſatiſfecerit, cũ ego illi plurimũ debeam. quod ut facias, te uehemẽter etiã atque ẽt rogo. maius mihi dare beneficiũ nullũ potes. id mihi intelliges eſſe gratiſſimũ. Vale.

HVBER. CVM & mihi) Rogatione P.Sextij Cic.cõmendat P.Rutilio C.Albini ſenatoris cãm de quibuſdã ꝑdijs,q olim fuerant,ut in ipſa epl'a exponitur,Laberij:rogatq; ut ea ꝑdia non attingat diuidenda.cum à Cæſ. eſſet ꝓpoſitus huic negocio diuidendoꝝ agroꝝ.exponit,aũt cãs grauiſſimas,& quare ipſa debeat pro P.Sextio laborare,& quare P.Sextius ꝓ Albino.{Petendũ eſſet)ꝑꝑ honeſtatẽ.{Facere d.) ꝑꝑ eius in me merita.nã Cic.pl'm fauit ut ab exilio reuocaretur & ꝯtra Clodiũ.Hæc aũt plenius exponũtur in elegantiſſima orone ꝓ P. Sextio, q incipit.Siquis antea iudices mirabatur &c. {Cuius ex familia)nã P.Sextius,ꝓ quo extat illa oro,ut Cic. in ea teſtatur , habuit uxorẽ filiã Albini, qua mortua duxit uxorem Cic.Scipionis filiã,& licet mors filiæ ſoceri nomen Albino ademerit,charitatẽ,tñ illius neceſſitudinis & bñuolentiã non ademit.{In ęſtimat.)in ſolonem,ſ'm æſtimationem. {De bonis Plotianis) q olim fuerant Plotij , cuius bona Cæſar fiſco addixit.{Prædia)poſſeſſiones.{Laberius)eques Romanus.

ASCEN. CVM &c. Rogatus à P. Sextio cõmendat Cic. P. Rutilio cãm C.Albini de quibuſdam ꝑdijs , q quondam fuerant Laberij rogatq; ut ea non ꝑdia attingat diuidenda,licet diuidundis agris eſſet ꝓpoſitus.Ordo eſt : Cũ,& .i.ſil',ego eſſem ꝯſcius mihi quanti facerẽ.i.æſtimarẽ te,& expertus eſſem bñuolentiã tuã erga me,non dubitaui.i.nõ ſum ueritus petere à te,qđ petendũ eſſet.i.qđ decuit peti,mihi.i.ꝑ me.Ipſe.i.egomet ſcio optime .ſ. hoium qui ſecreta cordium ſcrutari nequeant,quanti faciã.i.æſtimẽ Publiũ Seſtiũ . Autẽ .i.ſed,& tu & oẽs hoies ſciunt q locutio zeugmatica eſt:nam per ꝯceptionem diceret,ſcitis,quanti debeã facere.ſ.eum.Is.ſ. Seſtius,cum cognoſceret te ex alijs ſtudioſiſſimũ mei , petiuit à me,ut ſcriberẽ ad te ꝗ̃ accuratiſſime de re Caij Albini Senatoris ex cuius familia natus eſt,Lucius Seſtius optimus aduleſcens filius P . Seſtij . Ego ſcripſi hoc idcirco ut intelligeres me non ſolũ dr̃e laborare pro Seſtio,ſed Seſtium ẽt dr̃e laborare pro Albino.Res aũt.ſ.de qua deliberandũ eſt,eſt hæc .i. hmõi Caius Albinus accepit à M. Laberio ꝑdia in æſtimationem.i. ad ꝑſoluendũ quanti æſtimarentur , q ꝑdia Laberius emerat à Cæſ.de bonis Plotianis.ſ.q fuerant Plotij priuſꝗ̃ ea Cæſar fiſco adijceret,ſi ego dicam non eſſe ẽ Rep.i.utile Reip. ea diuidi.ſ.militib.Cæſaris q ſemel à Cæſare data ſunt, ego uidear docere te,nõ rogare . Sed tñ cum Cæſ. uelit uenditiones & aſſignationes Syllanas.i.quas Sylla perpetuus dictator factus,fecerat,eſſe ratas.i.firmas & approbatas,quo.i.ut ſuæ .ſ. uenditiones & aſſignationes,exiſtimentur .i. iudicentur firmiores,ſi ipſa prædia q ipſe Cæſ.uẽdidit,diuidentur, q tandẽ auctoritas poterit eſſe in uenditionibus eius ? q.d.nulla. Sed tu ꝯſiderabis ꝓ prudẽtia tua.i.ſ'm prudẽtiam tuã , quale hoc ſit.i.quantę efficacię ſit hoc argm̃.Ego rogo te plane.i.oino, atq; ita ſup.rogo,ut nihil poſſim rogare maiore ſtudio,de cã iuſtiore ſup.& magis ex aio,ut parcas Albino,ne attingas .ſ. in diuidẽdo,ꝑdia Laberiana.i.à Laberio empta. Tu affeceris me magna non modo lætitia,ſed ẽt quodãmodo gl'ia,ſi Pub. Seſtius ſatisfecerit pro me hoi maxime neceſſario,ut ego debeam pl'm illi uni . Qđ ut facias ego rogo te uehementer ẽt atq; etiam . Tu nullum.i.non ullũ, non põt dare mihi nullũ bñficiũ mai', & ſup.tu ĩtelliges id bñficiũ eẽ gratiſſimũ mihi.

PAVLVS MANVT. CVius ex filia) Antea,cuius ex familia,in oibus impꝛ̃ſſis legebatur.nos ſeptimum abhinc annum,filia, correximus,ex orone pro P.Seſtio,in qua C.Albini filiã P.Seſtio nupſiſſe traditur.hũc aũt locũ,aliaq; itẽ multa à nobis reſtituta,& iã impꝛ̃ſſa q ſibi poſtea uindicarint uideo fuiſſe,quã ego laudẽ illis uel ultro ꝯceſſerim , mõ ne ijdẽ nr̃m librũ tertio quoq; uerbo reprehẽderent,& qđ ex illo ſumpſerũt, id ſe uidiſſe diſſimularẽt, quodq; magis doleo, Germanis acceptũ referre mallẽt.ſed qm̃ ab hoc ꝯcertationis gñe natura ſemꝑ , nunc etiam rõne abhorreo:de Germanis nihil dicã,qui,ut ueterum libros ediderint multos, & optime de ſtudioſis meriti ſint,certe pr̃i meo nunꝗ̃ in hoc gñe uidebũtur cõparãdi.hũc aũt, q nos occaſione undecũq; arrepta perſtringere conatur,

ut etiam

ut etiam uarias lectiones, quas olim in calcem operis reiecerام,tanquam à me probatas reprehendat.etsi de nobis male existimet,amabimus tamen ut hominem diligentem, & doctum,atque etiam, siquid opis antiquorum scriptis, quæ deprauata leguntur,attulerit,ex instituto nr̄o gratias agemus.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Societatis publicanorum Bithyniæ causam, in qua probi multi erāt, multiq; amici & familiares, genero commendat.

M. CICERO CRASSIPEDI S. P. D. 9

Q VANQVAM *tibi præsens commendaui, ut potui diligentißime, socios Bithyniæ; teq; cum mea commendatione, tum etiam tua sponte intellexi cupere ei societati, quibuscunque rebus posses, commodare: tamen cum ij, quorum res agitur, magni sua interesse arbitrarentur, me ēt per literas declarare tibi, qua essem erga ipsos uoluntate, nō dubitaui hæc ad te scribere. uolo enim te existimare, me, cū uniuerso ordini publicanorum multum semper libentißime tribuerim, idq; pro magnis eius ordinis erga me meritis facere debuerim, tum in primis amicum esse huic Bithynicæ societati: quæ societas ordine ipso, hominum genere pars est maxima ciuitatis: constat enim ex ceteris societatibus: & casu permulti sunt in ea societate ualde mihi familiares, in primisq; is, cuius præcipuum officium agitur hoc tempore, P. Rupilius P. F. Men. qui est magister in ea societate. quæ cum ita sint, maiorem in modum à te peto, Cn. Pupium, qui est in operis eius societatis, omnibus tuis officijs, atque omni liberalitate tueare: curesq;, ut eius operæ, quod tibi facile factu est, quamgratißimæ sint socijs: remq;, & utilitatem sociorum, cuius rei quantam potestatem quæstor habeat, non sum ignarus; per te quammaxime defensam, & auctam uelis. id cum mihi gratißimum feceris: tū illud tibi expertus promitto, & spondeo, te socios Bithyniæ, si ijs commodaris, memores esse, & gratos cogniturum. Vale.*

HVBER. Q VANQVAM) Publicani exigentes uectigalia habebāt inter se societates in prouincijs, cum igitur Crassipes qui & Pilo dictus est, gener Cic. quæstor esset in Bithynia, cōmendat ei Cic. societatem publicanorum Bithynię quam ex magnis & honestis ciuibus Romanis ꝯstare dicit, in eaq; esse multos sibi familiarissimos: ꝑcipue P. Rutilium, q in ea societate magister erat. {Socios Bith.) i. q in Bithynia habebāt societatem. {Cōmodare) cōmodum facere, ut sæpius exposuimus. {Ii) publicani. {Res) negocia, utilitas. {Sua int.) utile sibi esse. {Ordine ipso) qui est, ualde utilis reip. & magnus. {Hominum genere) quia multi sunt claro loco nati. {Magister) rector. est autem nomen officij inter ipsos publicanos: sicut nunc appellant priorem, & talibus quibusdā uocabulis. {In opis) ablatiuus est. i. qui gerit negocia ipsius societatis. {Nō sum ignarus) quia quæstores, quorum est colligere uectigalia P. R, possunt multum fauere, & prodesse publicanis. {Et gratos) allicit eum ad illorum fauorem spe præmij.

ASCEN. Q Vanquam &c. Publicani exigentes uectigalia habebāt inter se societatem in prouincijs. Cum igitur Crassipes qui Piso dictus est gener Cic. quęstor esset in Bithynia. cōmendat ei Cic. societatem publicanorum Bithynię, docens eam cōstare ex præclaris ciuib. R. sibiq; ꝯiunctissimis. Ordo est. Quanq̄ p̄ns. i. cum essem p̄ns cōmendaui tibi diligentissime ut potui, socios Bithyniæ. i. mercaturæ in Bithynia, & intellexi te, cum. s. ita sit ꝙ cōmendatione mea. i. ꝑ cōmendationem meam, tum. i. multo magis etiam tua spōte. i. propria nā, cupere cōmodare. i. cōmodum facere & prodesse, ei societati quibuscunq; rebus posses, tñ cum ij quoꝝ res agitur arbitrarentur interesse. i. in re & utilitate sua esse, magni. i. magnopere, me declarare tibi ēt per lr̄as, qua uoluntate essem erga ipsos, non dubitaui scribere ad te hoc. s. qua uoluntate in eos sim. Volo. n. te existimare. i. iudicare & sentire, me cum tribuerim. i. ꝯcesserim & indulserim semper libentissime uniuerso ordini. i. statui, & ut dr̄ collegio publicanoꝝ. i. publicoꝝ uectigalium redemptoꝝ, qui sil' negociatores erant. nam pecuniam quam in prouincijs acceperāt, mercibus cōmutabāt, pro quibus alteram Romæ recipiebant, & debuerim facere id magis meritis ordinis. i. totius collegij erga me, qa cū exularet ab illis pecuniam mutuatus erat, tū uolo te existimare me esse in primis. i. ꝑcipue amicum huic societati Bithyniæ. Quę societas est ipso ordine & gn̄e hoium maxima pars ciuitatis. s. Romanæ ꝯstat. n. ex ceteris societatib. & casu. i. à casu: multi sunt in ea societate ualde familiares mihi. Et in primis P. Rupilius filius Publij, q est magister. i. est primarius in ea societate, cuius. s. Rupilij, offm̄ ꝑcipuum agitur hoc tp̄e. Quæ cum ita sint peto à te in maiorem modū. i. obnixe & non uulgariter sup. ut tueare oib' officijs tuis atq; oi liberalitate Cn. Puppium, q est in operis. i. industrijs & laborib. aut familiaribus eius societatis. Est. n. opis ablatiui casus ab opæ operarum &c. & cures ut opæ. i. labores & industriæ eius, qđ est tibi facile factu. i. ut fiat à te, sint gratissimæ. i. utilissimæ & acceptissimæ socijs, & uelis rē & utilitatē socioꝝ, cuius rei quātam ptātem prætor hēat. s. in prouincia, nō sum ignarus, sup. esse defensam & auctam ꝑ te, q̄maxime. Cum. s. ita sit ꝙ tu feceris id gratissimū mihi, tum ego exptus ꝓmitto tibi illud & spondeo te cognituꝝ socios Bithyniæ esse memores & gratos si commodaris. i. commodum feceris, his. i. eis.

PAVLVS MANVT. R Vpilius P. F. Men.) mallem, Rupilius P. F. An. ut Aniēsis tribus significetur. nam Vincentij Riccij liber antiquus habet, Rupilius P. Fannius. cuius uitij fuit hæc origo, quòd, cum scriptum esset, P. F. An. imperiti, ueteres notas nō intelligentes, scripserunt, P. Fannius. de tribubus autem multa diximus in VIII. epistola VIII. libri.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

M. Varronem hominem dignißimum amplißimæ commendationis prætori Bruto ualde commendat.

M. CICERO M. BRVTO S. P. D. 10

C VM *ad te tuus quæstor M. Varro proficisceretur, commendatione egere eum non putabam: satis enim commendatum tibi eum arbitrabar ab ipso more maiorum: qui, ut te non fugit, hanc quæstura coniunctionem liberorum necessitudini proximam uoluit esse. sed cum sibi ita persuasisset ipse, meas de se accurate scriptas literas maximū apud te pondus habituras; à meq; contenderet, ut quamdiligentissime scriberem: malui facere, quod meus familiaris tāti sua interesse arbitraretur. ut igitur debere me facere hoc intelligas: cum primum M. Terentius in forum uenit, ad amicitiam se meam contulit. deinde, ut se corroborauit, duæ causæ accesserunt, quæ meam in illum beneuolentiam augerent: una, quod uersabatur in hoc studio nostro, quo etiam nunc maxime * delectamur, & cum ingenio, ut nosti, nec sine industria: deinde, quòd mature se contulit in societates publicanorum. quod quidem nollem: maximis enim damnis affectus est. sed tamen * causa communis ordinis mihi commēdatißimi fecit amicitiam nostram firmiorem. deinde uersatus in utrisque subsellijs optima & fide, & fama, iam ante hanc commutationem reip. petitioni sese dedit, honoremq; honestißimum existimauit fructum laboris sui. his autem tēporibus à me Brundusio cum literis, & mandatis profectus est ad Cæsarem. qua in re & amorem eius in suscipiendo negocio perspexi, & fidē in conficiendo, ac renūciando. uideor mihi, cum separatim de probitate eius, & moribus dicturus fuissem, si prius causam, cur eum tantopere diligerem, tibi*

* alias delecta tur.

* alias ratio cō mn.

expos

exposuissem, in ipsa causa exponenda satis etiam de probitate dixisse. sed tamen separatim promitto, in meq́ recipio, fore eũ tibi & voluptati, & vsui: nam & modestum hominem cognosces, & prudentem, & à cupiditate omni remotißimum, praterea magni laboris, summaq́ industria. neque ego hac polliceri debeo, qua tibi ipsi, cum bene cognoueris, iudicanda sunt: sed tamen IN omnibus nouis coniunctionibus interest, qualis primus aditus sit, & qua cõmendatione quasi amicitia fores aperiantur. quod ego his literis efficere volui: etsi id ipsa per se necesßitudo quastura effecisse debet: sed tamen nihilo infirmius illud hoc addito. cura igitur, si me tanti facis, quanti & Varro existimat, & ipse sentio, vt quamprimum intelligam, hanc meam cõmendationem tantum illi vtilitatis attulisse, quantum & ipse sperarit, nec ego dubitarim. Vale.

HVBER. CVM ad te) pfecturus M. Terent. Varro in Galliam quæstor Bruti q ei præerat, qa sciebat quãti itereſſet hre primos aditus fauorabiles apud prætorẽ, curauit hre Cic. cõmendationem: quẽ apud Brut. multũ ualere sciebat. Itaq; Cic. hac epl'a eum ita cõmendat Brut. ut expositis multis & maximis causis pbet illum dignum cõmendatione sua & beneuolentia, atq; coniunctione Bruti. {More) consuetudine, instituto. {Qui) mos. {Proximam). i. secũdam post cõiunctionẽ filioꝝ .i. essent post filios charissimi. {Vt igitur) exponit causas, quibus ad eum cõmendandum impulsus sit. {M. Terent.) sic. n. appellabatur. M. Terent. Varro. de eius gñe, qui aduersus Annibalem apud. Cannas infeliciter dimicauit. {In foꝝ) ad agẽdas causas. {Vt) postq̃. {Corroborauit). i. amicitia. {Studio) lr̃aꝝ & phiæ. {Industria) honesto & solerti labore. {Publicanoꝝ) q mihi sunt amicissimi. {Quod no.) s. ut cõtulisset in ordinem publicanoꝝ. {Vtriſq; sub.) s. fori & curiæ: uel subsellijs fori & publicanoꝝ. i. uersatus in utraq; causa: uel in utroque officio: nã ponitur interdũ locus, uel sedes pro officio, sunt. n. **Subsellia.** subsellia: ut uoluit Asco. sedes tribunoꝝ triũ uiroꝝ, quæstoꝝ, & hmõi minora iudicia exercentiũ qui non in sellis curulib' nec tribunalibus, sed in subsellijs sedebant. de subsellijs diximus in alio loco. {Renũciando) quæ cũ Cæs. egisset. {Videor) ordo est. Videor mihi in ipsa causa exponẽda satis dixisse de pbitate eius & moribus, cũ fuissem dicturus separatim de pbitate eius & moribus. Si prius exposuissem tibi causam, cur eũ tantopere diligerem. {Vsui) Vtilitati. {Nam & mod.) dicit eũ præditum ijs uirtutibus, quæ maxime solent magistratus ornare. {Modestũ) nulli deditũ turpitudini. {Remotissimum ab omni cu.) i. nullis auaritiæ stimulis obnoxiũ. Iuuen. Pone in refræna modumq́;, Pone et auaritiæ. {Magni la.) i. laboriosum. s. cognosces hoiem. {Iudicãda) cũ bene cognoris. i. iudicãda postq̃ eum exptus fueris. {Qualis) an gratus & cũ fauore, an alr̃, quia raro accidit, ut q primo fuerit ingratus, postea fiat gratus & cõtra. {Quasi fores) trãslatio à domo, principiũ .n. amicitiæ fores appellauit, quasi domus. Qđ ut fores amicitię tuę apiant M. Varroni. {Sed tñ ni. in. il. hoc ad.) i. illud qđ debuerat fecisse necessitudo q̃sturæ. nõ est diminutũ & factũ infirmius addita mea cõmẽdatione. {Sẽtio). i. mihi psuadeo.

ASCEN. CVm ad &c. M. Terentius Varro pfecturus in Galliam quæstor Bruti, qa sciebat quanti esset hre primos aditus ad ptorem cõmendatos, curauit hre Cic. cõmendatiõẽ, quem ad Brutũ plurimũ ualere sciebat. Quocirca eũ Cic. Bruto hac epl'a commendat docens se id nõ ab re facere. Ordo est. Cũ M. Varro quæstor. i. congsitor & receptor pecuniæ in stipendiũ & onera militiæ expendendæ, tuus. i. publico noie tibi assignatus proficisceretur ad te, nõ putabam eum egere cõmendatione, arbitrabar. n. eũ satis cõmendatum tibi ab ipso more. i. instituto maioꝝ. i. priscoꝝ Romanoꝝ, q. s. mos antiquoꝝ uoluit, ut nõ fugit te. i. ut bene scis, hanc cõiunctionẽ quæsturæ. i. ex eo, qp quispiã alterius quæstor fuerit, cõtractã, esse proximã necessariæ coniũctioni liberoꝝ. i. prolis legitimæ. Sed cũ ipse. s. Varro psuasisset sibi ita meas lr̃as scriptas accurate de se, habituras maximũ pondus. i. plurimũ ualituras ad sui cõmendationem apud te, & cõtenderet. i. obnixe peteret à me, ut scriberem q̃ diligentissime, malui facere sup. id quod necessarius meus. s. Varro arbitraretur inter esse. i. in re esse sua tanti. i. tantopere. Igitur ut intelligas me debere facere hoc. s. quod ille cõtendit. cum M. Terent. s. Varro uenit primõ in foꝝ. s. judiciale, dicturus causas pro altero, ipse contulit se ad amicitiã meam, deinde ut. i. postq̃ ipse corroborauit. i. cõfirmauit se p notitiam & experientiam factus potentior, duæ causæ accesserũt. i. additæ sunt, q̃ auxerunt beneuolentiã meã in illũ. Vna qp uersabatur in hoc studio nr̃o. s. phico, quo delectamur maxime ẽt nunc. i. adhuc, &. i. ẽt cum ingenio ut nosti, nec. i. & nõ sine industria. i. cum industria, hoc est ingenio & industria, comitibus. deinde quod. s. Var. cõtulit se mature .i. cito in societates publicanoꝝ. i. q publica uectigalia redimunt & portoria conducunt quod quidem nollem. i. uellem eum non fecisse, ubi negatio nũ agit in uerbum, sed in adiectum, est. n. affectus maximis damnis, sed tñ cõis. i. cum esset cõis socius ordinis. s. publicanoꝝ coniunctissimi mihi: mallem tñ legere cõio. i. cõmercium ordinis coniunctissimi mibi fecit amicitiam nostram firmiorem. Deinde uersatus. s. agens In utriusque subsellijs. s. causidicoꝝ & publicanoꝝ optima & fide & fama. i. hñs optimam fidem & famam de fide. i. fidelitate, ipse dedit. i. addixit se petitioni. i. supplicationibus faciendis aut requestis ut Galli dñt, pro alijs, iam ante hanc cõmutationem Reip. i. priusq̃ Resp. per te liberata esset à tyrannide Cæsaris, & existimauit fructum laboris sui. i. quem ex labore suo assequeretur, honestissimum sup. esse. Autem. i. sed ipse pfectus est his diebus Brundusio ad Cęsarem. s. Octauium cum mandatis à me. s. acceptis, in qua re, ego perspexi. i. euidenter cognoui aut animaduerti, & amorem eius. s. in me, in suscipiẽdo negocio. i. eo quod suscepit negocium tantum libenter & fidem. i. fidelitatem in conficiendo. i. transigendo & expediẽdo, & renunciando. i. reportando responso. Quia multi libenter suscipere uidentur: sed susceptum negligunt, alij, etiam susceptum munus conficiunt diligenter, sed renunciando negligentes sunt, ubi sciemus renunciare proprie esse nutum reportare, & re significare quod nunciatum est. ijs præmissis commendationem ipsam aggreditur, præmittens tamen non impertinenter cur superiora prælocutus sit. Videor mihi cum fuissem dicturus separatim. i. diuisim de probitate eius. s. Varronis, & de moribus si exposuissem tibi causam cur diligerem eum tantopere, dixisse etiam satis de probitate. s. eius in ipsa causa exponendo causam amoris, quæ in probitate eius fundatur, sed tñ ego promitto separatim & recipio in me. s. onus præstans, hoc est spondeo pro Varrone, eum fore. i. futurum tibi, & uoluptati & usui. i. utilitati. Nam tu cognosces sup. eũ hominem & modestum & prudentem & remotissimum à cupiditate omni, præterea magni laboris, & summæ industriæ .i. grauitatis & solertiæ. Neque ego debeo polliceri tibi, hæc quæ iudicanda sunt tibi ipsi cum. s. ita sit qp bene cognoueris, sed tñ interest. i. refert, In omnibus coniunctionibus nouis, qualis sit primus aditus, & qua cõmendatione aperiantur quasi fores amicitiæ. Quod. s. aperire fores amicitiæ, ego uolui efficere his literis, &. i. tametsi, ipsa necessitudo quæsturæ, debet effecisse id, ex more maiorum, ut præmisit, sed tamen illud supple erat nihilo. i. nullo infirmius, hoc. s. commendationis nostræ addito. Igitur cura, si tu facis me tanti quanti & Varro existimat, & ego sentio, ut intelligam quamprimum. i. ualde cito, hanc commendationem meam attulisse illi. s. Varroni, tantum utilitatis, quantum & ipse sperarit: nec ego dubitarim. s. illi allaturam fuisse. Vale.

PAVLVS MANVT. COrroborauit) Interpretes, uerbum antiquũ non agnoscentes, alij aliter exposuerũt. dixit aũt, corroborauit, pro, egressus est annos pubertatis, & uir esse cœpit, quemadmodum ex oratione pro M. Cœlio. Cum is iam se corroborauisset, ac uir inter uiros esset. & in eadem, Non modo hæc ætas, sed etiam iam corroborata. id est, non modo adolescentes, sed etiam uiri. & supra, eiusdem orationis initio, eos, q non, ut Cœlij accusator, adolescentes essent, sed uiri, robustiores appellauit. alibi etiam in hanc sñiam eodẽ uerbo usus est.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

ARpinates municipes Ciceronis vectigalia possidebant in Gallia, cui praerat Brutus, quamobrem à Bruto postulat, vt municipum causa pro vectigalium exactione fauere velit. Id aũt sibi suisq; honori futurum.

M. CIC

M. CICERO BRVTO S. P. D. 11

QVIA semper animaduerti, studiose te operam dare, ut ne quid meorum tibi esset ignotum: propterea non dubito, quin scias, non solum cuius municipij sim, sed etiam, quàm diligenter soleam meos municipes Arpinates tueri. quorum quidẽ omnia cõmoda, omnesq́ facultates, quibus & sacra conficere, & sarta tecta ædium sacrarum, locorumq́ cõmunium tueri possint, consistunt in ijs uectigalibus, quæ habent in prouincia Gallia. ad ea uisenda, pecuniasq́ quæ a colonis debentur, exigendas, totamq́ rem & cognoscendam, et administrandam legatos equites Romanos misimus Q. Fuffidium Q. F. M. Faucium M. F. Q. Mamercum Q. F. peto à te maiorem in modum pro nostra necessitudine, ut ea res tibi curæ sit, operamq́ des, ut per te quamcõmodissime negocium municipij administretur, quamprimumq́ conficiatur; ipsosq́, quorum nomina scripsi, ut quamhonorificentissime pro tua natura, & quamliberalissime tractes. bonos uiros ad tuam necessitudinem adiunxeris, municipiumq́ gratissimum beneficio tuo deuinxeris: mihi uero etiam eo gratius feceris, quòd cum semper tueri municipes meos consueui, tum hic annus præcipue ad meam curam, officiumq́ pertinet: nam constituendi municipij causa hoc anno ædilem filium meum fieri uolui, & fratris filium, & M. Cassium, hominem mihi maxime necessariũ: (is enim magistratus in nostro municipio, nec alius ullus, creari solet) quos cohonestaris, in primisq́ me, si resp. municipij, tuo studio, & diligentia bene administrata erit. quod ut facias, te uehementer etiam atque etiam rogo. Vale.

HVBER. QVIA) Arpinum oppidum est Volscoꝝ, unde oriundus fuit Cic. eius oppidi municipes uectigalia habebant in Gallia Cisalpina, quibus & sacras ædes & locos cões tuebatur, cumq; difficile exigerentur ea uectigalia illi populo admodum necessaria, essetq; Brut. eius prouinciæ præfectus, rogat eũ Cic. ut uelit fauere Arpinatũ legatis, quos nominat ut illas uectigales pecunias facillime ei⁹ fauore exigere possint, ostenditq; q̃ gratum id habiturus sit, si fecerit, cũ multis alijs de causis, tum uero qa eius et fratris filius facti erant eo anno ædiles illius municipij, quoꝝ honori dicit Brut. posse multũ consulere si reip. illius municipij ꝑ eos bene administrata fuerit diligẽtia & beneficio ipsius Brut. {Meoꝝ) meaꝝ re rẽ. {Arpinates) ex Arpino municipio, est aũt accusatiuus. {Sarta te.) .i. tecta refecta, tractũ à uestibus, quæ farciuntur, sunt tñ codices qui hñt sacrata tecta. {Vectigalibus) & ut nunc dicimus dans. {Visenda) cognoscenda. {Colonis) illius ꝓuinciæ. {Negocium) exigendi illi uectigalia. {Quamprimumq;) cito sine dilationibus. {Nam constituendi) reddit rõnem quare hic annus magis pertineat ad eius curam. {Constituendi) ante regendi in bonam formam, ut ita dicam redigendi. {Is magistratus) .s. ædilitatis. {Nec ullus ali.) sicut fit Romæ ubi sunt multi ordines magistratuum. {Quos) filium meum & filium fratris, & Cassium. {Cohonestaris) honore affeceris.

Arpinum

Quamprimum.

ASCEN. QVia & c. Arpinates cõpatriotæ Cic. habebant in Gallia Cisalpina quantũ ad Italos uectigalia, qbus pub. sustinebant, negocia quocirca Brutũ rogat ut in eis recipiẽdis faueat, dicens. Quia ego animaduerti semper te dare operã studiose, ut ne quid meoꝝ .i. eoꝝ quæ agerẽ, esset ignotum tibi, ꝓpterea non dubito qn scias non solũ cuius municipij sim, qa Arpini, sed ẽt q̃ .i. quantum diligẽter soleam tueri .i. ꝓtegere Arpinates municipes. uł (ꝯm Vallam) dicendũ cõmunicipes meos, nõ.n. Cicero princeps eoꝝ erat. Quoꝝ .s. Arpinatiũ quidem .i. certe, omnia cõmoda & oẽs facultates quibus possint & .i. simul conficere .i. perficere sacra .i. res sacras, ut sacrificia & templa, & tueri .i. cõseruare tecta ædium sacraꝝ .i. sacroꝝ & locoꝝ cõium .i. ad ciuitatem cõiter pertinentiũ ut sunt fora, mœnia, & silia, sarta .i. cõcinnata et integra, cõsistunt in ijs uectigalibus, quę hñt io ꝓuincia Gallia. Nos misimus Q. Fuffidium filiũ Quinti, M. Faucium filiũ Marci, Q. Mamercũ filiũ Quinti eqtes Rom. legatos, ad uisenda ea .s. uectigalia Arpinatũ, & ad exigẽdas pecunias quæ debẽtur à colonis, & ad cognoscendam & administrandã totam rẽ .i. totum negocium. Ego peto à te maiorẽ in modũ pro necessitudine nr̃a .i. ꝑꝑ necessitudinẽ nr̃am, ut ea res sit tibi curæ, & des operã, ut negocium municipij administretur, ꝑ te .i. tuo p̃sidio q̃ cõmodissime et ut cõficiatur .i. absoluatur & expediatur quam primũ .i. ualde cito, & ut tractes, ipsos, quoꝝ nomina scripsi, q̃ honorificẽtissime & quã liberalissime pro nr̃a tua .i. iuxta nr̃am tuam, tu adiunxeris .s. hoc faciẽdo uiros bonos ad necessitudinẽ tuã .i. cumulũ tuoꝝ necessarioꝝ, & deuinxeris .i. obligaueris beneficio tuo municipiũ gratissimũ, uero .i. sed, tu feceris mihi etiã gratius, q̃ cũ .s. ita sit, q̃ consueui semꝑ tueri municipes meos, tũ hic .i. pñs annus, pertinet p̃cipue ad curam meã & offm̃ .s. meũ, Nam ego uolui filium meũ .s. M. Ciceronem & filiũ fratris sup. mei, & M. Cassium hoiem necessariũ mihi maxime, fieri hoc anno ædilẽ .i. curatorẽ ædium & edendoꝝ in eo municipio causa municipij constituẽdi .i. ad meliora instituta redigendi. Enim .i. qa, is magistratus uidelicet ædilitius nec ullus alius solet creari in municipio nr̃o. quos .s. oẽs tu cohonestaris .i. simul honestaueris, et in primis .i. p̃cipue me, si Resp. municipij erit administrata bene, studio tuo & diligẽtia tua. Qđ ut facias rogo te uehementer ẽt atque ẽt .i. iteꝝ atque iterum.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

SVperiore epistola omnium legatorum Arpinatum causam egit: in hac vero pro Fuffidio necessario suo, ut Brutus honorem & dignitatem illius de bene obita legatione promoueat scribit.

M. CICERO BRVTO S. D. 12

ALIA epistola cõmuniter cõmendaui tibi legatos Arpinatum, ut potui diligentissime. hac separatim Q. Fuffidium, quocũ mihi oẽs necessitudines sunt, diligentius cõmendo, non ut aliquid de illa cõmendatione deminuam, sed ut hanc addam. nã & priuignus est M. Cæsij, mei maxime & familiaris, & necessarij: & fuit in Cilicia mecum tribunus mil. quo in munere ita se tractauit, ut accepisse ab eo beneficium uiderer, non dedisse. est præterea, quod apud te ualet plurimum, à nostris studijs non abhorrens. quare uelim eũ quamliberalissime complectare; operamq́ des, ut in ea legatione, quam suscepit contra suum cõmodum, secutus auctoritatem meam, quammaxime eius excellat industria: uult enim, id quod optimo cuique natura tributum est, quammaximam laudem cum à nobis, qui eum impulimus, tum à municipio cõsequi. quod ei continget, si hac mea cõmendatione tuum erga se studium erit consecutus. Vale.

HVBER. ALIA) Q. Fuffidius, q legatus pro Arpinatum cã, quæ supiore ep̃la narrata est, i Galliã missus est, tribunus militũ fuerat cũ Cic. in Cilicia. Accedebãt & aliæ necessitudinis causæ, quæ cũ Cic. redderẽt gratũ quas cõmemorat. Itaq; licet Cic. superiore ep̃la cõiter cõmendauerit oẽs legatos Arpinatũ: tñ separatim: & præcipue cõmendat hũc Fuffidium Bruto, ut eius opera & fauore consequatur. Fuffidius ab omnibus maximã laudem huius legationis quod diligenter egerit id ꝑꝑ quod missus sit, quod facile eum consequi posse dicit si Brut. & studiũ & fauorem suum præstiterit in exigendis, & cõmode, & subito uectigalibus. {Separatim) seorsum, præcipue, præter ceteros. {De illa con.) cõi. {Nam) adducit causas separatæ & diligentis cõmendationis. {Munere) officio. {Tractauit) gessit. {Vt ac.) quia bene se gesserat, ex hoc cognoscitur quãtũ ꝓsit bene se gerere io aliquo magistratu cum Cic. qui dedit magistratum existimet se obligatum ei: qui illum bene gesserat, qa eius honori consulerat. {Accepisset) cum fecit mihi honorem bene se gerendo in magistratu. {Studijs) literis. {Non abhorrens) noo alienus. {Auctoritatem meam) suasionem meam, ut iret legatus. {Excellat) appareat præter ceteros. {Impulimus)

Separatĩ.

mus)indiximus ut iret legatus. {Cuique optimo à natura tributum) datum est: ut se laudari cupiat.unde illud Virg.Vincit amor patriæ laudumq; immenia cupido.

ASCEN. Alia epistola &c. Q. Fuffidius pro dicta Arpinatum causa ad Brutum legatus fuerat tribunus militum, cum Cic.in Cilicia imperaret. quo circa hunc singulariter cõmendat eidem Bruto rogans,ut sic eius legationem sua ope iuuet, ut inde laudem consequatur Fuffidius, & ipse gratiam.Ordo est. Ego cõmendaui tibi alia epistola, legatos Arpinatum cõiter.i.simul oés diligẽtissime ut potui,& commendo tibi diligentius separatim hac epistola Q. Fuffidium qui cum.i.cum quo oés necessitudines.i.necessariæ amoris & amicitię coniunctiones sunt mihi,non ut cõminuam.i.detraham aliquid de cõmendatione illa.s.communi,sed ut addam sup.aliquid ad hanc.Nam ipse Fuffidius est et priuignus.i.ex uxore ab alio uiro genitus M. Cassij mei maxime & familiaris & necessarij,et fuit mecum cum essem imperator in Cilicia tribunus militum,in quo munere.i.officio aut magistratu,ip se tractabat.i.regebat se ita ut uideret accepisse beneficium ab eo, non dedisse sup.ei. Præterea quod plurimum ualet apud te,ipse est non abhorrens.i.nõ alienus,à studijs nostris.i.Philosophiæ Stoicæ presertim sectæ. Quare ego uelim sup. ut complectare eum q̃ liberalissime, & des operam ut eius industriæ excellat.i.præmineat,q̃ maxime, in ea legatione quam suscepit contra suum cõmodum,secutus auctoritatem meam. Vult enim id quod tributum est optimo cuique à natura,consequi quæ maxima in laudem tum à nobis qui impulimus eum,tum à municipio. Quod continget ei si consecutus erit studium.i.fauorem tuum erga se, hac commendatione mea.

PAVLVS MANVT. Sed ut hanc addam) Alij aliter.nos sic emendauimus ex uetusto libro Bernardini Maffei.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Castronium Pætum probum hominem Bruto commendat.

M. CICERO BRVTO S. D. 13

Lvcivs *Pætus, longe princeps municipij Lucensis,est honestus, grauis,plenus officij, bonus plane vir, & cum virtutibus, tum etiam fortuna, si quid hoc ad rem pertinet, ornatus: meus aut est familiarissimus, sic prorsus, vt nostri ordinis obseruet neminem dil gentius. quare & vt meum amicum,& vt tua dignum amicitia tibi cõmendo. cui quibuscunque rebus cõmendaueru,tibi profecto iucundum, mihi certe erit gratum. Vale.*

HVBER. Lvcivs Castronius) Paucis quidem uerbis sed tñ satis efficacibus cõmendat Cic.Bruto Castronium Pætũ Lucensem ciuem, quẽ & moribus & uirtutibus ornatum dicit,& etiam fortuna,quę maxime solet trahere hoies ad sui fauorem.{Lucensis}ex Luca. Ethruscoꝝ mediterranea ciuitate: nã Lucanus à Lucania regione possessiuũ est.{Fortuna)diuitijs. {Siquid ad rem pertinet}).i.si quid pertinet ad cõmendationẽ esse diuitem,quia licit multos moueri fortuna. qui non mouetur uirtutibus:inde illud Iust. Quò se fortuoa eò se fauor hominum inclinat.{Nostri or.) senatorij.{Vt) sicut tanquam.

Lucensis. Lucanus.

ASCEN. Lvcius &c.Paucis sed efficacibus uerbis cõmendat Cic. ipsi Bruto L.Castroium Pætũ Lucensem ciuem,quem & moribus,& uirtute,& fortuna, quæ multum allicere solet ornatũ dicit sic:Lucius Castronius Pætus longe.i.facile,aut eminenter princeps municipij Lucensis est uir honestus, grauis,plenus officij, & plane bonus, & ornatus tum, id est pariter uirtutibus. tum etiam fortuna.i.diuitijs. siquid pertinet ad rem, id est ad eius commendationem, autem, id est sed ipse est familiarissimus meus ita ut neminem ordinis nostri,scilicet senatorij, obseruet,id est colat, & offendere metuat, diligentius : sup. quàm me Quare ego commendo tibi eum,ut & amicum meum, & dignum amicitia tua. quibuscunque rebus commodaueris.i.commodum feceris. erit profecto.i.re uera iucundum tibi.& erit certe.i.haud dubie mihi gratum.i.utile.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Petit à Bruto vt Straboni faueat, in exigendo à Cornelio eius prouincia homine, debito.

M. CICERO BRVTO S. D. 14

Lvcio *Titione Strabone, equite Romano in primis honesto, & ornato, familiarissime vtor. omnia mihi cum eo intercedunt iura summæ necessitudinis. huic in tua prouincia pecuniam debet P. Cornelius. ea res à Volcatio,qui Romæ ius dicit, resecta in Galliam est. peto à te hoc diligentius,quàm si mea res esset, quo est honestius de amicorum pecunia laborare,quàm de sua, vt negocium conficiendum cures,ipse suscipias,transigas; operamq; des, quod tibi æquum,& rectum videbitur, vt quamcommodissima conditione libertus Strabonis,qui eius rei causa missus est, negocium conficiat, ad nũmosq; perueniat. id & mihi gratissimũ erit: & tu ipse L. Titionem cognosces amicitia tua dignissimum. quod vt tibi curæ sit, vt omnia solent esse,quæ me uelle scis,te uehementer etiam atque etiam rogo. Vale.*

HVBER. Lvcio &c.)Cornelius quidem debebat pecuniam L.Titioni Straboni in Gallia,cui præerat Brutus, cumq; conuenisset Strabo debitorem suum sub Volcatio prætore urbano: Volcatius causam remiserat in Galliam, ubi fuerat factum debitũ,ad quod exhibẽdum cum Strabo mitteret libertum suum,Cic.eũ diligenter cõmendat Bruto, ut illum adiuuet io exigenda illa pecunia.{Intercedũt}sunt.{Iura) causæ, rõnes.{Reiecta) remissa.{In Galliam) cui tu præes.{Honestius de ami.pe.)quiã si quispiam laboret pro pecunia sua,affert suspicionem auaritiæ,sin uero pro amico,significat se officiosum & gratum.{Negocium con.)ut pecuniam suam consequatur.{Transigas) perficias.{Omnia solent esse).s.curæ.

ASCEN. Lvcio &c.Corn. quidam debebat pecuniã L.Tit.Strab. in Gallia cui præerat Brutus,cumq; cõuenisset ipse Strabo debitorem suum,sub Volcatio prætore urbano.Volca.cau.remi.in Galliã ad debitum recuperandũ, quò cũ Strabo mitteret libertũ suum,Cic.eum diligenter cõmendat. Ego utor familiarissime Luc.Ti.Str.equitem R.honesto & ornato in primis.i.pcipue.Omnia iura summæ necessitudinis.i.coniunctionis necessariæ,amoris & amicitiæ,intercedũt.i.cõicatur mihi cum eo.P.Cornelius debet huic pecuniam in puincia tua.s.Gallia,Ea res.i.cognitio exactionis eius pecuniæ est reiecta in Galliã à Volcatio, qui dicit Romæ ius.i.qui iudicis fungitur officio.Ego peto hoc à te diligentius, q̃ si res mea esset,quo.i.quanto, aut q͛.i.quia honestius est laborare.i.anxiũ esse de pecunia amicoꝝ q̃ de sua.i.propria,peto inq̃ ut cures negocium conficiendum.i.expediendũ aut finiendum,& sup. ipse.i.tu quod dñt in propria persona, suscipias.s.negociũ,transigas.i.absoluas,& des operã, ad.i.quatenus uis debitur tibi æquũ & rectũ,ut libertus Strabonis, q missus est .s.ad te in Galliam, eius rei causa, conficiat.i.perficiat aut finiat negocium, conditione cõmodissima.i.utilissima & perueniat ad numos. Id &.i.simul erit gratissimũ mihi & tu ipse cognosces L.Titionem gratissimum et dignissimum amicitia tua. Quod ut sit tibi curæ, ut omnia quæ scis me uelle solent esse, rogo te uehementer etiam atque ẽt.i.iterum atque iterũ.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Præcilium adolescentem diligentissime Cæsari commendat.

M. CICERO C. CAESARI IMP. S. 15

Præcilivm *tibi cõmendo vnice,tui necessarij, mei familiarissimi, viri optimi filium. quem cum adolescentem ipsum propter eius modestiam,humanitatem,animũ, & amorem erga me singularem mirifice diligo: tum patrem eius,re doctus, intelle-*

xi, &c

xi, et didici mihi fuisse semper amicissimum. en * hic ille est, de illis maxime, qui irridere, atque obiurgare me soliti sunt, quòd me non tecum, presertim cum abs te honorificentissime inuitarer, coniungerem. * ἀλλ' ἐμὸν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθον: audiebā enim nostros proceres clamitantes, * ἄλκιμος ἔσσ' ἵνα τίς σε καὶ ὀψιγόνων εὖ εἴπῃ. ὣς φάσαν· ἀλλ' ἐμὲ νὺξ μέλαινα. sed tamen idem me consolatur. & iam hominē perustum, etiānum gloria volunt incendere, atq; ita loquūtur. * μὴ μὰν ἀσπουδί γε καὶ ἀκλειῶς ἀπολοίμην, ἀλλὰ μέγα ῥέξας τι καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι. sed me minus iam mouent, vt vides. itaque ab Homeri magniloquentia confero me ad vera præcepta. * Εὐριπίδου. Μισῶ σοφιστήν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός. quem versum senex Præcilius laudat egregie: & ait posse eundem & * ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω videre, & tamen nihilo minus * αἰὲν ἀριστεύειν καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων. sed vt redeam ad id, vnde cœpi: vehementer mihi gratum feceris, si hunc adolescentem humanitate tua, quæ est singularis, comprehenderis, & ad id, quod ipsorum Præciliorum causa te velle arbitror, addideris cumulum commendationis meæ. genere nouo sum literarum ad te vsus, ut intelligeres non vulgarem esse commendationem. Vale.

* i. sed meū nunquā aīm in pectore persuadebat.

* En hic ille est maxime q. i. a. o me soliti sunt est.

* i. fortis esto, vt quia te et posterorū laudet, sic nebula inuoluit atra.

* i. negligēter, et sine gloria pereā. sed magnū faciēs quod posterū audiendum.

* i. Euripidis. odi magistrū qui nō est sibi sapiēs

* i. simul ante, & pone.

* i. semper antecellere et principem esse aliorum.

HVBER.

PRAECILIVM) Cæs. imperatori iam rex potito post mortē Pompeij cōmendat Cic. Præciliū adolescentem qn̄dam nobilissimum quē et eius causa & ēt patris optimi uiri, & sibi amicissimi à se amari dicit: ut aūt Cæs. eum habeat cōmendatiorē: dicit fuisse unū ex ijs, q in ciuilibus dissensionib' hortatus est eū, ut se cum Cæs. coniūgeret, cum ab ipso Cæs. & literis & nuncijs inuitaretur, & ēt corām blandis uerbis, ut 1. lib. in epist. lōga diximus, se aūt excæcatum nunq̄ adduci potuisset, ut id faceret, cū quidam ex primoribus Romanis ei dissuaderēt, quæ græce exeqtur. {Re) experientia. {En) demonstrātis est cū laude inuitarer, promissionibus tuis, & suauissima oratione incitarer. {ἀλλ' ἐμὸν) dicit culpam suam fuisset, ut nunq̄ potuerit psuaderi, ut se cū Cæs. coniungeret. {ἀλλ' ἐμὸν) pro. {ἀλλὰ ἐμὸν) i. sed meū. {οὔποτε) nunq̄. {θυμὸν) aium. {ἐνὶ στήθεσσιν) pectoribus. τὸ στῆθος pectus. {ἔπειθον) psuasit, est aūt aoristos deuteros, nam. {πείθω) psuadeo, hoꝝ aūt uerboꝝ sensus, sed nunq̄ mihi aium inducere potuit. {Nostros p.) Romanos principes {Clamitantes) dicentes mihi. {ἄλκιμος) fortis. {ἔσσο) sis uel es. {ἵνα) ut. {τὶς) quis. {σὲ τε καὶ ὀψιγόνων) posteroꝝ sero nascentiū. nam ὀψὲ sero signat. {εὖ) bene. {εἴπῃ) dicat. i. fortis sis, ut aliquis posteroꝝ te benedicat. i. laudat, ut intōsum pueri dici te cynthiū et dicit se his persuasionibus esse excæcatū. {ὣς) sic. {νεφέλη) nebula. {ἐκάλυψε) texit, uelauit. {καλύπτω) n. tego. {μέλαινα) nigra nebula me texit, ut nō uiderem utilitatem meā sequendo te. {μάργονος) furis. {πῶς) forte uel quodāmodo. {δεῖ) oportet. {γε) adiectio est nihil significās, sicut apud nos huiusce ce syllaba dic dū pro dic. {καὶ) &. {ἀκλειῶς) inglorie. {ἀπολέσθαι) s. perire. {ἀλλά) sed. {ῥέξας) faciē ῥέζω facio. {τι) aliquid. {καὶ) &. {ἐσσομένοισι) futuris. {πυθέσθαι) psuasum iri. i. credendū à posteris. {Sed me minus mouent) quæ dn̄r mihi. {Magniloquentia) præstantia dicendi: supradicta. n. uerba ex Homero sunt. {Vera) utilia. {Εὐριπίδου) Euripidis poetæ. {μισῶ) ponit uerba Euripidis, quoꝝ sensus hic est, odi sapientem q sibi ipsi non sapiens. s. est. {μισῶ). i. odi, dr̄ etiā μισέω. {σοφιστήν) sapientē. {ὅστις) q. {οὐχ αὑτῷ) nō sibi. {σοφός) sapiēs. s. est. {ἅμα) sit. {πρόσσω) ante. {καὶ ὀπίσσω) retro. {αἰὲν) semp. {ἀριστεύειν) optime agere. {ὑπείροχον) pstantem summū. {ἔμμεναι) existere. {ἄλλων) Cōprehenderis) cōplexus fueris. {Nouo gn̄e) nouo more et isinuato, qa multa de me inserui, q̄ tn̄ ad Præcilij cōmendationē ptinent.

Magniloquentia

ASCEN.

PRæcilium &c. cōmendat Cæs. iam rex potenti Præcilium, à quo se ut Cæs. sequeretur, sæpe admonitū frustra fatetur, dicens. Ego cōmendo tibi unice. i. singulariter Præcilium, filium uiri optimi necessarij tui & familiarissimi mei, quem tū. i. pariter, adolescentem ipsum diligo mirifice pp modestiam eius, humanitatem, animum. i. beneuolentiam, & amorē singularem erga me, tum doctus. i. certior factus re. i. effectu in ipso intellexi et didici patrem eius fuisse semper amicissimum mihi. En hic est ille maxime. i. præcipue de illis, qui solitus est irridere atq; obiurgare me q̄ non coniungerem me tecū, presertim cum inuitarer. i. ad talem cōiunctionem tecum abs. i. à te honorificētissime ἀλλ' ἐμὸν pro ἀλλά. i. sed, ἐμόν. i. meum, οὔποτε. i. nunq̄ θυμόν. i. animum seu uolūtatem ἐνὶ στήθεσσιν, in pectoribus, ἔπειθον. i. persuasit. Est aūt ἀόριστος δεύτερος, aoristus secūdus. nam πείθω dr̄ persuadeo. Sensus aūt hoꝝ uerboꝝ inquit Huber. est. Sed nunq̄ mihi animū inducere potuit. Sunt uerba Homeri Cæs. nota, quocirca maluit græce q̄ latine rem exprimere, p̄sertim cum proposito maxime conducāt. Audiebā enim pceres nr̄os. i. principes Romanos clamitantes ἄλκιμος. i. fortis, ἔσσο. i. sis uel esto, ἵνα. i. ut, τὶς. i. aliquis, σε. i. te. καὶ. i. &, ὀψιγόνων. i. sero nascentiū, hoc est posteꝝ, εὖ. i. bene, εἴπῃ. i. dicat, hoc est, sis fortis, ut aliqs posterioꝝ te bene dicat. ὣς. i. sic, νεφέλη. i. nebula, ἐκάλυψε texit aut uelauit, μέλαινα. i. nigra, με. i. me. hoc est, caligo menti addita fecit ut sanum consiliū non uiderem, μάργονος. i. furis, πῶς. i. est quodāmodo, δεῖ. i. oportet, γε adiectio est ex modo loquendi sumpta p se nihil significans. καὶ. i. &, ἀκλειῶς. i. inglorie, & est aduerbiū, ἀπολέσθαι. i. aboleri & perire. Sed tn̄ idem consolatur me: ēt uoluit hoiem perustum. i. desiccatum, aut q perfricuit frontem & inanem. i. uacuū gloria incendere. s. ad gloriam, atq; loquuntur ita, ἀλλά. i. sed, ῥέξας. i. facias, τι. i. aliquid, καὶ. i. &, ἐσσομένοισι. i. futuris, πυθέσθαι. i. psuasum iri, hoc est credendum sit. Sed sup. eiusmodi uerba minus. i. nō mouent iam me, ut uides. Itaq; confero me ab magniloquentia Homeri, cuius sunt superiora uerba, ad uera p̄cepta Εὐριπίδου. i. Euripidis. μισῶ. i. odi: dr̄ & μισέω σοφιστήν sapiētem, ὅστις. i. qui. οὐχ non, αὑτῷ. i. sibi, σοφός. i. sapiens sup. est, hoc est odi sapientem q sibi non sapit. Quem uersum Præcilius senex. i. pater, & ait eūdem posse uidere, ἅμα. i. simul, πρόσσω. i. ante, καὶ. i. &, ὀπίσσω. i. retro, & tn̄ nihilominus, αἰὲν. i. semper, ἀριστεύειν. i. optime agere, καὶ. i. &, ὑπείροχον summum, ἔμμεναι. i. existere, ἄλλων. i. aliorū. Sed ut redeā ad id unde cœpi. s. scribere aut loqui, tu feceris mihi gratū uehementer, si comprehenderis. i. complexus fueris hunc adolescentem. s. Præciliū humanitate tua, quæ est singularis, & addideris ad id quod ego arbitrabor te uelle causa Præcilioꝝ ipsoꝝ, hoc est propter amorem ipsorum, cumulum. i. magnam accessionem cōmendationis meæ. Ego sum usus ad te nouo gn̄e literarum, ut intelligeres sup. hanc cōmendationem, non uulgarē sup. sed egregiā.

PErustum, etiamnum) Cum antea legeretur, perustum & inanem, nos ex uetustis libris, & à sensu olim emendauimus, perustum etiamnum. sed qm̄ Vincentij Riccij liber hēt, perustum immani; alij aūt, perustum inanem: non absurde etiam legi posset, perustum, inani gloria uolunt incendere. quod autem dixit, & iam, uide, num legi possit, at ij me.

PAVLVS MANVT.

GIBERTI LONGOLII LEMMA,

APollonij docti & ingeniosi hominis, quique Cæsaris res gestas monumentis literarum mandare volebat, victori Cæsari commendat.

M. CICERO C. CAESARI IMP. S. 16

PVBLIVM Crassum ex omni nobilitate adolescentem dilexi plurimum: & ex eo, cum ab ineunte eius ætate bene sperauissem, tum optime existimare cœpi ex ijs iudicijs, quæ de eo feceram, cognitis. eius libertum Apollonium iam tum equidem, cum ille viueret, & magni faciebam, & probabam: erat enim & studiosus Crassi, & ad eius optima studia vehementer aptus: itaque ab eo admodū diligebatur. post mortem aūt Crassi, eo mihi etiam dignior visus est, quem in fidem, atque amicitiam meā reciperem, quòd eos à se obseruandos; & colendos putabat, quos ille dilexisset, & quibus carus fuisse. itaque & ad me in Ciliciā venit; multisq́; in rebus mihi magno vsui fuit & fides eius, & prudentia: &, vt opinor, tibi in Alexandrino bello, quantum studio, & fidelitate consequi potuit, non defuit. quod cū speraret te quoque ita existimare, in Hispaniam ad te, maxime ille quidem suo cōsilio, sed etiam me auctore est profectus.

cui ego cõmendationem non sum pollicitus : non quin eam valiturã apud te arbitrarer : sed neque mihi egere cõmendatione videbatur, qui & in bello tecum fuisset, & propter memoriã Crassi de tuis vnus esset : & si vti cõmendationibus vellet, ẽt per alios eum videbam id consequi posse. testimonium meum de eo iudicij, quod & ipse magni æstimabat, & ego apud te valere eram expertus, ei libenter dedi. doctum igitur hoĩem cognoui, & studijs optimis deditum, idq́ à puero : nam domi meæ cum Diodoto Stoico, homine, meo iudicio, eruditißimo, multum à puero fuit, nunc aũt, incensus studio rerum tuarũ, eas literis Græcis mandare cupiebat. posse arbitror : valet ingenio : habet vsum : iam pridem in eo genere studij, literarumq́ versatur : satisfacere immortalitati laudum tuarum mirabiliter cupit. habes opinionis meæ testimonium : sed tu hoc facilius multo pro tua singulari prudentia iudicabis : & tamen, quod negaueram, cõmendo tibi eum. quidquid ei commodaueris, erit mihi maiorem in modum gratum. Vale.

HVBER. PVBLIVM Crassum) Apollonius quidã Pub. Crassi libertus cũ res gestas Cæs. monumentis literarum græcarum mandare cuperet: ut id Cæs. gratius accederet: testimonium Cic. per literas commendaticias ad Cæs. optauit. Itaq; Cic. hac ep̃la uehementer laudat eius ingeniũ, doctrinam & exercitationẽ dicendi, putatq́; idoneum ad scribendas res gestas Cæs. cui eũ uehementer cõmendat. Repetit aũt in principio ep̃læ causas cõmendationis ab eius patrono Crasso, deinde, q̃ Cæs. non defuerit, & fide & diligentia, in bello Alexandrino, ex eo dicit, illum debere esse uehementer ei cõmendatum. {Ab ineunte ætate) ab adolescentia. {Bene sperauissem) q̃a ea ætas sola, spem põt dare. {Existimare) opinionem h̃re, iudicare. {Ille) Crassus. {Aptus) utilis. {Alexandrino) quod apud Alexandriam ciuitatem Aegypti gestum est à Cæs. ut ab eo in cõmentarijs plene scribitur. {Consequi) efficere. {Non defuit) exhibuit se tibi prõptum. {Suo ɔl.) proprio motu. {Auctore) suasore. {Crassi) quem tu amasti. {Id cõsequi posse). i. h̃re ab alijs ad te cõmendationes. {Testimonium iudicij de eo ei dedi libẽter). i. uolui libenter testificari his literis apud te, quod iudiciũ, de eo habeam. {Magni æst.) multi faciebat. {Eram expertus) quia credidisti iudicio meo de alijs. {Studio) amore. {Posse). i. idoneum esse. s. mandare res tuas literis græcis. {Vsum) exercitationem. {In eo g̃ne) scribendi. {Quod negaueram). s. me cõmendare eum. {Maiorem inmodũ). i. uehementissime.

ASCEN. PVblium Crassum &c. Apollonius Pub. Crassi libertus cũ res gestas Cæsaris monumentis lr̃arum Græcarum mandare cuperet, ut id Cæs. gratius accideret, per testimoniũ Ciceronis literas cõmendaticias ad Cæsarem optauit, quas nunc exhibet Cic. dicens. Ego dilexi plurimũ ex omni nobilitate. i. inter oẽs nobiles P. Crassum adolescentem, & cũ bene sperauissem ex eo ab ineunte ætate. s. eius, tum. i. multo magis cœpi existimare. i. iudicare p̃ me. s. ipsum, ex ijs iudicijs, quæ feceram de eo, cognitis. i. exploratis & cõpertis. Ego faciebam. i. existimabã magni & p̃babam. i. laudabam & approbabam Apollonium libertũ eius. i. eius liberalitate libertate donatum, quidẽ. i. certe, iam tum cũ ille. s. Crassus uiueret. Enim. i. quia, sup. Apollonius erat studiosus Crassi. i. studiose fauens & inseruiens Crasso, & erat uehemẽter aptus ad optima studia eius. s. Crassi, adiuuãda. Itaq;. i. & ita ipse Apollonius diligebatur admodũ. i. perfecte quasi usq; ad iustũ modum, ab eo. s. Crasso. Aũt. i. sed ipse uisus est mihi post mortem Crassi eo. i. p̃pea dignior quẽ reciperem in fidem atq; amicitiam meam, q̃ putabat eos obseruandos. i. uerendos, et colẽdos sup. esse, à se, quos ille. s. Crassus dilexisset, & q̃bus fuisset charus. Itaque cum uenit ad me in Ciliciam. s. prouinciam, & fides eius & prudentia fuit mihi magno, usui. i. multũ utilis, in multis rebus, & ut opinor, non defuit tibi. i. ẽt auxilio fuit in bello Alexandrino. i. quod Alexandriæ, quæ regia est Aegypti, gessisti, quantũ potuit consequi. i. efficere, studio & fidelitate, quod. i. quã rem, cum speraret te quoque existimare. i. iudicare ita ipse est p̃fectus in Hispaniam ad te, quidem. i. certe, ille inq̃ profectus est, maxime consilio suo, sed ẽt me auctore. i. approbatore eius cõsilij. Cui ego non sum pollicitus cõmendationem, nõ quin arbitrarer, eam. i. cõmendationem meam ualiturã apud te, sed sup. Apollonius ne q̃ uidebatur mihi egere cõmendatione qui & fuit tecũ in bello, & qui esset unus de tuis. s. familiaribus aut necessarijs, p̃p memoriam Crassi. Et uidebam si uellet uti cõmendationibus, eum posse consequi id. i. uti cõmendationibus etiã per alios. Ego dedi ei libenter testimonium meũ aut mei iudicij de eo, quod. s. iudicium, & ipse ęstimabat magni, et ego erã expertus ualere apud te. Igitur, ut. s. testimonium perhibeam, ego cognoui sup. eum hoiem doctum. & deditũ optimis studijs, & id à puero. Nam fuit multum à puero. i. puerili ætate domi meæ cum Diodoro Stoico homine meo iudicio eruditissimo. Nunc aũt incensus studio rerum tuarum, cupiebat mandare eas literis græcis, ego arbitror: sup. eum posse. s. mãdare gręcis literis. nã sup. ualet ingenio, habet iampridem. i. à plusculo t̃pe, usum. i. experientiam et, ut dñt, practicam, et uersaretur in eo g̃ne studij, & literarum: cupit mirabiliter satisfacere. i. sufficientia alimenta præbere, immortalitati laudum tuarum. Tu habes testimonium opinionis meæ, sed tu iudicabis hoc multo facilius, pro singulari prudentia tua. Et tñ quod negaueram s. me facturum, ego cõmendo tibi eum. Quidquid cõmodaueris. i. cõmodati feceris ei, erit mihi gratum maiorem in modum.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

CVrium omnium amicitia, & præsertim Sulpitij dignum, diligenter cõmendat.

M. CICERO SER. SVLPITIO S. D. 17

M. CVRIVS, qui Patris negociatur, multis, & magnis de causis à me diligitur. nam & amicitia peruetus mihi cum eo est, vt primum in forum venit, instituta : & Patris cum aliquoties antea, tum proxime hoc miserrimo bello domus eius tota mihi patuit : qua, si opus fuisset, tam essem vsus, quam mea. maximum aũt mihi vinculum cum eo est, quasi sanctioris cuiusdam necessitudinis, quòd est Attici nostri familiarißimus, eumq́ vnum præter ceteros obseruat, ac diligit. quem si tu iam forte cognouisti, puto me hoc, quod facio, facere serius : ea enim est humanitate, & obseruantia, vt eum tibi iam ipsum per se cõmendatum putem. quod tamen si ita est, magnopere à te quæso, vt ad eam voluntatem, si quam in illum ante has meas literas contulisti, quammaximus postea cõmendatione cumulus accedat. sin aut propter verecũdiam suam minus se tibi obtulit ; aut eum nondum satis habes cognitum ; aut quæ causa est, cur maioris cõmendationis indigeat : sic tibi eum commendo, vt neque maiore studio quenquam, neque iustioribus de causis cõmendare poßim. faciamq́ id, quod debent facere ij, qui religiose, & sine ambitione cõmendant : spondebo enim tibi, vel potius spondeo, in meq́ recipio, eos esse M. Curij mores, eamq́ tum probitatem, tum etiã humanitatem, vt eum & amicitia tua, et tã accurata cõmendatione, si tibi sit cognitus, dignum sis existimaturus. mihi certe gratißimum feceris, si intellexero has literas tantũ, quantum scribens confidebam, apud te pondus habuiße. Vale.

HVBER. MARCVS Curius) Ser. Sulp. Græciæ pręerat ut lib. 4. diximus, cumq; Patris quę est Peloponnęsi ciuitas in regione quæ p̃prie appellatur Achaia auctore Ptol. M. Curius multa negocia h̃ret magna & ueteri amicitia Cic. coniunctus & Attico utriusq; familiarissimo ualde dilectus Cic. hac ep̃la diligenter eum cõmendat Seruio, ut si pro eo aliquid unq̃ efficere uoluit, accedat ad id maximus sua cõmendatione cumulus, si uero Curius se uerecũdia sua nõdum obtulit Seruio nec ei notus est, dicit Cic. eum non minus à se, cõmendari, quem affirmat Cic. fore dignum sua tam diligenti cõmendatione & amicitia

& amicitia ipsius Seruij.{Et Patris cum aliquo.)Patris nō est genitiuus,ut quidam putant,sed ablatiuus.{Patris) in patris ciuitate.{Patuit) fuit mihi exposita . {Sanctioris) firmioris . {Attici)cuius causa me oia debere puto.{Cumulus) augmentum accedat,adiungatur.{Obtulit)ad te uenit.{Satis) bene . {Aut quæ causa).i.aut,si causa est.f.aliqua quæ indigeat maioris cōmendationis.i.q̄ uehementius sit cōmendanda.{Religiose) pie,sincere.{Eos)tales.{Accurata)diligenti studiosa.

ASCEN.

MArcus &c.Ser.Sulpitius Græciæ præerat,igitur cum Patris urbe Achaiæ in Peloponneso M. Curius multa negocia hēet,cōmendat eum Seruio ut amico sibi & amico iucundissimū dicens.M.Curius qui negociatur.i.mercationi incūbit Patris urbe Achaiæ, diligitur à me de causis multis,& magnis.i.ob causas multas & magnas,ná et amicitia peruetus.i.ualde uetusta est mihi cū eo, instituta.i.incepta cum eo,ut primum ueni in foꝝ.f.iudiciale, & domus eius tota patuit mibi Patris in ea urbe , cum.f.ita sit ꝙ aliquoties antea tum.i.multo magis, hoc bello miserrimo.f.ciuili cuius miserrimus est exitus.Qua.f.domo ego usus fuissem tam.i.tātum quam.i.quantum mea,si fuisset opus.Autem.i.sed, maximū uinculum quasi necessitudinis cuiusdam sanctioris.i.minime uiolabilis,est mihi cum eo ꝙ.i.eo ꝙ ipse est familiarissimus Attici nři.f.Pōponij,& obseruat.i.ostendere timet,ac diligit eum unū præter ceteros. Quem.f.Curium si tu cognoui sti forte iam.f.anteq̄ hæc legeris, ego puto me facere quod facio.i.eum cōmendare serius.i.nimis tarde.Ipse.n.est ea humanitate & obseruantia.i.obseruandi suos studio,ut putem ipm iam,si eum cognouisti , cōmendatum tibi per se.i.sine literis meis, quod tñ si est ita.i.si eum nosti & cōmendatum habes , ego quæso.i.regro à te magnopere,ut quámaximus cūmulus .i.maximū incrementum accedat.i.addatur aut adueniat, ad eam uoluntaté quam contulisti ante has literas meas in illū , siquam.i.aliq̄ contulisti.Aūt.i.sed si ipse pp uerecundiam suā minus.i.non obtulit tibi se, aut si nondū habes eum satis cognitum,aut quæ.i.aliqua causa est,legerem una dictione,aut quam cur indigeat maioris cōmendationis,ego cōmendo,eū tibi sic,ut neq; possim cōmendare quenq̄ maiore studio.i.affectu,neq; de iustioribus causis.i.ob iustiores causas . Et ego faciā id,quod debent facere ij qui cōmendant religiose.i.sancte & cū timore et sine ambitione.i.affectione nimia.Spondebo.n.tibi uel potius spondeo.f.iā,et recipio in me.i.polliceor me p̄statorem,eos esse mores M.Curij,& eam tum probitaté , tum ēt humanitatem ut sis existimaturus.i.iudicaturus si sit cognitus tibi,eum dignum & amicitia tua,et tam accurata cōmendatione.f.mea.Certe tu feceris mihi gratissimum si intellexero has literas habuisse apud te tm̄ pondus.i.tm̄ ualorem, quantū scribens.i.cum eas scriberem,ꝯfidebā.f.eas habituras.

PAVLVS MANVT.

QVam maximus postea cōmendatione c.a.) Etsi uetusti omnes libri ita scriptum habent : ego tamen legendū crediderim,q̄ maximus potest,mea cōmendatione c.a. uel , quammaximus post mea commendatione c.a.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

IN hac epistola non tam commendat Atticum Sulpitio , quam gratias agit quod Sulpitius iam pronus sit ad benefaciendum ipsi Attico.

M. CICERO SER. SVLPICIO s. 18

NON concedam,vt Attico nostro, quē elatum letitia vidi,iucundiores tuæ suauissime ad eum,& humanissime scripta literæ fuerint , quàm mihi . nam etsi vtrique nostrum prope æque grata erant : tamen ego admirabar magis, te , quasi rogatus , aut certe admonitus liberaliter Attico respondisses,(quod tamen dubium nobis,quin ita futurum fuerit,non erat) vltro ad eum scripsisse, eiq̄ nec opinanti voluntatem tuam tantam per literas detulisse . de quo non modo rogare te, vt eo studiosius mea quoque causa facias,non debeo, (nihil enim cumulatius fieri potest , quàm polliceris) sed ne gratias quidem agere ; quòd tu & ipsius causa, & tua sponte feceris . illud tamen dicam,mihi id,quod fecisti,esse gratissimū: tale enim tuum iudicium de homine eo , quem ego unice diligo , non potest mihi non summe esse iucundum . quod cum ita sit,esse gratum necesse est . sed tamen quando mihi pro coniunctione nostra vel peccare apud te in scribendo licet : vtrunque eorum,quæ negaui mihi facienda esse, faciam . nam et ad id , quod Attici causa te ostendisti esse facturum, tantum velim addas , quantum ex nostro amore accessionis fieri potest : &, quod modo verebar , tibi gratias agere,nunc plane ago : teq̄ ita existimare volo , quibuscunque officijs in Epiroticis , reliquisq̄ rebus Atticum obstrinxeris, ijsdem me tibi obligatum fore . Vale .

HVBER.

NON concedam) Pomponius Atticus in Epiro negocia habebat quæ pars est prouinciæ,cui p̄erat Seruius. Itaque cum Seruius id intelligens ultro scripsisset ad Atticum non rogatus:neque admonitus ab eo se omnino paratum esse ei iuuere quibuscunq; rebus posset,Cic.ostendit has tam liberales literas Seruij non minus sibi gratas fuisse q̄ Attico : qué eius mira quandam lætitia affectum atq; elatum dicit . Quam ob rem & ei cōmendat Atticum cuius tñ causa se omnia factuꝝ pollicitus fuerat,& gratias agit,de tam liberali pollicitatione animi eius erga Atticum.{Non con.)non sinam, non uincet me Atticus in hoc.{Prope)fere.{Aeque) æqualiter. {Quasi) tanq̄.{Rogatus)ab eo,cum nihil ad te scripsisset. Vltro sponte tua sine eius rogatione aut admonitione.{Agere).f.debeo {De ho.eo.) Attico necesse est, nihil.n.potest esse iucundum , quod idem non sit gratum.{Qñ) qm̄.{Et).i.etiam . {Peccare)errare.{Vtrunque eoꝝ)declarat quæ sint ea.Nam & ad id quod Attici causa . hoc enim negauit se facturum : cum dixit supra : de quo non modo rogare te,ut eo studiosius mea quoque causa facias,non debeo . {Accessionis) augmenti. {Modo) pauloante : non dixit , sed ne gratias quidem agere debeo . {Epiroticis) quas in Epiro habet .

Vltro. Accessio.

ASCEN.

NOn &c.Pōponius Atticus i Epiro, negocia habebat , cui Seruius tūc præerat,itaq; cū Seruius id intelligēs ultro scripserat ad Atticū separatū esse ipm iuuare quibuscunq; rōnibus posset,ostēdit Cic.has Seruij liberalissimas lras sibi gratissimas esse nec minus Attico, quem tñ ei cōmendatioré facit,dicens: Non cōceda ut literæ tuæ suauissime & scriptæ humanissime ad Atticū fuerint iucūdiores Attico nřo .f.Pōponio,quem uidi elatum.i.exultanté lætitia,q̄ mihi. Nā etsi.i.q̄q̄ , literæ tuæ erant propè.i.quasi æque gratæ utrique nřm,tñ ego admirabar magis te scripsisse ad eum ultro et detulisse per literas tuas ei nec opināti tantam uoluntatem tuā quasi rogatus,aut certe.i.saltē, admonitus rñdisset liberaliter Attico.i.uotis Attici, De quo nō modo.i.non solum non debeo rogare te, ut facias quoq;.i.etiam causa mea eo.i.tāto studiosius.i.fauorabilius & diligentius. Nihil.n.potest fieri cumulatius.i.auctius q̄ polliceris.f.te spōte factuꝝ,sed ne quidé .i.non saltē sup. debeo agere gratias ꝙ tu feceris aut quod.i. de eo quod tu feceris &.i.simul causa ipsius.f.Pōponij Attici, & tua spōte.i.propria inclinatione aut nāli uoluntate . Ego tñ dico illud,id quod fecisti mihi esse gratissimum mihi. Tale enim iudicium tuum de eo , hominé, quem ego diligo unice non potest esse non summe iucundū mihi.Quod cum sit ita, necesse est esse gratum.i.utile.Sed tñ qñ.i.quandoquidem,licet mihi pro coniunctione nřa,uel.i.etiam peccare in scribendo, ego faciam utrunq; eoꝝ quæ negaui.i.dixi non esse faciēda mihi.i.à me.Nā ego uelim sup.ut addas ad id,quod ostēdisti te factuꝝ causa Attici tm̄,quantum accessionis.i.incrementi,fieri potest ex amore meo.i.pp accessionem amoris mei . Et quod uerebar modo.i.pauloante,uidelicet agere tibi gratias, ago plane.i.ex aio aut manifeste & uolo te existimare ita:quibuscūq; officijs.i.bñficijs quasi ex debito aut honesto factis obstrinxeris.i.deuinxeris Atticū i reb' Epiroticis.i.q̄s curādas hēt in Epiro,& reliqs.f.reb. me fore obligatū tibi ijsdé.f.reb'.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

CAput huius epistolæ & commendationis est, vt inquit ipse Cicero, ut Seruius Lysonem Patrensem, qui Pompeianus cum Cæsare rediret in gratiam, in suam necessitudinem reciperet.

M. CICERO SER. SVLPICIO S. P. D. 19

*C*VM *Lysone Patrensi est mihi quidem hospitium vetus, quam ego necessitudinem sancte colendam puto: sed ea causa etiã cum alijs compluribus; familiaritas tanta nullo cum hospite, & ea cum officijs eius multis, tum etiam consuetudine quotidiana sic est aucta, vt nihil sit familiaritate nostra coniunctius. is cum Romæ annum prope ita fuisset, vt mecum viueret, etsi eramus in magna spe, te meis literis, cõmendationeq́ diligentissime facturum id, quod fecisti, ut eius rem, & fortunas absentis tuerere: tamen, quòd in vnius potestate erant omnia, & quòd Lyso fuerat in nostra causa, nostrisq́ præsidijs, quotidie aliquid timebamus. effectum tamen est & ipsius splendore, & nostro, reliquorumq́ hospitum studio, vt omnia, quæ vellemus, à Cæsare impetrarentur. quod intelliges ex ijs literis, quas Cæsar ad te dedit. nunc non modo nõ remittimus tibi aliquid ex nostra cõmendatione, quasi adepti iam omnia; sed eo vehementius à te contendimus, ut Lysonem in fidem, necessitudinemq́ tuam recipias. cuius dubia fortuna timidius tecum agebamus, verentes, ne quid accideret eiusmodi, vt ne tu quidem mederi posses. explorata vero eius incolumitate, omnia à te studia summa cura peto. quæ ne singula enumerem, totam tibi domum cõmendo, in his adolescentem filium eius: quem C. Memmius Gemellus, cliẽs meus, cum in calamitate exilij sui Patrensis ciuis factus esset, Patrẽ suum legibus adoptauit: vt eius ipsius hereditatis ius, causamq́ tueare. caput illud est, vt Lysonem, quem ego virum optimum, gratissimumq́ cognoui, recipias in necessitudinem tuam. quod si feceris; non dubito, quin in eo diligendo, ceterisq́ postea cõmendando, idem, quod ego, sis iudicij, & voluntatis habiturus. quod cum fieri vehementer studeo: tum etiã illud vereor, ne, si minus cumulate videberis fecisse aliquid eius causa, me ille negligẽter scripsisse de se putet, non te oblitũ mei. quanti enim me feceris, cum ex sermonibus quotidianis meis, tum ex epistolis etiam tuis potuit cognoscere. Vale.*

HVBER. CVM Lysone) Lyso Patrensis ciuis ueteri hospitio & familiaritate officijs & consuetudine quotidiana aucta: Cic. coniunctus erat. Is in dissensione ciuili inter Cæs. & Pomp. pompeianis partibus maxime studuerat. Itaq; licet speraret Cic. Seruium eius causa oia facturũ esse, tñ quia omnia erant in potestate Cęs. aliquantulum uerebatur, sed postea impetrauit omnia à Cæs. pro ipso Lysone: quare Cic. hac epistola ita eum cõmendat Seruio, ut licet Cæs. oia ei concesserit, ipse nihil minus sibi pro eo agendũ putet, sed impetrata eius incolumitate à Cæs. petit Cic. à Seruio: ut oia eius magis cõmendata habeat & præcipue faueat eius filio: q adoptatus fuerat à quodam C. Mẽmio Gemello, q Patris ex exilio fuerat. {Sancte colendam). i. religiose, & immobiliter seruandam: quod fiebat apud antiquos. Vnde & Iuppiter hospitalis colebatur, q præesset hospitiis. Virg. Iuppiter, hospitibus nã te dare iura loquuntur. {Is). s. Lyso. {Vnius) Cæs. {In nr̃a causa) in põpeianis partibus. {Timebamus) ne Cæs. male consuleret eius rebus. {Splendore ipsius) quo Cæs. motus est. {Studio) fauore. {Quæ ue.) incolumitatem uitæ & fortunaꝝ suaꝝ. {Remittimus) diminuimus: quasi adepti oia. i. tanq̃ omnia obtinuerimus à Cæs. & non egeamus fauore tuo. {Eo) pp id: qa à Cæs. obtinuimus: quæ uoluimus. {Dubia for.) cum nondum sciebamus mente Cæs. & an ei esset cõcessurus incolumitatẽ. {Mederi) puidere. {Explorata) certa. {Domũ) familiam: ut Virg. Dũ domus Aeneæ capitolij immobile saxũ Accolet. {Adolescentem). s. cõmendo. {C. Mẽmius) is ciuis R. patris in exilium missus adoptauit in filium Lysonis filium. {Cumulate) plene. {Me il.) i. putet me usum esse negligentia in commendando: non aũt te esse oblitum mei, quem scit à te plurimum diligi.

ASCEN. CVm Lysone &c. Lyso ciuis Patrensis Cic. ueteri hospitio & consuetudine coniunctus, is in dissensione ciuili Pompeianas partes secutus erat. quo circa licet putet Seruiũ eidem fautuꝝ, tñ quia omnia erãt in potestate Cęs. aliquantulum uerebatur, hunc Cic. diligenter cõmendat in pñti epistola, dicens. Hospitiũ uetus. i. ius hospitalitatis est q̃dem mihi cum Lysone Patrẽsi. i. ciue Paratum in Achaia, quã necessitudinem. s. hospitalitatis ego puto colendam sancte. i. inuiolabiliter, nam Ioui curæ est, unde Dido, Aeneid. 1. Iuppiter, hospitibus nam te dare iura loquũtur. Sed ea causa. s. necessitudinis est sup. mihi ẽt cum compluribus alijs, qui etiam illius hospites sunt, familiaritas tanta sup. est mihi cum nullo hospite. s. quanta cũ ipso, & ea. s. familiaritas aucta est, tum officijs multis, tum ẽt consuetudine. i. cõicatione uitæ quotidiana, sic ut nihil sit coniunctius familiaritate nr̃a. Is. s. Lyso cũ fuisset Romæ prope. i. quasi annũ, ita ut uiueret mecum. Etsi eramus in magna spe te factuꝝ diligentissime id quod fecisti, literis meis & cõmendatione mea. i. pp literas meas & cõmendationem meam uidelicet, ut tuerere. i. protegeres rem & fortunas eius absentis, tñ q. i. quia oia erant in potestate unius, . i. Cæsaris, & q Lyso fuerat in causa nr̃a. i. Pompeianas partes nobiscum secutus & in præsidijs nr̃is. i. nr̃aꝝ partium nos timebamus quotidie aliquid. s. aduersi illi posse contingere. tñ effectum est, & . i. simul, splendore. i. eminenti honestate uitæ ipsius, & studio nr̃o & reliquoꝝ hospitum, ut omnia impetrarentur à Cæsare, quæ uellemus. Quod intelliges. s. uerissimũ esse ex literis quas Cæsar dedit ad te. Nunc. s. qñ tutò scribere possumus, non modo, non solũ non remittimus. i. relaxamus aut detrahimus tibi aliquid ex cõmendatione nostra, quasi adepti sup. simus iam omnia, sed contendimus. i. petimus à te eo. i. pp ea uehementius, ut recipias Lysonem in fidem. i. in fidelem tutelam & necessitudinem tuã. Cuius fortuna sup. existente dubia. i. tantisper, dum dubia erat, nos agebamus tecũ timidius. i. magis timide q̃ tunc, aut aliquantulum timide, qa nunc timide non agit, uerentes. i. formidantes ne quid eiusmodi accideret, ut ne tu quidem, q maxime posse uideris, posses mederi. i. curare & incolumitati restituere. Vero. i. sed incolumitate. i. salute cum fortunis explorata. i. comperta, ego peto à te omnia summo studio & cura. s. summa. Quæ. i. petita ne enumerem singula, ego cõmendo tibi totam domum. i. familiam & rem familiarem eius & cõmendo in his. Non dicit in hac, quia rem respicit, sic domus Aaron sperauit in dño, adiutor eoꝝ & protector eoꝝ est. i. inter hos q sub nomine domus comprehenduntur, filiũ eius adulescentem, quem C. Mẽmius Gemellus cliens meus. i. qui me colit eo q patrocinio meo utitur, cum factus esset ciuis Patrensis sup. in calamitate exilij sui adoptauit. i. in filium assumpsit legibus. i. sm leges Patrensium. s. ciuium ut tueare. i. defendas ius & causam hereditatis ipsius. s. filij Lysonis quæ obueniret illi ex Mẽmio. Illud est caput. i. præcipua pars petitionis meæ, ut recipias in necessitudinẽ tuam. i. inter necessarios tuos, aut in uinculum necessitudinis tuæ, Lysonem, quẽ ego cognoui uiꝝ optimum & gratissimum. Quod si feceris, non dubito qn in diligendo & cõmendando. s. eo, ceteris, sis habiturus idem iudicij & uolũtatis. s. de eo et in eũ, quod ego. s. habeo. Quod fieri. i. ut fiat studeo. i. studio laboro, tũ uehementer, tum ẽt uereor illud ne si uideberis fecisse aliquid minus cumulate. i. aucte, causa. i. in cã eius, ille putet me scripsisse negligenter, nõ sup. putet te oblitũ mei. Enim. i. qa ipse potuit cognoscere quã. i. q̃ magno feceris. i. æstimaueris me tum. i. pariter. i. pari mensura ex sermonibus meis quotidianis, qa quotidie de beneficijs tuis in me aliqd loquor, tum ẽt ex ep̃lis tuis, quibus oia mihi defers &c.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Asclaponem medicum Patrensem, doctum & probum commendat.

M. CICERO SER. SVLPICIO S. P. D. 20

*A*SCLAPONE *Patrensi medico vtor valde familiariter: eiusq́ tum consuetudo mihi iucunda fuit, tum etiam ars, quam sum expertus in valetudine meorum: in qua mihi tum ipsa scientia, tum etiam fidelitate, beneuolentiaq́ satisfecit. hunc igitur tibi com*

bi commendo: & à te peto, ut des operam, ut intelligat, diligenter me scripsisse de se, meamq́ commendationem usui magno sibi fuisse. erit id mihi vehementer gratum. Vale.

HVBER.

A SCLAPONE) Asclaponem Patrensem ciuem & medicum cõmendat Cic. Seruio: huius autem medici artem laudat & fidelitatem quoq; utrunque dicit se expertum eum sui ægrotarent, qm̃ eos diligenter curauit. & fideliter. {Ars) medendi. {Scientia) doctrina. {Valetudine) ægrotatione. Notandũ autem tria in medico, scientiam, fidem, beneuolentiam sine quibus non bene satisfacere potest.

ASCEN.

A Sclapone. Cõmendat Asclaponem medicum bene de suis ut inqt, meritum, dicens. Ego utor familiariter Asclapone Patrensi. i. ex Patris oppido Achaiæ medico, & tũ consuetudo. i. conuersatio & cõicatio eius, fuit mihi iucunda, tum ẽt ars, ut addendum ſm Vallam elegantius grata, quã sum expertus i ualetudine. i. mala dispositione meoꝝ. In qua. s. ualetudine meoꝝ ipse satisfecit mihi, tum. i. pariter ipsa scia, tum ẽt fidelitate & bñuolentia. Igr̃ cum fuerit talis in meos, ego cõmendo tibi hũc, & peto à te ut des opam, ut itelligat, me scripsisse diligenť de se, & cõmẽdationẽ meã fuisse sibi magno usui. i. magnę utilitati. id erit mihi uehemenť gratũ.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Ammonium Auiani libertum in causa patroni commendat.

M. CICERO SER. SVLPICIO S. P. D. 21

*M. AEMILIVS Auianus ab ineunte adolescentia me obseruauit, semperq́ dilexit, vir cum bonus, tum perhumanus, & in omni genere officij diligendus. quem si arbitrarer esse Sycione; & nisi audirem, ibi eum etiam nunc, vbi ego reliqui, Cibyra cõmorari. nihil esset necesse plura me ad te de eo scribere: perficeret enim ipse profecto suis moribus, suaq́ humanitate, vt sine cuiusquam cõmendatione diligeretur abs te non minus, quàm & a me, & à ceteris suis familiaribus. sed cum illum abesse putem, cõmendo tibi maiorem in modum domum eius, qua est Sycione, remq́ familiarem, maxime C. Auianum Ammonium libertum eius: quem quidem tibi etiam suo nomine cõmendo. nam eum propterea mihi est probatus, quòd est in patronum suum officio, & fide singulari; tum etiã quòd in me ipsum magna officia contulit, mihiq́ molestißimis temporibus ita fideliter, beneuoléq́ præsto fuit, vt si à me manumissus esset. itaque peto à te, * vt eũ Ammonium & in patroni eius negocio sic tueare, vt eius procuratorem, quem tibi cõmendo; & ipsum suo nomine diligas, habeasq́ in numero tuorum. hominem pudentem, & officiosum cognosces, & dignum qui à te diligatur, Vale.*

** alias Vt eum & in.*

HVBER.

M ARCVS Aemilius) inscriptio huius eplę ut plurimum est Octauio, sed puto factum errorem: ut pro Seruio scriptũ sit Octauio, quod ex eplã quadam inferius posita, quæ incipit licet eodem exẽplo: etc. cognosci potest: in qua Cic. non Octauio, sed Seruio agit gratias: ꝙ hanc cõmendationẽ suam, diligenter obseruauerit, primum igitur Cic. cõmemorat causas beneuolentiæ suæ erga Auianum, & antiquas, & iustas. Deinde quia aberat Sycione urbe ubi erat Ser. Sulp. commendat eũ diligenter Seruio & præcipue Ammonium eius libertum. quem summopere laudat: ab eoq́; se magna officia accepisse dicit tpe exilij sui. Itaq; Cic. à Seruio ut hũc Ammoniũ libertũ: & in rebus patroni adiuuet: & eius nomine charꝝ habeat & diligat: dignum. n. eius amore pollicetur. {Sycione) q̃ ciuitas est, mediterranea à Sycione partis Achaiæ; ut scribit Ptolemæus, alia est in Laconia. Cybira aũt, ut alio loco diximus auctoritate Strab. urbs est Asiæ australis. Cuius administratio inter maximas totius Asiæ censebatur, Inde de Horat.

Sycione. *Cybira.*

in epistolis. Nę cybiracica, ne bythina negocia perdas. {Perficeret) si præsens esset. {Libertum) quem manumisit. i. ex seruo libertum fecit. {Abesse) Sycione. {Etiam suo nomine). i. propria causa ipsius liberti non modo patroni causa. Nam laudat libertum ipsum. {Probatus mihi). i. placet mihi, est mihi gratus. {Molestissimis) aduersissimis quibus eram in exilio. {Præsto) paratus. {Vt) sicut. {Manumissus). s. liber fact⁹. {Patronus) Amaui, patrono. n. opponitur libertus: sunt. n. nomina ad aliquid dicta. sicut dñs. & seruus. {Ipm) libertũ. {Suo nomine) ppria causa. {Pudentem) uerecundum & modestũ.

Præsto. *Patronus* *Libertus.* *Dominus.* *Seruus.*

ASCEN.

M Arcus &c. Cõmendat diligẽter et accuratis uerbis M. Aemylium Auianũ & domum eius, & præcipue Ammonium libertũ eius ob præclara utriusq; merita, dicens M. Aemilius Auianus, obseruauit. i. coluit me cauẽdo offendere, ab adulescentia. s. sua ineunte. i. incipiente. Et dilexit me semper. s. deinceps, uir. i. qui est uir, tum bonus, tum perhumanus & diligendus omni genere officij. Quem si ego arbitrarer esse Sycione. i. in ea urbe Achaiæ, & nisi audirem eum cõmorari ẽt nunc. i. adhuc Cybiræ. i. in ea urbe Asiæ australis, ubi ego reliqui eum. s. tunc cũ essem Imperator Ciliciæ, nihil esset necesse me scribere plura de eo enim. i. qa, ipse perficeret profecto suis moribus & sua humanitate, ut diligeretur à te sine cõmendatione cuiusq̃ non minus q̃ diligitur à me, & à ceteris familiaribus suis. Sed cũ putem. s. cum abesse, ego cõmendo tibi in maiorẽ modum. i. non uulgariter domum. i. familiam eius, quæ est in Sycione, & rem familiarẽ sup. eius, & maxime C. Auianũ Ammonium libertum eius, quem quidem ego cõmendo tibi etiam suo. i. pprio nomine nedũ patroni. Nam cũ. s. ita sit, ꝙ est probatus. i. probus, habitus mihi, q᷑. i. quia est officio & fide singulari in. i. erga patronũ suum, tum etiam cõtulit magna officiã in me ipm, & fuit mihi præsto. i. auxilio paratus temporibus molestissimis aut exilij, aut post cladem Pharsalicam, ita fideliter & beneuole, ut sup. esse deberet, si esset manumissus à me. Itaq; peto à te, ut tueare. s. eũ Ammonium & i. simul in negocio patroni eius. s. M. Aemylij sic, ut diligas eius procuratorem, quem cõmendo tibi, & ipsum. s. Ammonium, suo. i. & proprio nomine. i. respectu; & habeas in numero tuorum, quia sup. tu cognosces eum hominem pudentem & officiosum & dignum, qui diligatur à te.

I N omni gñe officij diligendus) Quid, si legatur, in omni gñe officij diligentiss. id est, diligentissimus? qua rõne etiã dixit in orone pro Plancio, In omni officio diligentissim⁹, & pro M. Cœlio, Viro ois officij diligẽtissimo. & pro Cluẽtio, In oibus officijs retinẽdis diligentior esse nemo põt. sed hæc eruditoꝝ iudicio pmittimus: incerta. n. in re affirmare quidquam, & immutare, tum temerarium est, tum periculosum.

PAVLVS MANVT.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Manlium Cic. et sua et Varronis petitione causaq; diligenter cõmendat.

M. CICERO SER. SVLPICIO S. P. D. 22

T. MANLIVM, qui negociatur Thespijs, vehementer diligo. nam & semper me coluit, diligẽtißimeq́ obseruauit; et à studijs nostris non abhorret. accedit eò, quòd Varro Murena magnopere eius causa vult oĩa. qui ita existimauit, etsi suis literis, quibus tibi Manlium cõmendabat, valde confideret, tamen mea cõmendatione aliquid accessionis fore. me quidẽ eum Manlij familiaritas, tũ Varronis studium cõmouit, vt ad te quamaccuratißime scriberem. gratißimum igitur mihi feceris, si huic cõmendationi meæ tantũ tribueris, quantum cui tribuisti plurimum, id est si T. Manlium quammaxime, quibuscũque rebus honeste, ac pro tua dignitate poteris, iuueris, atque ornaueris. ex ipsius præterea gratißimus, & humanißimis moribus, confirmo tibi, cum te, quem soles fructũ à bonorum virorum officijs expectare, esse capturum. Vale.

T ITVM Man.) Laudat Cic. Manlij erga se beneuolentiã dicitq́; eũ ualde charꝝ esse Varroni Murænæ, à qď fuerat cõmendatus ipsi Seruio: q Varro licet ɔfideret multũ lr̃is suis cõmendatiejs,

HVBER.

ticijs, tñ existimauit cõmendationem Cic. posse aliquid addere. Itaque Cic. dicit & Manlij familiaritate & Varronis studio cõmotum esse, ut eum cõmendaret diligẽtissime, affirmat enim fore: ut officium uiro neq; ingrato neq; immemori sic præstaturus. {Negociatur) mercatur, hẽt negocia. {Thespijs) quod est oppidum Heliconi proximũ, quod etiam singulari numero Thespia dr̃, ut scribit Strab. lib. 9. qui de eo loco plura dicit. {Non abhorret) non est alienus. i. studiosissimus: liptote. {Eo) ad id. {Cõfideret suis lit.) hr̃et magnam fiduciã in literis suis. {Studium) amor. {Quantũ cui trib. plur.) i. si eũ tanti feceris quanti unq̃ feceris aliquẽ. {Pro tua dig.) i. quantũ tua dignitas patitur. {Fructum) utilitatem, & uoluptatem.

Negociare. Thespia. Funcius.

ASCEN. Titum etc. cõmendat T. Manlium omniaq; negocia eius Ser. Sulpitio cõi amico & homini docto ac probo, dicens: Ego diligo uehementer Titum Man. q negociatur. i. mercaturam agit Thespijs. i. in oppido iuxta Heliconẽ, unde Musæ Thespiades interdum dñr. Nam ipse & .i. simul coluit, & obseruauit me, semp̃ diligentissime, & non abhorret. i. non est alienus à studijs nr̃is aut legalis aut oratoriæ aut stoicæ disciplinæ. Accedit. i. additur eò. i. ad eam cõmendationẽ, q Varro Muræna uult magnopere oia. s. fieri, aut facere causa eius. i. pp̃ eum, qui. s. Varro tñ etsi pro tametsi, confideret ualde literis suis, quibus cõmendabat tibi Manlium, tñ existimauit aliquid accessionis. i. augmẽti fore, cõmendatione mea. i. per cõmendationem meam. Quidem. i. certe tum familiaritas Manlij, tum studiũ Varronis. s. Murænæ cõmouit me, ut scriberem ad te quam accuratissime. Igitur tu feceris, mihi gratissimum. i. rem gratissimã, si tribueris huic cõmendationi meæ tm̃ quantum sup. illi, cui tribuisti plurimum. i. si iuueris atq; ornaris pro ornaueris Titum Manlium, quibuscunque rebus poteris honeste pro dignitate tua. i. seruata dignitate tua. Ego præterea confirmo tibi ex gratissimis & humanissimis moribus eius te capturũ esse eum fructum. i. eam utilitatem, quem. s. fructum soles expectare ab officijs bonorũ uirorum.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Cossinium & sua & patroni causa commendat.

M. CICERO SER. SVLPICIO S. P. D. 23

L. COSSINIO, amico, et tribuli meo, valde familiariter vtor. nam & inter nosmet ipsos vetus vsus intercedit: & Atticus noster maiorem etiam mihi cum Cossinio consuetudinem fecit: itaque tota Cossinij domus me diligit, in primisq́ libertus eius L. Cossinius Anchialus, homo & patrono, et patroni necessarijs, quo in numero ego sum, probatissimus. hũc tibi ita cõmendo, vt, si meus libertus esset, eodemq́ apud me loco esset, quo & est apud patronum suum, maiore studio cõmendare non possem. quare pergratum mihi feceris, si eum in amicitiam tuam receperis, atque eum, quod sine molestia tua fiat, si qua in re opus ei fuerit, iuueris, id & mihi vehementer gratum erit, & tibi postea iucundum: hominem enim summa probitate, humanitate, obseruantiaq́ cognosces. Vale.

HVBER. COSSINIO) Cõmendat Cic. hac ep̃la Seruio L. Cossinium L. Cossinij amici, & tribulis sui libertum non minus q̃ si esset libertus suus: causas autem cõmendationis sumit: tum à patrono, tum ab ipso liberto. {Tribuli) ex tribu mea {. . ius) consuetudo. {Quo in numero) s. necessariorum. {Probatissimus) Quod. s. iuuare ipsum, ubi opus fuerit.

ASCEN. Lucio &c. cõmendat Ser. Sulpitio L. Cossinium L. Cossinij amici & tribulis sui. i. eius, q cum de eadẽ tribu erat, libertũ, perinde ac si proprius esset dicẽs. Ego utor ualde familiariter L. Cossinio amico & tribuli tuo. i. uiro de tribu tua. Nam uetus usus. i. mutuũ obsequium inter cedit. i. mediũ est, inter nosmetipsos, & atticus noster. s. Pomponius fecit mihi ẽt maiorem consuetudinem cum Cossinio. Itaque tota domus Cossinij diligit me, & in primis. i. p̃cipue libertus eius L. Cossinius Anchilaus homo probatissimus, et. i. simul patrono. s. suo, & necessarijs patroni. s. sui in quo numero ego sum. Ego cõmendo tibi hunc. s. Libertum eius, ita ut si esset libertus meus & si esset apud me eodem loco. i. eadem charitate, & quo & .i. etiam est, apud patronum suum. ego non possum cõmendare eum maiore studio. Quare tu feceris mihi pergratũ si receperis eum, in amicitiam, atq; iuueris eum, quod fiat, sine molestia tua, si opus fuerit ei qua. i. in aliqua re. Id erit & .i. simul gratum mihi uehementer, & erit postea iucundum tibi. Tu. n. cognosces sup. eum esse hominem summa probitate, humanitate, & obseruantia.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Gratias agit Seruio, quod Lysonis commendationem acceperit.

M. CICERO SER. SVLPICIO S. D. 24

CVM antea capiebam ex officio meo voluptatem; quod memineram, quàm tibi diligenter Lysonem, hospitem, & familiarem meum, cõmendassem: tum vero, posteaquam ex literis eius cognoui, tibi eum falso suspectum fuisse, vehementissime lætatus sum, me tam diligentem in eo cõmendando fuisse. ita enim scripsit ad me, sibi meam cõmendationem maximo adiumento fuisse; quòd ad te delatũ diceret, sese contra dignitatem tuam Romæ de te loqui solitũ esse. de quo etsi pro tua facilitate, & humanitate purgatum se tibi scribit esse: tamen primum, ut debeo, tibi maximas gratias ago, cum tantum literæ meæ potuerunt, vt ijs lectis oẽm offensionem suspicionis, quã habueras de Lysone, deponeres: deinde, credas mihi affirmanti, uelim, me hoc non pro Lysone magis, quàm pro omnibus, scribere, hominem esse neminem, qui vnquam mentionem tui sine tua summa laude fecerit. Lyso vero cum mecum prope quotidie esset, vnaq́ viueret; non solum quia me libenter audire arbitrabatur, sed quia libentius ipse loquebatur, oĩa mihi tua & facta, & dicta laudabat. quapropter etsi à te ita tractatur, vt iam non desideret cõmendationem meam, vniq́ se literis meis oĩa consecutum putet; tamen à te peto maiorem in modum, vt eum etiam atque etiã tuis officijs, liberalitate complectare. scriberem ad te, qualis vir esset, vt superioribus literis feceram; nisi eum iam per se ipsum tibi satis esse notum arbitrarer. Vale.

HVBER. CVM antea) Seruius suspectum habuerat Lysonem Patrensem et à Cic. supra cõmendatũ, q ad se delatum fuerat eũ Romæ locutũ contra dignitatem suã, quod falsum erat: cumq; ille se apud Seruiũ excusasset, Seruius pp̃ literas Cic. commendatitias omni offensione depositas Lysonem commendatũ habuit. Quamobrem Cic. hac ep̃la dicit se semper accepisse magnã uoluptatem de eo quod scripsisset diligẽter de Lysone ad ip̃m Seruium: sed magis se lætatũ posteaq̃ intellexit eũ fuisse falsò suspectũ Ser. nam si negligenter scripsisset uisus fuisset quodãmodo conscius huius rei. itaq; primũ agit gr̃as Ser. qui oẽm suspicionis offensionem deposuerit pp̃ lr̃as suas cõmendaticias. Deinde excusat ip̃m Lyso. q nõ modo nũquã dixerit aliqd cõtra dignitatẽ Ser. Sed sp̃ oia cum summa eius laude, qđ idem ab oibus factũ dicit. Postremo rursus cõmẽdat ei bñe Lysonẽ. {Purgatũ) excusatũ. {Offensionẽ) molestiã, displicẽtiã, ut ita dicã. {Affirmãti) testificãti, certificãti {Neminẽ) s. esse {Nõ s.) i. nõ solũ qa sciret me libent audir laudes tuas, sed ẽt qa ipse libẽti' de te cũ laude loqbat. {Ita) cũ tãta humanitate & liberalitate. {Lr̃is m.) qb' eũ antea tibi cõmẽdaui.

ASCEN. CVm antea &c. Seruius suspectũ habuerat Lysonem q audierat cõtra dignitatem suã Romæ locutum, quã suspicionem pro cõmendatione Cicer. deposuerat, quod factũ sibi gratissimum nũc dicit Cicero. Ordo est. Cum s. ita sit q capiebã antea uoluptatẽ ex officio meo q meminerã q̃ diligenter cõmendassem

mendassem tibi Lysonem hospitem & familiarem meum: tũ uero.i.tunc multo magis,& quasi ex uero aut ad uerũ,postea quã cognoui ex lr̃is eius eũ fuisse suspectũ tibi falsò, lætatus sum uehemẽtissime, me fuisse tã diligentẽ in eo cõmendãdo. Ita .n. scripsit ad me meã cõmẽdationem fuisse sibi maximo adiumento,q.i.eo q dicerent delatũ,sup.fuisse ad te,se solitũ esse loq Romæ de te ꝯtra dignitatẽ tuam. De quo etsi.i.q̃q̃ scribit se purgatũ esse tibi ꝑ facilitate & humanitate tua, tñ ego ago primũ tibi maximas gr̃as ut debeo,cũ.i.qñquidem literę meæ potuerunt tm̃.i.tam multũ,ut ijs lectis.i.postq̃ eas legeris,deponeres oẽm offensionem suspicionis.i.ortã ex suspicione quã habueras de Lysone. Deinde uelim sup. ut credas mihi,affirmanti me scribere hoc non magis pro Lysone .s. purgando,q̃ ꝑ oibus.s.Romæ agentibus, hoiem neminẽ.i.nullũ,esse q fecerit unq̃ mentionẽ tui sine summa laude tua. Vero.i.sed,Lyso cũ esset mecum prope.i.fere quotidie,& uiueret unà.i.pariter,non quia arbitrabatur.i.putabat me audire libenter,sed qa ipse libentius loquebatur,laudabat mihi oia facta & dicta tua. Quapp etsi .i. q̃q̃ , tractatur à te ita,ut iam non desideret cõmendationem meam,& is putet se ꝯsecutũ.i. obtinuisse oia.s. quæ uelit lr̃is .i. per lr̃as meas,tñ peto à te in modum maiorem.i.formam non uulgarem, ut complectare eum etiam atq̃ ẽt .i. frequenter tuis officijs,sup.& liberalitate . Ego scriberem ad te qualis uir esset,ut feceram superiorib' .s.literis , nisi arbitrarer iam esse satis notum tibi per seipsum.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Hagesaretum ob merita erga se commendat .

M. CICERO SER. SVLPICIO S. D. P. 25

HAGESARETVS *Larissæus magnis meis beneficijs ornatus in consulatu meo, memor, & gratus fuit, meq́ postea diligentissime coluit. eum tibi magnopere commendo, ut & hospitem, & familiarem meum, & gratum hominem, et uirum bonum, & principem ciuitatis suæ, & tua necessitudine dignissimum. pergratum mihi feceris, si dederis operam, ut is intelligat, hanc meam commendationem magnum apud te pondus habuisse. Vale.*

HVBER. HAGESARETVS) Laudat Cic. multum Hagesareti Larissæi gratitudinem & beneuolentiam erga Sulp. Deinde commendat eum Seruio Sulpitio. {Larissæus) ex Larissa ciuitate Thessaliæ in sinu pelagisco, unde & Achilles Larissæus: & Virgil. libro II. Æneid. Quem non mille rates, nec Larissæus Achilles. *Larissa.*

ASCEN. HAgesaretus &c. Laudat Hagesareti Larissæi gratitudinem & beneuolentiam,atq; ita eum Sulpitio facit commendatiorem,dicens. Hagesaretus Larissæus,id est ex Larissa oppido Thessaliæ in sinu pelagisco : unde Achilles Larissæus uocatus est,ornatus magnis beneficijs meis in consulatu meo,fuit memor & gratus,& coluit me postea diligentissime, Ego commendo tibi eum magnopere, ut & hospitem meum,familiarem meum,& sup. ut hominem gratum , & uirum bonum, & principem ciuitatis suæ,& dignissimum necessitudine , id est , arcta coniunctione tua . Tu feceris mihi pergratum,si dederis operam,ut intelligat hanc commendationem meam habuisse apud te magnum pondus,id est,momentum in commendando . Omnia sunt tam aperta, ut expositione non egeant nec in ordine quisquam primas modo literas doctus errare possit . nolui tamen propter facilitatem unius aut alterius epistolæ ab incepto desistere .

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

L. Mescinium Mindij fratrem , qui in Seruij prouincia, ubi frater oppetierat, hereditatem petebat, Seruio multis de causis commendat, & ut causam illius defendat, petit.

M. CICERO SER. SVLPICIO S. D. P. 26

L. MESCINIVS *ea mecum necessitudine coniunctus est, quòd mihi quæstor fuit: sed hanc causam, quam ego, ut à maioribus accepi, semper grauem duxi, fecit uirtute, & humanitate sua iustiorem. itaque eo sic utor, ut nec familiarius ullo, nec libentius. is, quanquam confidere uidebatur, te sua causa, quæ honeste posses, libenter esse facturum: magnum tamen esse sperauit apud te meas quoque literas pondus habituras. id cum ipse ita iudicabat: tum pro familiari consuetudine sæpe ex me audierat, quàm suauis esset inter nos, & quãta coniunctio. peto igitur à te, tanto scilicet studio, quanto intelligis debere me petere pro homine tam mihi necessario, et tam familiari; ut eius negocia, quæ sunt in Achaia, ex eo quòd heres est M. Mindio fratri suo, qui Elide negociatus est, explices, & expedias tum iure, & potestate, quam habes, tum etiam auctoritate, & consilio tuo. sic enim perscripsimus ijs, quibus ea negocia mandauimus, ut omnibus in rebus, quæ in aliquam controuersiam uocarentur, te arbitro, &, quod commodo tuo fieri posset, te disceptatore uterentur. id ut honoris mei causa suscipias, uehementer te etiam atque etiam rogo. illud præterea, si non alienum à tua dignitate putabis esse, feceris mihi pergratum; si qui difficiliores erunt, ut rem sine controuersia confici nolint, si eos, quando cum senatore res est, Romam reieceris. quod quo minore dubitatione facere possis, literas ad te à M. Lepido consule, non quæ te aliquid iuberent, (neque enim id tuæ dignitatis esse arbitrabamur) sed quodam modo quasi commendaticias sumpsimus. scriberem, quàm id beneficium bene apud Mescinium positurus esses; nisi & te scire confiderem, & mihi peterem. sic enim uelim existimes, non minus me de illius re laborare, quàm ipsum de sua. sed cum illum studeo quamfacillime ad suum peruenire: tum illud laboro, ut non minimum hac mea commendatione se consecutum arbitretur. Vale.*

HVBER. LVCIVS Mescinius) M. Mindius Mescinij quæstoris Cic. frater Elidæ negociatus fuerat, illic perijt, quare cum Mescinius hereditatem fratris peteret, quosdam habebat aduersarios in hac causa & præcipue Oppiã,quæ uxor fuerat ipsius Mindij. Itaq; Cic. expositis causis suæ coniunctionis cũ Mescinio cõmendat eũ Seruio,ut in obtinẽda hac hereditate eũ adiuuet:sitq; in oibus eius reb. q in ꝯtrouersiã uocabantur,arbiter & disceptator: deinde si aliq ex aduersarijs fuerint duriores,q nolint cãm cõponi sine ꝯtrouersia, petit à Seruio,ut eos Romã remittat ad litigandũ si id sine ꝑiudicio dignitatis suæ fieri poterit,& ut liberius facere posset: dicit se habuit se lr̃as à M.Lepido ꝯsule ad ipm Seruiũ . non q cogãt illum aliqd facere: qm̃ existimasset ꝯtra eius dignitatẽ : sed q hortentur & cõmendãt Mesciniũ ꝑ cuius cã & reb. dicit Cic. se nõ minus laborare,q̃ eũ ipm. {Grauẽ) magnã. {Vt à maiorib.acc.) sic.n.supra ad Brut.in cõmendatione M.Varr. inqt, satis.n.tibi cõmendatũ arbitror ab ipso more maiorũ , q, ut te nõ fugit,hãc q̃sturę ꝯiunctionẽ liberorũ necessitudini ꝓximã uoluit esse. {Achaia) ꝓuincia tua. {Elide) regione Achaiæ,ut scribit Ptol.in qua est Elis ciuitas. {Negociatus est) mercaturã exercuit. {Explices) liberes. {Ptãte) ꝓcõsulari de iure dicendo in ꝓuincia tua. {Cõsilio) prudẽtia. {Auctoritate) qua plerũq; tollũtur multæ lites. {Præscripsimus) iussimus,ordinauimus,& q̃si legẽ dedimus. {Iis) ꝓcuratorib. {Cõtrouersiã) litẽ. {Vocarẽtur) traherẽtur. {Arbitro) meditatore & iudice. {Disceptatore) discussore,cõpositore. {Alienũ tua dig.) i.remotũ à dignitate tua,hoc est ꝯtrariũ tuæ dignitati. {Difficiliores) duriores & ꝑtinaciores. {Cõfici) componi. {Reieceris) remiseris. {Qñ) qm̃. {Res est cũ sen.) i.qm̃ ijs & ꝯtrouersia est cũ Mescinio senatore,& ita poteris te honestare reijciẽdo Romã eos,q cum

Helis. *Præscribo* *Disceptatio.*

cum senatore litigant. {Iuberet te}.i. facere. {Bene posit.} bñ collocaturus tanquam apud gratum & memorem. {Et pet. mihi}.s. hoc beneficium.i. pro me. {De sua} de propria re sua.

ASCEN. L. Mescinius &c. M. Mindius Mescinij quæstoris Cic. frater Ex lide perierat, quocirca cum L. Mescinius fratris hereditatē peteret, Oppium uxorem Mindij aduersariam habuit, contra quā hic Mesciniū cōmendat Cic. dicens. L. Mescinius est piun ctus mecū ea necessitudine.i. uinculo amicitiæ qd' fuit mihi q̃stor.s. in Cilicia, sed fecit uirtute & humanitate sua, hāc caus sam, quā ego duxi.i. existimaui semp grauē.i. magni momen ti, & ponderis, ut accepi sup. eam à maiorib.i. pdecessorib. no stris, feci dico iustiorem.i. meliorē. Itaq; ego utor sic, ut neq; sup. utar ullo familiarius oec libentius. Is.s. Lucius q̃q; uides batur pfidere te factu᷑ esse libenter ea sua.i. amore sui, q̃ poss ses.s. facere honeste, tñ sperauit meas līas habituras sup. esse magnū pondus apud te, cum.i. ita sit quod ipse iudicabat id sup. esse ita, tū.i. multo magis, audierat sępe ex me, p psuetudi ne familiari.i. pp psuetudinem familiarē quā mecum hēt, au dierat inquā, q̃.i. quantū, suauis.i. dulcis, & quanta.i. quā ma gna piunctio esset inter nos.i. inter te & me. Peto igitur à te .i. tanto studio quanto intelligis me dēe petere p hoie, tā nes cessario mihi, & tā familiari, ut explicēs & expedias.i. oī impe diméto liberes, negocia eius q̃ sunt sup. ei in Achaia, ex eo q' est heres. M. Mindio fratri suo, q negociatus est .i. mercaturā gessit. Eli.i. in eo oppido in Elide regione Achaiæ, sunt q Elis de legant, expedias, inquantū iure & ptāte quam hēs .s. illic, tum et auctoritate & psilio tuo. Nos.n. præscripsimus.i. pces pimus ijs qbus mandauimus ea negocia.s. solicitanda & pr curanda, ut uterentur in oibus rebus q̃ uocarentur in aliquā controuersiam.i. litē aut in diuersas assertiones iuris, te arbitro, & qd'.i. quoad posset, fieri cōmodo tuo, te disceptatore.i. litis gatore & causæ discussore. Ego rogo uehementer et atq; et, ut suscipias id.s. oneris cā honoris mei. Pręter ea tu feceris mi hi pgratū illud, si nō putabis esse alienū à dignitate tua, si q̃ erunt difficiliores .s. in hereditate assignanda ita sup. ut nō sint.i. non patiantur rem pfici.i. transigi & finiri sine ptrouer sia.i. sine lite, si reieceris eos Romā.i. ad forum Rom. q̃n.i. qm̄ res.i. negocia & lis est, eis cū senatore.s. Mescinio. Q.d'. teij cere litigatores Romā, quo.i. ut possis facere minore dubōne .s. uo liceret tibi, nos scripsimus līas ad te à M. Lepido psule, non q̃.i. non tales q̃ iuberent te sup. facere aliqd aū quàm lis ceret tibi. Neq;.n. arbitrabamur id.s. iubere aliqd tibi qui in puincia consularē hēs ptātem, esse dignitatis tuæ, sed quodā modo quasi cōmendaticias.s. negotij. Scriberē quàm bñ pos turus.i. locaturus esses id bñficium apud Mesciniū, nisi & cōs fiderē te scire, & peterē mihi.i. reputarē mihi.i. impensum qd' Mescinio impēderis. Velim.n. existimes.i. iudices sic, me non minus laborare de re illius, quā ipsum de sua.s. re. Sed tum.i. pariter studeo.i. cupio illum.s. Mescinium puenire quamfacil lime ad suum.s. ius, aut bonum hereditarium, tum laboro .i. contendo, illud, ut arbitraretur se consecutum non minimā .i. non minimam partem hac commendatione mea.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Gratias agit Seruio, quod Ammonij causam defenderit, & noua com mendatione hominis rursus succurrit.

M. CICERO SER. SVLPICIO S. D. P. 27

*Licet eodem exemplo sæpius tibi hu ius generis literas mittam, eū gratias agam, quòd meas cōmendationes tam diligenter obserues; quod feci in aljs, & faciam, vt video, * sæpius: sed ta men non paream * operæ; &, vt vos in vestris formulis, sic ego in epistolis de eadem re alio modo. C. Auianus igitur Ammonius in credibiles mihi gratias per literas egit & suo, & Æmilij Auiani, patroni sui, nomine, nec liberalius, nec honorifi centius potuisse tractari, nec se præsentem, nec rem familia rem absentis patroni sui. id mihi cum iucundum est eorū cau sa, quos ego tibi, summa necessitudine, & summa coniun ctione adductus, commendaueram; quod M. Æmilius vnus est ex meis familiarissimis, atque intimis maxime necessa rius, homo & magnis meis beneficijs deuinctus, & prope o mnium, qui mihi aliquid debere videntur, gratissimus: tū multo iucundius, te esse in me tali voluntate, vt plus prosis amicis meis, quàm ego præsens fortasse prodessem: credo, quod magis ego dubitarem, quid illorum causa facerem, quàm tu, quid mea. sed hoc, non dubito, quin existimes mihi esse gra tum. illud te rogo, vt illos quoque gratos homines esse putes. quod ita esse tibi promitto, atque confirmo. quare velim, quidquid habent negocij, des operam, quod cōmodo tuo fiat, vt, te obtinente Achaiam, conficiant. Ego cum tuo Seruio iucundissime, coniunctissimeq; viuo; magnamq; cū ex inge nio eius, singulariq; studio, tum ex virtute, & probitate voluptatem capio. Vale.*

Marginal notes: * alias sæpius. tamen — * alias operæ, et in formu lis, pro bo conie cturā eo rum, qui legendū existi māt, et, vt vos soletis ī formu lis.

HVBER. LICET) Agit Cicero grās Seruio, q liberalissi me & honorificentissime tractasset C. Auianū Ammonium & suo noie & noie et patroni sui Æmilij Auia. quos supra cōmendauerat, ut ui sum est in eplā quam falsò inscriptū diximus Octauio p Seruio. ōndit aūt Cic. quàm sibi id iucundum & gratum fuerit: & rursus eos eorumq; negocia cōmendat. {Obserues} efficias. {Sed tñ} pro tñ. utitur interdū Cic. his aduersatiuis geminatis p simplici. {Vos} iurisconsul ti. {In formulis} in uestris legib. {Alio modo} diuerso modo, cum tñ eadem res sit. {Absentis} q supra dixerat cum nō esse Sicyone, sed Cybiræ. {Eo᷑} & liberti & patroni. {Deuinctus} astrictus. {Quid mea} .i. causa faceres. {Te obtinente Acha iam} dum es in Achaia proconsul. {Cum tuo Seruio} filio tuo. {Ingenio} quo plurimum ualet.

ASCEN. Licet &c. Agit Seruio gratias q C. Auianum Ammonium liberalissime tractarat & suo.i. Ciceronis nomine atq; res spectu, & patroni ipsius Auiani, ostenditq; quantum sibi id gratum & iucundum fuerit: & rursus tam patronum quam libertum & utriusq; negocia eidem Ser. Sulpitio cōmendat, dicens: Licet ego mittam tibi sæpius līas eodem exemplo .i. eadem forma scriptas, & fere ijsdem uerbis huius gñis, cuius sunt hæ, cum agam grās, q obserues, id est perficias tam dis ligenter cōmendationes meas, quod.i. quam rem. feci in alijs .s. līis meis, & faciam, ut uideo, sæpius, sed tñ.i. attñ non pars cam operæ.i. labori. Et ut sup. uos iurisconsulti, soletis in fors mulis.i. instīis uris.s. scribere de eadem re alio modo, sic ego sup. scribam in ep̄lis. Igitur ut rem exequar, C. Auianus Am monius homo Libertinæ conditionis egit mihi per līas grās incredibiles, & suo noie & noie Æmilij Auiani patroni sui cū .i. ita sit, q.i. mihi iucundum causa eo᷑, quos ego cōmendas ueram tibi adductus summa necessitudine & summa coniun ctione, q M. Æmilius, unus ex meis familiarissimis atq; intis mis homo maxime necessarius, & deuinctus maximis bñfi cijs meis, & gratissimus, ppe.i. quasi omnium q uñr dēe mihi aliquid, tum sup. est mihi multo iucundius te esse, tali uolūta te in me, ut prosis plus amicis meis, q̃ ego pñs prodessem for tasse, sup. eis. Causam addidit dicens. Credo, & .i. ppea q ego magis dubitarem quid facerē cā illo᷑ .i. meo᷑, quam tu quid sup. faceres, mea.s. causa. Sed non dubito qn existimes hoc .s. beneficium tuum, esse gratum mihi. Ego rogo te illud ui pu tes, illos quoq; homines gratos, quod esse ita, ego probo.i. approbo atq; confirmo, quare uelim sup. ut des operā, sup. ut cōficiant.i. absoluāt, & pficiant, te obtinēte.i. tantisp dū obtis nebis Achaiam si qdq negocij hñt.s. in ea. Ego uiuo iucūdis sime cum Seruio tuo.s. filio. & capio magnam uoluptatē, tū ex ingenio eius & studio singulari, tū ex uirtute & pbitate.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Et gratias agit Seruio, quod causam Mescinij susceperit, & vt eum porro adiuuet, flagitat, petitq; vt Oppiam Mescinij aduersariam Ro mam mittat, vt illic cetera liu à Cicerone finiatur. Postremo Lacedæmo niorum ciuitatem causasq; eidem commendat.

M. Cic.

M. CICERO SER. SVLPICIO S. P. D. 28

ETSI libenter petere à te soleo, si quid opus est meorum cuipiam: tamen multo libentius gratias tibi ago, cum fecisti aliquid commendatione mea: quod semper facis: icredibile est enim, quas mihi gratias oẽs agant, etiam mediocriter à me tibi commendati. quæ mihi oĩa grata, sed de L. Mescinio gratissimum. sic enim est mecum locutus, te, ut meas literas legeris, statim procuratoribus suis pollicitum esse omnia, multo vero plura, & maiora fecisse. id igitur (puto enim etiam atque etiam mihi dicendum esse) velim existimes, mihi te fecisse gratissimum. quod quidem hoc vehementius lætor, quòd ex ipso Mescinio te video magnam capturum voluptatem. est .n. in eo cũ virtus, & probitas, & summum officium, summaq́ obseruantia, tũ studia illa nostra, quibus antea delectabamur, nunc etiam vinimus. quod reliquum est, velim augeas tua in eum beneficia oĩbus rebus, quæ te erunt digna: sed duo. quæ te nominatim rogo: primum, ut, si quid satisdandum erit, amplius eo nomine non peti, cures, ut satisdetur fide mea: deinde, cũ fere consistat hereditas in ijs rebus, quas auertit Oppia, quæ vxor Mindij fuit; adiuues, ineaq́ rationem, quemadmodum ea mulier Romam perducatur. quod si putarit illa fore; ut opinio nostra est, negocium conficiemus. hoc ut assequamur, te vehementer etiam atque etiam rogo. illud, quod supra scripsi, id tibi confirmo, in meq́ recipio; te ea, quæ fecisti Mescinij causa, quæq́ feceris, ita bene collocaturum, ut ipse iudices homini te gratissimo, iucundissimo benigne fecisse. volo enim ad id, quod mea causa fecisti, hoc etiam accedere. Nec Lacedæmonios dubitare arbitror, quin ipsi sua, maiorumq́ suorũ auctoritate satis cõmendati sint fidei, & iustitiæ tuæ: & ego, qui te optime nouissem, non dubitaui, quin tibi notissima & iura, & merita populorum essent. itaque cum à me peteret Philippus Lacedæmonius, ut tibi ciuitatem commendarem: etsi memineram, me ei ciuitati oĩa debere, tamen respondi, cõmendatione Lacedæmonios apud te non egere. itaque sic velim existimes, me oẽs Achaiæ ciuitates arbitrari pro horũ temporum perturbatione felices, quòd in ijs præsis: eundemq́ me ita iudicare, te, quòd vnus optime nosses nõ nostra solum, sed ẽt Græciæ monimenta oĩa, tua sponte amicũ Lacedæmonijs & esse, & fore. quare tantum à te peto, ut, cum ea facies Lacedæmoniorum causa, q̃ tua fides, amplitudo, iustitia postulat; his, si tibi videbitur, significes, te non moleste ferre, quòd intelligas, ea, q̃ facias, mihi quoque grata esse. pertinet .n. ad officiũ meũ, eos existimare, curæ mihi suas res esse. hoc te vehementer etiam atque etiã rogo. Vale.

HVBER. ETSI) Exposuerat L. Mescinius Ciceroni lr̃as eius pro se cõmendaticias ad Seruiũ; quas añ superiorem uidimus tm̃ sibi profuisse ut statim ijs lectis Ser. eius ꝓcuratoribus oia pollicitus sit, & ẽt multo plura & maiora effecerit, q̃ ꝓmiserit. Quare Cic. hac ep̃la oñdit q̃ gratum sibi fuerit, & q̃ recte collocauerit id bñficium. Deinde laudat pl̃m Mescinio petit à Seru. ut augeat sua erga illum bñficia; & transmittat Romã Oppiam, q̃ fuerat uxor Mindij: q̃que auertebat illam hereditatem. Postremo cõmendat ei ciuitatẽ. Laced. rogatu cuiusdam Philippi Laced. ut licet ipse eos diligat: & pro iustitia sua sit oia facturus: tñ significet eis se ẽt facere aliquid causa Cic. cui intelligit fore gratissimum. {Multo libẽtius) quam peto. {Vt legeris). i. legeris. {Etiam atq; etiam dicendum) .i. sæpius repetendũ, ut intelligas me esse memorem & gratũ bñficij. {Studia nr̃a) .s. tum in Mescinio añt tp̃ibus felicibus erant nobis delectationi. {Nunc ẽt uiuimus) nunc sunt nobis saluti, quia nisi nos ꝯsolarentur, & à curis abijcerent, uiuere non possemus. Hanc sniam multis locis supradixi, lr̃as tp̃ibus secundis esse ornamento & delectationi: aduersis uero et saluti. {Quæ erunt dignæ) q̇ non erunt contra honorem & dignitatẽ tuã. {Noiatim) noie declarando quæ sint. {Satisdandum) fideiubẽdum, & re ipsa certificandũ. {Eo noie) ea cã eo debito. {Fide mea) .i. sub fide mea, me ꝓmittẽte tibi. Ordo est. Si qd erit satisdandum amplius non peti eo noie: cures ut satisdetur fide mea: oportebat. n. Mescinium dare fideiussorem: q̃ non peteret amplius eo debito .i. q̃ non peteret amplius eo debito & hereditate, q̇ ad se perueniebat. ita. n. inter litigantes fieri solet: maxime ab eo qui petit. {Auertit) amouit ẽ domo mariti sustulit, ut faciunt plerunq; uxores mortuis maritis. {Illa mulier) Oppia. {Benigne) liberalr̃. i. præstitit esse beneficium. {Maioꝝ) fuerunt. n. clarissimi, & imperium Græciæ: ut Trogus, scribit: multos annos tenuerunt. Iuraq́; hñt specialia, qbus regantur. {Me d. oia) à qua fueram meis aduersissimus tp̃ibus humanissime exceptus. {Non eg.) quia propria uolũtate es inclinatus ad coꝝ fauorẽ. {Pro pturb.) i. quantum patitur perturbatio eoꝝ tempoꝝ, quibus bella ciuilia fuerunt inter Cæsarem & Pompeium. {Nostra monim.) i. scripta & historias nostras .i. Romanas. {Significes) demonstres, facias eos intelligere. {Officium meum) qui eis debeo.

ASCEN. ETsi &c. Exposuerat L. Mescinius Ciceroni lr̃as, eius pro se cõmendaticias, ad Ser. Sulpicium, tm̃ sibi profuisse, ut statim illis lectis Seruius oia pollicitus sit, & maiora effecerit q̃ pollicitus fuerit. quamobrem Cic. gratias agit petens tñ ut beneficium in eundem augeat. Ordo est. Etsi. i. q̃q̃ soleo libenter petere à te siqd opus est cupiã .i. alicui meoꝝ, tñ ego ago multo libentius tibi gr̃as. Cum fecisti aliquid cõmendatione mea. i. pp cõmendationem meam, quod facis sp: enim. i. quia incredibile est quas gr̃as agant mihi cõmendati à me tibi ẽt mediocriter quæ oia sunt grata mihi, sed gratissimum sup.est de L. Mescinio .i. quod scm̃ audio p te de illo. Ipse. n. locutus est sic de te, ut. i. postquã legeris lr̃as meas, statim pollicitum esse procuratoribus suis, oia, sed fecisse multo plura & maiora. Ridiculum uideretur nisi ex more loquendi sit, q̃ plura q̃ omnia fecisse dicat: sed intelligamus omnia q̃ polliceri debebant pollicitum, fecisse añt longe plura. Igitur ego uelim existimes: puto. n. dicendum esse mihi etiam atq; etiam. i. frequenter te fecisse mihi id gratissimum, quod. i. quã rem, eqdem. i. ego quidem lætor. i. lætitia prosequor, hoc. i. eo uehementius, q̃ uideo te captuꝝ magnam uoluptatem ex ipso Mescinio, Enim. i. quia tum. i. sil̃, uirtus & probitas animi est in eo, tũ. i. sil̃, sunt in eo illa studia nr̃a. s. pĥica, quibus delectabamur .s. añ occupationẽ reip. nunc ẽt uiuimus, qa sine illis uiuere nolemus. Quid. i. quantũ ad id, qđ reliquum est. i. adhuc restat. ego uelim sup. ut augeas bñficia tua in eũ. s. Mescinium, oibus rebus, q̃. s. beneficia erunt digna te. i. q̃ à te fiant. Sed rogo te duo qdem noiatim .i. per nois exp̃ssionem; primum ut si qd erit satisdandũ. i. pollicendũ p̃stare, nõ peti amplius. s. q̃ iustum est, nomine. s. hereditati, ut sup. cures sup. ut id satisdetur. i. compromittatur. fide mea. Videretur. n. diffidere Mescinio, si ordo sit, peto ut cures si quid amplius erit satisdandum eo nomine nõ peti ut satisdetur nomine meo. legamus ergo priore modo. Deinde cum hereditas consistat fere in ijs rebus quas Oppia quæ fuit uxor Mindij. s. fratris Mescinij, auertit. i. abstulit in suum usum uertendo, adiuues. s. procuratores & ineas. i. inuenias, rõnem. i. modum & uiam quemadmodum ea mulier perducatur Romã. Quod. s. eam pduci Romã, si illa putarit fore. i. futurum, nos ꝯficiemus. i. absoluemus negocium, ut opinio nr̃a est, quia malit restituere ablata, q̃ Romam proficisci. Ego rogo uehementer ẽt atq; ẽt ut assequamur. i. obtineamus hoc. Ego recipio in me p̃stare id qđ scripsi supra, te collocaturum ea q̃ fecisti quæq́;. i. q̃ & feceris .i. facturus fueris cã Mescinij, ita bñ, ut ipse. i. tute iudices te fecisse benigne hoi gratissimo. Volo. n. ẽt hoc accedere. i. addi aut aduenire ad id, qđ fecisti cã mea, hoc est ut ẽt Mescinius tibi gr̃as agat. Nec arbitror Lacedæmonios dubitare, quin ipsi satis cõmendati sint fidei & iustitiæ tuæ, auctoritate sua, & maioꝝ suoꝝ. Et ego qui nouissem te optime, nõ dubitaui qn & iura & merita pp̃loꝝ. s. Lacedæmonioꝝ essent notissima tibi. Itaq; cũ Philippus Lacedæmonius peteret à me, ut cõmẽdarem tibi ciuitatẽ. s. Lacedæmoniam, hoc est Lacedæmonẽ, etsi

memin

memineram me dīe ciuitati,oīa,tū rñdi Lacedæmonios non egere cōmendatione.Itaq; ego uelim sup.ut existimes sic me arbitrari oēs ciuitates Achaiæ felices, sup. esse ꝑ pturbatione .i.ſm pturbationē,aut ſm ꝙ possit esse in pturbatione horū tpum,in qbus.ſ.Cæſ.omnia tenet,ꝙ tu præsis ijs.ſ. ciuitatib. Et me eundē iudicare te,aut me iudicare te eundē, q.i.q atu, unus.i.solus,nosces optime nō solum oia monimenta.i. oēs antiquitates & antiqua instituta,nra.i.Romana, sed ēt Græciæ,esse & fore.i.futuꝝ esse amicum Lacedæmonijs,tua spōte .i.propria uolūtate & inclinatione.Quare peto à te tm.i.dūtaxat,ut cum.i.qñ facias causa Lacedæmonioꝝ ea q̄ fides,amplitudo iustitia tua,postulat,significes ijs.ſ.Lacedæmonijs,si uidebitur tibi.ſ.honestum ac utile,te ferre non moleste ꝙ intelligas ea quæ facias,esse grata quoq;.i.etiam mihi. Enim.i. quia pertinet ad officium meum , eos existimare res suas esse mihi curæ.ego rogo te hoc.i.uehementer etiam atq; etiam.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

OBliqua commendatione Capitonis, qui cum Cicerone contra Cæsarem steterat, causam eius Planco suscipiendam postulat. Petebat autem is hereditatem Antistij fratris.

M. CICERO L. PLANCO S. P. D. 29

NON *dubito, quin scias, in ijs necessarijs, qui tibi à patre relicti sunt, me tibi esse vel coniunctissimum, non ijs modo causis, quæ speciem habent magnæ coniunctionis; sed ijs etiam, quæ familiaritate, & consuetudine tenentur, quam scis mihi iucundissimam cum patre tuo, & summam fuisse. ab his initijs noster in te amor profectus, auxit paternam necessitudinem, et eo magis, quòd intellexi, vt primum per ætatē iudicium facere potueris, quanti quisque tibi faciendus esset, me à te in primis cœptum esse obseruari, coli, diligi. accedebat nō mediocre vinculum cum studiorum, quod ipsum est per se graue, tum eorum studiorum, earumq; artium, quæ per se ipsæ eos, qui voluntate eadem sunt, etiam familiaritate deuinciunt. Expectare te arbitror, hæc tam longe repetita principia quò spectent. id primum ergo habeto, non sine magna, iustaq; causa hanc à me cōmemorationem esse factam. C. Anteio Capitone vtor familiarissime. notæ tibi sunt varietates meorum temporum. in oī genere & honorum, & laborum meorum & aīus, & opera, & auctoritas, & gratia, etiā res familiaris C. Capitonis præsto fuit, & paruit & temporibus, & fortunæ meæ. huius propinquus fuit T. Antistius. qui cum sorte quæstor Macedoniam obtineret; neque ei successum esset: Pompeius in eā prouinciam cum exercitu venit. facere Antistius nihil potuit: nā si potuisset, nihil ei fuisset antiquius, quàm ad Capitonem, quem vt parentem diligebat, reuerti; præsertim cum sciret, quanti is Cæsarem faceret, semperq; fecisset: sed oppressus, tantum attigit negocij, quātum recusare non potuit. cum signaretur argentum Apolloniæ, non possum dicere eum præfuisse, neque possum negare eum affuisse, sed non plus duobus, aut tribus mensibus. deinde abfuit à castris: fugit oē negociū. hoc mihi vt testi velim credas: meam enim ille mæstitiam in illo bello videbat: mecū omnia cōmunicabat. itaque abdidit se in intimam Macedoniam, quò potuit longissime à castris, non modo vt non præesset vlli negocio; sed etiam vt ne interesset quidem. is post p̄lium se ad hominem necessarium A. Plancium in Bithyniā contulit. ibi eum Cæsar cum vidisset; nihil asperè, nihil acerbe dixit; Romam iussit venire. ille in morbum continuo incidit: ex quo non conualuit. æger Corcyram venit: ibi est mortuus. testamento, quod Romæ, Paullo, & Marcello cos. fecerat, heres ex parte dimidia, & tertia est Capito. in sextante sunt ij, quorum pars sine vlla cuiusquam querela publica potest esse. ea est ad H-S xxx. sed de hoc Cæsar viderit. Te mi Plāce pro paterna necessitudine, pro nostro amore, pro studijs, & oī cursu nostro totius vitæ simillimo rogo, & à te ita peto, vt maiore cura, maiore studio non possim; vt hanc rem suscipias, meā putes; enitare, contēdas, efficias, vt mea cōmendatione, tuo studio, Cæsaris beneficio hereditatē propinqui sui C. Capito obtineat. oīa, quæ potui in hac summa gratia tua, ac potētia à te impetrare, si petiuissem, vltro te ad me detulisse putabo, si hanc rē impetrauero. illud fore tibi adiumento spero; cuius ipse Cæsar esse optimus index potest: semper Cæsarem Capito & dilexit, & coluit. sed ipse huius rei testis est: noui hominis memoriam: itaque te nihil doceo: tantum tibi sumito pro Capitone apud Cæsarem, quātum ipsum meminisse senties. ego, quod in me ipso experiri potui, ad te deferam: in eo quantum sit ponderis, tu videbis. quam partē in rep. causamq; defenderim; per quos homines, ordinesq; steterim; quibusq; munitus fuerim; non ignoras. hoc mihi velim credas: si quid fecerim hoc ipso in bello minus ex Cæsaris uoluntate; quod intellexerim scire ipsum Cæsarē; me inuitissimum fecisse: id feci aliorum consilio, hortatu, auctoritate: quòd fuerim moderatior, temperatiorq;, quàm in ea parte quisquam; id me fecisse maxime auctoritate Capitonis. cuius similes si reliquos necessarios habuissem: reip. fortasse non nihil, mihi certe plurimum profuissem. hāc rem mi Plance si effeceris; meam de tua erga me beneuolentia spem confirmaueris; ipsumq; Capitonem, gratissimum, officiosissimum, optimum virum, ad tuam necessitudinem tuo summo beneficio adiunxeris. Vale.*

NON dubito) Hac epla,cognoscitur, q̄ difficile sit,aliquid ab eo aperte postulare,quem læseris: quod si nonnunq̄ sit faciendum,& longa & insinuata orone potius q̄ breui & aperta uti,cum ex huius eplæ imitatione, tum uero ex p̄ceptis artis ipsius Cic.docemur.Argm aūt huius eplæ hoc est.C.Capit.institut⁹ fuerat heres ex dimia:& tertia parte ab Antistio ꝓpinquo suo,q aliqn̄ quęstor Macedoniam obtinuerat.In sextante uero instituerat fiscum publicum:dūmodo id posset sine cuiusq̄ q̄rela fieri, ueꝝ cum hanc hereditatem Capito sine magno fauore Cæſ.impetrare non posset,& Plancus multum ualeret auctoritate & gr̄a apud Cæſ. Cic. Amicus Planci qui sciret & se & Capitonem aduersus Cæſ.fuisse in bellis ciuilib. primū placat sibi Plancū longa repetitione & cōmemoratione ueteris,& magnæ suæ cū eo & eius pr̄e necessitudinis.Deinde excusat Antistium ꝓpinquū Capitoni. Primum ꝙ semꝑ desiderauit Capitonē ad Cæſ.reuerti,deinde ꝙ Macedoniam non sponte ꝯcesserit Pōpeio,sed eo opp̄ssus,& exponit casum Antistij & eius testm̄;cōmendatq; ipm Capitonē Planco, ut det operā,ut Cæſ.bn̄ficio.C.Capito hereditatem fr̄is sui obtineat.hoc.n.bn̄ficium si impetrauerit,in se collocatū existimatuꝝ dicit.postea uero Cic.excusat ꝙ fecerit in bello ciuili contra Cæſ.uoluntatē,sed id fecisse non ꝓprio motu,sed aliorum consilio hortatu & auctoritate.Capitonis aūt nullum consilium unq̄ fuisse contra Cæſ.signat.Postremo affirmat ipsum Capitonē fore gratissimum & memorē tanti bn̄ficij.{Vel) .i. etiā:ut uel Priamo miseranda manus.{Spem) apparentiam. {Quā)consuetudinē.{Profectus)q processit.{Vt pr.)cū primum.{Per ætatem)firmiorē, hæc.n.apta est ad amicitiaꝝ iudicium.Horat.in arte poet. Conuersus studijs ætas aiusq; uirilis, Quærit opes & amicitias,inseruit honori,Cōmisisse caueat ꝙ mox mutare laboret.{Graue)magnū ꝑ se.sua ca eoꝝ .ſ. ea arte signat studia humanitatis & artes liberales. Nam etsi oium studioꝝ similitudo beneuolentiam conciliat præcipue tn̄ eorum quæ de humanitate,de moribus, de disciplinis tractant.{Repetita) supra cōmemorata.{Qd') ad quem finem. {Principia)exordia.Cic.Attico incipit exponere cām cōmendationis. {Meoꝝ t.) meaꝝ fortunaꝝ quas diuersis tp̄ib⁹ sum passus.{Animus) uoluntas,dispositio.{Paruit) obsecuta est, inseruiuit.{Reuerti) scilicet ad Cæsarem.{Attigit) assumpsit,

HVAER.

{Signaretur)

{Signaretur) imprimeretur qm̃ fignaretur pecunia, uel facie alicuius uel titulis, uel bigis, quadrigis, boue, Iano, naui, & ui ctoria, uñ & numos uictoriatos dicit Plin. appellatos. Iuuen. Concisum argentum in titulos faciesq; minutas. Nam nõ ins telligunt uerbi ꝓprietatem: q exponunt fignaretur pro affis gnaretur. s. à Põpeio suis militib. {Apolloniæ) una ponit Pto lemæus in Thracia, alterã in Migdonia, aliã in Pfidia Galas tiæ, aliam in Macedonia, de qua hic intelligit. {Præfuisse) cu rasse illa pecuniam fignandam. {Plus duob.) s. affuit. {A cas ftris) Põpeij. {In int. Mar.) in interiorẽ partem Macedoniæ. {Post pr.) quo Pompeius uictus est in Thessalia. {Bithyniã) q̃ regio est in Asia. {Incidit) deuenit. {Corcyram) ea quæ ma gna est adiacet Epiro insula in qua, auctore Ptolemæo ciuis tas, eiusdem nois. In se ois hereditas ſm iurifconf. libra dices batur siue as, quia sicut libra in duodecim uncias diuiditur: ita & hereditas. Affis aũt partes sunt ſm Varr. uncia, q̃ ab uno dr̃ deunx quasi uncia dempta ex affe: dextans unciæ decem, dodrans unciæ nouem, beffis unciæ octo, septunx unciæ fes ptem, semiunciæ sex. i. media libra: quæ & falibra dr̃, quincũx unciæ quinqꝫ, triens unciæ quatuor, quadrans unciæ tres, fextans unciæ duæ. i. sexta pars affis. As aũt fiue libra ꝑtinet totum. De his uide Varr. in lingua Lat. & iurisc. dicit ergo eũ instituiffe heredẽ Capitonẽ ex parte dimidia & tertia: hoc est derẽ uncijs, nã dimidia pars femis. i. fex unciæ. Tertia pars lis bra est triens. i. quatuor & sic restant unciæ duæ, quę fextunx dñe, in quo erant heredes ij, quoꝝ fine cuiuſq̃ q̃rela potuerat esse publica. i. ad quos potuerat publice ꝑuenire. {Ad tr. fest.) i. illæ duæ unciæ sunt triginta sestertia. {Hoc u.) utrũ fine uls la q̃rela possit esse pu. {Te m.) adiurat Plancum. {Enitare, cõ. Cę.) dissolutio. {Detulisse ad me) in me ꝯtulisse. {Nihil d. te.) nihil ꝑpono tibi, q̃d agas. {Sumito) suggero, & quasi in me moriam redigo. {In eo) in Inia. {Quã parte) s. Pompeianã. {Steterim) fuerim in magistratu. {Munitus) defensus. {Min⁹ ex uol. Cæf.) i. quod Cælar nollet, nam minus pro non ponis tur. {Quod fuerim) . i. fiquid fecerim in quo fuerim moderas tior: uelim credas me id fecisse maxime. {Auctoritate) . i. fuas fione. {Cuius) Capitonis. {Similes) ita moderatos, neqꝫ uais de incensos contra Cæfarem. {Non nihil) aliquantulum.

Corcyra.
Assis ptes
Vncia.
Deunx.
Dextans.
Dodrans.
Bessis.
Septunx.
Semis.
Salibra.
Quincũx
Triens.
Quadrãs
Sextans.
As.
Libra.
Minus.

ASCEN.

NON dubito & c. Hac epistola docemur quam diffici le fit aliquid ab eo postulare quẽ læferis, in qua pos stulatione fæpe lõga opus est infinuatione, qua utis tur Cic. cum cãm Capitonis in hereditate adeũda, quam fine fauore Cæf. impetrare non poterat Planco, Cæf. familiari res mendat, dicens: Non dubito, quin fcias me esse tibi uel. i. ẽt cõ iunctissimum in ijs necessarijs. i. inter eos necessarios qui res licti sunt tibi a patre, hoc est qui pri necessarij ẽt ꝑpea sunt ti bi necessarij hñdi. Non modo. s. coniunctissimũ esse me tibi ijs de causis. i. pp eas cãs, q̃ hñt fpẽm. i. imaginem magnæ cõ iunctionis, fed ẽt ijs q tenentur familiaritate, & ꝯfuetudine, quam. s. ꝯfuetudinem scis fuisse mihi eum pře tuo iucundiſſi mam & summã. Amor nr̃ in te profect⁹ ab his. i. binõi initijs auxit necessitudinẽ pr̃nam. i. à pře relictam, & eo magis q in tellexi me cœptũ esse obseruari, coli, diligi à te in primis. i. ins ter primos. ut primũ potueris ꝑ ætatem, facere iudiciũ. i. dijus dicare quanti quifq; faciendus esset tibi. i. à te: Non mediocre . i. magnum uinculum, tum. i. pariter studioꝝ. i. ꝯfilioꝝ, quod ipsum est ꝑ fe graue. i. magni ponderis ac momenti, tum eoꝝ studioꝝ. s. humanitatis & eaꝝ. i. eiusmodi artium. s. liberaliũ, q ipse pſe. i. ex ꝑpria nã deuinciũt. i. ligãt eos q eadẽ funt uos lũtate. i. q hñt idẽ ꝑpositum, ẽt familiariter, addebatur ad ue terẽ ꝯiunctionẽ. Ego arbitror te expectare cũ hæc legis, quò . i. ad quẽ finẽ, ſpectẽt hęc principia. i. exordia orõnis repetita tã lõge. Ergo ne diutius hæsites, hẽto. i. ut certũ teneto primũ id, uidelicet hanc cõmemorationẽ. s. necessitudinis nr̃ę esse fa ctã. i. à me non fine magna & iusta cã. q̃d: Ego utor quãfami liariffime C. Atteio Capitone. uarietates . i. mutationes meoꝝ tpum. s. nunc lætoꝝ, nũc tristiũ funt notæ tibi. Et alus & opa, & auctoritas, & gr̃a, res familiaris ẽt C. Capitonis fuit, ꝑstõ. i. parata mihi in oĩ, gñe & honoꝝ & laboꝝ meoꝝ, Et paruit. i. obsecuta est tpib⁹ & fortunæ meæ. i. inferuiuit mihi ꝑ ꝯdõne mea. T. Antistius fuit ꝑpinquus. i. ꝯfanguinitate ꝯiunctus h⁹ . s. talis amici mei, q. s. Antistius cum q̃tor obtineret forte Ma cedoniã, neqꝫ successum esset ei, Põpeius uenit in eã , ꝑuinciã cũ exercitu. Antisti⁹ nihil potuit facere, q̃a potẽtior erat Põp. nam si potuisset nihil fuisset ei antiquius. i. charius q̃ reuerti ad Capitonẽ quẽ diligebat ut parentem. i. pře, ꝑsertim cũ sciret quanti is. s. Capito faceret & fecisset ſp Cæf. Sed oppressus. s. à Pompeio attigit tm̃ negocij. i. administrationis publicę quãs tũ non potuit recufare. i. quantũ coactus est fuscipere. Cum ar gentũ fignaretur. i. cum fieret moneta argentea Apolloniæ, q̃ urbs est in Macedonia: nã sunt eiusdẽ nois aliæ ut i Thraria, Migdonia, Pifidia & c. nõ possum dicere eum ꝑfuisse. s. ei rei, neqꝫ possum negare eũ affuisse, sed sup. non affuit plus duob⁹ aut tribus mẽsibus, deinde absuit à castris, fugit eę negociũ. Velim credas hoc mihi ut testi. s. iurato ille. n. uidebat meam mœstitiã in illo bello, & sup. cõicabat mecum oia. Itaqꝫ ut fu geret negocium, ipse abdidit. i. ꝑripuit fefe in intimã Macedo niam, quo. i. quanto longiſſime potuit a castris. s. Põpeianis, ut non mõ. i. non folũ nõ ꝑesset ulli negocio. s. bellico, fed ẽt ut ne qdem. i. non ẽt interesset. i. pñs esset. Is. s. Antistius ꝯtus lit fe in Bithyniam, post ꝑlium. s. Pharsalicum, ad A. Plãcum hoiem necessarium. s. fibi, aut, fuũ. Cæf. cũ eum uidisset, nihil afpere neqꝫ acerbe dixit, iussit. s. duntaxat uenire Romã. Ille. s. Antistius incidit ꝯtinuo . i. statim post in morbũ, uenit æger Corcyrã urbẽ in Corcyra infula iuxta Epirũ: mortuus est ibi. Capito est heres fup. eius, testõ. i. per testm̃ q̃d fecerat Romæ, Paullo, & Marcello ꝯfulib. ex parte dimidia & tertia fup. affis, hoc est ex dece uncijs. ij quoꝝ pars põt esse fine ulla q̃rela pu blica. i. de iure cõi, funt in fextante. i. sexta parte assis; hoc est duabus uncijs, ea. s. pars est ad triginta festertia de hoc. i. de il la parte uiderit Cæf. s. q̃d statuere uoluerit. O mi Plãce ego ro go te pro necessitudine pr̃na. & ꝑ amore nr̃o, pro ftudijs, pro oi curfu nr̃o totius uitæ fimillimo, & peto à te ita ut nullo. i. nõ ullo, non possim. s. petere fup. ulla cura maiore, & ullo stu dio maiore, ut fuscipias. i. defendendã capias hãc rem, & fup. ut putes meã fup. esse, ut enitare, ꝯtendes, efficias ut C. Capit. obtineat hr̃ditatẽ ꝑpinqui fui. s. Antiftij, cõmendatione mea, studio tuo, fup. & bñficio Cæf. Ego putabo te detulisse ad me ultro oia, q̃ potui impetrare à te in hac fumma gr̃a tua. s. quã hẽs in oculis Cæf. ac potentia. s. tua si impetrauero hãc rem. Ego spero illud fore tibi adiumẽto. s. ad impetrandũ à Cæf. q̃ pőt esse optumus iudex, q̃a pofcit an ueꝝ fit, uidelicet Cæf. q oẽs memoria tenet à q̃bus obseruatꝰ est. Itaqꝫ nihil doceo te, fumito tibi ꝑ Capitone. i. i defensione Capitonis quantũ ipse . i. tute fenties fup. Cęf. meminisse. Ego deferã ad te. i. tibi figni ficabo. tu uidebis. i. iudicabis quantum põderis fit in eo. s. q̃d iudicabo tibi. tu non ignoras quã partem & cãm ego defens derim reip. & ꝑ quos hoies & ordines fteterim. s. in honore et dignitate, & q̃bus fuerim munitus. i. ꝑtectus ac ꝯfifus, ego ue lim credas mihi hoc si q̃d fecerim in hoc ipso bello minus. i. nõ, aut nõ fatis ex uolũtate Cæf. q̃d intellexerim ipm̃ Cæf. sci re me fecisse inuitiſſimũ, id feci ꝯfilio, hortatu, auctoritate alio rũ ut Põp. Lentuli, Catonis & c. Q̃d fuerim moderatior & tẽ perator. s. in oppugnãdo Cæf. quã q̃fq̃. s. alius in ea parte. s. Põpeiana, credas inq̃, me fecisse id maxime auctoritate Capis tonis. Cuius. s. Capitonis, utitur gtõ, q̃a de moribus loqtur, si babuissem reliquos necessarios fifes, ego ꝑfuissem fortasse nõ nihil reip. q̃a pauciores boni ciues ꝑyssent, & profuissem, cer te. i. fine dubio, pl̃m mihi. O mi Plance si tu effeceris hanc rẽ, tu ꝯfirmaueris. i. corroboraueris fpem meã de beneuolentia tua erga me, & adiũxeris fummo bñficio tuo ad necessitudinẽ tuã . i. ad necessarios tuos, ad deuictionẽ amicitiæ q̃si necessarię, ipm Capitonem, uiꝝ gratissimum, officiosissimum, optimũ.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

L. Manlium, hominem doctum & bonum Acilio commendat, ut eum in petitionem fraternæ hereditatis adiuuet.

CICERO ACILIO PROCOS. S. 30

L. MANLIVS est Sosis. is fuit Catinensis: sed est una cum reliquis Neapolitanis ciuis Romanus factus, decurioq; Neapoli: erat enim adscriptus in id municipium ante ciuitatem socijs, & Latinis datã. eius frater Catinæ nuper mortuus est. nullam omnino arbitramur de ea hereditate controuersiam eum habiturũ: & est hodie in bonis:

sed

sed quando habet praeterea negocia vetera in Sicilia sua; & hanc hereditatem fraternam, & omnia eius tibi commendo, in primisque ipsum, virum optimum, mihique familiarissimum, iis studiis literarum, doctrinaque praeditum, quibus ego maxime delector. peto igitur abs te, ut eum, siue aderit, siue non venerit in Siciliam, in meis intimis, maximeque necessariis scias esse; itaque tractes, ut intelligat, meam commendationem sibi magno adiumento fuisse. Vale.

HVBER. MANLIVS) Commendat Cic. Acilio proconsuli in Sicilia, Manlium quendam, ut ei faueat in pfida hereditate fratris, qui Catinę perierat, & ut ostendat dignum cōmendatione, laudat eius probitatem & doctrinam. {Sosis.) nomē urbis, ut puto quæ & Susa dr̄ in Susania parte Asiæ maioris. {Catineusis) ex Catina, q̄ urbs est Siciliæ. {Reliquis Neap.) q̄ ciuitate Romana donati fuerant. {Decurio) nomen est magistratus, de quo alio loco plenius diximus. {Adscriptus) receptus. {In id m.) Neapolitanū. {Est in b.) i possessione bonoꝝ.

Sosis. Susa. Catina. Decurio

ASCEN. L Velus Manlius &c. Cōmendat Acilio proconsuli in Sicilia Manliū quendam ad obtinendam hereditatē frīs Catinæ defuncti dicens: L. Manlius est Sosis. i. in ea urbe Asiæ, q̄ & Susa dr̄, is. l. Manlius fuit Catinensis. s. ciuis, hoc est Catinæ ciuitatis Siciliæ, sed est factus ciuis Rom. unà. i. sił, cum reliqs Neapolitanis, ergo & ipse Neapolitanus. q̄ūo ergo Catinensis, docebit id statim, & factus est decurio Neapoli. i. in ea urbe, q̄ noua urbs dr̄, cum prius Parthenope diceretur. Ipse. n. erat adscriptus. i. scripto receptus in id municipiū. s. Neapolitanū, & ita licet Catinæ natus Neapolitan' dici potuit ante ciuitatem. s. Romanā, datā socijs & Latinis fr̄ eius. s. Manlij, mortuus est nup Catinæ, nos nullā. i. non ullam non arbitramur eum habituꝝ oino ullam ꝯtrouersiam. i. litem de ea hereditate, & est hodie in bonis. i. in bonorū possessione, sed qn̄. i. qm̄ habet præterea. i. præter hereditatē illam uetera negocia in Sicilia sua. s. pr̄ia, ego cōmendo tibi & hanc hereditatem fraternam & oia eius. s. bona, & in primis. i. pręcipue cōmendo tibi ipsum uirum optimum & familiarissimū mihi præditum his studijs literaꝝ, quibus ego delector maxime. Igitur peto abs te, ut scias eum esse in intimis meis & maxime necessarijs, siue aderit. i. præsens erit, siue uenerit in Siciliam, & tractes eū ita ut intelligat meā cōmendationem fuisse sibi magno adiumento. Sunt q legant siue adierit, sup. te siue nō uenerit in Siciliā, sed si non uenerit q̄ūo Acilius eū tractabit?

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Flauium Crassipedis generi amicum olim, Acilio commendat.

CICERO ACILIO PRO COS. S. 31

C. FLAVIO, honesto, & ornato equite Romano, utor valde familiariter: fuit enim generi mei C. Pisonis pernecessarius; meque diligentissime obseruat & ipse, & L. Flauius frater eius. quapropter velim honoris mei causa, quibus rebus honeste, & pro tua dignitate poteris, quam honorificentissime, & quam liberalissime C. Flauium tractes. id mihi sic erit gratum, ut gratius esse nihil possit. sed praeterea tibi affirmo, neque id ambitione adductus facio, sed tum familiaritate, & necessitudine, tum etiam veritate; te ex C. Flauij officio, & obseruantia, & praeterea splendore, atque inter suos gratia magnam voluptatem esse capturum. Vale.

HVBER. CAIO Flauio) Commendat Cic. Flauium equitem Romanum qui fuerat ualde necessarius Caij Pisonis olim generis sui, ostendit autem eum fore magnæ uoluptati ipsi Acilio.

PHIL. CAio Flauio) Siciliam tunc proconsul Acilius ministrabat, Cum Cic. has ad eum lr̄as dedit quibus C. Flauium equitem Rom. ualde necessarium C. Pisonis diligentissime cōmendauit. In primis hoiem laudat in quem bn̄ficium ꝯferendum est, ut eo dignus esse uideatur. Inde qđ' uult postulat, demum remunerationē ondit. {C. Pisonis) duos habuit, ut an̄ diximus, gn̄os. {Pernecessarius) ualde familiaris. {Obseruat) ueneratur amat. {Cū) ut si dicas respectu ab eo deducitur cū, qđ' in futuro facit, qđ' est cōburo, hēt. n. uim quandā ardoris cū. {Ambitione) cupiditate honoris & laudis uitiosa & differt ab ambitu. Nā ambitio in uolūtate est, ambitus in actu. Qui. n. pro aliqua dignitate adipiscēda largitur, peccat ambitu, quem iuniores, simoniam, appellare consueuerunt.

Pernecessarius. Obseruo. Ambitio. Ambitus. Simonia.

ASCEN. CAio &c. Eidem proconsuli in Sicilia cōmendat C. Flauium equitem Rom. necessarium Cn. Pisonis, dicens. Ego utor ualde familiariter C. Flauio equite R. honesto & ornato. i. decorato. s. moribus & uirtute. Fuit. n. pernecessarius. i. ualde necessarius C. Pisonis. s. Crassipedis gn̄i mei. i. mariti filiæ meæ Tulliæ, & obseruat. i. cauet offendere me diligenter. & . i. sił ipse, & L. Flauius fr̄ eius. Quapp uelim, cā honoris mei, sup. ut tractes C. Flauium quā honorificentissime, & quā liberalissime, q̄bus. i. q̄buscunq; rebus poteris sup. eum sic tractare honeste & p dignitate tua. i. s̄m dignitatem tuam, id erit mihi sic gratū, ut nihil possit esse gratius. Sed p̄sterea. i. pter q̄ hoc erit mihi gratissimū, affirmo tibi, neq; facio id adductus ambitione. i. nimia cupiditate impetrādi quę uellē, qua ducūtur ambitiosi, sed sup. adduct' tū familiaritate & necessitudine, tū ēt ꝟitate, te esse captuꝝ magnā uoluptatē ex offō C. Flauij, qđ'. s. tibi repouet, & obseruātia. s. ei' in te, & pterea ex splēdore, atq; gr̄a inter suos. i. quam hēt inter suos.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Hospites Alesinos suos proconsuli Siciliae diligenter commendat.

CICERO ACILIO PRO COS. S. 32

IN Alesina ciuitate tam lauta, quàm nobili coniunctissimos habeo & hospitio, & familiaritate M. & C. Clodios, Archagathum, & Philonem. sed vereor, ne, quia complures tibi praecipue commendo, exaequare videar ambitione quadam commendationes meas. quanquam à te quidem cumulate satisfit & mihi, & meis omnibus. sed velim sic existimes, hanc familiam, & hos mihi maxime esse coniunctos vetustate, officiis, beneuolentia. quamobrem peto à te maiorem in modum, ut his, omnibus in rebus, quantum tua dignitas, fidesque patietur, commodes. id si feceris; erit mihi vehementissime gratum. Vale.

HVBER. IN Alesina) Hac ep̄la cōmendat quosdam hospites & familiares suos ex Alesina urbe petitq; ut non minus putet cōmendatos: eo qđ' plurimos cōmendet, sibi. n. gratissimum fore quidquid Acilius i illam familiā ꝯtulerit. {Alesina) possessiuū est ab Alesa q̄ ē Siciliæ ciuitas: auctore Ptol. & Str. {Exæquare) æquales facere. {Ambitione) ut uidear multi.

ASCEN. IN Alesina. Cōmendat hospites suos Alesinos quos hoc loco noiat, dicens. Ego hēo in ciuitate Alesina. i. Alesę oppidi in Sicilia, tam lauta. i. splendida & culta, q̄ nobili cōiunctissimos sup. mihi & hospitio & familiaritate Marcū & Clodium Archagathum & Philonem, Sed uereor ne, quia cōmendo tibi p̄cipue cōplures, uidear exæquare. i. æquales facere cōmendationes meas quadā ambitione. i. cupiditate gl̄iæ. gl̄iosum. n. ur̄ multos hr̄e æqualr̄ cōmendandos, q̄q̄ satisfit quidē. i. certe à te & mihi & meis oīb. Sed uelim sup. ut existimes sic hāc familiā. s. Archagathanā, & hos. s. supra noiatos. esse maxime ꝯiūctos mihi uetustate, officijs, sup. & bn̄uolētia. Quāobrē peto à te i modū maiorē. i. nō uulgarē, ut cōmodes. i. cōmodū facias. his. s. sup̄dictis, i oib' reb' q̄tū dignitas tua & fides patiet. Si tu feceris, id erit mihi gratū uehemētissime.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

AMicum Nasonem, quem plerique autumant patruum Ouidij poetae, commendat.

CICERO

CICERO ACILIO PROCOS. S. 33

C. Otacilio Nasone utor familiarissime, ita prorsus, ut illius ordinis nullo familiarius: nam & humanitate eius, & probitate in consuetudine quotidiana magnopere delector. nihil iam opus est expectare te, quibus eum verbis tibi commendem, quo sic utar, ut scripsi. habet is in provincia tua negocia: quæ procurant liberti Hilarius, Antigonus, Demostratus: quos tibi, negociaq́ omnia Nasonis non secus commendo, ac si mea essent. gratissimum mihi feceris, si intellexero, hanc commendationem magnum apud te pondus habuisse. Vale.

HUBER. CN. Otacilio) Clara est, hæc epl'a cōmendationе Otacilij Nasonis, quem Cic. sibi & familiaritate & consuetudine maxima coniunctū esse dicit. {Ordinis) equestris.

PHIL. *Prorsus.* *Hilaris.* C. Otacilio) Alia est epl'a ad eundem cōmendaticia: in qua eandem seruat cōmendationis formam. Fuit is Otacilius Naso. Cic. ualde familiaris. {Prorsus) ualde, oino, porrò uersus appellatū. {Ordinis) senatorij, aut equestris. In ꝓuincia. Siciliā dicit. {Hilari⁹) nō appoñas aspirationis notā græcū λαρὸς & lætū signat, sem inde nomē uiri proprium Hilarius. {Antigonus) ab ἀντὶ ꝯtra γόνος factū. {Demonstratus) à δῆμος dem & στρατὸς quasi i exercitu fortunat⁹. {Pōdus) existimationē, metaphoricos dictū ab auro ponderato.

ASCEN. CNeo &c. Cōmendat Otaciliū & negocia eius ꝑ tres libertos eius quos noiat curanda, paucis qdē sed electis uerbis dicens. Ego utor familiarissime Cn. Otacilio Nasone, ita prorsus. i. oino & in cōem partē uersus, ut nullo illius ordinis sup. utar familiarius, nā ego delector magnoꝑe & humanitate ei⁹ & ꝓbitate, in ꝯsuetudine. i. ꝯuersatione quotidiana: Nihil opus est iam expectare te qbus ꝟbis cōmendē tibi eū, quo utor sic ut scripsi. q. d. scis ꝙ exqsitis cōmendatū uelim. Is hēt in prouincia .s. tua Siciliensi negocia, q̄ procurant liberti .s. eius Hilarius, Antigonus, Demostratus, quos & negocia oia Nasonis ego cōmendo tibi non secus. i. nō aliter ac. i. q̄ si essent mea. Tu feceris mihi gratissimū, si intellexero hanc cōmendationem habuisse magnum pondus apud te.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Lysonem hospitij gratia commendat.

CICERO ACILIO PROCOS. S. 34

Avitum mihi hospitium est cum Lysone Lysonis filio Lilybætano; valdeq́ ab eo observor; cognoviq́ dignum & patre, et avo: est enim nobilissima familia. quapropter commendo tibi maiorem in modum rem, domumq́ eius; magnoq́ opere abs te peto, cures, ut is intelligat, meam commendationem maximo sibi apud te & adiumento, & ornamento fuisse. Vale.

HUBER. *Auitum.* AVITVM) Dicit Cic. Lysonem Lysonis filium sibi Acilio commendandum iure uetustissimi hospitij & magnæ erga se beneuolētiæ & obseruantiæ. {Auitum) usq; ab auo inceptum: est. n. ab auo deriuatiuum nomen.

ASCEN. AVitum &c. Non minus accurate cōmendat Lysonem Lysonis Lilybætani filiū ac domū & negocia eius dicens. Hospitiū auitū. i. ab auo inceptū ius hospitalitatis, est mihi cum Lysone Lysonis filio Lilybætano, & ego obseruor. i. ueneror ab eo ualde. & cognoui sup. eū dignum & pr̄e & auo. Familia. n. sup. eorum est nobilissima .s. in Sicilia. Quaobrē ego cōmēdo tibi in maiorē modū rē & domū ei⁹ & peto à te magnoꝑe sup. ut cures. ut is .s. Lyso itelligāt cōmēdatione mea fuisse sibi apud te maximo & adiumēto et ornamēto.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Avianum Philoxenum hospitem suum, & in Novocomenses relatum à Cæsare, commendat.

CICERO ACILIO PROCOS. S. 35

C. Avianus Philoxenus antiquus est hospes meus, &, præter hospitium, valde etiam familiaris: quem Cæsar meo beneficio in Novocomenses retulit. nomen aût Aviani consecutus est, quòd homine nullo plus est usus, quàm Flacco Aviano, meo, quemadmodum te scire arbitror, familiarissimo. quæ ego omnia collegi, ut intelligeres, nō vulgarem esse commendationem hanc meam. peto igitur abs te, ut omnibus rebus, quod sine molestia tua facere possis, ei commodes; habeasq́ in numero tuorum, perficiasq́, ut intelligat, has literas meas magno sibi usui fuisse. erit id mihi maiorem in modum gratum. Vale.

HER. *Philoxenus.* *Comum* *Novum Comum* *Larius.* CAius Auia.) Auiani quoq; siculū iure hospitij & familiaritatis cōmendat, quem dicit à Cæsare in Nouocomenses esse relatū. Deinde exponit cām quare Aui. sit noiatus. {Philoxenus) pōt esse cognomen græcū aut signat hospitalē: siue amatorē hospitij. {Meo bñficio) meo fauore. {Retulit) transtulit, proposuit. {In Nouoc.) i. in numero eoꝝ quos ciues Nouocomenses fecit. Comū. n. ciuitas in radicibus montium, q Rhetos sunt olim, ut scr. Str. lib. 5. mediocris colonia fuit, sed Pompeius Str. magni Pōp. pr̄ colonos in eā restituit, quā incōbentes Rheti uastauerant. Inde C. Scipio tria hoium millia insuꝑ adiecit pꝰstmodū diuus Cæs. quinq; inglinoꝝ millia ad inhabitandū deduxit, è qbus qngenti illustrissimi fuere Græci, hos ēt ciuitate donatos in habitatoꝝ numero descripsit. nō tñ ibi domicilium habuere, sed oppido nomen relinquentes & nouum Comū appellantes Nouocomenses oppidanos uocauere. huic loco finitimus Larius est, lacus, quē Addua fluui⁹ auget inde flumē Padū ingrediens. Hæc Str. {Secutus) adeptus.

ASCEN. CAius &c. Cōmendat C. Auianū Siculum iure hospitij, qđ plurimum apud priscos ualuit, ꝑsertim longa serie deductū, dicens. C. Auianus Philoxenus est antiquus hospes me⁹, & ualde familiaris, ēt præter hospitium, quē Cæs. retulit. i. recensuit & annumerauit, in Nouocomēses. i. inter ciues Nouiscomi urbis in radice montiū iuxta Rhetos, bñficio meo. i. intercessione mea. Aût. i. sed ipse est ꝯsecutus nomen Auiani, ꝙ nullo hoie usus est plus q̄ Flacco Auiano meo familiarissimo, quēadmodum arbitror te scire. Quæ oia .s. uincula amicitiæ, ego collegi. i. in sitcitaui & adduxi, ut intelligeres hanc cōmendationem meā esse non uulgarem. i. egregiā. Peto igitur abs te ut cōmodes. i. cōmodum facias ei .s. Auiano oibus rebus, quod. i. quoad possis facere sine molestia, & hēas sup. eū in numero tuorum, & perficias ut intelligat has literas meas fuisse sibi magno usui .i. magnæ utilitati. Id erit mihi gratū in modum maiorem, id est ad mensuram non uulgarem.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Demetrium Megam Acilio commendat, & ut eum in numero civium Romanorum habeat, petit.

CICERO ACILIO PROCOS. S. 36

Cum Demetrio Mega mihi vetustum hospitium est, familiaritas autem tanta, quanta cum Siculo nullo. ei Dolabella rogatu meo civitatem à Cæsare impetravit. qua in re ego interfui, itaque nunc P. Cornelius vocatur. cumq́ propter quosdam sordidos

didos homines, qui Cæsaris beneficia vendebant, tabulam, in qua nomina ciuitate donatorum incisa essent, reuelli iussisset, eidem Dolabellæ, me audiente, Cæsar dixit, nihil esse, quod de Mega vereretur: beneficium suũ in eo manere. hoc te scire volui, vt eum in ciuium Romanorum numero haberes. ceteris'q; in rebus tibi eum ita commendo, vt maiore studio neminem commendarim. gratissimum mihi feceris, si eum ita tractaris, vt intelligat, meam commendationem magno sibi ornamento fuisse. Vale.

HVBER. CVM Demetrio) Hunc Demetrium Siculum hoiem Cæs. beneficio Dolabellæ à Cic. rogati ciuem Rom. fecerat, cumq; Cæs. indignatus, quod nonnulli sordidi hoies ciues facti bñficio suo abuterentur reuulsisset tabulas, in quibus erant scripta noia eoꝝ, qui facti erant ciues, dicit. C. Cæs. uoluisse oino Demetriũ remanere in numero ciuium. Itaque tanquã ciuium R. cõmẽdat eum Acilio. {Quanta) .s. est. {Ciuitatem) ut fieret ciuis Rom. {Nunc) postquam est donatus ciuitate. {P. Cornelius) qa id ꝑpriũ est nomen maxime ciuiũ R. neq; Publij alij uocantur quã Romani ijdemq; libri. Persius: Libertate opus est nõ hac quam quisq; Velina Publius emeruit, &c. {Reuelli) refigi: affigebantur enim in foro, ut ab oibus possent legi. {Manere) se enim nolle mutare factum.

Reuelli.

ASCEN. CVm etc. Cõmendat Demetrium Siculum, sed ciuem R. effectum, dicens. Hospitiũ .i. ius hospitalitatis, uetustũ .i. antiquum, est mihi cũ Demetrio Mega, aũt .i. sed, tanta familiaritas sup. est mihi cum eo, quanta cũ nullo Siculo .s. alio. nam & ipse Siculus est. Dolabella q gener Cic. fuit impetrauit à Cæs. ei ciuitatẽ .s. Rom. rogatu meo .i. pp ꝓces meas. In qua re .i. in donatione ciuitatis eius ego interfui. Itaq; ipse uocatur nũc .s. ciuis effectus P. Cornelius. Cumq; .i. & cũ, hoc est qñ, Cæsar sup. iussisset tabulã in qua noia donatoꝝ .i. eoꝝ q donati fuerunt ciuitate, incisa essent reuelli .i. à loco eminenti in quo fixa erat, euelli pp quosdam hoies sordidos .i. turpiter auaros, q uẽndebant beneficia Cæs. .i. ius ciuitatis gratis à Cæsare donatũ, Cæs. dixit eidẽ Dolabellæ me audiẽte nihil .i. nullã cãm esse qđ uereretur de Mega .s. Demetrio, bñficium .s. donatæ ciuitatis manere .i. irreuocatũ esse in eo. Ego uolui te scire hoc ut hres .i. reputares eũ ĩ numero ciuiũ Rom. & cõmẽdo tibi eũ i ceteris reb. ita, ut neminẽ cõmendarim, maiore studio .i. affectu & conatu. Tu feceris mihi gratissimũ, si tractaris ꝓ tractaueris eũ ita, ut itelligat meã cõmendationẽ fuisse sibi magno ornamẽto .i. ad hoc, & ornet honore & existimatiõe.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Hippiæ causam vt defendat, Acilium rogat.

CICERO ACILIO PROCOS. S. 37

HIPPIAM, Philoxeni filium, Calatinũ, hospitem, & necessarium meum, tibi cõmendo maiorem in modum. eius bona, quemadmodũ ad me delata res est, publice possidentur alieno nomine cõtra leges Calatinorum. id si ita est, etiã sine mea commendatione ab æquitate tua res ipsa impetrare debet, vt ei subuenias. quoquo modo autem se res habet, peto à te, vt honoris mei causa eum expedias; tãtumq; ei cõmodes & in hac re, & in ceteris, quantũ tua fides, dignitas'q; patietur. id mihi vehementer gratum erit. Vale.

HVBER. HIPPIAM) Commendat Hippiam quendam: cuius bona usurpabantur, rogatq; Acilium, ut pro æquitate & pro eius amore eum tueatur.

ASCEN. HIppiam &c. Cõmendat Hippiam amicum, cuius bona usurpabantur inique, dicens, Ego cõmendo tibi in maiorem modum Hippiam Calatinum filium Philoxeni .s. Auiani, hospitem & necessarium meum. Bona eius possidentur .s. ab iniustis occupatoribus, pub. .i. manifeste quia nomine alieno contra leges Calatinoꝝ, quemadmodum res est delata ad me .i. ut accepi. Si .i. ita, res ipsa debet impetrare ab æquitate tua, ut subuenias ei, ẽt sine cõmendatione. Aũt .i. quoquo .i. quocunq; modo res hẽt se, peto à te cã honoris mei expedias .i. lite liberes, eũ .s. Hippiã & cõmodes .i. cõmodũ facias ei in hac re & in ceteris, tantum quantum fides tua & dignitas patietur. Id erit mihi gratum uehemẽter.

PAVLVS MANVT. PVblice possidentur) Legem apud Calatinos fuisse crediderim, quę caueret, ne quidquam publice, nisi publico nomine, possideretur. Hippiæ autem bona alieno nomine, ut puta cuiuspiam absentis, uel pupilli, publice possidebantur.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Brutii res Acilio comendat.

CICERO ACILIO PROCOS. S. 38

L. BRVTTIVS, eques Romanus, adolescens omnibus rebus ornatus, in meis familiarissimis est, meq; obseruat diligentissime. cuius cũ patre magna mihi fuit amicitia iam inde à quæstura mea Siciliensi. omnino nũc ipse Bruttius Romæ mecum est: sed tamen domũ eius, & rem familiarem, & procuratores tibi sic commendo, vt maiore studio cõmendare non possim. gratissimum mihi feceris, si curaris, vt intelligat Bruttius, id quod ei recepi, hanc meam commendationem sibi magno adiumento fuisse. Vale.

HVBER. LVCIVS Brutt.) Ex lectione textus facillime cognoscuntur argumenta in plerisq; epistolis cõmendaticijs. Itaque omissis ijs, quæ necessaria interpretatione non indigent ea dũtaxat, quæ obscuriora sunt declarabimus. Cõmendat igitur quendam Brutt. adductis secundum morem suum causis cõmendaticijs. {Iam inde) .i. usq;. {Siciliensis) quam gessi in Sicilia. {Domum eius) quam habet in Sicilia.

PHIL. L. Bruttius) quæ summopere delectant. Idẽ in multis facit epl'is nunc hos, nunc illos cõmendando, & semper uarijs uocabulis, uaria dicendi copia in eadem materia uti uidemꝰ. Cõmendat hic L. Brutt. equitem Rom. {Iam inde) .i. usq;. {A q̃stura) in Sicilia q̃stor fuit. Est .n. Sicilia à Siculo Sicanoꝝ duce appellata. Pars olim fuit. Italiæ: nunc insula. Vnde Virg. Hæc loca ui quondam uasta conuulsa ruina. Tm̃ æui longinqua, ualet mutare uetustas. Dissiluisse ferũt cũ ꝓtinus utraq; tellus Vna foret. Vnde Siciliẽsis & Siculus. {Domũ) i Sicilia.

Iam ĩde. Sicilia. Siciliẽsis.

ASCEN. LVcius &c. Cõmendat L. Brutt. equitem diligentissime dicens. L. Brutt. eques Rom. adolescẽs ornatus oibus rebus est in familiarissimis meis .i. inter familiarissimos meos, & obseruat .i. cauet offendere, & ita ueneratur me diligentissime. Cũ cuius p̃re fuit mihi magna amicitia, iã inde à q̃stura mea Siciliensi .i. statim ab eo tp̃e quo q̃stor in Sicilia fui. Ipse Br. est nunc oino Romæ mecũ, sed tñ ego cõmendo tibi domum eius rẽ familiarem, & ꝓcuratores sicut nõ possim cõmendare maiori studio. Tu feceris mihi gratissimũ, si curaris pro eo qđ est curaueris, ut Brutt. intelligat, id qđ recepi .i. ꝓmisi ei, hanc commendationem meam fuisse sibi magno adiumẽto.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Titurnium familiaritatis ergo diligenter commendat.

CICERO ACILIO PROCOS. S. 39

CVM familia Titurnia necessitudo mihi intercedit vetus: ex qua reliquus est M. Titurnius Rufus; qui mihi omni diligentia, atque officio est tuendus. est igitur in tua potestate, vt ille in me satis sibi præsidij putet esse. quapropter eum tibi cõmendo maiorem in modum: & abs te peto, efficias, vt is commendationem hanc intelligat sibi magno adiumento fuisse. erit id mihi vehementer gratũ. Vale.

HVBER. CVM familia) Argumentum commendationis per se patet. {Reliquus est) relictis ceteris mortuis. {Præsidij) tutelæ, adiumenti.

ASCEN. CVm familia &c. Commendat M. Titurnium dicens. Vetus necessitudo .i. necessaria quodã modo

modo amicitiæ coniunctio Intercedit.i.cõis est mihi cum fas milia Titurnia, ex qua M. Titurnius Rufus est reliquus.i.sos lus superstes, qui est tuendus.i.protegendus mihi omni dili gentia atq; officio.Igitur est in potestate tua,ut ille.f.M. Tit. putet satis præsidij.i.tutelæ & protectionis honestæ esse sibi in me. Quapp ego cõmendo tibi eum in modum.i.formam aut mensurã maiorem.i.non uulgarem aut ingentẽ, & peto abs te,sed ante q,& t,uenuste dr abs,ut efficias,ut is intelligat hanc cõmendationem.f.meã fuisse sibi magno adiumẽto. Id erit mihi gratũ uehementer. Nihil est qd' expositionis egeat.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Aurelios filios Lucij necessitudinis gratia valde commendat.

M. CICERO * Q. ANCHARIO Q. F. PROCOS. S. D. 40

* alias Q. Archario.

L. ET C. Aurelios L. F. quibus & ipsis, & patre eorum, viro optimo, familiarissime vtor, cõmendo tibi maiorem in modum, adolescentes omnibus optimis artibus ornatos, meos pernecessarios, tua amicitia dignissimos. si vlla mea apud te cõmendatio valuit, quod scio multas plurimum valuisse; hæc vt valeat, rogo. quod si eos honorifice, liberaliterq; tractaris; & tibi gratissimos, optimosq; adolescentes adiunxeris; & mihi gratissimum feceris. Vale.

HVBER. LVCIVM & Caium)Aurelios ex familia Aus reliorum.{Quod scio)quia scio.

ASCEN. LVcium & Caium Aurelios cõmendat dicẽs. Ego cõmendo tibi in maiorem modum Lu cium & Caiũ Aurelios, filios Lucij, quibus & ipsis & patre,eoꝝ uiro optimo utor familiarissime, cõmendo inq eos adolescẽtes ornatos oibus optimis artibus. Vbi ois cum superlatiuo iungitur,sed uł illud complexum optimę ar tes quasi pro uno uocabulo poni,sicut artes liberales, pernes cessarios meos dignissimos tua amicitia. Si ulla cõmendatio mea ualuit,apud te,quod scio, utpote multas.f.cõmendatios nes meas ualuisse plurimum.f.apud te,rogo ut hæc ualeat.f. apud te plurimum.Quod si tractaris pro tractaueris eos hos norifice,& liberaliter, tum &.i.simul coniunxeris tibi adoles scentes gratissimos & optimos & feceris mihi gratissimum.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

CVlleolo gratias agit, quod L. Lucceij causam diligenter susceperit, & vt id porro agat, orat.

M. CICERO C. CVLLEOLO S. D. 41

QVAE fecisti L. Lucceij causa, scire te plane volo, te homini gratissimo cõmodasse. & cum ipsi, quæ fecisti, pergrata sunt: tũ Pompeium, quotiescunque me videt, videt aũt sæpissime, gratias tibi agit singulares. addo etiam illud, quod tibi iucundissimum esse certo scio, me ipsum ex tua erga Lucceium benignitate, maxima voluptate affici. quod superest, quanquam mihi non est dubium, quin cum antea nostra causa, nunc iam etiam tua constantia gratia mansurus sis in eadem ista liberalitate: tamen abs te vehementer etiã atque etiam peto, vt ea, quæ initio ostendisti, deinceps fecisti, etiam ad exitum augeri, & cumulari per te velis. id & Lucceio, & Pompeio valde gratum fore, teq; apud eos præclare positurum, confirmo, & spondeo. De rep. deq; his negocijs, cogitationibusq; nostris perscripseram ad te diligenter paucis ante diebus; eisq; literas dederam pueris tuis. Vale.

HVBER. QVAE fecisti) tractauerat Culleolus liberalissi me L.Lucceio uiꝝ doctissimum:ad quem Cic. scripsit lib.6.illam epłam corã me tecum &c. Itaq; oñdit Cic.hoc beneficiũ Caleo in Lucce ium collatum gratũ fuisse non solũ ipsi Lucce io,sed etiam Pomp.& sibi.Itaq; hortatur ipsum, ut perseues ret eadem liberalitate benefaciendi Lucceio.id.n.& Põp.gra tum fore & beneficium collatum iri bene in uiro grato.{Ips si)Lucceio.{Tuę con.gratia)ut uidearis esse uir ꝑstãs.{Dein ceps)postea.{Cumulari)abunde impleri.{Pueris)seruis.

ASCEN. QVæ fecisti &c.Gratã sibi dicit q; C.Culleolus,Lucceiũ ad quẽ lib.5.scripsit epłam Corãm me tecũ &c.liberali ter tractauerat dicẽs.Ego uolo te scire, planẽ cõmodas se.i.ad cõmodum impendisse,homini gratissimo sup.ea quę fecisti causa Lucij Lucceij.& tũ.i.pariter ea quæ fecisti sunt ꝑ grata ipsi,tum Pompeius.i.magnus,quotiescũque uidet me, (uidet aũt sæpissime)agit tibi gratias,singulares. Addo ẽt ils lud,quod scio certo gratissimũ esse tibi me ipm affici maxima uoluptate,ex benignitate tua.i.pp benignitatem tuam erga Lucceiũ. Quod superest.i.quod reliquũ est, ğq̃ ñ est dubiũ mihi,gn antea,causa nr̃a,nunc iam.i.deinceps ẽt gr̃a cõstan tiæ tuæ sis mansurus in eadem ista liberalitate, tñ peto abs te uehemẽter etiam ut uelis augeri.i.perduci ad exitũ & cumus lari.i.multiplicari per te.ea quæ ostendisti initio.f.te factuꝝ, deinde q̃ fecisti. Ego cõfirmo & spondeo id &.i.fissore uals de gratum Lucceio & Pompeio,& te posituꝝ.i.locatuꝝ apud eos præclare,q̃a apud gratissimos.Ego perscripseram ad te di ligenter paucis diebus ante.f.ğ has scriberem de rep.& de ijs negocijs, & cogitationibus nostris, & dederam eas literas pueris.i.seruis tuis, unde non est opus nunc scribere.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Petit à Culleolo, ut adiuuet Lucceium, ut Bylliones illi satisfaciant.

M. CIC. L. CVLLEOLO PROCOS. S. 42

L. LVCCEIVS, meus familiarissimus, homo omnium gratissimus, mirificas tibi apud me gratias egit, cum diceret, omnia te cumulatissime, & liberalissime procurationibus suis pollicitum esse. cum oratio tua tam ei grata fuerit; quàm gratam rem ipsam existimas fore, cum, vt spero, quæ pollicitus es, feceris? omnino ostenderunt Bylliones, sese Lucceio Pompeij arbitratu satisfacturos: sed vehementer opus est nobis, & voluntatẽ, & auctoritatem, & imperium tuum accedere. quod vt facias, te etiam atque etiam rogo. illudq; mihi gratissimum est, quod ita sciunt Lucceij procuratores, & ita Lucceius ipse ex literis tuis, quas ad eum misisti, intellexit; hominis nullius apud te auctoritatem, aut gratiam valere plus, quàm meã. id vt re experiatur, iterum, & sæpius te rogo. Vale.

HVBER. LVCIVS Lucceius)cum L.Lucceius ab eo ad quẽ scribit hẽret in prouincia Lucæ. quandam causam pecuniariã aduersus Belliones quosdã nominatos licet Belliones. dixisset se satisfas cturos Lucc.arbitratu & iudicio Pomp.tũ ros gat Cic.hunc ad quẽ scribit, ut interponat auctoritatẽ suã: id faciat qd' se facturos ꝑmiserãt ꝓcuratoribus eius, quos mise rat pp eã cãm. In quibusdã codicib.inuenio inscriptionẽ epłę h' ẽ Culleolo,qđ magis ꝓbo.{Quàm g.e.)q.d.multo gratio rẽ,est cũ iterrogatione legẽdũ.{Arbitratu)iudicio,uolũtate.

ASCEN. LVcius &c.Lucceiũ cõmendat,dicẽs. L.Lucceius famis liarissimus meus,& sup.hõ gratissimus oium egit tibi apud me.i.me audiẽte,gr̃as mirificas, cũ diceret te pol licitũ esse cumulatissime,& liberalissime,ꝓcuratorib. suis oia .f.q̃ petebant. Cũ oratio.i.pollicitatio tua,fuerit tã grata ei q̃ .i.quantũ gratã existimas rẽ ipsam fore,cũ feceris oino,ut spe ro.i.te factuꝝ,ea q̃ pollicitus es:q.d.certũ esse φ gratissimũ, Bylliones.f.debitores sic uocati ostenderũt sese satisfacturos Lucceio,arbitratu Põpeij.Sed opus sup. est nobis uehemẽter & uolũtatẽ & auctoritatẽ,& impium tuũ accedere.i.addi.Ve ro sise est nõ esse L.Lucceiũ ad quẽ scribat,cum ẽt si alter eius

nominis fuisset non tacuisset Cicero de nöis saltem cöiçatios ne,quocirca malui ad eũ quem superior scripta est, datam dis cere. Quod ut facias.i.auctoritatem & imperium tuũ addas, rogo te etiam atque etiam. Et illud erit gratissimum mihi, quod procuratores Lucceij sciunt, & ipse Lucceius intellexit ita, ex literis quas misisti ad eum, auctoritatem, aut gratiã nullius hominis ualere plus apud te q̃ meam. Ego rogo te iterum & sæpius ut.f.Lucceius ex piatur.i.experiměto cognoscat id.

PAVLVS MANVT. Bylliones) impressi libri. Belliones, habebant; manuscri pti,Bulliones. itaque nihil dubitandũ putauimus, quin esset uera lectio. Bylliones.u enim literã pro y scribebãt antiquis & ita in uetustis libris plæpe legitur, ut Sulla pro Sylla, murrha pro myrrha,& alia hmõi. Bylliones populi sunt supra Epidanum,quorum meminit Strabo lib.VII.dicti à Byllide,quæ est ciuitas in Illyrico, de qua Stephanus de urbib'.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Lucium Oppium Egnatij procuratorem, & suo & Egnatij nomine dili genter commendat.

M. CICERO Q. GALLIO S. D. 43

Etsi plurimis rebus spero fore, ut perspi ciam, quod tamen iampridem perspicio, me à te amari: tamen nunc ea causa ti bi datur, in qua facile declarare possis tuam erga me beneuolentiam. L.Oppius M. F. Philomeli negociatur, homo mihi familiaris. eum tibi unice commendo,eoq́ magis,quod enim ipsum diligo, tum quod negocia procurat L. Egnatij Rufi; quo ego uno equite Romano familiarissime utor,& qui cum consuetudine quotidiana,tum officiys pluri mis, maximusq́ mihi coniunctus est. Oppium igitur præsentem ut diligas; Egnatij absentis rẽ ut tueare; æque à te peto, at si mea negocia essent. Velim memoriæ tua causa des literarũ aliquid,quæ tibi in prouintia reddãtur; sed ita conscribas,ut tũ,cum eas leges,facile recordari possis huius mea cõmendatio nis diligẽtiam. hoc te uehementer ẽt atque etiam rogo. Vale.

HVBER. ETSI) cõmendat Gallo proconsuli Ciliciæ L.Oppium mercatorem negociorum L.Egnatij,rogatq; ut & ipsũ pñtem cõmendatũ habeat, & Egnatij negocia tueatur.sibi.n. gratissimũ futurum.{Des} scribas.{Aliqd l.} quibus ostendas id esse factum.

ASCEN. Etsi &c.Cõmendat Gallio proconsuli Ciliciæ L. Oppium cu ratorem negociorum. L. Egnatij, rogatq;, ut & ipsum Oppium præsentem commendatum habeat, & Egnatij absentis negocium tueatur dicens. Etsi spero pluribus rebus fore.i.fu turum,ut perspiciam iampridem me amari à te,tamen ea cau sa datur nunc tibi,in qua possis declarare facile beneuolentiã tuam erga me. L.Oppius filius Marci negociatur.i.mercatu ram agit Philomeli, in urbe illa Phrygiæ maioris in planitie cuiusdam iugi sita,in cuius altera parte est Anthiochia,ut do cet Strab.lib.xl.homo familiaris mihi. Ego commendo tibi unice.i.singulariter,et magis quod eum.f.ita fit quod diligo ipsum, tum,quod procurat negocia Lucij Egnatij Rufi, quo equite Ro mano ego utor.I.uno solo familiarissime, qui coniunctus est mihi tum consuetudine quotidiana, tum maximis & pluri mus officijs. Igitur ego peto æque.i.æqualiter à te ac si essent negocia mea,ut diligas Oppium præsentem.f.tibi in prouin cia, tueare.i.protegas rem.i.diuitias et negocia Egnatij absen tis. Ego uelim supple,ut des,scilicet mihi & Egnatio,aliquid literarum causa memoriæ tuæ, scilicet per eas conseruandæ, quæ scilicet literæ reddantur tibi in prouincia. hæc igitur ad eum scripserat Cicer. cum iam profecturos esset sed supple ut conscribas, scilicet literas ita ut possis recordari facile dili gentiam huius commendationis meæ tum, id est tunc cum leges eas,scilicet in prouincia.Ego rogo te uehementer etiam atque etiam hoc,scilicet ut id facias.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Eiusdem est argumenti cum superiori.

M. CICERO Q. GALLIO S. D. 44

Etsi ex tuis, & L. Oppij, fami liarissimi mei, literis cognoui, te memorem commendationis mea fuisse; idq́ pro tua summa erga me beneuolentia, proq́ nostra ne cessitudine minime sum admira tus: tamen etiam atque etiam ti bi L. Oppium præsentem, & L. Egnatij, mei familiarissimi, ab sentis negocia cõmendo. tanta mihi tum eo necessitudo est, fa miliaritasq́; ut, si mea res esset, non magis laborarem. qua propter mihi gratissimũ feceris, si curaris, ut is intelligat, me à te tantum amari, quantum ipse existimo. hoc mihi gratius facere nihil potes. idq́ ut facias, uehementer te rogo. Vale.

HVBER. ETSI ex tuis) Eodem argumento, quo in præcedenti epistola commendauit Gallo eundem Oppium, quem superius commen dauit,& negocia Egnatij.

ASCEN. Etsi &c. cõmendat rursus eundem eis dem dicẽs.Etsi cognoui ex literis tuis & literis Lucij Oppij familiarissimi mei,te fuisse memorẽ cõmendationis meæ, & ego sum minis me admiratus id,pro summa beneuolẽtia tua erga me.& pro necessitudine nr̃a,hoc est qa id beneuolentia tua in me & nes cessitudo mea mutua exigebat,tñ ego cõmendo tibi ẽt atque etiam L.Oppium præsentem,&negocia Lucij Egnatij familia rissimi mei,absentis.f.à puincia tua. Tanta necessitudo & fas miliaritas est mihi cũ eo,ut non laborarem.i.contendrẽ,ma gis.i.ualidius aut abundantius. Quapp tu feceris mihi gras tissimum,si curaris pro curaueris, ut is.f.Egnatius intelligat me amari à te tantum.i.tam multum aut tam impense,quans tum ipse.i.ego existimo.f.me amari àte. Tu nihil potes facere mihi gratius hoc.i.q̃ hoc,& rogo te uehemẽter, ut facias id.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Anchialum Egnatij seruum propter dominum commendat.

M. CIC. APPVLEIO PRO QVAES. S. P. D. 45

Lucio Egnatio uno equite Romano uel familiarissime utor. eius Anchiã lũ seruũ,negociaq́,quæ habet in Asia,ti bi cõmendo non minore studio, quàm si rem meam cõmendarem. sic.n.existi mes uelim,mihi cũ eo non modo quoti dianã consuetudinem summã intercede re,sed etiã officia magna,et mutua nostra inter nos esse. quã obrem etiam atque etiã à te peto,ut cures,ut is intelligat,me ad te satis diligenter scripsisse. nam de tũa erga me uolunta te nõ dubitabat. id ut facias,te etiã atque etiam rogo. Vale.

HVBER. LVCIO Egnatio)Cõmendat Cic.Apuleio pro q̃stori in Asia libertũ Egnatij &eius negocia q̃ hẽbat in Asia,expositis causis cõmendationis.

ASCEN. Lvcio &c. Cõmendat Egnatiũ egtem Rom. dicens.Ego utor uel.i.ẽt familiarissime uno .i.solo L.Egnatio,equite Rom.ego cõmendo tibi Anchialum seruũ eius,& negocia q̃ habet in Asia,nõ minore studio, quã si cõmendarem.i.tibi rem meam. Velim.n.sup. ut existimes sic non modo quotidianam consuetudinem intercedere.i.cõ munem esse & coniunctionem facere mihi cum eo,sed ẽt offi cia magna & mutua nr̃a esse inter nos.Quamobrem ego pes to à te etiam atq; etiã, ut cures, ut is.f.Egnatius intelligat me scripsisse ad te satis diligenter. Nam ipse non dubitat de uolũ tate.i.beneuolentia tua erga me,& ita si non senserit præsidiũ abs te,putarit à me non satis diligenter. Nam ipse non dubis tat de uoluntate.i.beneuolentia tua erga me,& ita si non sen serit præsidium abs te,putarit à me non satis diligenter petis tum. Ego rogo te etiam atque etiam sup. ut facias id.

GIBERTI

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Nostium coheredem suum Appuleio commendat.

M. CIC. APPVLEIO PRO QVAES. S. P. D. 46

L. NOSTIVS *Zoilus est coheres meus, heres aūt patroni sui. ea re vtrunque scripsi, vt & mihi cum illo causam amicitiæ scires esse, & hominem probum existimares, qui patroni iudicio ornatus esset. Eum tibi igitur sic cōmendo, vt vnum ex nostra domo. Valde mihi gratum erit, si curaris, vt intelligat, hanc cōmendationem sibi apud te magno adiumento fuisse. Vale.*

HVBER. L VCIVS Nost.) institutus fuerat heres Cic. ex parte à quodā liberto suo & partē hereditatis re liquerat. Cic. hunc libertū coheredē suū Apuleio cōmēdat. Vtrūq; illū esse coheredē meū & heres dē patroni sui. {Ornatus) cum factus est heres.

ASCEN. L Vcius &c. Diligenter cōmendat coheredem suum, dicens. Lucius Hostius Zoilus. s. cognomento, est coheres meus, .i. mecum heres. heres aūt patroni sui. s. L. Hostij. nam liberta te donati patronoꝝ accipiebant noia. Ego scripsi utrunq. s. & coheredē mihi esse, & patroni sui, ea re. i. ppea. Vt &. i. pari ter scires mihi causam amicitiæ cū illo esse, qa coheredes inter se amare debēt, unde nobis magna necessitas amandi Christi indita. & cuius & p quē coheredes Dei patris facti sumus. & .i. pariter existimares. i. iudicares sup. eū hoiem probū, q orna tos esset iudicio patroni, ut ab eo heres sit scriptus. Igitur ego cōmendo tibi eum sic, ut. i. tanq̄, unum ex nostra domo. Erit mihi ualde gratum si curaris pro curaueris, ut intelligat hāc commendationem fuisse sibi magno adiumento apud te.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Obliqua commendatio Egnatij.

M. CICERO SILIO S. D. P. 47

Q VID *ego tibi cōmendem eum, quem tu ipse diligis? sed tamen, ut scires, cum nō à me diligi solum, verum etiam amari, ob eam rem tibi hæc scribo. omnium tuo rum officiorum, quæ & multa, et magna sunt, mihi gratissimum fuerit, si ita tractaris Egnatium, vt sentiat & se à me, & me à te amari. hoc te vehementer etiam atque etiam rogo. Illa nostra scilicet ceciderunt. Vtamur igitur vulgari cō solatione. quid, si hoc melius? sed hæc coram. Tu fac, quod facis, vt me ames, teq; amari à me scias. Vale.*

HVBER. Q VID ego) Cic. dum dissimulat se cōmendare Egnatiū Silio, multo magis cōmendationem iā oppressa rep. factā ostendit. {Veꝝ ēt a.) i. hic sicut et alio loco ostendit maiorē esse uim amā di q̄ diligēdi. {Illa no.) s. ociosa, & faceta, qbus uti solemus. {Ceciderūt) amissa sunt, calamitate pub. {Vulgari) qua ēt uulgus utitur. {Quid si hoc mel.) hoc dici solet, ubi nulla apparet ratio facti, sicut etiam illud, sic uilum superis.

PHIL. Q Vid ego tibi) cōmendat Egnatiū quodāmodo dissimu làter non eodē ordine, quo ceteros. Addidit in calce quæ dā de seipso. {Quid ego tibi) Sic ꝑpemodū & illud Martia. {Peccat.) Qui cōmendandū se putat esse suis. {Nō diligi solū, ueꝝ ēt a.) ut ad M. Br. Clodius Trib. pl. designatus ualde me diligit, uel ut ἐμφατικώτερον q.d. plusq̄ dici possit, ualde me amat. {Illa nr̄a) puta iocosa & familiaria. {Etiā atq; ēt ro.) qđ Brutus dicit rogo. & qđē ualde rogo, eodē dicēdi gñe utitur i ualeo, ut ēt atq; ēt uale. {Ceciderūt) calamitate tpm amisim⁹. {Quid si hoc me.) Q.ñ nullam afferre possumus facti rōnem, hmōi utimur oſone. Quale est ēt illud apud Virg. Postq̄ res Asiæ Priamiq; euertere gentem Immeritam, uisum superis.

ASCEN. Q Vid &c. Eundē quodāmodo dissimulàter cōmendat dicens. Quid. i. ad qd, ego cōmendem tibi eū quē tu diligis q.d. frustra. Sed tñ ut scires eum, (loqtur de Egnatio) nō solū diligi, ueꝝ ēt amari, quod plus est, à me, ego scribo tibi hęc ob eā rem. Gratissimū oium officioꝝ tuoꝝ quæ sunt & multa & magna, fuerit mihi, si tractaris pro tractaueris Egnatiū, ita ut sentiat & se amari à me & me amari à te. Ego rogo te hoc uehemēter et atq; ēt. Scilicet. i. scire licet cur sic ꝑcer. Illa nr̄a, qb⁹ in foro nuper ꝑstabamus, ceciderūt. Vtamur igiṫ cōsolatione uulgari, ut. s. uelimus id qđ possumus. Quid sup. dicas si hoc melius? uoluit aliqd dicere, sed reticuit subdēs. Sed hæc sup. di cā corā. Tu fac, quod facis, ut ames me, & scias te amari à me.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Paphios Ruso commendat.

M. CIC. C. SEXTILIO RVFO QVAES. S. D. 48

O MNES *tibi cōmendo Cyprios, sed magis Paphios: quibus tu quæcunque cōmodaris, erunt mihi gratissima. eoq; facio libē tius, vt eos tibi cōmendem, quod & tuæ laudi, cuius ego fautor sum, conducere arbitror, cum primus in eam insulam quæstor veneris, ea te instituere, quæ sequātur alij. quæ, vt spero, facilius consequere, si & P. Lentuli, necessarij tui legem, & ea, quæ à me constituta sunt, sequi volueris. quam rem tibi confido magnæ laudi fore. Vale.*

HVBER. O MNES) Sextilio Rufo q̄stori in Cypro cōmen dat Cic. gn̄alr̄ oēs Cyprios sed separatim Paphios qđ ei honori cessurū dicit, si instituerit q alij imitētur, in quo hortatur eū, ut sequatur legē P. Lentuli ꝓcons. ipsius Cypri, ut dixit in prin. lib. ad P. Lentulū q Cyprum Ciliciamq; teneas &c. {Paphios) ciues Paphi: Est. n. Paphos ciuitas Cypri, in qua maxime colitur Venus, uñ & Paphia dr̄. Horat. O Venus regina Gnidi Paphiq;, est aūt, auctore Ptolemæo, & noua, & uetus Paphos.

ASCEN. O Mnes &c. cōmendat quæstori oēs Cyprios, dicēs. Ego cō mēdo tibi oēs Cyprios, sed magis sup. q̄ ceteros Paphios .i. Paphi ciues, qbus quæcunq; tu cōmodaris. i. impartiueris, erūt mihi gratissima, & facio eo ꝑpea libētius ut cōmendē tibi eos, hoc est ideo tibi libētius cōmendo, q arbitror, &. i. ēt, cōducere. i. ꝓdesse tuæ laudi, cuius ego sum fautor. Ergo faustor ēt genitiuū regit. cū primō ueneris in eā insulā, hoc est in Cyprū q̄stor. i. tanq̄ q̄stor, te instituere. i. ut dn̄t à principio ordinare ea, q̄ alij sequātur. i. sequi debeāt. Quæ, ut spero tu cōse quere. i. obtinebis penul. longa facillus, si uolueris seq legē P. Lētuli necessarij tui, ad quē agentē in Cilicia cui Cyprus annexa est, sunt ep̄læ 1. lib. & ea q̄ cōstituta sunt à me. nā & ipse in Cilicia impator fuerat. Quā rem. i. ea sequi, ego confido fore tibi magnæ, laudi cum ēt Lentulo & Ciceroni laudi fuerit.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Quintum Pompeium diligentissime familiaritatis nomine cōmendat.

CICERO CVRIO PRO COS. S. D. 49

Q. POMPEIVS, *Sex. F. multis, & ueteri bus causis necessitudinis mihi coniunctus est. is cū antea meis cōmendationibus & rem, & gratiam, & auctoritatem suam tueri consueuerit, nunc profecto, te prouinciam obtinente, meis literis assequi debet, vt nemini se intelligat cōmendatiorem vnquam fuisse. quāobrem à te maiorem in modum peto, ut, cum omnes meos æque ac tuos obseruare pro nostra necessitudine debeas, hunc in primis ita in tuam fidem recipias, vt ipse intelligat, nullam rem sibi maiori vsui, aut ornamento, quàm meam commendationem, esse potuisse. Vale.*

HVBER. P Ompeius) Curio Græciæ præsenti ut lib. 7. uic dimus, commendat Cic. Q. Pomp. ea diligens tia, qua alios sibi amicissimos commendari soli tos uidimus. {Prouinciam) Græciam.

ASCEN. Q Vintus &c. Cōmendat Q. Pōpeiū Sexti filiū, dicēs Q. Pō peius filius Sexti. s. Pōpeij ꝯiūctus est mihi, multis & uete rib⁹ causis necessitudinis. i. amicitiæ necessarijs ꝯseruādæ. Iam

sexcẽtes ferè exposita sunt uocabula sed q̃a forte in unum epi stoliũ incidet q̃ alĩs nõ legerit,cogor rẽ unã sępius exponere.is cũ ꝯsuerit.i.ꝯlueuerit,dr̃.n.utrunq;.& sueui,et suetus sum,tue ri.i.ꝓtegere,& rẽ.i.diuitias & glĩam & auctoritatẽ, cõmenda tionibus meis,debet nũc ꝓfecto te obtinẽte ꝓuinciã.i.dum tu obtines ꝓuinciã assequi.i.nãcisci,literis meis.i.ꝑ lr̃as meas,ut intelligat se nemini fuisse unq̃ cõmendatiorẽ.i.magis cõmen datũ q̃ tibi . ur̃ hoc loco passiue capi & tp̃is præteriti rõnem seruare,ita ut participia interdũ cõparatiua putes. Quãobrem ego peto à te in modũ maiorẽ,ut cũ debeas obseruare.i.cole re & ut dñt supportare,oẽs meos.s.familiares & amicos,ęque .i.æqualr̃ ac.i.sicut tuos,pro nr̃a necessitudine.i.pp̃ necessitu dinẽ hoc est necessariã coniũctionẽ & amicitiã nr̃am,recipias hunc.s.Q.Põpeium,in primis.i.inter primos,aut p̃cipue in fi dẽ.i.fidelem ꝓtectionẽ & ꝯfirmationẽ tuã,Ita ut ipse itelligat nullã rẽ potuisse esse sibi maiori,usui.i.utilitati,aut ornamẽto .i.decori quantũ ad bonũ honestum , q̃ cõmendationẽ meã .

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

M. Curium de meliore nota Arist. commendat.

M. CICERO ARISTO PROCOS. S. D. 50

S VMPSI *hoc mihi pro tua in me obseruantia,quam penitus perspexi, quandiu Brundusij fuimus,ut ad te familiariter,et quasi pro meo iure scriberem, si qua res esset, de qua valde laborarem. M. Curius,qui Patris negociatur,ita mihi familiaris est, vt nihil possit esse coniunctius. multa illius in me officia, multa in illum mea; quodq́ maximum est, summus inter nos amor, & mutuus. quæ cum ita sint: si vllam in amicitia mea spem habes; si ea,quæ in me officia,& studia Brundusij contulisti, vis mihi etiam gratiora efficere; quanquam sunt gratissima; si me à tuis omnibus amari vides,hoc mihi da,atque largire,vt M.Curium sartum et tectum,vt aiunt,ab omniq́ incommodo,detrimento,molestia sincerum,integrumq́ cõserues. & ipse spondeo,et omnes hoc tibi tui pro me recipient,ex mea amicitia,& ex tuo in me officio maximum te fructum, summamq́ voluptatem esse capturum. Vale.*

HVBER. SVMPSI) non indiget argumento & hæc epistola , quæ textu ipso satis patet . sic & sequens de quibus nihil aliud est declarandum .

ASCEN. SVmpsi &c.Cõmendat M.Curium Patris negociantẽ apprime diligẽter,aut Aristo ꝓconsuli , aut Cœlio,ut quidã textus hñt.Ordo est.Ego sumpsi.i.assũpsi & quasi arrogaui hoc mihi obseruãtia tuã,in.i.erga me, hoc est pp̃ eã,in dictis & factis tuis,ne me lædas custodiã,ex uene ratione quadã ꝓcedentẽ,quam ꝑspexi.i.pcepi penitus,quandiu fuimus,Brũdusij,sumpsi inq̃ ut scriberẽ ad te familiariter & quasi pro iure meo,siqua.i.aliqua res est de qua laborarem ualde.i.pro qua uellẽ multos subire labores,aut multũ timerẽ M. Curius, q̃ negociatur.i.mercimonia agit Patris in ea urbe Achaiæ est mihi familiaris ita ut nihil possit esse cõiunctius . Multa sup. sunt officia.i.ex debito benefacta, illius in me , & multa quoq; sunt sup.officia mea in illũ & quod maximũ est .s.uinculum coniũctionis summus & mutuus,amor est, inter nos.Quæ cũ sint ita,si habes ulla spem in amicitia mea, si uis efficere ea officia & studia quæ cõtulisti Brũdusij in me , etiã gratiora mihi.s.q̃ nũc sint,q̃q̃ sunt gratissima , si uides me amari à tuis oibus,da atq; largire mihi hoc,ut ꝯserues M. Curiũ,sartũ et tectũ.ut aiũt.i.ut in uetere ꝓuerbio ex uillaꝝ loca tione sumpto q̃ sic locare solemꝰ, ut ꝯductor eas sartas.i.oibꝰ partibus suis ꝯseruatas,& clausas,tectas à sęuitia cœli ꝯseruet alioq̃ locatori id ꝑstandũ esset,exponit aũt Cic.subdẽs,ut sup. cõserues eũ sinceꝝ & integrũ ab omni incõmodo, detrimẽto & molestia.Et ipse.i.egomet spõdeo,& oẽs tui recipiẽt.i.pro mittent hoc tibi pro me,te esse captuꝝ ex mea amicitia, & ex officio tuo in me maximum fructum & summam uoluptatẽ .

PAVLVS MANVT. MVlta in illũ mea;quodq́; maximũ est) Hãc lectionẽ puriorẽ,& elegantiorẽ,existimamus,q̃ q̃ antea in oibus imp̃ssis habebat̃ . eã accepimꝰ ex lib.manu scripto Vincẽtij Riccij.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Publij Messieni causam agit.

M. CICERO P. CAESIO S. 51

P. MESSIENVM, *equitem Romanum omnibus rebus ornatum, meumq́ perfamiliarem,tibi cõmendo ea cõmendatione, qua potest esse diligentissima. peto à te & pro nostra,& pro paterna amicitia, vt eum in tuam fidem recipias, eiusq́ rem, famamq́ tueare. virum bonum, tuaq́ amicitia dignum tibi adiunxeris, mihiq́ gratissimum feceris. Vale.*

ASCEN. PVBLIVM cõmendat dicẽs.Ego cõmendo tibi P.Messienũ,eq̃tẽ R. ornatũ oibus rebꝰ & ꝑfamiliarẽ.i.ualde familiarẽ meũ:ea cõmendatione,q̃ põt esse diligẽtissima.Peto à te & ꝓ nr̃a,& ꝓ paterna amicitia,ut recipias eũ i fidẽ.i.fidelẽ ꝓtectionẽ tuã,&ut tueat̃.i.ꝓtegas rẽ & famã eiꝰ.Tu adiũxeris tibi uiꝝ bonũ & dignũ amicitia tua,& feceris mihi gratissimũ.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Pro Antonio Licinio ad Regem scribit.

CICERO REGI S. 52

A. LICINIVS *Aristoteles Melitensis,antiquissimus est hospes meus, & præterea coniunctus magno vsu familiaritatis. hæc cũ ita sint,non dubito,quin tibi satis cõmendatus sit. etenim ex multis cognosco, meam, cõmendationem plurimum apud te ualere. hunc ego à Cæsare liberaui. frequens enim fuerat nobiscum: atque etiam diutius in causa est, quàm nos, cõmoratus. quo melius te de eo existimaturum arbitror. fac igitur mi Rex, vt intelligat, has sibi literas plurimum profuisse. Vale.*

HVBER. AVLVS Licinius) Liciniũ Melitẽsem Põpeanoꝝ partiũ studiosissimũ Regi cõmendat Melitẽsi ex Melita insula Ciliciæ, q̃ auctore Põp. Africã uersus est,& Strabo dicit eã iminere Pachyno , de q̃ catelli portant̃,quos melitęos uocãt,de hac Oui. li.3.Fast.Fertilis est Melite sterili uicina Cosurę isula,q̃ libyci uerberat unda freti.{Nobiscũ) cõtra Cęs.{In cã) belloꝝ ciuiliũ.

Melitẽsis

ASCEN. AVlus &c.Cõmendat Regi A.Liciniũ Melitem hospitẽ suũ q̃ Pompeianaꝝ partiũ studiosus fuerat, sed reconciliatus Cæs. ueꝝ quia eo nomine eum cõmendat q̃ Põpeianus esset ne literæ forte deprehensæ officiant ei ad quem scribit , credo nõ nominatũ à Cicerone,sed nomine regis tñ significatum . Reges enim diuites oẽs & præcipue principes olim uocabant ueteres.Milite Insula est Ciliciæ auctore Põponio Africã uersus.Et Strabo dicit eã imminere Pachyno , unde catelli Melitei asportabantur , de qua Ouid. Fast.lib.3.Fertilis est Melite sterili uicina Cosuræ Insula quã Libyci uerberat unda freti . Ordo est.Aulus Licinius Aristotelescog nomento Melitensis patria est hospes meus antiq̃ssimus,& præterea.i. præter eam cõiunctionem coniunctus.s.mihi magno usu familiaritatis .i.magna cõsuetudine.Cum hæc sint,ita non dubito,quin sit satis cõmendatus tibi . Etenim ego cognosco ex multis commendationem meã ualere plurimũ,apud te.Ego liberaui hũc à Cæsare.i.à ꝑsecutione Cæs.hoc est recõciliaui eũ . Fuerat.n. nobiscũ.i.in partibus Pompeianis frequẽs.i.negociosus & diligens atque memoratus est in causa.i.ut dñt in querela Pompeiana,diutius.s.quã nos , quia ẽt post mortẽ Pompeij quod .i.pp̃ quod ego arbitror,sup.te existimatuꝝ de eo melius. Igitur ò mi rex fac.ut intelligat has literas,ꝓfuisse sibi plurimũ .

PAVLVS MANVT. CIcero Regi.)Opinor hũc Regem aliquẽ fuisse gentis Martię,cuius cognomẽ fuit Rex.itaq; ẽt Clodij sororis uir Q. Martius Rex appellatus est,auctore Plutarcho i Cęsaris uita . ad Atticũ ẽt: char.12: cũ dicit,ille aũt Regis hereditatem spe deuorarat,eũ,quem diximus, Q.Martium Regem intelligit.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Cõmendat Genucilium,hominem quauis cõmendatione dignissimum.

M. CIC.

M. CIC. Q. THERMO PRO PRAET. S. 53

L. Genucilio Curuo iampridem familiarissime utor, optimo uiro, & homine gratissimo. eum tibi penitus commendo, atque trado: primum ut omnibus in rebus ei cōmodes, quoad fides tua, dignitasq́ patietur: patietur autem in omnibus: nihil enim abs te unquam, quod sit alienum tuis, aut etiam suis moribus, postulabit. praecipue autem tibi cōmendo negocia eius, quae sunt in Hellespon to: primum, ut obtineat id iuris in agris, quod ei Pariana ciuitas decreuit, & dedit, & quod semper obtinuit sine ulla cōtrouersia; deinde, si quid habebit cum aliquo Hellespontio cō trouersia, ut in illam ✶ διοίκησιν reijcias. sed nō mihi uideor, cum tibi totum hominem diligentissime cōmendarim, singulas ad te eius causas perscribere debere. summa illa sit. quidquid officij, beneficij, honoris in Genucilium contuleris, id te existimabo in me ipsum, atque in rem meam cōtulisse. Vale.

i. iurisditionē.

HVBER.

LVCIO Genucilio) Thermo propraetori in Syria cōmendat Genucilium, quem dicit nihil esse petiturum, nisi quod & Thermo dignum sit. {Nihil abs te) sic Horat. 1. epist. Vtere Pōpeio Grospho. & siquid petet ultro, Defer, nil Grosphus nisi uerum orabit & aequum. {Διοίκησιν) dioecesim. i. iurisditionem. {Hellesponto) Hellespontus in Phrygia est ab Helle sorori Phryxi, dicto, Phrygia autem regio dicta est Asiae maioris quae Phrygia etiam Troas dicitur.

Dioecesis a Hellespōto. Phrygia.

ASCEN.

LVcio &c. Thermo ꝓpraetori in Syria cōmendat Genuciliū quem dicit nihil petiturum nisi quod se & Thermo dignum sit, quo nomine Horatius, ēt Grosphum cōmendat in ep̄la dicens, Vtere Pōpeio Grospho, siquid petet ultra Defer, nil Grosphus nisi uerum orabit & ęquū. Ordo est. Ego utor iampridē. i. à plusculo tp̄e familiarissime L. Genucilio Curuo, uiro optimo & hoie gratissimo ego cōmendo tibi eū penitus atq; trado. s. fidei tuae, primū ut cōmodes. i. cōmode exhibeas te ei in quibuscunq; rebus, quoad. i. quatenus, fides tua. s. in seruāda aequitate q̄a fides fundamentū est iustitiae, ut dicit. 1. off. & dignitas tua patietur, patietur aūt in oibus. s. quae petet, ipse. n. nihil postulabit unq̄ abs te, quod sit alienū tuis, aut etiā suis moribus. i. quod nō sit honestū et aequū. Ego aūt cōmendo tibi, ꝑcipue negocia eius quae sunt in Hellespōto insula Phrygiae ab Helle sorore Phryxi, illic in ponto submersa denoiata. Primū, ut obtineat in agris. s. Hellespōtiacis, id iuris qđ ciuitas Pariana q̄ illic est, decreuit, & dedite, & quod obtinuit sp̄ sine ulla cōtrouersia. i. cōtractione. Deinde si habebit aliquid cōtrouersiae. i. litis & discrepationis cū aliquo Hellespontino. i. in insula Hellespōti, ut reijcias in illā dioecesim, in illā iurisdi. hoc est ad forū illius iurisdi. ubi antiquū ius obtinet. Neqs erret, dī dioecesis II. & III. lōgis non diocoesis, nā graece scribitur Διοίκησις. Sed eū ego cōmendarim tibi diligentissime totum hoiem. i. oia negocia eius non uideor mihi debere ꝑscribere ad te singulas causas eius. Illa sit summa. i. ḡnalis clausula, q̄dq̄d officij quasi debiti, bñficij, benefacti liberal'r impensi, sup. ei, honoris, cōtuleris in Genuciliū. i. impēderis Genucilio ego existimabo te contulisse id in meipsum atq; in rem meā.

GILBERTI LONGOLII LEMMA.

Gratias agit Thermo, quod Marcilium iuuerit, deinde socrum eiusdem Thermo commendat.

CICERO THERMO PRO PRAET. S. 54

Cum mihi multa grata sint, quae tu, adductus mea commendatione, fecisti; tum in primis, quòd M. Marcilium, amici, atque interpretis mei filium, liberalissime tractauisti. uenit enim Laodiceam, & tibi apud me, mihiq́ propter te gratias maximas egit. quare, quod reliquum est, à te peto, quando apud gratos homines beneficium ponis, ut eo libentius his cōmodes; operamq́ des, quoad fides tua patietur, ut socrus adolescentis rea ne fiat. ego cum antea studiose cōmendabam Marcilium, tū multo nunc studiosius, quòd in longa apparitione singularem, & prope incredibilem patris Marcilij fidem, abstinentiam, modestiamq́ cognoui. Vale.

HVBER.

CVM multa) Primum ostendit Cic. sibi gratum esse, quod fecerat Thermus pro M. Marcilio Deinde eū rogat, ut det operam, ne socrus Mar. rea fiat. {Rea ne fiat) in iudiciū deducatur. Reus. n. dr̄ quicunq; in lite deducitue, etiam si nihil admiserit.

Melitensis

ASCEN.

CVm mihi &c. Primum ostendit sibi gratum esse quod fecerat Thermus pro M. Marcilio, deinde rogat, ut det operam ne socrus Marci reat fiat. Ordo est. Cum multa sint grata mihi quae tu fecisti adductus cōmendatione me. i. pcē mea facta tū in primis sup. gratum est, non sit, unde ꝑm Vallam qui uult cū & tum Indicatiuū postulare, legendum esset cum mihi multa grata sunt &c. q̄ tractauisti liberalissime M. Marciliū filium amici mei, atque interpretis forte lingua gallicū, ut inter cessores, q̄a per interpretem res agere magni uiri solent: sed cū constet deprecatoris illic eguisse. Cic. dicam linguę alienae expositorē fuisse, & per regulam Seruianā eo noie quo filium uocatum: enim. i. q̄a M. Marcil. uenit Laodiceam, quae urbs est in ꝓuincia Ciliciae, & egit mihi maximas gr̄as ꝑꝑ te. i. ob beneficiū tuum. quare ego peto à te, quod reliquū est. i. qđ restat adhuc qñ. i. qñquidem aut qm̄ tu ponis. i. collocas beneficiū apud hoies gratos, ut cōmodes. i. ꝑsis & commodū facias ijs eo. i. tanto libentius, & sup. des operā, quo ad fides. s. tua patietur. Fidē ut dixit, hic eam intelligit q̄ est fundamentū iustitiae. qua ea, quae decēter ꝓmisimus, fidelr̄ seruamus, unde ad fidē iudicum pertinet nemini iniuriā facere, dū alicui cōmodum facit, ut socrus. i. mater uxoris adulescētis. s. Marcilij ne. i. nō fiat rea. i. nō uocetur in iudiciū. nam reus dr̄ quicunq; cogitur causam dicere & se defendere, ēt si culpa uacet, non aūt esset iudicis eā quae sons esset facere ut insons sit, licet ignoscere, possit, ego cum cōmendabam (ergo prius legā cū multa sunt) antea M. studiose, tū sup. cōmendo eum nunc multo studiosius, q̄ cognoui in lōga apparitione. i. obsequio quasi apparitoris, singularē, & ꝓpē. i. quasi incredibilem fidē. i. fidelitatē, abstinētiam, modestiā Marcilij patris. i. senioris.

GILBERTI LONGOLII LEMMA.

Negocia legati sui M. Annei commendat.

CICERO THERMO PRO PRAET. S. 55

Etsi mihi uideor intellexisse, cum tecū Ephesi de re M. Annei, legati mei, locutus sum, te ipsius causa uehementer omnia uelle: tamen & M. Anneium tāti facio, ut mihi nihil putem praetermittendum, quod illius intersit: & me à te tanti fieri puto, ut non dubitē, quin ad tuam uoluntatem magnus cumulus accedat cōmendationis meae. nam cum iadiu diligerem M. Anneium, deq́ eo sic existimarem, ut res declarat, quòd ultro ei detulerim legationē, cum multis petentibus denegassem: tum uero, posteaquam mecum in bello, atque in re militari fuit, tantam in eo uirtutem, prudentiā, fidem, tantamq́ erga me beneuolentiam cognoui, ut hoiēm neminem pluris faciam. Eum cum Sardianis habere cōtrouersiam, scis. causam tibi exposuimus Ephesi: quam tu tamen coram facilius, meliusq́ cognosces. de reliquo mihi mehercule diu dubium fuit, quid ad te potissimum scriberem. ius. n. quemadmodū dicas, clarum, et magna cum tua laude notum est. nobis aūt in hac causa nihil aliud opus est, nisi, te ius instituto tuo dicere. sed tamen, cū me non fugiat, quanta sit in ꝑtore auctoritas, praesertim ista integritate, grauitate, clementia,

mentia, qua te esse inter omnes constat: peto abs te pro nostra coniunctissima necessitudine, plurimisq́ officijs paribus, ac mutuis, vt voluntate, auctoritate, studio tuo perficias, vt M. Anneius intelligat, se et sibi amicũ esse, quod non dubitat; sæpe. n. mecum locutus est; & multo amiciorẽ his meis literis esse factum. in tuo toto imperio, atque prouincia nihil est, quod mihi gratius facere possis. iam, apud ipsum, gratissimum hominem, atque optimum virum, quàm bene positurus sis studium tuum, atque officium, dubitare te non existimo. Vale.

HVBER.

ETSI mihi) Cic. diligenter cõmendat Thermo. M. Annei legati sui negocia. De quo dicit se locutum esse cum eo Ephesi. quæ ciuitas est, ut supra diximus, Asiæ regionis in Icario pelago. {Sardianis) non ex Sardinia, sed Sardia ciuitate. {Quemadmodũ,) qualiter quanta moderatione. {Dicas ius) adminiſtres iustitiam.

Ephesus.

ASCEN.

ETsi mihi &c. Diligentissime cõmendat Thermo M. Annei legati sui negocia, de quo dicit se locutum esse cũ Thermo cũ essent Ephesi. Ordo est. Et si uideor mihi intellexisse cũ locutus sum tecũ Ephesi, quæ ciuitas est Asiæ, de re M. Annei legati mei, te uelle uehemẽter oia causa ipsius, tñ ego facio. i. æstimo tanti M. Anneiũ, ut nihil putem prætermittendũ mihi, quod intersit. i. in re & utilitate sit illius, & puto me fieri. i. æstimari à te tanti, ut nõ dubitem quin magnus cumulus commendationis meæ. i. q sit cõmendationis meæ, malim tñ legere cõmendatione mea. i. pp cõmendationem meã accedat. i. addatur ad uoluntatẽ tuam. Nam cum diligerẽ diu. i. per multos dies. M. Anneiũ & existimarem. i. iudicarẽ de eo sic ut res declarat, ꝙ detulerim. i. obtulerim ei ultro. i. non requisitus legationem. i. ut esset mihi legatus in Cilicia, cum denegassẽ sup. eam multis iam petẽtibus. s. eam, tum uero. i. p̃cipue postea q̃ fuit mecum in bello atque in re militari cognoui in eo tantã uirtutem. i. fortitudinem, prudẽtiam, fidem, & tantã beneuolentiã erga me, ut neminem. i. nullum hoiem faciam pluris. s. q̃ eum. Tu scis eum hr̃e controuersiam cũ Sardianis. i. ciuibus. Sardiæ ciuitatis, in ꝓuincia Cilicia, nos exposuimus, tibi causam Ephesi. i. nũ illic essemus, quam tñ tu cognosces facilius & melius corã. i. qñ ueneris in rem p̃sentem, aut litigatores audieris. me hercule dubiũ fuit diu, quid scriberem de reliquo. i. de eo, quod restat, potissimum ad te. Enim. i. qa ius sup. eius quemadmodũ dicis est clarũ. i. euidens, & notum est. s. tibi, cũ magna laude tua, qa iurisperitus euasit. Nihil aũt aliud opus est nobis in hac causa, nisi te dicere. i. ut dicas ius. i. iudices. instituto. i. more tuo. Sed tñ cum non fugiat. i. lateat me, quãta auctoritas sit in prætore, p̃sertim ista integritate. i. qui p̃tor sit istiusmodi integritate, grauitate, clemẽtia qua constat te esse inter oẽs, peto abs te pro necessitudine nr̃a coniunctissima. i. arctissima, & officijs plurimis, paribus ac mutuis. s. inter nos, ut perficias uolũtate, auctoritate, studio tuo, ut M. Anneius intelligat te. & . i. simul, amicũ esse sibi. quod non dubitat, locutus est. n. sæpe mecũ. s. hoc asserendo, & esse factũ amiciorem multo. s. q̃ fueras, his literis. Nihil est quod possis facere mihi gratius In toto imperio tuo atque prouincia. i. tantisper dum eris in prouincia imperator. Ego non existimo te dubitare iam, scilicet ubi cognoscis rem mihi tãtopere cordi esse, q̃ bene positurus. i. locaturus sis studium atque officium tuũ apud hominem gratissimum atque uirum optimum. Cũ uir à uirtute dicatur, frequẽs illi epitethon est bonus aut optim⁹.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Negocium Cluuij Thermo studiosissime commendat.

CICERO THERMO PRO PRAET. S. 56

*CLVVIVS Puteolanus valde me obseruat, valdeq́ est mihi familiaris. is ita sibi persuadet, quod in tua prouincia negocij habet, nisi, te prouinciam obtinente, meis cõmendationibus confeceris, id se in perditis, & desperatis habiturum. nunc, quando mihi ab amico officiosissimo tantũ oneris imponitur, ego quoq́ tibi imponã pro tuis in me summis officijs, ita tamẽ, vt tibi nolim molestus esse. * Mylasij, & Alabandenses pecuniã Cluuio debent. dixerat mihi Euthydemus, cũ Ephesi essem, se curaturum, ut ecdici Mylasij Romã mitterentur. id factum non est. legatos audio missos esse: sed malo ecdicos, ut aliquid confici possit. quare peto à te, vt eos, & Alabandenses iubeas ecdicos Romã mittere. præterea Philotes Alabãdensis * ὑποθήκας Cluuio dedit: hæ cõmissæ sunt. velim cures, vt aut de hypothecis decedat, easq́ procuratoribus Cluuij tradat; aut pecuniã soluat. Præterea Heracleotæ, et Bargyletæ, qui itẽ debent, aut pecuniam soluãt, aut fructibus suis satisfaciãt. Caunij præterea debent: sed aiunt, se depositã pecuniam habuisse. id velim cognoscas; et, si intellexeris eos neque ex edicto, neque ex decreto depositam habuisse, des operam, vt vsuræ Cluuio instituto tuo conseruẽtur. his de rebus eo magis laboro, quòd agitur res Cn. Pompeij etiã, nostri necessarij, & quòd is magis etiam mihi laborare videtur, quàm ipse Cluuius: cui satisfactum esse à nobis valde volo. his de rebus te vehementer etiam atque etiam rogo. Vale.*

** alias Milasieis, & Alabãdeis.*

** alias pignora*

HVBER.

CAIVS Cluuius) Negociũ Cluuij Puteolani ita cõmendat Thermo: ut dicat ipm Cluuiũ de eo desperare, nisi id cõfecerit Thermo ꝓuinciã obtinente, exponit Cic. qd sit in eo negocio. & qd agendum putet. {Puteolanus) ex Puteolis oppido Capaniæ. {Desperatis) sine spe. {Mylasij) Mylassa & Alabanda ciuitates, sunt auctore Ptolemæo Lydiæ Meoniæ. {Ecdici) syndici defensores. {ὑποθήκας) Hypothecas. quæ sunt obligationes bonoꝝ immobiliũ, sicut contra pignora bonoꝝ mobiliũ. sunt aũt termini iuris. {Heracleotæ) ciues Heracleæ, Heraclea, aũt & Barcilia auctore Strab. ciuitates sunt Cariæ. {Caunij) qui incolunt Caunum oppidũ Cariæ ualetudine habitantium infame à Cauno fratre Biblidis cognominatum. {Ex edicto) prætorio. {Decreto) senatus. {Vsuræ) utilitati. {His). i. Pompeius.

Mylassa. Alabãda Ecdici Hypotheca. Heraclea Barcilia, Caunum.

ASCEN.

CAius Cluuius &c. Negociũ Cluuij Puteolani commendat Thermo ut dicat ipm Cluuiũ de eo desperare nisi id ꝯfecerit, Thermo ꝓuinciã obtinẽte. Exponit aũt qd sit in eo negocio & qd agendũ putet, ut luce clarius patebit legẽtibus hoc ordine. C. Cluuius Puteolanus. s. patria, à Puteolis urbe Cãpaniæ obseruat me. & est ualde familiaris mihi. Is p̃suadet sibi. i. firmiter credit, se habituꝝ in p̃ditis & desperatis, id negocij qd hẽt in ꝓuincia tua nisi confecerit. i. absoluerit cõmendationibus meis. i. ob cõmendationes meas te obtinẽte ꝓuinciã. i. tãtisper dũ obtinebis ꝓuinciã. Nunc qñ. i. qñquidem tm̃ oneris imponitur mihi amico officiosissimo. i. plenissimo officij in me, ego quoq; imponã tibi. i. tm̃ oneris ꝓ summis officiis tuis in me, tñ ita sup. imponã, ut nolim esse molestus tibi. Mylasij & Alabãdenses. i. ciues in Mylasa & Alabãda ciuitatib. Lydię Mæoniæ debẽt pecuniã Cluuio. Euthydemus dixerat mihi cũ essem Ephesi, securatuꝝ, ut Ecdici. i. syndici defensores, Milasij mitterẽtur Romã, Id nõ est factũ ego audio legatos. i. oratores missos esse, sed malo Ecdicos sup. mitti, ut aliqd possit ꝯfici. i. trãsigi & cõponi. Quare ego peto à te ut iubeas eos. s. Mylasios & Alabãdenses mittere Romã Ecdicos. i. syndicos suos p̃terea Philotes Alabãdensis dedit Cluuio ὑποθήκας. i. obligationes bonoꝝ immobiliũ, hæ. s. hypothecæ sunt cõmissæ. i. finitæ. uelim sup. ut cures, ut Philotes aut decedat de hypothecis. i. obligationib. reꝝ immobiliũ ut dixi, & tradat eas ꝓcuratoribus Cluuij, ne. s. amplius petãtur, aut p̃soluat pecuniã. s. ꝓ nouis, hypothecis, aut pro termini ꝓductione. Præterea Heracleotæ & Bargiletæ ciuitatũ Cariæ. q item. i. sil', debent. s. Cluuio, aut soluant pecuniã, aut satisfaciant suis fructibus. s. iteresse aut usurã. Præterea Caunij à Cauno oppido Cariæ debẽt. s. pecuniam, & ut ui' Innuere usuram, sed aiunt se habuisse pecuniã depositam, ut nihil debeãt de usura, des operã ut usuræ conseruentur Cluuio instituto. i. ex more aut constituto tuo. Ego laboro de his rebus eo magis ꝙ res. i. negocium aut utilitas ẽt Cn. Pompeij nr̃i necessarij agitur, & ꝙ is. s. Pompeius uidetur mihi laborare eis magis quã ipse Cluuius. cui. s. Pomp. ego uolo. i. cupio ualde satisfactũ à nobis. rogo te uehementer etiã atque ẽt de his rebus. i. ob has res, aut ut has res cures.

GIBERTI

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Petitoria est epistola, & commendatoria M. Annei legati.

CICERO THERMO PRO PRAET. S. 57

QVO magis quotidie ex literis, nunciisq; bellum magnum esse in Syria cognosco, eo vehementius à te pro nostra necessitudine contendo, ut mihi M. Anneium legatū primo quoque tempore remittas. nā eius opera, consilio, scientia rei militaris vel maxime intelligo me, & remp. adiuuari posse. quòd nisi tanta res eius ageretur: nec ipse adduci potuisset, ut à me discederet; neque ego, ut eum à me dimitterem. ego in Ciliciam proficisci cogito circiter cal. Maias. ante eam diem Anneius ad me redeat, oportet. Illud, quod tecum & coram, et per literas diligentissime egi, id & nunc etiam atque etiam rogo, cura sit tibi, ut suum negocium, quod habet cū populo Sardiano, pro causa veritate, & pro sua dignitate conficias. intellexi ex tua oratione, cū tecum Ephesi locutus sum, te ipsius Anneij causa oīa uelle. sed tamē sic velim existimes, te mihi nihil gratius facere posse, quàm si intellexero, per te illū ipsum negocium ex sententia confecisse, idq; quamprimum ut efficias, te etiam atque etiam rogo. Vale.

HVBER. QVO magis primō rogat Cic. Thermū, ut ad se remittat M. Annæū legatum priusq̄ proficiscatur in Ciliciā: quod cito futurū dicit. Deinde ei cōmendat eiusdē Annæi negocium, qđ hēbat cū Sardianis. Qđ supra alia ep̄la cōmendauerat. Erat aūt Cic. eo tpe ꝓconsul Ciliciæ. {Adduci} persuaderi.

ASCEN. QVo magis &c. Primō rogat Cic. Thermū ut ad se remittat M. Anneiū legatum priusq̄ Cic. ꝓficiscatur in Ciliciam. Deinde cōmendat eius negociū. Ordo aūt est. Quo. i. quanto magis ego cognosco quotidie ex literis & nōcijs bellum magnum esse in Syria, eo. i. tanto uehementius cōtendo. i. instanter peto, à te pro necessitudine nr̄a, ut remittas mihi ꝑmo quoque tpe. i. ut primō possis M. Anneiū legatum. i. q̄ sit mihi legatus. Nā ego intelligo me & Remp. posse adiuuari, uel. i. ēt maxime opera, cōsilio, scientia rei militaris eius. s. Annei: qđ, nisi tanta res eius ageretur. s. in ꝓuincia tua, nec ipse potuisset adduci. i. ꝑsuaderi ut discederet à me, neq; ego sup. potuissem adduci ut dimitterem eū à me. ego cogito ꝓficisci in Ciliciam circiter Cal. Maij, oportet sup. ut Anneius redeat ad me ante eā diē. Illud quod egi tecum et corā. i. in pñtia p uerba, & sup. absens p literas, & qđ rogo nūc etiam atq; ēt sit tibi curæ, ut cōficiat. i. trāsigat & absoluat negociū suū qđ habet cū pplo Sardiano, cōficiat inq̄ pro ueritate. i. æqtate cāæ, & pro dignitate sua. Ego intellexi ex orone tua cū locutus sum tecū Ephesi te uelle oīa cā ipsi' M. Annei, sed tū uelim sup. ut existimes sic, te nihil posse facere mihi grati' q̄ si itellexero illū ꝑfecisse. i. finiuisse negociū ex snia. i. uolūtate sua, p te. i. te auxiliāte, idq;. i. & id rogo sup. te, ēt atq; ēt, ut efficias id q̄ primō. i. ualde cito.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Lucij Custidij causam Rufo commendat.

M. CICERO C. TITIO L. F. RVFO PRAET. VRB. S. 58

L. CVSTIDIVS est tribulis, et municeps, et familiaris meus. is causam habet, quā causam ad te deferet. cōmendo tibi hoiem, sicuti tua fides, & meus pudor postulat; tātū, ut faciles ad te aditus habeat: quæ æqua postulabit, vt lubente te impetret, sentiatq; meam sibi amicitiam, etiam cum longissime absim, prodesse in primis apud te. Vale.

HVBER. *Municeps.* LVCIVS Cust.) Commendaticia est hæc epistola, & quæ argumento non indiget. {Municeps} ex municipio. i. ex oppido meo. {Habeat aditus faciles ad te}. i. liceat ei ad te uenire nullo impediente, cum uoluerit.

ASCEN. LVcius &c. Cōmendat L. Custidiū dicēs, L. Custidius est tribulis meus. i. mecum de eadē tribu, & municeps. i. de eodē municipio. i. Arpino, & familiaris meus. Is hēt cām. i. litē, quā cām. i. cuius defensionē defert ad te. Ego cōmēdo tibi hoiem sicut fides tua, & pudor me' postulat. i. usq; ad aras aut deos, tm̄. i. dūtaxat, aut tm̄. i. intm̄ ut habeat faciles aditus ad te, & ut impetret, iubēte, te sup. ea æqua. i. iusta q̄ postulabit, & sentiat amicitiam meam prodesse sibi in primis, id est præcipue apud te, etiam cum absim longissime, utpote in Cilicia.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

M. Fabij curam suscepit hac epistola,

M. CICERO C. CVRTIO PEDVCEANO PRAET. S. D. 59

M. FABIVM unice diligo: summaq; mihi cum eo consuetudo, & familiaritas est peruetus. in eius controuersijs quid decernas, à te non peto, (seruabis, vt tua fides, & dignitas postulat, edictum, et institutū tuum) sed ut quamfacillimos ad te aditus habeat; quæ erunt æqua, lubente te impetret vt meam amicitiam sibi, etiam cum procul absim, prodesse sentiat, presertim apud te. hoc vehementer etiam atque etiam rogo. Vale.

HVBER. MARCVM Fabium) Iisdem ferè uerbis commendat Cic. Fabium Curtio quibus supra cōmendauit Custidium Titio Rufo.

ASCEN. MArcum &c. Cōmendat M. Fabiū. Ego diligo, unice. i. singulariter M. Fabiū, & summa consuetudo & familiaritas peruetus. i. ualde uetus est mihi cum eo. Ego non peto à te quid decernas. i. iudices in controuersijs. i. litibus eius. Tu seruabis edictū et institutū. i. mandatū tuum, ut dignitas tua & fides postulat, sed ut habeas aditus ad te, q̄ facillimos, impetret te iubente. i. iussu tuo ea quæ erunt æqua, ut sentiat amicitiā meam prodesse sibi etiam cum absim procul. s. Roma, quia in prouincia, presertim. i. præcipue apud te. Ego rogo te hoc uehementer etiam atq; etiam.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

L. Liuineium & illius & patroni causa officiose commendat.

M. CICERO C. MVNATIO C. F. S. 60

L. LIVINEIVS Trypho est omnino L. Reguli, familiarissimi mei, libertus; cuius calamitas etiam officiosiorem me facit in illum: nam beneuolentior, quàm semper fui, esse non possum: sed ego libertum eius per se ipsum diligo. summa enim eius erga me officia extiterūt ijs nostris temporibus, quibus facillime bonam beneuolentiam hoium, et fidem perspicere potui. eum tibi ita cōmendo, ut homines grati, et memores bene meritos de se cōmendare debent. pergratum mihi feceris, si ille intellexerit, se, quòd pro salute mea multa pericula adierit, sæpe hiemi summa nauigarit, pro tua erga me beneuolentia gratum etiam tibi fecisse. Vale.

HVBER. LVCIVS Liuineius) M. Reguli familiarissimi sui, libertum Tryphonem Cic. cōmendat diligentissime propter eius in se beneficia. {Officiosiorem} propensiorem ad benefaciendum, quia calamitosis magis debemus q̄ ijs, qui fortuna prospera utuntur. {Per se} causa sua prꝑter respectum patroni. {Bonam}. i. magnam, ut Hor. At bona pars populi decepta cupidine falso, Nil satis est inquit, & Persius: At bona pars procerum tacita libabit acerra. Hic enim aliter intelligi non potest, siquidem nulla beneuolētia potest esse nisi bona. {Perspicere} cognoscere, nam ut supra alio loco dixi sicut aurum igni, ita fides & beneuolentia hominum rebus aduersis perspicitur. {Summa hyeme} in maxima maris perturbatione. {Gratum tibi} nam si me amas, quod in me collatum sit, debet tibi quoque gratum esse.

ASCEN. L Vcius Liuinelus Trypho est libertus L. Reguli familiaris simi mei. Cuius.s. Reguli calamitas.i. aduersitas miseranda facit me etiã officiosiorem in illũ. Nam non possum esse bene uolentior.i.in illum, q̃ fui semper, sed ego diligo libertũ eius per seipsum.i. sine respectu patroni. Summa.n. officia extiterunt erga me his temporibus nostris.s. tam periculosis & malis, quibus potui perspicere facillime, beneuolentiam & fidem hominum, quæ in aduersis perspici solent. Ego cõmendo tibi eum ita ut homines grati & memores.i. beneficij accepti, debent cõmendare bene meritos de se. Si forte alibi non dixi, norit puer non recõmendo, sed cõmendo in usu esse. Tu feceris mihi pergratum si ille intellexerit se, q̃ adierit multa pericula pro salute mea, & sup. q̃ nauigauit sępe summa.i. asperrima hyeme.i. tempestate pluuiosa & frigida, fecisse gratum etiam tibi pro summa beneuolentia tua erga me.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Petit à pratore, ut Nicaenses Pinnij filio pecuniam quam debent soluant: ut hoc procuret, rogat.

M. CICERO P. SILIO PRO PRAET. S. D. 61

T. PINNIO *familiarißime me usum esse, scire te arbitror. quod quidem ille testamento declarauit, qui me tum tutorẽ, tum etiam secundum heredem instituerit. eius filio mire studioso, & erudito, et modesto pecuniam Nicaenses grandem debent, ad H-S octogies: &, ut audio, in primis uolunt ei soluere. pergratum igitur mihi feceris, quando non modo reliqui tutores, qui sciũt, quanti me facias, sed et puer ipse sibi persuasit, te oĩa mea causa facturum esse; si dederis operam, quoad tua fides, dignitasq́ patietur, ut quãprimum pecunia Pinnio soluatur Nicaensium nomine. Vale.*

HVBER. PITO Pinnio) Pinnius quidã ciuis Rom. cui Nicæ̃ses grandem pecuniã debebant moriens Cic. filio tutorem reliqt, & ẽm heredem. Itaque rogat Cic. Siliũ prætorem, ut eius causa det operã, ut illa pecunia soluatur Pinnio filio Titi Pinnij. (Tutorem.) Tibi.n. pergratũ futu. {Tutorẽ} defensorẽ & cõseruatorem bonorum eius pro filio.n. dr is, q datur ad eum tuendũ, q le p ætatem nondũ tueri põt, hæc aũt ætas est ẽm iurisc. usque ad pubertatẽ. quę est ad 14. at nũ inam inde usq; ad 25. datur curator: qui et datur furiosis & mente captis. {Nicæenses) ciues Nicææ: est aũt Nicæa ciuitas, puinciæ, quę ut scrib. Strab. licet in Italię partib. sit tñ in Massiliensiũ iure permanet. {Ad octogies sistet) pro sestertiorum. & subauditur millia.i. ad octoginta millia sestertiũ, eleganter aũt in his sermonibus ponũt oratores & poetæ aduerbia pro noibus, ut debes decies sestertium, quadriges sestertiũ: & sic in ceteris, & utũtur genitiuo syncopato in noib' numorum, dicimus et & hic sestertius. {Volũt) hñt uolũtatẽ, ex quo est illi facili dare opam, ut faciat qđ uolũt iam facere. {Ipse puer) Pinnius filius Titi. {Nomine) debito.

(Marginal notes: Tutorem. — Curator. — Nicaa. — Sestertium)

ASCEN. TIto &c. Cõmendat T. Pinnium ciuem Rom. cui Nicęnses grandẽ debebant pecuniã, rogans prætorem ut eã curet persolui eidem. Ordo est. Ego arbitror te scire me usum esse familiarissime T. Pinnio, qđ.i. quã familiaritatẽ, ille qđẽ declarauit testamento q instituerit me tũ tutorẽ.s. filio suo tũ et secđm.i. secundariũ heredẽ, ut.s. si filius eius moriatur Cic. heres sit. Nicęnses.i. ciues Nicæ ciuitatis, puincia Massiliẽsi, debẽt filio eius.s. Titi Pinnij erudito mire & studioso & modesto, pecuniã grandẽ ad sestertiũ octogies.i. ad ducentas libras. Monui prius, neutra nõ admittere syncopã genitiui, si coincidãt cum noiatiuo singulari, & tñ cũ noie numerali uenuste syncopam in genitiuo fieri, unũ maluit Cic. dicere ad octoginta sestertia, aut sestertiorum, aut sestertiũ. Et ut audio. ipsi uolũt in primis.i. maxime soluere ei.s. filio Titi. Tu igr feceris mihi pgratũ, qñ.i. qm nõ solũ reliqui tutores q sciũt quãti facias me, sup. psuaserũt sibi, sed et puer ipse, persuasit sibi te facturum esse oĩa causa mea, si dederis opam quoad.i. quaten' fides & dignitas tua patietur, ut pecunia soluat Pinnio.s. minori quãprimũ.i. ualde cito, noie.i. debito Nicæẽsiũ, pro quo aliq Nicæensiũ legunt.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Agit gratias Silio, quod Atilij commendationem acceperit: & deinde. Q. Fratrem commendat.

M. CICERO P. SILIO PRO PRAET. S. D. 62

ET *in Atilij negocio te amaui: cum enim sero uenissem, tamen honestum equitem Romanum beneficio tuo conseruasti: & mehercule semper fui in animo habui, te in meo ære esse propter Lamiæ nostri coniunctionem, & singularem necessitudinem. itaque primum tibi ago gratias, quod me omni molestia liberas: deinde impudẽtia prosequor: sed idem sarciam. te enim semper sic colam, & tuebor, ut quem diligentißime. Quintũ fratrem meũ, si me diligis, eo numero cura ut habeas, quo me. ita magnum beneficium tuum magno cumulo auxeris. Vale.*

HVBER. ET in Atilij) Ostendit Cic. nõ dubitare se habere in numero amicorum Sillium: cui agit gr̃as de beneficio collato in Atiliũ: quem seruauerat à magno periculo causa & respectu sui. Deinde pollicetur se amaturum eum uehementissime: postremo cõmendat ei Cic. Quintũ fratrem suum, ut eũ numero amicorum habeat: quo & se. {Habui in aio) mihi persuasi. {In meo ære) .i. te esse meum, te esse in censu & capitali meo, & est translatũ à pecunia, quæ dr esse in nostro ære, cum nrã est. {Lamię) quẽ maxime aĩo et ipse te. {Prosequor im.) i. q̃ sum impudẽs erga te. {Sarciã) emẽdabo, tractũ à sutorib. {Idẽ) .s. q. psequor te impudentia. {Ut) sicut. {Quem dil.) s. colo & tueor.

ASCEN. ET &c. Primum gr̃as agit, deinde amorem suum pollicetur dicens. Etsi.i. q̃q̃, ego amaui te in negocio.i. trãsactione negocij Atilij, cum.n. uenissem serò.i. tarde, tñ conseruaui beneficio tuo.i. per beneficium tuũ. equitem Romanum honestum. Et mehercule.s. ita iudicãte, ut uerum dico, ego semper habui in aio.i. iudicaui te esse in ęre meo.i. meum ut quæ ære nostro eminus aut deuinximus pp coniunctionẽ & singularem necessitudinem Lucij Lamiæ nr̃i. Itaque ago primum gr̃as tibi q̃ liberas me molestia, deinde psequor impudentia.i. impudenti petitione, sed sarciam.i. reficiam & cõpensabo idem. ego.n. colam & tuebor te semper sic ut sup. eũ quem.s. colã diligentissime. Cura si diligis me, ut habeas Q. Fratrem meum eo numero.i. ea æstimatione, quo.i. qua me. Tu auxeris ita beneficium tuum magnum cumulo magno.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Caij Lenij negocium & suo & Q. Fratris nomine Silio cõmendat.

M. CICERO P. SILIO PRO PRAET. S. D. 63

NON *putaui fieri posse, ut mihi uerba deessent: sed tamen in C. Lenio cõmendando desunt. itaque rem tibi exponam paucis uerbis, sed tamen ut plane perspicere possis uoluntatẽ meam. Incredibile est, quanti faciamus & ego, et frater meus, qui mihi carißimus * est, C. Lenium. id fit cum plurimis eius officijs, tũ summa probitate, & singulari modestia. eũ ego à me inuitißimus dimisi, tum propter familiaritatem, & cõsuetudinis suauitatem, tum quod consilio eius fideli, ac bono libẽter utebar. sed uereor ne iam mihi superesse uerba putes, qua dixeram defutura. cõmendo tibi hominem, sicut intelligis me, de quo ea supra scripserim, debere cõmendare: à teq́ uehementer etiam atq́ et peto, ut, quod habet in tua prouincia negocij, expedias; quod tibi uidebitur rectũ esse, ipsi dicas. hoĩem facillimũ, liberalißimumq́ cog noscẽs. itaq́ te rogo, ut eũ solutum, liberum, cõfectũ eius negocijs per te, quamprimũ ad me remittas. id mihi, fratriq́ meo gratißimũ feceris. Vale.*

* alias est M. Le.

HVBER.

NON putaui) Lenium quendam Cic. diligentissime cõmendat Silio, quem Lenium & à se et à Q. fre suo uehementer amari dicit: petit autẽ ab ipso Silius, ut illius negocium expediat, qđ habet in eius prouincia, & ei dicat, & cõsulat, qđ uidebitur illi utile fore. {Fieri posse) ac dicere, esse possibile. {Mihi tam.) In dicendo copiose. {Desunt) quia non inuenio quibus uerbis eum tam diligenter tibi cõmendem, q̃ & uolo & debeo. {Incredibile)exponit causas cõmendationis. {Id fit)id accidit, q̃ eum tanti faciamus. {Superesse) supabundare, quia plura de eo dicã. {Solutũ) expeditũ.

ASCEN.

NOn putaui &c. Lenium sic affectanter cõmendat ut in eius cõmendatione dicat sibi uerba deesse. Ordo est. Nõ putaui posse fieri, ut uerba deessent mihi. i. deficerent in commendando aliquo, sed tñ desunt in cõmendando C. Lenio. itaq; exponam tibi rem paucis uerbis, sed tñ sup. sic ut possis prospicere plane uoluntatem meam. Incredibile est. i. difficile creditu, quantũ & ego & frater meus, qui est, carissimus mihi, faciamus M. Lenium. Id. f. q; eum sic amamus, fit tum pluris mis officijs eius tum summa probitate & singulari, modestia eius. Ego inultissimus dimisi eum à me tum pp familiaritatẽ & suauitatem ɔsuetudinis, tum q; utebar libenter ɔsilio eius fideli, ac ẽt bono. Sed uereor ne putes uerba supesse. i. redundare, & nimia esse mihi, q̃ dixeram esse cõmendare defutura. Et cõmendo tibi hoiem, sicut intelligis me dñe cõmendare eum de quo scripserim ea supra. i. q̃ præmisi. Ego peto à te uehementer ẽt, atq; ẽt, ut expedias sup. id negocij, quod habet in prouincia tua, & sup. ut dicas ipsi id qđ uidebitur tibi rectum esse. Tu cognosces hoiem facillimũ, & liberalissimũ. Itaq; rogo ut remittas eũ ad me q̃primum. i. ualde cito, solutum & liberũ, negocijs cõfectis p te. Tu feceris mihi, & fratri. f. meo, id gratissimum.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

AGit gratias Silio Neronis nomine, diligenter commendato adolescente, deinde petit vt ipsum Neronem, Neronianosq; tueatur & adiuuet.

M. CICERO P. SILIO PRO PRAET. S. D. 64

NERO *meus mirificas apud me tibi gratias egit, prorsus incredibiles, vt nullum honorem sibi haberi potuisse diceret, qui à te prætermissus esset. magnum fructum ex ipso capies: nihil est enim illo adolescente gratius. sed mehercule mihi quoque gratissimum fecisti: pluris enim ex omni nobilitate neminem facio. itaque, si ea feceris, quæ ille per me tecum agi voluit, gratissimum mihi feceris. primũ de Pausania Alabandensi, sustentes rem, dum Nero veniat: vehementer enim eius causa cupere eum intellexi: itaque hoc ualde te rogo. deinde Nisæos, quos Nero in primis habet necessarios, diligentissimè tuetur, ac defendit, habeas tibi cõmendatissimos: vt intelligat illa ciuitas, sibi in Neronis patrocinio summũ esse p̃sidium. Strabonem Seruilium tibi sæpe commendaui: nunc eo facio id impensius, quòd eius causam Nero suscepit. tantum à te petimus, vt agas eam rem, nec relinquas hominem innocentem ad alicuius tui dissimilis quæstum. id tum gratum mihi erit: tum etiam existimabo te humanitate tua esse vsum. summa huius epistolæ hæc est, vt ornes omnibus rebus Neronem, sicut instituisti, atque fecisti. magnum theatrum habet ista prouincia, non vt hæc nostra, adolescentis nobilis, ingeniosi, abstinentis commendationem, atque gloriam. quare, si te fautore vsus erit, sicut & vtetur profecto, & vsus est; amplissimas clientelas, acceptas à maioribus, confirmare poterit, & beneficijs suis obligare. hoc in genere si eum adiuueris, eo studio, quo ostendisti; apud ipsum praeclarissime posueris; sed mihi etiam gratissimum feceris. Vale.*

HVBER.

NERO) Commendat & laudat plurimum Cic. gratitudinem Neronis, qui apud Cic. dixerat, se omni honore à Silio affectum, fuisse, deinde rogat Si. ut ea, q̃ cum eo egit de Nerone, faciat, q̃ aũt ea sint exponit. Deinde cõmendat & Nisæos necessarios Neronis, postea uero Strab. Seruilium. Postremo eundem Neronem uehementius cõmendat. {His ab ali.) qui esset p̃term.). i. quẽ in eum non ptulisses. {Agi tecũ). i. me tecũ loqui, uel te à me rogari. {Sustẽtes) suspẽdas) sustineas. {Dũ) donec. {Eius) Pansæ, q̃ aũt res esset, nõ facile intelligitur. {Nisæos) ciues Nisæ, q̃ ciuitas est Lydiæ Mœoniæ, aliã ponit Ptolemæus in Lyciam apud montẽ Massicitẽ, & licet dicantur & aliæ, nunc de ea, quæ in Lydia intelligit. {Patrocinio) defensione. {Impensius) uehementius. {Relinquas) qđ fiet. nisi te obtinente prouinciam sit liber & expeditus. {Dissimilis tui) . i. auaricũ tu sis liberalis. {Quæstũ) lucrũ: qa fortasse alius fuerit tibi tui dissimilis, q̃ magis delectabitur lucro q̃ iustitia. {Magnũ th.) . i. fortunam qualis in theatro esse solet, est. n. translatio. {Non ut hæc nra) . f. Cilicia. sensus aũt est, ista prouincia cui tu præes, hẽt magnam fortunam, non aũt cõmendatioñe & gliam adolescentis. f. Neronis: sicut nra Cilicia i itaq; quãto maior est istic fortuna, tãto magis indiget fauore tuo. {Confirmare) dũ ei proderit sicut & maiores sui. {Clientelas) . i. clientũ multitudines. {Hoc in genere) in huiusmodi reb⁹.

Sustentes.

Nisæ.

Quæstum.

ASCEN.

NEro meus &c. Cõmendat & laudat plurimum gratitudinem Neronis cuiusdam, non quidem illius tyranni q̃ longe post Cic. fuit, sed alterius faciens p hoc eundẽ cõmẽdatiorẽ. Ordo est. Nero meus. f. amicus egit mirificas gras apud me . i. me alloquẽs sup. & prsus. i. oino incredibiles, ut diceret nullum honorẽ potuisse bri. i. impendi sibi, q̃ ptermissus esset à te. tu capies magnũ fructũ ex eo. i. eius gratitudine. Nihil. n. est gratius illo adulescẽte, sed mehercule tu fecisti gratissimũ, quoq;. i. ẽt mihi. Ego. n. neminẽ, facio pluris ex oi nobilitate . i. ex oibus nobilib. Itaq; si feceris ea q̃ ille. f. Nero uoluit agi . i. tractari & transigi tecũ p me, tu feceris mihi gratissimum. Primũ sup. ut sustentes. i. suspendas & ptrahas, rem. i. litem et ɔtrouersiã de Pausania Alabãdensi, dñ. i. donec Nero ueniat. Ego intellexi eũ. f. Neronẽ cupere uehemẽter sup. id, cã eius. f. Pausaniæ. Videbitur forte ordo melior pmũ intellexi ut sustẽtes rẽ de Pausania Alabãdensi, dũ Nero ueniat, eũ cupere uehemẽter cã eius. f. Pausaniæ. Itaq; rogo te ualde hoc, deinde sup. ut hẽas cõmẽdatissimos tibi, Nisæos. i. ciues Nisæ, ciuitatis Lydiæ Mœoniæ, quos Nero hẽt necessarios in primis. i. inter primos, & tuetur ac defendit diligẽtissime, ut illa ciuitas intelligat summũ p̃sidiũ esse in patrocinio Neronis. Ego cõmẽdaui tibi sæpe Strab. Seruiliũ, ego facio nunc id impẽsius. i. maiore cura & impẽsa, eo. i. ppea q; Nero suscepit. f. tuendã cãm eius. Nos petim⁹ tm̃. i. dũtaxat, à te, ut agas eã rẽ, ne relinq̃s hoiem inocẽtẽ. f. Seruiliũ ad q̃stũ. i. lucrũ aut rapinã alicuius dissimis tui. i. iniq; & inhumani. Id erit tũ. i. fit, gratum mihi, tũ. i. fit, existimabo. i. iudicabo te usum esse humanitate tua. Hæc est sũma. i. pncipalis petitio h⁹ eplę, ut ornes Neronẽ oib. sicut instituisti. i. icepisti, atq; fecisti. Ista puincia. f. i q̃ es, hẽt magnũ theatrũ. i. mltos, spectatores, ut theatrũ hẽe solet, nõ ut hæc nra . f. puincia, qa ea nõ hẽt tm̃ theatrũ, hẽt aũt theatrũ apposite cõmẽdationes atq; gliam adulescẽtis nobilis ingeniosi, abstinẽtis. Quare si Nero erit usus te fautore, sicuti utet pfecto et usus ẽ, ipse poterit ɔfirmare. f. sibi amplissimas cliẽtelas acceptas à maiorib. & obligare sup. eas sibi bñficijs suis. Si adiuueris eũ i hoc gñe eo studio quo oñdisti, tu polueris. i. locaueris . f. illũ bñficiũ pclarisś. apd illũ, sed feceris ẽt mihi gratissimũ.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

P. Terentium magistrum rationum societatis suæ, Silio diligenter commendat.

M. CIC. P. SILIO PRO PRAET. S. D. 65

CVM P. *Terentio Hispone, qui operas in scriptura pro magistro dat, mihi summa familiaritas, consuetudoq; est: multaq; & magna inter nos officia paria, & mutua intercedunt. eius summa existimatio agitur in eo, vt pactiones cum ciuitati-*

bus

bus reliquis conficiat. non me præterit, nos eam rem Ephesi expertos esse; neque ab Ephesijs ullo modo impetrare potuisse. sed quando, quemadmodum oēs existimant, & ego intelligo, tua cum summa integritate, tum singulari humanitate, & mansuetudine consecutus es, ut, libentissimis Græcis, nutu, quod velis, consequare: peto à te maiorem in modum, ut honoris mei causa hac laude Hispionem affici velis. præterea cum socijs scripturæ mihi summa necessitudo est, non solum ob eam causam, quod ea societas uniuersa in mea fide est. sed etiam quod plerisque socijs utor familiarissime. ita & Hispionem meum per me ornaris, & societatem mihi coniunctiorem feceris: tuq; ipse & ex eius obseruantia, gratissimi hoīs, & ex sociorum gratia, hominum amplissimorum, maximum fructum capies; & me summo beneficio affeceris. sic enim velim existimes, ex tota tua prouincia, omniq; isto imperio nihil esse, quod mihi gratius facere possis. Vale.

HVBER. Scriptura

CVM Pub.) Scriptura nomen erat officij eorū, qui scribebant ꝓuinciales res & uectigalia, & pactiones.cū ciuitatibus huius scripturæ societas erat,in qua erat magr & prior. Terēt. Hilpo. quem nunc Cic. cōmendat Silio ut eius opa ꝓficiat Hispo. pactiones cum reliqs ciuitatib. ꝓuinciæ Silij, quē dicit se intelligere facillime ꝯsequi quidqd uelit à Græcis. q ds quid .n. collatum fuerit in ipsum Hispionem, bñ collatum iri & sibi gratum fore. {Dat op.) i. laborat & exercetur. {Pro magistro) tanq prior ut supra dixim'. {Existimatio) honor. {Pactiones) ꝯuētiones, pacta. {Eam rē) ut ꝯficeret pactiones. {Expertos esse) tentasse. {Qñ) qm. {Libentissimis) .i. ꝓptissimis animo & uoluntate. {Nutu) id est, facillime. q. d. solum innuendo. {Affici hac laude) habere hanc laudem, ut pactiones conferat. {Socijs) erat enim, ut diximus, societas huius officij. {In mea fide) in mea tutela. {Per me) causa mea. {Imperio) præerat enim prouinciæ tanquam Imperator cum exercitu. sicut & Cic. Ciliciæ.

ASCEN.

CVm P. &c. Cōmendat Terentium Hisp. q in scriptura. i. officio scribendi, prouinciales & uectigalia uicem magistri tenebat, dicens. Summa familiaritas & ꝯsuetudo est, mihi cū P. Terentio Hisp. qui dat operas in scriptura. i. qui scribit pro magistro. i. loco magistri. s. rōnum, & multa & magna officia intercedunt. i. cōia sunt & coniunctionum faciunt inter nos paria. i. æqualia & mutua summa existimatio. i. reputatio ei' agitur, i. uersatur in eo, ut conficiat pactiones. i. in conficiendis pactionibus & conuentionibus cum reliquis ciuitatibus. Non præterit me. i. memor sum, nos expertos esse. i. tentasse periclitando, eam rem, ut. s. pactionem conficiat Ephesi, nec potuisse. s. nos impetrare. s. illud ullo mō ab Ephesijs. Sed qñ .i. qm quemadmodum oēs existimant, & ego intelligo, sunt qui frustra interferant fecisti, tu consecutus es cum tua summa integritate & mansuetudine, ut ꝯsequate. i. obtineas, Græcis libentissimis. i. uolētissimis nutu. i. solo iudicio capitis qd' uelis, peto à te in maiorem modum, ut uelis cā honoris mei, Hispionem affici hac laude. s. ut cōfecerit, reliquas pactiones. præterea summa necessitudo est mihi cum socijs scripturæ. i. q sūt rōnes cum Hispone scribunt, non solum ob eam cām q societas uniuersa. i. sit tota est in fide. i. fideli ꝓtectione mea. sed ēt q utor familiarissime plerisq socijs. ita. i. & sic ornaris ꝓ ornaueris. i. honore affeceris Hispōnē meū, & feceris societatē. s. scribentium coniunctiorem mihi, & tu ipse capies maximum fructum ex obseruantia. s. actiua in te, eius. s. Hispionis, hominis gratissimi, et ex gratia sociorum appositoriæ hominum amplissimorum & affeceri (ꝯiungit diuersos modos capies, & affeceris) .i. afficies me summo beneficio. Velim .n. supp. ut existimes sic, nihil esse quod possis facere gratius mihi ex tota prouincia tua & ex omni isto. i. tuo imperio.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

NEgocia habebat in Asia ante exilium Cæcina, & cum exularent pro pter Cæsarem iram cupiebat reliquias negociorum cōficere, quare proficiscitur in Asiam ad Seruilium proconsulem, à Cicerone commendatus est.

M. CICERO P. SERVILIO S. D. 66

A. CAECINAM, maxime propriū clientem familiæ vestræ, non cōmendarem tibi, cum scirem qua fide in tuos, qua clementia in calamitosos soleres esse, nisi me & patris eius, quo sum familiarissime usus, memoria, & huius fortuna ita moueret, ut hominum oībus meorum studijs, officijsq; coniunctissimi mouere debet. à te hoc oī contentione peto, sic, ut maiore cura, maiore animi labore petere non possim; ut ad ea, quæ tua sponte, sine cuiusquam cōmendatione, faceres in hoīem tantum, & talem, calamitosum, aliquem afferant cumulum meæ literæ, quo studiosius eum, quibuscunque rebus possis, iuues. quod si Romæ fuisses, ēt salutem A. Cæcinæ essemus, ut opinio mea fert, per te cōsecuti. de qua tamen magnā spem hēmus, freti clementia collegæ tui. nunc quando iustitia tuam secutus, tutissimū sibi portū prouinciam istā esse duxit: etiā atque ēt te rogo, atque oro, ut eū & in reliquijs ueteris negociationis colligēdis iuues, & ceteris rebus tegas atque tueare. hoc mihi gratius facere nihil potes. Vale.

AVLVM Cæc.) Cæcina olim negociatus fuerat, in Asia, cui præerat Seruilius, reliquerat autem in ea negociatione multa, quæ consequi nō potuerat, & postea quia cum Pompeio aduersus Cæs. fuerat, & descripserat contra Cæs, ut lib. VI. uidimus, exilio mulctatus est. Itaque cum in Asiā proficisceretur, ut ibi esset tutus, & reliquias Asiaticæ negociationis conficeret. Cic. eum cōmendat Seruilio Asiæ prętori, ut in ijs reliquijs colligēdis, & in ceteris rebus eū tueatur: sibi. n. fore gratissimū. {Calamitosos} qualis est ipse Cæcina, ut libro VI. uidere licet. {Fortuna} calamitas. {Contentione} efflagitatione & instātia. {Per te} tuo fauore. {Cōsecuti} a Cæs.) g eū exilio multauit, {Reliquij} In ijs q superfunt ei colligenda. {Tegas} ꝓtegas, defendas. Virg. Hæc Apollinis insula dixit.

HVBER.

ASCEN.

A. Cæcinam &c. Cōmendat A. Cæcinā, qui prius in Asia negociatus fuerat, cui præerat Seruilius, reliquerat autē in ea negociatione multa q ꝯsequi non poterat, & postea qa contra Cæs. scripserat, ut lib. VI. uisum est, exilio damnatus fuerat. Ordo est. Ego non cōmendarē tibi Aulum Cæc. clientem maxime proprium nr̃æ familiæ, cū scirem qua fide. i. fideli protectione soleres esse in. i. erga tuos, & qua clementia in calamitosos, nisi & memoria pr̃is eius quo sum usus familiarissime, & fortuna huius. s. Auli filij eius, moueret. i. afficeret me ita, ut sup. fortuna hoīs coniunctissimi mecum oībus studijs & officijs, debeat mouere sup. me. Ego peto à te oī ꝯtentione. i. instantia, hoc. s. qd' statim dicet, ita ut non possim petere maiore cura & maiore labore animi, ut meæ lr̃æ afferant aliquē cumulū. i. aliqd' magnum augmentū, in. i. erga hoiem tm̃ & talē calamitosum, quo. s. cumulo, aut quo ꝓ ut iuues eū studiosius. i. maiore studio. i. fauore & conatu, q̃ faceres si nō esset cōmēdatus à me, qbulcūq; reb. possis q̄ si fuisses. Romæ. s. qñ in exiliū act' est, nos ꝯsecuti essemus ꝑ te. ut opinio mea fert. i. ut opinor ēt salutem. i. conseruationem in pr̃ia, A. Cæcinæ. De qua. s. salute eius recupanda, non tñ. i. nihilominus quis nunc amissa uideatur, nos hēmus magnam spem, freti. i. confisi & adiuti clementia. s. benignitate collegæ tui. s. Romę agentis. Nunc qñ. i. qñquidē ipse Cæcina secutus iustitiā tuā .i. famā aut opinionē de iustitia tua duxit. i. existimauit. & arbitrat' est ꝓuinciā istā. i. quā tu geris in Asia, esse sibi portū. i. receptaculū salutis tutissimū, rogo te ēt atq; ēt. i. iter atq iterū, hoc est frequēter, & ita ex aio ut iuues eū, et. i. si, i reliquijs. i. ueteribus debitis ueteris. i. pristinæ negociationis, quia ante bellum ciuile illic negociari solitus erat, colligendis. i. coaceruandis à debitoribus, & tegas. i. protegas, ac tueare. i. defendas sup. in ceteris rebus. Tu nihil. i. non aliquid non potes facere mihi aliquid gratius, hoc. i. quàm hoc.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Andronem familiarem suum commendat studiose Seruilio.

M. CIC.

M. CICERO P. SERVILIO S. D. 67

EX prouincia mea Ciliciēsi, cui scis τρῆς διοικήσεις Asiaticas attributas fuisse, nullo sum familiarius vsus, quàm Androne, Arthemonis filio, Laodicensi: eumq́; habui in ea ciuitate tum hospitē, tum vehementer ad meæ vitæ rōnem, & consuetudinem accōmodatum. quem quidem multo ēt pluris, posteaquā decessi, facere cœpi, quòd multis rebus expertus sum gratum hoīem, meiq́; memorem: itaque eum Romæ libentissime vidi. non te .n. fugit, qui plurimis in ista prouincia benigne fecisti, quàm multi grati reperiantur. hæc propterea scripsi, vt, me non sine causa laborare, intelligeres, & vt tu ipse eum dignum hospicio tuo iudicares. feceris igitur mihi gratissimū, si ei declararis, quāti me facias .i. si receperis eū in fidē tuā, &, quibuscunque rebus honeste, ac sine molestia tua poteris, adiuueris. hoc mihi vehemēter erit gratū. idq́; vt facias, te etiā atque ēt rogo. Vale.

HVBER.

EX prouincia) Andronem Laodicensem familiarem suum in Asia proficiscentē Cic. diligentissime cōmendat Seruilio: ut eum recipiat in fidem suam & quibuscunque rebus poterit, adiuuet. {τρῆς) tres. {διοικήσεις) diœceses, iurisditiones: {Laodicensium) ex Laodicea urbe. {Multo pluris) q̃ tunc, cū eram in prouincia. {Non fugit te) nō ignoras. {Dignum hospitio tuo) dignum quem in domum tuam excipias.

ASCEN.

EX prouincia &c. Andronem Laodicensem, familiarē suū in Asiā ꝓficiscentē diligenter cōmendat Cic. Seruilio, dicēs. Ego nullo sum usus ex ꝓuincia mea Ciliciēsi cui scis tres diœceses .i. iurisditiones Asiaticas attributas fuisse familiariꝰ, q̃ Androne Laodicensi filio Arthemonis, & habui eū .i. in ciuitate .s. Laodicea, tū .i. pariter hospitē, tū .i. pariter accōmodatum .i. explicatū & idoneū uehemēter, ad rōnē & ꝯsuetudinē uitæ meæ. Quē quidē ego cœpi facere ēt multo pluris postea q̃ decessi, ꝙ .i. eo ꝙ exꝑtus sum multis reb. sup. eū hoīem gratū & memorē mei. Itaq; ego uidi eū libētissime. Nō .n. fugit te, q̄ fecisti benigne, plurimis in ista prouincia .s. tua, q̃ multi .s. quos scio ꝙ paucissimi ineniātur grati. Ego scripsi hoc ꝑpea, & ut intelligeres me laborare .i. solicitū esse nō sine cā, & ut ipse iudicares eū dignū hospitio tuo. Tu igr̄ feceris mihi gratissimū, si declararis ꝑ declaraueris, ei, quāti .i. quā magni, aut multi facias .i. æstimes me .i. si recepis eū in fidē tuā, & adiuueris eū q̄buscūq; reb. poteris honeste & sine molestia tua. Hoc erit mihi gratū uehemēter, & rogo te ēt atq; ēt ut facias id.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

NOn est commendatoria, sed responsoria ad literas Seruilij. petit autem vt certior fiat ab eo de rebus prouinciæ. deinde causam dicit cur minus sæpe de rep. scripturus sit postremo officium suum ille pollicetur.

M. CICERO P. SERVILIO ISAVRICO PRO COS. COLLEGAE S. D. 68

GRATAE *mihi vehementer tuæ literæ fuerunt, ex quibus cognoui cursus nauigationum tuarum. significabas .n. memoriā tuā nostræ necessitudinis: qua mihi nihil poterat esse iucundius. quod reliquum est, multo ēt erit gratius, si ad me de rep. id est de statu prouinciæ, de institutis tuis familiariter scribes. quæ quanquā ex multis pro tua claritate audiam, tamen libentissime ex tuis literis cognoscā. Ego ad te, de reip. summa quid sentiam, non sæpe scribam, propter periculum eiusmodi literarum. quid agatur autem, scribam sæpius. sperare tamen videor, Cæsari, collega nostro, fore curæ, & esse, vt habeamus aliquam rēp. cuius consilijs magni referebat te interesse. sed, si tibi vtilius est, id est gloriosius, Asiæ præesse, & istā partem reip. male affectam tueri: mihi quoque idem, quod tibi, & laudi tuæ profuturum est, optatius debet esse. ego, quæ ad tuā dignitatem pertinere arbitrabor, summo studio, diligentiaq́; curabo: in primisq́; tuebor oī obseruantia, clarissimū virū, patrē tuum: quod et pro vetustate necessitudinis, et pro beneficijs uestris, et pro dignitate ipsius facere debeo. Vale.*

HVBER.

GRATAE) Cum proficisceretur Seruilius in Asiā, ꝓtor scripserat ad Cic. oēm nauigationē suā. Itaq; Ci. dicit eas lr̄as sibi gratas fuisse, q̄m ōnderunt Seruiliū sui memorē esse. Petit deinde ab eo ut aliq̄d de rebus ꝓuinciæ, & de institutis suis scribat, se aūt scriptuꝝ dicit rarius q̄d sentiat de statu reip. q̄d aūt agatur, sæpius scriptuꝝ. Laudat aūt ꝯsiliū Seruilij q̄ putet utilius esse tueri Asiā q̃ esse Romæ, polliceturq́; se diligēter curatuꝝ q̄dq̄d ad eius dignitatē ꝑtinebit. {Cursus) itinera ꝓgressus. {Qua) memoria. {Institutis) decretis à te factis in ꝓuincia. {Pro tua cl.) q̄a claroꝝ uiroꝝ nulla facta pñt esse in obscuro, ut alibi dixit. {Quid sen.) q̄d opinet. {Periculum) ne lr̄æ ad manus Cæs. ꝑuenirent. {Collegæ) quia fuerat procōsul in Gallia, sicut & Cic. in Cilicia, & Seruilius in Asia. {Magni ref.) uel utile erat. {Male aff.) male tractata, uel male disposita. {Optatius) gratius. {Obseruātia) reuerētia. {Qđ &) adducit multas, cās suæ obseruantiæ erga p̄rem Cæcinæ.

ASCEN.

GRatæ etc. Cum proficisceretur Seruilius in Asiam ꝓtor, scripserat ad Cic. nauigationē suam qđ hoc ordine sibi placuisse dicit Cic. Lr̄æ tuæ fuerūt mihi gratæ uehemēter, ex q̄bus cognoui cursum .i. ꝓcessum nauigationū tuaꝝ. Signābas eīm .i. hoc faciēdo, memoriā tuā .i. te memorē necessitudinis nr̄æ, qua nihil poterat esse iucundius mihi. Qđ reliquū est .i. adhuc restat, erit mihi ēt gratius multo, q̄a utilius, si scribes ad me familiariter de repub. & de statu ꝓuinciæ, &, sup. de institutis .i. ordinationib. tuis. Quæ quenq̃ audiā ex multis ꝑ tua claritate .i. ꝑꝑ claritatē tuā, q̄ nihil sinit te in occulto agere, tñ cognoscā libētissime ex lr̄is tuis. Ego nō scribā sæpe ad te, q̄d sentiā de summa .i. maxima salute reip. ꝑꝑ ꝑiculū eiusmodi lr̄aꝝ. Aūt .i. sed ego scribā sæpius q̄d agatur. Ego tñ uideor sperare fore .i. futuꝝ esse. & esse .s. mō Cæs. collegæ nr̄o .i. q̄ ꝓconsul fuit in Gallia, cū ego essem in Cilicia, curæ, ut hēamus aliq̃ remp. Si dicas ēt tūc cū Cæs. in Gallia esset, aliqua erat resp. ueꝝ de tp̄e quo Cæs. quodāmodo coactus ut se, & suos tueretur, rēp. inualerat. loq̄tur, quā illi fuerat in aīo aliqñ restituere, collegā aūt uocat q̄a quodā simi magr̄atu functi erāt, aut q̄a iā tūc in aliquo collegio seu augurali, seu ꝯsulari sim̄ erāt. Cuiꝰ .s. Cæs. ꝯsilijs referebat .i. in re & utilitate erat, magni .i. magnopere te interesse .i. p̄ñtē esse, sed si est tibi utilius .i. g̃iosius ꝑesse Asiæ & tueri .i. ꝓtegere istā partē reip. male affectā .i. aīatā aut tractatā, idē qđ ꝓfuturū .i. utile futurū est tibi & laudi tuæ, debet esse quoq; .i. ēt optabilius mihi. Ego curabo summo studio & diligētia .s. summa, ea q̄ arbitrabor ꝑtinere ad dignitatē tuā. Et in primis tuebor oī obseruātia .i. ueneratione & custodia p̄rem tuum uirū clarissimū, qđ debeo facere, & .i. sim̄, pro uetustate necessitudinis .i. necessariæ amicitiæ, quæ est mihi cum eo, & .i. simul, pro beneficijs ur̄is .i. tuis & patris & pro dignitate ipsius .s. patris tui.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Petit à Seruilio, vt Curtij Mithris controuersiam explicet.

M. CIC. P. SERVILIO COLLEGAE S. D. 69

C. CVRTIVS *Mithres est ille quidem, vt scis, libertus Postumij, familiarissimi mei; sed me colit, & obseruat æque, atque illum ipsum patronum suū. apud eum ego sic Ephesi fui, quotiescūque fui, tanquam domi meæ: multaq́; acciderūt, in quibus & beneuolētiam eius erga me experirer, & fidem: itaque si quid aut mihi, aut meorū cuipiam in Asia opus est, ad hunc scribere consueui, huius cum opera, & fide, tum domo, & re vti, tanquam mea. hæc ad te eo pluribus scripsi, vt intelligeres, me non vulgariter,*

nec

nec ambitiose, sed ut pro homine intimo, ut mihi pernecessario scribere. peto igitur à te, ut in ea controuersia, quam habet de fundo cum quodam Colophonio, & in ceteris rebus, quantum fides tua patietur, quantumq; tuo cõmodo poteris, tantum ei honoris mei causa commodes. etsi, ut eius modestiam cognoui, grauis tibi nulla in re erit. si & mea commẽdatione, & mea probitate assecutus erit, uti de se bene existimes, omnia se adeptum arbitrabitur. ut igitur eum recipias in fidem, habeasq; in numero tuorum, te uehementer etiam atque etiam rogo. ego, qua te uelle, quæq; ad te pertinere arbitrabor, omnia studiose, diligenterq; curabo. Vale.

HVBER. CAIVS) Curtium Mithrem libertum Postumij familiarissimi sui Cic. cõmendat Seruilio, ut in quadam ꝯtrouersia, quam habebat cum quodam Colophonio de fundo quodam ei faueat & habeat in numero suoꝝ. {Ille) habet exẽplarium ad laudem. {Aeque) tam. {Atque) quæ. {Sic) tam familiariter. {Scribere) ut pro me & meis agat. {Vti) .s.ꝯsueui. {Vulgare) pro uulgariter.i.negligenter. {Sed ut) .i.tanq̃ intimo familiarissimo. {De fundo) .i.pp fundum.i.possessionem. {Colophonio) ciui Colophonis, quod est ciuitas i Ionia ab Andremone Pylio condita. auctore Strab. de qua plura dicemus in commentarijs epistolarum Horat. quos propediem me editurum spero. {Commodes) faueas, commoditatem facias. {Bene existimes) bene sentias & iudices.

Aeque / Atque / Colophon

ASCEN. Caius &c. Curtium Mithrẽ libertum Postumij familiarissimi sui Cic. cõmendat Seruilio ut in quadam cõtrouersia quam habebat cum Colophonio de fundo quoddam eum adiuuet, dicens C. Curtius Mithres est ille quidem, uũ uacare ille, sed quia apte cohæret particulæ quidẽ, illi coniuuxit, libert⁹ Postumij, familiarissimi mei, sed colit atq; obseruat me, æque.atq;.i.æqualiter, ut illum ipm.s. Postumium patronum suum. Ego fui Ephesi in ea ciuitate Asiæ quotiescunq; fui.s. Ephesi, apud eum.s.C. Curtium sic tanq̃.s. fuissem domi meæ. Et multa acciderunt in quibus experiter, &.i. sit beneuolentiam erga me & fidem. Itaq; siqd opus est, aut mihi, aut cuipiam meoꝝ in Asia, ꝯsueui scribere ad hunc & sup, consueui uti tum opera & fide huius .s. C. Curtij, tũ domo & re, tanq̃ mea. Ego scripsi, hæc ad te eo.i.ppea. pluribus sup. uerbis ut intelligeres me non scribere uulgariter.i. more uulgi, aut ut de uulgo, nec ambitiose.i. more ambientis, q digna & indigna ut impetret qd' petit obire solet, sed ut pro hoie intimo ac pnecessario mihi. Igitur qa honeste possum & ex offõ debeo, ego peto à te ut cõmodes.i. prosis, & te applices ei, cã honoris mei, quia honorificum est magni fieri à magnis uiris, in ea controuersia.i. lite quã hẽt de fundo.i. de possessione fundi, cum quodam Colophonio.i. ciue Colophonis oppidi in Ionia, & in ceteris reb⁹ quantũ fides.i. æquitas tua patietur, & quantũ poteris tuo cõmodo.s. saluo. Etsi, ut cognoui modestiam eius, in nulla.i. non ulla, non erit, grauis.i. molestus & onerosus tibi in ulla re etsi assecutus erit, &.i. sit, cõmendatione mea, &.i. sit probitate sua, uti .i. ut bñ existimes .i. iudices de se, hoc est iudices eum bonum i ipse arbitrabitur se adeptum.i. nactum, oia.s.q uult. Igitur ego rogo, te uehementer etiam atq; etiam.i. iterum atq; iterum, hoc est frequẽter & diligenter, ut recipias eum in fidem.i. fidelem protectionem tuam, & hẽas in numero tuoꝝ.s. amicoꝝ ac necessarioꝝ. Ego curabo omnia studiose.i. affectanter & diligenter, q̃ arbitrabor te uelle, quæq;.i.& quæ arbitrabor pertinere ad te.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Ampium Menandrum & suo & patroni nomine Seruilio commendat.

M. CIC. P. SERVILIO COLLEGAE S. D. 70

Quia non est obscura tua in me beneuolentia, sic fit, ut multi per me tibi uelint commendari. ego autem tribuo non nunquam in uulgus, sed plerunque necessarijs, ut hoc tempore. nam cum T. Ampio Balbo mihi summa familiaritas, necessitudoq; est. eius libertum T. Ampium Menandrum, hominem frugi, & modestum, & patrono, & nobis uehementer probatum, tibi cõmendo maiorem in modum. uehementer mihi gratum feceris, si, quibuscunque rebus sine tua molestia poteris, ei cõmodaris. quod ut facias, te uehementer etiam atque etiam rogo. Vale.

HVBER. T. AMPIVM) T. Ampij libertam Ampium quem summope laudat Cic. Seruillo cõmendat. {Obscura) ignota. {Fit) accidit. {Nõ nunq̃ tribuo in uulg.) .s. cõmendationes.i. cõmendo interdum uulgares. {Plerunque) persæpe. {Frugi) utilem.

ASCEN. Quia &c. Excusans uenuste multitudinem cõmendatoꝝ à se cõmendat adhuc T. Ampij libertum, dicens. Quia beneuolẽtia tua, in.i. erga me, homo est obscura, sic.i. ex eo fit, ut multi uelint cõmendari tibi p me. Ego aũt tribuo nõ nunq̃.s. bñficiũ cõmendationis in uulgus.i. uulgares, sed pleruq;.i. ut plurimum tribuo sup. necessarijs, ut hoc tpe. Nã summa familiaritas necessitudo.i. necessaria in amicitia coniunctio est mihi cum T. Ampio Balbo. Ego cõmendo tibi in modũ.i. formam maiorẽ, hoc est non uulgarem sed ingẽtem libertum eius T. Ampium, quia liberti patronoꝝ suoꝝ nomina accipiant: Menandrum hoiem frugi.i. utilem & modestũ, & probatum .i. probũ reputatum uehementer & patrono & nobis. Tu feceris mihi gratum uehementer, si cõmodaris.i. cõmodum feceris ei, qbuscunq; rebus poteris sine molestia tua. Qd' ut facias, rogo te uehementer etiam atque etiam.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

T. Agusium comitem exilij ualde commendat.

M. CIC. P. SERVILIO COLLEGAE S. 71

Multos tibi commendem necesse est; quando omnibus nota nostra necessitudo est, tuaq; in me beneuolentia. sed tãetsi omnium causa, quos commendo, uelle debeo: tamen cum omnibus nõ eadem mihi causa est. T. Agusius & comes meus fuit illo miserrimo tempore, & omnium itinerum, nauigationum, laborum, periculorum meorum socius: neque hoc tempore discessisset à me, nisi ego ei permisissem. quare sic tibi eum commendo, ut unum de meis domesticis, & maxime necessarijs. pergratum mihi feceris, si eũ ita tractaris, ut intelligat hanc commendationem sibi magno usui, atque adiumento fuisse. Vale.

HVBER. MVLTOS) T. Agusium, cõmendat Cic. comitem suum tpe exilij sui, petitq; à Seruio, ut eum ita tractet, ut intelligat hanc cõmendationem sibi plurimum profuisse. {Velle) .s. te efficere. {Non ea.) non sisis & par, qa cũ alio {Comes) qa sp fuit mecũ. {Illo tpe) exilij mei. {Socius) ꝓprie in piculis dixit socios: ut, O socij, neq; ignari sum⁹ aũ maloꝝ. comitẽ ꝓ itineꝝ dixit. {Permisisse} concessisse, ut discederet.

Comes. / Socius.

Multos &c. Rursus se purgans cõmendat T. Agusiũ, dicens. Necesse est sup. ut cõmendẽ tibi multos, qñ .i. qñquidẽ necessitudo nr̃a.i. necessaria ꝯiunctio in amicitia, & bñuolẽtia tua erga me est nota oĩb. Sed tãetsi ego debeo uelle.s. qd peto.cã oium quos cõmẽdo, tñ nõ eadẽ ca.s. petẽdi ẽ mihi cũ oĩb. q aljis plus, aljis min⁹ debeo, pim aũt se dr̃e, ei quẽ nũc cõmẽdat, inuit subdẽs T. Agusius fuit, &.i. sit, comes meus.i. me comitãs tanq̃ minor, illo tpe miserrimo .s. exilij mei, aut fugæ cũ alijs Põpeianis, & socius me⁹.i. æqualiter pticeps olum itineꝝ, nauigationũ, laboꝝ, piculoꝝ meoꝝ. Neque discessisset à me hoc tpe, nisi ego pmisissẽ ei. Quare ego cõmẽdo tibi eũ sic, ut unũ đ domesticis meis & necessarijs maxie. Tu feceris mihi pgratũ, si tractaris .i. tractaueris eũ ita, ut itelligat hãc cõmẽdat. fuisse sibi magno usui atq; adiumẽto.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Curtilia necessaria negotia Seruilio rursus commendat.

M. CIC.

M. CIC. P. SERVILIO COLLEGAE S. 72

Erelliae, necessaria mea, rem, nomina, possessiones Asiaticas commendani tibi praesens in hortis tuis, quàm potui diligentissime: tuq; mihi pro tua consuetudine, proq; tuis in me perpetuis, maximisq; officijs omnia te factu rum liberalissime recepisti. meminisse te id spero: scio enim solere. sed tamen Cerelliae procuratores scripserant, te propter magnitudinem prouinciae, multitudinemq; negociorum etiam atque etiam esse commonefaciendum. peto igitur, ut memineris, te oia, quae tua fides pateretur, mihi cumulate recepisse. equidem existimo, habere te magnam facultatẽ (sed hoc tui est consilij, & iudicij) ex eo S. C. quod in heredes C. Vennonij factum est, Cerelliae commodandi. id S.C. tu interpretabere pro tua sapientia: scio enim eius ordinis auctoritatem semper apud te magni fuisse. quod reliquum est, sic velim existimes, quibuscunque rebus Cerelliae benigne feceris, mihi te gratissimum esse facturũ. Vale.

HVBER. Erelliae,) Anteq̃ proficisceretur Seruilius in Asiam Cic. ei cõmendauerat corã Cerelliã necessariã suã, q̃ multa hẽbat in Asia, quam nũc p lrãs cõmendat, rogatq; eũ ut illã adiuuet cũ hẽat facultatẽ id faciẽdi pp senatuscõsultum q̃d ɔtra hẽdes. C. Venonij fcm erat i fauorẽ Cerelliae. {Cõmonefaciẽdũ) admonẽdũ, i memoriã tibi id fcm reducẽdũ. {Propter mag. pu.) qa hẽs magnã administrationẽ puinciae p quã posses fortasse esse immemor ei⁹, q̃d mihi pmisisti. {Recepisse) pmisisse. {Facultatẽ) cõmoditatẽ, occasionẽ. s. faciẽdi, q̃ recepisti. {Ex eo S.C.) pp id senatusc. {In her.) ɔtra hẽdes: q Cerelliae aduersarij erant. {Cõmodandi) cõmodum faciendi. i. q̃d est fcm in fauorem Cerelliae. {Interpretabere) uidebis quod uelit. {Eius ordinis) senatorij. {Magni fuisse) magni ẽstimatam esse. Itaq; eã debebis ɔseruare faciẽdo q̃d decreuit ipse senatus. {Quod reliquum est) pro in eo quod reliquum est, pter interpretationẽ illius senatusc. {Benigne) liberaliter, bene.

ASCEN. Cerelliae &c. Cõmendat & Cerelliã mulierẽ sibi necessariã, q̃ multa hẽbat in Asia ubi Seruilius iam tũ erat, negocia. Ordo est. Ego cõmendaui tibi praesens. i. corã, in hortis tuis. i. quantũ potui diligentissime, rẽ. i. litem, noia. i. debita p noia debitoꝝ notata, & possessiones Asiaticas. i. quas hẽt in Asia. Et tu recepisti. i. pmisisti liberalissime mihi p ɔsuetudine tua, & ppetuis & maximis officijs tuis in me, hoc est ɔformiter ad ea te factuꝝ oia. Ego spero te meminisse. i. memoria tenere id. s. te recepisse, scio. n. sup. te solere. s. meminisse. Sed tñ pcuratores Cerelliae scripserunt te esse cõmonefaciendũ ẽt atq; ẽt. i. frequẽter & diligẽter, pp magnitudinẽ negocioꝝ. s. tuoꝝ i ea. Peto igr ut memineris te recepisse. i. pmisisse mihi cumulate. i. abũde, oia q̃ fides tua peteretur. Eqdẽ. i. ego certe existimo te hẽre magnã facultatẽ. Sed hoc est ɔsilij tui. i. ptinet ad ɔsiliũ tuũ, & iudicij. i. ad iudiciũ tuũ cõmodandi. i. cõmodũ faciẽdi Cerelliae. Ex eo S. C. i. uirtute illius senatusconsulti, quod factum est in. i. contra heredes C. Venonij, quia q̃d in unum latum est, põt in consimiles applicare, unde addit. Tu interptabere id S. C. pro sapientia tua. Scio. n. auctoritatem eius ordinis. i. senatorij fuisse semper apud te magni. i. magnae aestimationis. Quod reliquum est. i. quantũ ad id, quod restat scribendum, ego uelim sup. ut existimes sic, qbuscunque rebus feceris benigne. i. fauorabiliter Cerelliae, te facturum esse gratissimum. i. rem gratissimam mihi.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Gratulatoria est epistola, & commendatoria, & petitoria.

M. CIC. Q. PHILIPPO PRO COS. S. 73

Ratulor tibi, quòd ex prouincia saluũ te ad tuos recepisti incolumi fama, & rep. quòd si Romae te uidissem, corã gratias egissem, quòd tibi L. Egnatius, familiarissimus meus, absens, L. Oppius psens curae fuisset. Cũ Antipatro Derbete mihi nõ solũ hospitiũ, verum etiã summa familiaritas intercedit. ei te vehemẽter succẽsuisse audiui, & moleste tuli. de re nihil possum iudicare, nisi illud mihi certe persuadeo, te talẽ virum nihil temere fecisse. à te aũt pro vetere nostra necessitudine etiã atque etiam peto, vt eius filios, qui in tua potestate sunt, mihi potissimum condones: nisi quid existimas in ea re violari existimationem tuam: quod ego si arbitrarer, nunquam te rogarẽ, mihiq; tua fama multo antiquior esset, quàm illa necessitudo est. sed mihi ita persuadeo, (potest fieri, vt fallar) eã rem laudi tibi potius, quàm vituperationi, fore. quid fieri possit, & quid mea causa facere possis, (nã, quid velis, non dubito) velim, si tibi graue nõ erit, certiorẽ me facias. Vale.

HVBER. Ratulor) Gratulatur Cic. Q. Philip. q̃ bñ administrata puincia icolumi fama & rep. in ptiam ad suos se recepisset, cui gras à se agẽdas dicit q̃ L. Oppiũ pñtẽ, & Egnatiũ abñtẽ ta miliarissimos suos cõmẽdatione sua curae habuisset. deinde qa Philipp⁹ iratus fuerat cuidã Antipatro Derbeti hospiti Cic. & familiari, & eius filios detinueras & i ptate sua hẽbat, petit ab eo Cic. ut si sine piudicio ei⁹ existimatiõis & dignitatis fieri põt, sibi ɔdonet illos filios, de quo q̃d actu rus sit petit se certiorẽ fieri. {Incolumi) integra, qa oes bñ de te loquũtur. {Et rep.) s. icolumi. hoc ẽ bñ administrata. {Succẽsuisse) iratũ eẽ. {De re.) de cã pp quã ei succẽsuisti. utrũ iusta an iniusta. {Temere) sine cã. {In tua p.) à te detẽti. {Condonnes) ex domo dimittas. {In ea r.) donando eos mihi. {Violari) laedi. {Existimationẽ) auctoritatẽ. {Antiqor) prior, charior. {Potest f.) põe est, sed oratores rarissime dñt põe est, sed semp fieri potest. {Quid u.) s. facere. {Non d.) qa scio te uelle esse oia uelle mea causa, si modo, salua fama tua facere possis.

Temere. *Possibile.*

ASCEN. Gratulor &c. Gratulatur Q. Philippo q̃ bñ administrata puincia incolumi fama & rep. ad suos se recepisset. Deide eidẽ gras agẽdas à se dicit q̃ L. Oppiũ pñtẽ, & Egnatiũ abñtẽ cõmẽdatos habuit. Tũ Antipatri recõciliationẽ & filioꝝ eius liberationẽ ambit honestissimis ṽbis hoc ordine. Ego gratulor tibi, q̃ recepisti, te saluũ ex puincia ad tuos, & hoc fama. s. tua icolumi. i. integra, & rep. icolumi. i. salua qd si uidisse te Romae, egisse gras, q̃ L. Egnatius familiarissimus me⁹ fuisset tibi curae abñs. i. cũ esset abñs, & L. Oppi⁹ pñs. i. cũ esset pñs. Nõ solũ hospitiũ, uerũ etiã summa familiaritas, itercedit. i. est uinculũ necessitudinis mihi, cum Antipatro Derbete. ego audiui te succẽsuisse. i. iratũ fuisse uehemẽter, & tuli sup. id moleste. i. dolẽter. Ego nihil possũ iudicare de re. i. de causis iratũ, nisi sup. q̃ psuadeo mihi illud talẽ uiꝝ. i. cũ sis talis. i. tã iust⁹ & prudẽs uir, nihil fecisse temere. i. sine legitima cã. Aũt. i. sed ego peto à te ẽt atq; ẽt, p necessitudine nra ueteri, ut ɔdones. i. domo emittas & libere abire sinas, potissimũ, mihi. i. pcib. aut amori meo filios ei⁹ q̃ sũt i ptãte tua. i. detinentẽ à te captiui, nisi existimas. i. iudicas, existimationẽ. i. reputationẽ, seu nomẽ & famã tuã uiolari q̃d. i. aliquo in ea re. i. p eoꝝ ɔdonationẽ, & l remissione. Qd si ego arbitrarer. i. factuꝝ, ego nunq̃ rogarem. s. id, & tua fama esset mihi multo antiq or. i. charior, eo q̃ antiquissimos amicos charissimos hẽm⁹, q̃ est illa necessitudo. s. cũ Antipatro hospite. Sed psuadeo mihi ita (põt fieri ut fallar) eã rẽ fore tibi poti⁹ laudi. i. ad laudẽ q̃ uituperationi. i. ad uituperationẽ. Veli si ñ erit tibi graue sup. ut facias me certiorẽ q̃d possit, fieri, & q̃d uelis facer cã mea, nã ñ dubito, q n uel. s. nisi facer.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Commendatio eorundem, quos praecedente epistola commendat.

M. CIC. Q. PHILIPPO PRO COS. S. 74

Tsi nõ dubito pro tua in me obseruãtia, proq; nostra necessitudine, quin cõmendationẽ meã memoria teneas: tamen etiam atque ẽt eundẽ tibi L. Oppium, familiarem meum, praesentẽ, & L. Egnatij, familiarissimi mei, absentis negocia commendo. tanta mihi cum eo necessitudo est, familiaritasq;, vt, si mea res esset, non magis laborarem. quapropter gratissimum mihi feceris, si curaris, vt is intelligat, me à te tantum amari, quãtum ipse existimo. hoc mihi gratius facere nihil potes. idq; vt facias, te vehementer rogo. Vale.

Etsi

HVBER. ETSI non) Philippo commendat Cic. eosdem Oppiũ & Egnatiũ, quos antea cõmẽdauerat, de qbus in pcedenti epl'a uidimus. {Is) Egnatius.

ASCEN. ETsi &c. Cõmendat rursus Oppiũ & Egnatiũ Philippo, dicẽs. Etsi non dubito pro obseruãtia tua in me, & p necessitudine nr̃a qn teneas memoria commẽdationẽ meã .s. quã nup feci, tñ ego cõmẽdo tibi ẽt atq; ẽt eundẽ L. Oppium familiarem meũ pñtem .i. qui apud te est, & negocia L. Egnatij familiarissimi mei abñtis, quia Romæ agentis. Tanta necessitudo, & familiaritas est mihi cum eo, ut non laborarẽ magis si esset res mea. Quapp feceris mihi gratissimũ si curaris p curaueris, ut is .s. Egnatius, intelligat me amari à te tantum quantũ ipse existimo. Nihil potes facere mihi gratius hoc .i. q̃ hoc, & rogo te uehemẽter ut facias id.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

C. Auianum Flaccum iterum commendat.

M. CIC. T. TITIO T. F. LEGATO S. 75

ETSI non dubito, quin apud te mea commendatio prima satis valeat: tamẽ obsequor homini familiarissimo C. Auiano Flacco: cuius causa omnia tum cupio, tũ mehercule etiam debeo. de quo & præsens tecum egi diligenter, cum tu mihi humanissime respondisti: & scripsi ad te accurate antea. sed putat interesse sua, me ad te quamsæpissime scribere. quare velim, mihi ignoscas, si, illius voluntati obtemperans, minus videbor meminisse constantiæ tuæ. à te idem illud peto, vt de loco, quò deportet frumentum, & de tempore Auiano commodes. quorum vtrunque per eundem me obtinuit triennium, dum Pompeius isti negocio præfuit. summa est, in quo mihi gratissimum facere possis, si, curaris, vt Auianus, quando se à me amari putat, me à te amari sciat. erit id mihi pergratum. Vale.

HVBER. ETSI non) Epl'a imitatione utilis ad excusatione importunitatis de repetitione eiusdẽ cõmẽdationis, quã Cic. se facere Titio dicit, non diffidentia eius ꝯstantiæ, q semel pmiserat, sed ut satisfaciat & obsequatur Auiano Flacco ita se postulanti, ut rursus p lr̃as eũ cõmendaret ipsi Titio, qđ Cic. facit, & qm erat Titius legatus annonæ pfectus petit ab eo, ut ꝯcedat Auiano & locũ & tp̃s deportãdi frumentũ, qđ al's p seipm dicit obtenũ, & impetratũ, cũ Põp. huic negocio p̃positus fuerit. {Obsequor) morẽ gero. {Interesse sua) sibi utile esse. {Minus ui.) i. si nõ uidebor recordari, & tenere memoria qđ .i. qđ scil' pmiseris ꝯstãter efficias q.n. sæpe petit, ut aut immemor esse, aut diffidere. {Vtrũq;) & locũ & tp̃s. {Isti negocio) .i. cum esset annonæ & rei frumentariæ præfectus.

ASCEN. ETsi non dubito, &c. Epl'a hęc imitatione digna est ad excusandum importunitatẽ eiusdem cõmendationis, q̃ se facere Cic. fatetur, dicens. Etsi non dubito qn prima cõmendatio mea ualeat satis apud te, tñ obsequor .i. inseruio & morẽ gero C. Auiano Flacco hoi familiarissimo, c' eã ego tũ .i. pariter, cupio oia, tũ .i. pariter ẽt mehercule, debeo oia .s. q̃ possim illi cõmodare. De quo eo .i. sil', egi tecũ diligẽter pñs .i. cũ pñs tibi essem, cũ tu rñdisti mihi humanissime, & scripsi antea ad te accurate .i. cũ cura & diligẽtia. Sed sup. Auianus putat interesse .i. in re esse ac referre sua me, scribere, q̃sepissime ad te. Quare uelim supp. ut ignoscas mihi. si ego obtẽperãs .i. morẽ gerẽs uolũtati illius minus .i. nõ, aut nõ satis uidebor meminisse .i. memor esse, ꝯstãtiæ tuæ, q qđ scil' pmisisti, nõ p̃termittis. Ego itẽ .i. silr peto à te, illud, ut cõmodes .i. cõmodũ facias & inseruias Auiano, de loco & de tp̃e, quo deportet .i. trãsportet frumentũ .s. Qđ uẽdere uult. Quoꝝ utrũq; .i. & locum & tp̃s deportandi frumẽti ipse obtinuit triẽniũ .i. p spatiũ trium annoꝝ, p eũdẽ me .i. p cõmẽdationẽ meã, dũ Põpei' p̃fuit isti negocio .i. rei frumẽtariæ. summa .s. uotoꝝ, aut principalis petitio mea est sup. eius, in quo possis facere mihi gratissimũ, si curaris pro curaueris, ut Auianus, qñ .i. qñquidem putat se amari à me, sciat me amari à te. Id erit mihi pergratum.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

NArrat Decurionibus quantopere Q. Hippium amet quibus etiam C. Valgium, vt in agro empto illi auxilientur, commendat.

M. CICERO QVATVORVIRIS, ET DECVRIONIBVS S. D. 76

TANTAE mihi cum Q. Hippio causæ necessitudinis sunt, vt nihil possit esse coniunctius, quàm nos inter nos sumus. quòd nisi ita esset, vterer mea consuetudine, vt vobis nulla in re molestus essem. etenim vos mihi optimi testes estis, cũ mihi persuasum esset, nihil esse, quod à vobis impetrare non possem, nunquam me tamen grauem vobis esse voluisse. vehementer igitur vos etiam atque etiam rogo, vt honoris mei causa liberalissime C. Valgium Hippianum tractetis, remq́ cum eo conficiatis, vt, quam possessionem habet in agro Fregellano, à vobis emptam, eam liberam, & immunem habere possit. id si à vobis impetraro, summo me beneficio vestro affectum arbitrabor. Valete.

HVBER. TANTÆ) Quatuoruiri & Decuriones magistratus erant ita à numero dictis: ijs cõmendat Ci. Valigeniũ Hippianũ, ut possessionẽ qua ab eis in agro Fregellano emerat, liberã & imunẽ eũ hr̃e pmittãt. p̃erãt .n. i uẽdẽdis publ. {Molestus esse) afferrẽ tædiũ. {Fregellano,) Fregella urbs Cãpaniæ.

ASCEN. TAntæ &c. Quatuoruiris & Decurionib. q magr̃atus à numero dicti sunt, cõmendat Valgiũ Hipp. dicẽs. Tãtæ cãæ necessitudinis sunt mihi cũ Q. Hippio, q ut ꝯiectura ꝯieq possum, aut pr̃, aut fr̃, aut summe aliq necessarius fuit eius quẽ cõmẽdat, alr̃ .n. frustra illi' necessitudinis meminerit, ut nihil possit eẽ ꝯiũctus q̃ nos sumus iter nos. Credo tñ legẽdũ nõ q̃ nos inter nos sumus, sed q̃ sumus inter nos, idq; Valla astipulãte, qđ nisi eẽt ita, uterer ꝯsuetudine mea, ut nulla .i. nõ ulla nõ essem molestus uobis in ulla re. Etem̃ .i. nã certe uos estis mihi optimi testes q̃q̃ psuasum eẽt mihi, nihil esse qđ nõ possem impetrare à uobis tñ me nunq̃ uoluisse esse grauẽ .i. molestũ uobis. Igr̃ qa cogor, ego rogo uehemẽter uos ẽt, atq; ẽt ut cã honoris mei, qa turpe est p̃cantẽ nõ exorare, tractetis liberalissime Caiũ Valgium sunt q Valigeniũ scribãt, Hippianũ, ergo de domo Hippioꝝ, & ꝯficiatis .i. finiatis cũ eo rem .i. ꝯtrouersiã, ut possit hr̃e eã possessionẽ liberã, & immunẽ .i. nulli oneri obnoxiã, quã hẽt i agro Fragellano .i. iuxta Fragellas urbẽ Cãpaniæ emptã à uobis. Si ego ipetrabo p impetrauero à uobis id, ego arbitrabor me affectũ .s. à uobis sũmo bñficio.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

PRincipio officium suum, deinde M. Bollanum commendat. postremo petit operam det, vt Dionysius fugitiuus ad herum reducatur.

M. CICERO P. SVLPICIO IMP. S. 77

CVM his temporibus non sane in senatũ ventitarem, tamen, vt tuas literas legi, non existimaui me saluo iure nostræ veteris amicitiæ, multorumq́ inter nos officiorum facere posse, vt honori tuo deessem. itaque affui, supplicationemq́ tibi lubenter decreui: nec reliquo tempore vllo aut rei, aut existimationi, aut dignitati tuæ deero. atque vt hoc tui necessarij sciãt, hoc me animo erga te esse; velim, facias eos per literas certiores; vt, si quid tibi opus sit, ne dubitent mihi iure suo denunciare. M. Bollanum, virum bonum, & fortem, & omnibus rebus ornatum, meumq́ veterem amicum, tibi magnopere commendo. pergratum mihi feceris, si curaris, vt is intelligat hanc commendationem sibi magno adiumento fuisse. ipsumq́, virum optimum, gratissimumq́ cognosces. promitto tibi, te ex eius amicitia magnã voluptatem esse capturum. Præterea à te peto maiorem in modum pro nostra amicitia, & pro tuo perpetuo in me studio,

ut

Vt in hac re etiam elabores. Dionysius seruus meus, qui meã bibliothecam multorum numorum tractauit, cum multos libros surripuisset, nec se impune laturum putaret, aufugit. is est in prouincia tua. eum & M. Bollanus, familiaris meus, & multi alij Naronæ viderunt: sed, cum se à me manumissum esse diceret, crediderunt. hunc tu si mihi restituendũ curaris, non possum dicere, quàm mihi gratum futurum sit. res ipsa parua, sed animi mei dolor magnus est. Vbi sit, & quid fieri possit, Bollanus te docebit. ego, si hoïem per te recuperaro, summo me à te beneficio affectũ arbitrabor. Vale.

CVM his) Scripsit Cic. se præter ꝯsuetudinem suam iuisse in senatum frequentius, ne deesset honori Sulp. per quãtum ex sequẽtib. conijcimus, pręerat Dalmatiæ. Itaq; cum rem bñ egisset, dicit Cic. se libenter affuisse in senatu, & ei supplicationem decreuisse. Deinde cõmẽdat ei. {M. Bollanũ) ueterem amicum suum, q multum in eius ꝓuincia uersabatur, aut certe aliquem locũ apud eum habebat. Postremo rogat eũ, ut det operam Dionysium seruum, q aufugerat, ad se remitti. {Ventitarẽ) frequenter uenirẽ. {Supplicationem) ꝓꝓ res à te in ꝓuincia bene gestas. {Iure suo) .i. licenter & sine ullo respectu. {In hac re.) quã modo dicam. {Dionysius) exponit in quo uelit eum elaborare. {Bibliothecam) .i. libros, licet proprie significet locũ ubi reponuntur libri. {Multoꝝ num.) i. quã muniuerã magna impensa. {Tractauit) curæ habuit, & i ptãte sua, uñ supra lib. 5. ad Vat. appellauit eũ Anagnostẽ .i. lectorẽ. {Surripuisset) furatus esset. {Laturum imp.) i. non fore sine punitione. {Naronæ) quæ est ciuitas Dalmatiæ, ut in epistola Vatinij in fine cognoscitur lib. VI. {Manumissum) liberatum. {Res ipsa parua) .i. non magni precij est ipse seruus & quod asportauit. {Sed dolor magnus) quod ita fuerim ab eo delusus, & deceptus. {Per te) opera & cura tua.

Narona.

ASCEN. CVm his &c. Scribit ne deesset honori ipsius Sulpicij, libenter affuisse in senatu, & ei supplicationẽ decreuisse. Deinde cõmendat ei M. Bollanum ueterem amicũ suũ, dicens. Cum non sane .i. multũ uentitarẽ .i. frequenter irẽ aut uenirẽ in senatum, tñ, ut .i. postꝗ legi lr̃as tuas .s. petentes supplicationem pro re bñ gesta non existimaui me posse deesse, honori tuo .i. rei, in qua agatur de honore tuo saluo iure ueteris amicitiæ nr̃æ, & multoꝝ officioꝝ inter nos .s. mutuo exhibitoꝝ. Itaq; ego affui .i. pñs fui & decreui .s. cũ alijs, libẽter tibi supplicationẽ .i. ut dñt rogationẽ gñalem. Nec deero ullo tpe reliquo .i. deinceps, aut rei, aut existimationi .i. famę, & reputationi, aut dignitati tuæ, atq; ut necessarij tui sciant me esse, hoc .i. hmõi animo erga te, uelim sup. ut facias eos certiores per literas, ut siquid sit opus, ne dubitent .i. uereantur, denunciare .i. indicare mihi suo iure .i. audacter quasi suo iure quid denuncient. Ego cõmendo tibi magnoope M. Bollanum uiꝝ bonum & fortẽ, & ornatum oĩbus rebus .i. ornamẽtis debitis, & ueterem amicũ meũ, Tu feceris mihi ꝑgratum .i. rem ualde gratam si curaris .i. curaueris, ut is intelligat, hanc commendationẽ fuisse sibi magno adiumento. Et cognosces ipm̃ sup. esse uiꝝ optimum, & gratissimũ. Ego promitto tibi te esse captuꝝ magnam uoluptatẽ ex amicitia eius .s. Bollani. Præterea ego peto à te in modum maiorẽ .i. nõ uulgarẽ pro amicitia nr̃a & ꝓ perpetuo studio .i. fauore tuo in me, ut ẽt elabores .i. enitaris efficere quod peto in hac re. Dionysius seruus meus, qui tractauit bibliothecam .i. ut dñt librariã meã multoꝝ numoꝝ .i. multis numis emptam, aut constãtem, erat .n. ut VI. lib. ad Vatinium dcm̃ est, anagnostes .i. lector. cũ surripuisset .i. clam abstulisset multos libros, nec putaret se latuꝝ impune, aufugit. is est in prouincia tua. M. Bollanus familiaris .s. meus, & multi alij uiderunt eũ Naronæ .i. in ea urbe Dalmatiæ. Sed cũ diceret se manumissum à me crediderũt sup. ei. Si curaris hũc restituendũ mihi, nõ possum dicere ꝗ gratũ sit futuꝝ mihi. Res ipsa est ꝑua, sed dolor aĩ mei ẽ magnꝰ. Bollanꝰ docebit te ubi sit, & qd possit fieri .s. ꝑ eo cõprehẽdẽdo. Ego si recupauero hoĩem ꝑ te, arbitrabor me affectũ sũmo bñficio.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

DEmocritum Sicyonium, hominem familiaritate dignum valde commendat.

CICERO ALIENO PROCOS. S. D. 78

DEMOCRITVS Sycionius non solum hospes meus est, sed etiam, quod non multis contingit, Græcis præsertim, valde familiaris: est enim in eo summa probitas, summa virtus, summa in hospites liberalitas, & obseruantia: meq; præ ceteris & colit, & obseruat, & diligit. eum tu non modo suorum ciuium, verum etiã prope Achaiæ principem cognosces. huic ego tantummodo aditum ad tuam cognitionem patefacio, & munio. cognitum, per te ipsum, quæ tua natura est, dignum tua amicitia, atque hospitio iudicabis. peto igitur à te, vt his literis lectis recipias eum in tuam fidem, polliceare omnia te facturum mea causa. de reliquo, si, id, quod confido, fore dignum eum tua amicitia, hospitioq; cognoueris; peto, vt eum complectare, diligas, in tuis habeas. erit id mihi maiorem in modum gratum. Vale.

HVBER. DEMOCRITVS) Allienum ꝓconsulẽ Græciæ rogat ut recipiat in amicitiam suam Democritum Sicyonium. Deinde si uidebitur dignus amicitia sua, eum ꝯseruet & diligat. Laudat aũt Cic. eius liberalitatem & obseruantiam in hospites oẽs, sed præcipue in se quem dicit esse primarium totius Achaiæ, & fore dignum quem Allienus & hospitio & amicitia dignum iudicet. {Principem) primarium ex primis. {Patefacio) aperio, paro. {Innuo) significo, & quasi quędam nutu demonstro. {Complectare) suscipias.

Innuo.

ASCEN. DEmocritus &c. Allienum procõsulem Græciæ rogat, ut recipiat in amicitiam suam Democritũ Sicyoniũ, deinde ut si dignus uideatur, rogat eum, cõseruet & diligat dicens. Democritus Sicyonius est non solum hospes meus, sed ẽt ualde familiaris sup. mihi, quod .s. esse mihi familiarem, contingit non multis ꝑsertim Græcis. Enim .i. qa summa probitas, summa uirtus, summa liberalitas in hospites & obseruantia sup. summa est in eo colit & obseruat, & diligit me. Auxessis est præ ceteris .i. ante alios, hoc est, plus quam ceteros hospites suos. Tu cognosces eum principẽ .i. primariũ, non solum ciuium suoꝝ .s. Sicyonioꝝ, uerumetiã pene .i. quasi totiꝰ Achaiæ, ergo Sicyõ in Achaia est. Ego patefacio huic tantũmodo aditum ad cognitionem tuã, & innuo .i. significo, cognitum ꝑ te ipm̃ .s. ubi cognosces eum, q .i. ꝑm q natura tua est, tu iudicabis dignũ tua amicitia atq; hospitio. Peto igr̃ à te ut his lr̃is lectis, recipias eũ ut fidẽ tua, sup. & ut polliceare te factuꝝ oĩa .s. licita & honesta, cã mea. De reliquo peto, si cognoueris id qđ ꝯfido, fore .i. futuꝝ eũ dignũ tua amicitia & hospitio, ut cõplectare eũ, & sup. diligas, ut hẽas i tuis .i. in numero tuoꝝ. Id erit mihi gratum in maiorem modũ.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

C. Auianum Flaccum, quem prius Q. Philippo, & alijs commendauerat, nunc Allieno valde probat.

CICERO ALIENO PROCOS. S. D. 79

ET te scire arbitror, quanti fecerim C. Auianum Flaccum: & ego ex ipso audieram, optimo, & gratissimo hoïe, quàm à te liberaliter esset tractatus. eius filios dignissimos illo patre, meosq; necessarios, quos ego vnice diligo, commendo tibi sic, vt maiore studio nullos commendare possim. C. Auianus in Sicilia est. Marcus est nobiscum. Vt illius dignitatem præsentis ornes, rem vtriusque defendas, te rogo. hoc mihi gratius ĩ ista prouincia facere nihil potes. idq; vt facias, te vehemẽter ẽt atq; ẽt rogo. Vale.

HVBER. ET te) C. Auianus Flaccum quem supra Titio commendauit Cic. Commendat etiam nunc Allieno proconsuli Græciæ, commendat etiam eius filios & M. Auianum eius fratrem, qui cũ Cic. erat. {Marcus) .s. Auianus eius frater. {Illius præsentis) .s. Auiani. {Vtriusque) Cic. & Marci.

ET te &c. Auianum Flaccum quem supra Titio cõmendauit Cic. cõmendat nunc Allieno ꝓconsuli Gręcię, cõmendans ẽt eiusdẽ liberos, & frem M. Auianũ, unde hic liber fere cõmendaticius est, tãta uarietate, ut torrentẽ Ciceronianæ facũdiæ nemo satis miretur. Ordo est: Et. i. sil, aut pariter, seu pariformiter, ego arbitror te scire quanti fecerim. i. æstimarim sp C. Auianũ Flaccum. & ego. i. pariter audierã ex ipso. s. Auiano, hoie optimo, & grauissimo, ꝙ. i. quantũ liberaliter esset tractatus à te. Ego cõmendo tibi filios eius, dignissimos tali. i. tã optimo pr̃e, & necessarios meos. quos diligo unice. i. singulariter hoc est maxime, qa quos unicos habemus, maximope diligimus, cõmendo inq̃ sic, ut nullos. i. nõ ullos, nõ possim cõmendare ullos maiore studio. i. affectu, fauore, & conatu. C. Auianus est in Cilicia, M. s. Auianus fr̃ eius est nobiscũ, rogo te ut ornes dignitatẽ illius. s. Caij pñtis. s. tibi uñ duxi legendũ in Cilicia nos Sicilia, & defendas rẽ utriusq;. tu nihil potes facere mihi gratius hoc. i. ꝙ hoc, in ista. s. ꝓuincia, & rogo te uehemẽter etiam atq; ẽt. i. iterum atq; iteꝝ ut facias id.

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM, AD TERENTIAM VXOREM.

LIBER DECIMVSQVARTVS.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

DEflet suam suorumq; calamitatem Cicero & quam spem redeundi ab exilio habeat, ostendit. Postremo dissuadet villæ venditionem Terentiæ.

M. CICERO TERENTIAE, ET TVLLIOLAE, ET CICERONI SVIS S. P. D. 1

ET LITERIS multorum, & sermone omnium perfertur ad me, incredibilem tuam virtutem, & fortitudinem esse, teq; nec animi, nec corporis laboribus defatigari. me miserum, te ista virtute, fide, probitate, humanitate in tantas ærumnas propter me incidisse? Tulliolamq; nostram, ex quo patre tantas voluptates capiebat, ex eo tãtos percipere luctus? nam quid ego de Cicerone dicam? qui cum primum sapere cœpit, acerbissimos dolores, miseriasq; percepit. quæ si, vt tu scribis, fato facta putarem; ferrem paulo facilius: sed omnia sunt mea culpa commissa: qui ab ijs me amari putabam, qui inuidebant, eos non sequebar, qui petebant. quod si nostris consilijs vsi essemus, neque apud nos tantum valuisset sermo aut stultorum amicorum, aut improborum: beatissimi viueremus. nunc, quando sperare nos amici iubent; dabo operam, ne mea valetudo tuo labori desit. res quanta sit, intelligo; quantoq; fuerit facilius manere domi, quàm redire. sed tamen, si omnes tribunos pl. habemus, si Lentulum tam studiosum, quàm videtur, si vero etiam Pompeium, & Cæsarem: non est desperandum. De familia, quo modo placuisse amicis scribis, faciemus. De loco, nunc quidem iam abijt pestilentia: sed, quandiu fuit, me non attigit. Plancius, homo officiosissimus, me cupit esse secum, & adhuc retinet. ego volebam loco magis deserto esse in Epiro, quo neque Hispo veniret, nec milites: sed adhuc Plãcius me retinet: sperat posse fieri, vt mecum in Italiam decedat. quẽ ego diem si videro; & si in vestrum complexum venero, ac si & vos, & me ipsum recuperaro: satis magnum mihi fructum videbor percepisse & vestræ pietatis: & meæ. Pisonis humanitas, virtus, amor in omnes nos tantus est, vt nihil supra possit. vtinam ea res ei voluptati sit: gloriæ quidem video fore. De Q. fratre nihil ego te accusaui: sed vos, cũ præsertim tam pauci sitis, volui esse quamconiunctissimos. Quibus me voluisti agere gratias, egi, & me à te certiorem factum esse scripsi. Quod ad me mea Terentia scribis, te vicum vendituram: quid, obsecro te, (me miserum) quid futurum est? &, si nos premet eadem fortuna, quid puero misero fiet? non queo reliqua scribere, (tanta vis lacrymarum est) ne te in eundem fletum adducam. tantum scribo: si erunt in officio amici, pecunia non deerit: si non erunt, tu efficere tua pecunia non poteris. per fortunas miseras nostras vide, ne puerum perditum perdamus. cui si aliquid erit, ne egeat: mediocri virtute opus est, & mediocri fortuna, vt cetera consequatur. Fac valeas, & ad me tabellarios mittas, vt sciam quid agatur, & vos quid agatis. mihi omnino iam breuis expectatio est. Tulliolæ, & Ciceroni salutem dic.

Valete. D. ante diem VI. cal. Dec. Dyrrhachij.

Dyrrhachium veni; quòd & libera ciuitas est, & in me officiosa, & proxima Italiæ. sed, si offendet me loci celebritas, aliò me conferam, & ad te scribam.

HEVBR. EX literis) Prolixitas qua usus sum in primis libris interpretãdis merito me breuiorem in sequentibus facere debuit. Nam q̃ pluribus ep̃lis à me exposita sunt ea ubiq; repetere non modo inutilis, uerumetiã ingrati laboris, & magnæ molestiæ lectori fore existimaui. Itaq; si quispiam qbusdã ep̃lis aliquid desiderandum putabit, eum oratum uelim ne prius laborẽ meũ accuset q̃ totũ opus legerit. Inueniet. n. uel ulla uel certe admodũ pauca interpretatione digna à me prętermissa esse, & aliunde sumet, qđ alium locũ transierat, sed iã ad instituta ꝑgam, ut aliqñ ꝯsumato operi, deo iuuante finẽ imponã. huius igitur 14. uoluminis ep̃læ uno fere sunt argõ ad Terent. à Cic. scriptæ, quo tp̃e erat in exilio, sed in hac prima dolet Cic. & ingemiscit, ꝙ culpa sua Terent. in tantas miserias ꝓiecta sit & sil liberi sui. Ondit deinde in quibus spẽ reditus sui hr̃e possit, postea ubi sit, & qđ agat. postremo ꝑtermissis alijs, ꝑiculis q̃ ex ep̃la cognoscuntur, quia Terent. scripserat se uenditurã uillã, ut hr̃et pecuniã, ut ꝑ eam possit sibi aliquoꝝ fauorem conciliare. Cic. eam obsecrat, ne id faciat, ne Cic. filius postea pauper relinquatur. {Virtutem) ꝯstantiam. {Fortitudinem) magnitudinem animi in aduersis tolerãdis. {Laboribus animi) ut dolore, solicitudine, & cogitatione ꝓuidendi rebus nr̃is. {Me miseꝝ) ingemiscit Cic. se esse cãm miseriarum uxoris suæ. sic Ouid. ad uxorem. Tristis es, indignor quod sim tibi causa doloris. {Isti) tali. {Sape) intelligere uti ratione & uulgarius dicam, discretionem hr̃e. {Fato) deorũ uoluntate, & lege immutabili. Fatum. {Qui pet.) qui optabant me secum esse. {Sperare) reditum in patriam. {Res) reditus meus.

{Lentulum)

Familia

{Lentulum)de quo in prima epiſtola qui conſul, ut 1.lib.diximus,tulit lege de reuocando Cic.{De fam.) i.ſeruoꝝ liberãda,ut infra epiſt.4.uidebimus.Familię aũt appellatione & Vlpiano iuriſconſulto,& Feſto Pomp.teſte nõ ſolum liberi homines,ſed ẽt ſerui continentur.{De loco)ubi ſum.{Nõ attigit, non læſit,non nocuit.{Quem diem).ſ.aduẽtus mei in Italiã.{Veſtræ)tuæ & filioꝝ in me.{Piſonis)generi nři.{Ea res) cura & diligentia , quæ pro impetrando reditu meo utitur.{De Q.F.) quantum coniĳcimus, Terent. ſcripſerat ſe nõ multum uti cõſilio Q.Fratris Cic. quare cũ Cic. ad eam ſcripſiſſet eam male facere,hortatusq́;eſſet,ut eius ꝯſilio uteretur,queſta eſt, ꝙ Cic.eã accuſaſſet. Cic.uero reſcribens dicit ſe non eã accuſaſſe,ſed noluiſſe,ut cũ fratre ſuo diſſideret:ꝑſertim cũ ualde paucos hr̃et,qui pro ſalute ſua agerẽt.{Vicum) uillam.{Obſecro te)rogãtis eſt.{Eadem fort.) mala & ſemꝑ aduerſa,quali nũc premor.Virg.Nũc eadem fortuna uiros tot caſibus actos inſequitur.{Puero)filio nřo Cic.{Tanta uis)tanta copia.{Si e. in off.)i.ſi uoluerint eſſe quales debent.{Si nõ erunt).ſ.in officio.{Non pot.)ſ.aliqd efficere.{Per for.)adiurat Cic. Terẽt. ne hoc damnũ filio ſuo inferat alienando uicũ illum.{Per f.) ſ.obteſtor.{Perditum perdamus)ne ex infeliciſſimo infeliciorem faciamus,plus aũt ſignificat perditũ perdamus, q̃ ſi dixerit prodamus , eſt.n.quaſi exaggeratio quædam , ut Ouid.in heroid.Perdita ne perdam timeo,tale etiam illud. Virg. Non capti,potuere capi.{Si al.) ſ.bonoꝝ aut diuitiaꝝ . {Mediocri uirt.)cum nihil habentibus etiã maxima uirtus uix poſſit eſſe adiumẽto.Iuuen.Haud facile emergunt quoꝝ uirtutib.obſtat.Res anguſta domi.{Cetera)dignitates & honores i urbe. Et ita ſigñat Cic.plus ualere mediocrẽ uirtutem cum diuitĳs, q̃ maximam uirtutẽ cum pauꝑtate.{Quid agatur) in urbe ꝑ amicos meos.{Et uos)uti filĳ.{Dyrrhachĳ)qđ eſt oppidum Macedoniæ, ut ſcribit Ptol. quod etiam Epidãnum dictũ eſt .

Dyrrachium. Epidanũ.

ASCEN.

EX literis &c. Huius decimiquarti libri epiſtolæ uno ferè ſunt argumento ad Terentiam uxorem Cicer.miſſæ, quo tꝑe erat in exilio , Sed in hac prima dolet & ingemiſcit ꝙ ſua culpa Terentia in tãtas miſerias literis ſuis cõiecta ſit. Oſtẽdit deinde in quibus ſpem reditus habeat, ac demum obſecrat ne uillã uendat.Ordo eſt.Perfertur ad me ex literis multoꝝ.ſ.qui ad me ſcribũt,& ex ſermone oĩum.ſ.qui de te loquuntur, uirtutẽ.& pro.i.fortitudinem tuã eſſe incredibilem.i.tã magnã , ut nemo credere poſſit,id aũt ſcribit Cic.ut talis eſſe uelit,intecdũ.n.dum immerito laudamur,erubeſcemus nos tales nõ eſſe quales ꝓdicamur.Erat aũt reuera mulier paꝝ pudica & rei familiaris diſſipatrix quã repudiatam Saluſtius factus Cic.inimicus duxit ut ſecreta eius,rimaretur ex ea,Et fertur ad me,te nec laboribus animi ut curis & ſolicitudinibus , nec laborib⁹ corporis defatigari.i.ad extremũ ultra quod nil poſſis fatigari.Me miſeꝝ,minor eſt excãdeſcentia & minus pathos inducitur q̃ ſi dixerit,O me miſeꝝ,te.ſ.præditam uirtute, fide,ꝓbitate,humanitate incidiſſe in tantas ęrũnas.i.calamitates et miſerias ꝑꝑ me,& Tulliolã,blandiendi gr̃a utitur diminutiuo,noſtram.ſ.cõem filiam percipere tãtos luctus ex eo patre,ex quo patre capiebat tãtas uoluptates.Quia Cic.eã uſq; ad notã adamaſſe dr̃,caſto tñ ut boni interꝑtantur amore . Nã quid dicã ego,de Cic.ſ.cõi filio q eũ cœpit primũ ſape.i.aliqd intelligere,ꝑcepit.ſ.in pr̃e,acerbiſſimos dolores & miſerias.Quia ergo minor natu erat q̃ Tulliola,eũ poſtremũ in ſalutatione ponit & nũc cõmemorat . Quæ.ſ.mala aduerſa,ſi ego putarẽ ita ut tu ſcribis facta eſſe fato.i.ex cõſtituto uolũtatis & fati.i.dicti deoꝝ , ego ferrẽ paulo.i.modico facilius, Imò ſi quia fato fieri ſciremus modeſtiſſime ferẽda eſſent,ſed nouit Cic.ſe hominẽ , nec poſſe tantã ſuoꝝ calamitatẽ ęquo aio ferre,ſed oĩa ſunt cõmiſſa mea culpa.i.errore nõ tñ pctõ (q nota relationẽ fieri ad primitiuũ cum tñ poni nõ poſſit.ſ.ego cũ dictũ ſit mea) putabã me amari ab ĳs,q inuidebãt, & nõ ſequebar eos,q petebãt .i.expetebãt amicitiã & amorẽ meũ , ꝙ ſi uſi fuiſſemus ꝯſilĳs nr̃is.i.ſi feciſſemus,qđ iudicabamus faciẽdũ neq; ſermo.i.oratio,aut amicoꝝ ſtultoꝝ,ſi neſciuerũt ſe perperã ꝯſulere,aut improboꝝ,ſi ſciuerũt ualuiſſe,tm̃.ſ.quantũ ualuit apud nos,nos uiuerem⁹ beatiſſime . Nũc qñ.i.qm̃ amici iubẽt nos ſperare.i. hic ſpẽ de reditu in gr̃am,dabo opam ne ualitudo pro ualetudo,aut ualetudo à ualẽdo ducto uocabulo, eſt.n.ſcđa lõga , mea deſit.i.nõ rñdeat labori tuo.Ego intelligo quãta.i.quantæ difficultatis res ſit,& q̃to facilius fuerit manere domi q̃ redire.ſ.domũ. Sed tñ ſi habemus oẽs Trib.pl.ſup.ſtudioſos & fauẽtes,ſi habemus Lent.i.ꝯſulẽ ad quẽ p:imi libri epĺę,ia ſtudioſum.ſ.nři,q̃.i.quãtum uř.ſ.ſtudioſus eſſe,ſi uero habem⁹ etiam Põpeium & Cæſ.ſup.ſtudioſos , nõ eſt deſperandũ.ſ.de reditu. Nos faciemus de familia quo mõ ſcribis placuiſſe amicis.De loco.ſ.quẽ dicis fugiẽdũ peſtilẽtia qdẽ habuit nũc , ſed nõ attigit me quãdiu fuit. Plãcus hõ officioſiſſimus cupit me eſſe ſecũ & retinet adhuc.Ego uolebã eſſe in Epiro loco magis deſerto.ſ.frequẽtia notoꝝ , quõ neq; ipſe.ſ.ꝑcipuus hoſtis nř alĳ legũt,Hyſpo uenire,nec milites ſup.uenirẽt. Sed Plãc⁹, ut opinor ſenior,retinet me adhuc & ſperat,poſſe fieri vt decedat me cũ in Italiã.Quẽ diẽ ſi ego uideor, & ſi uenero in cõplexũ uřm,ac ſi recuꝑauero uos & meipm̃,ego uidebor ꝑcepiſſe ſatis magnum fructũ pietatis.i.pĳ amoris & uřæ.i.tuæ & liberoꝝ i me,& meæ.ſ.in uos.Humanitas,uirtus,amor,Piſonis.ſ. gñi nři Craſſipedis,eſt tantus in nos oẽs,ut nihil poſſit eſſe ſupra. utinã ea res ſit ei uoluptati . uideo qdẽ fore gľiæ.i.futuꝝ ad gloriã eius.Ego nihil accuſaui te.ſ.in alĳs lr̃is,de Q.F.i.ꝙ non adhibuiſtis eũ ꝯſilĳs uř is,ſed uolui uos ꝑſertim cũ eſſetis tã pauci,eſſe q̃ ꝯiũctiſſimos.i.uiuere maxime unanimes. Ego egi gr̃as ſup.ĳs qbus uoluiſti me agere.ſ.gr̃as, & ſcripſi me eſſe factũ certiorẽ à te.ſ.de eoꝝ in nos fauore aut meritis.Qđ ò mea Terẽtia,ſcribis ad me te uẽditurã uicũ.i.uillã totã qua habemus in agro,qd obſecro te,qd futuꝝ eſt, me.i.ò me miſeꝝ. Et ſi eadẽ fortuna ꝑmet nos quid fiet puero miſero.ſ.Cic. Nõ queo(nimis amãter oia ſcribit,ita ut ẽt mollioris ai notat⁹ ſit) celiq̃ ſcribere,tanta uis.i.tã uehemens copia lacrymaꝝ eſt, ne ad ducã te in eũdẽ fletũ. Tm̃.i.duntaxat ſcribo ſup.id,ſi amici erũt in offõ.i.faciẽt qđ debebũt, pecunia nõ deerit.ſ.nobis ad reditũ cõparandũ , pro quo ſimulabat Terẽtia ſe uelle uẽdere uillã,ſi ſup.amici non erunt ſup.in offõ.tu nõ poteris efficere .ſ.ut ſint in officio aut q̃ prætendis pecunia.i.ꝑ pecuniã tuã . Vide.i.ꝓſpice , ſup.rogata aut obſecrata per fortunas miſeras ne ꝑdamus pueꝝ ꝑditũ.ſ.deſtitutũ auxilio paterno.Cui.ſ.puero,ſi aliqd.ſ.rei erit,ne egeat,opus eſt mediocri uirtute et mediocri fortuna,ut ꝯſequatur cetera,q̃.ſ.ad gloriã, & dignitatẽ ꝑtinẽt.Fac ſup.ut ualeas & mittas tabellarios.i.nũcios ſcripta in tabellis ꝑferentes,ut ſciã qd agatur.ſ.Romæ de me,& quid uos agatis. Oĩno breuis expectatio.ſ.lr̃aꝝ tuaꝝ eſt mihi iam. Dic Tulliolæ.ſ.filiæ lepidiſſimæ,& Cic.filio ſalutẽ.Datũ Dyrrhachĳ.i.in eo oppido Macedoniæ,quod ẽt Epidãnum dictũ uolũt,ad VI.Cal.Decẽb.Ego ueni.i.applicui me Dyrrhachiũ, ꝙ &.i.ſiř eſt ciuitas libera,& ita non obnoxia Rom.imꝑio & officioſa in me,& ꝓxima Italiæ, ſed ſi celebritas.i.celebris frequẽtia loci offendet me.i.nõ placebit mihi.Ex hoc uř Cic.aũt fugiſſe aut proſcriptus eſſe,et non hr̃e locũ exilĳ in quo tutus ſit,ego conferam me aliò.i.ad alium locum,& ſcribam ad te.

GILBERTI LONGOLII LEMMA.

PRincipio excuſat ſe,cur breuius ad Terentiam ſcribat, deinde conqueritur de ſua ſuorumq; deſolatione , & quam ægre acceperit proſcriptas fuiſſe res ſuas,exponit . Poſtremo etiam diſſuadet,ne ſumptum in ædificando faciat,ſed valetudinem ſuam curet .

M. CICERO TERENTIAE, ET TVLLIOLAE, ET CICERONI SVIS S. P. D. 2

NOLI putare,me ad quenquam longiores epiſtolas ſcribere , niſi ſi quis ad me plura ſcripſit,cui puto reſcribi oportere, nec enim habeo,quod ſcribam : nec hoc tempore quidquam difficilius facio. ad te vero , & ad noſtram Tulliolam non queo ſine plurimis lacrymis ſcribere. vos enim video eſſe miſerrimas , quas ego beatiſſimas ſemper eſſe volui : idq́; præſtare debui,& , niſi tam timidi fuiſſemus , ꝑſtitiſſem . Piſonem noſtrum merito eius amo plurimum . eũ , vt potui,per literas cohortatus ſum, gratiasq́; egi ,vt debui . In nouis tribunis pl. intelligo ſpem te habere . id erit firmum , ſi Pompeij voluntas erit : ſed Craſſum tamen metuo . à te quidem oĩa fieri fortiſſime , & amantiſſime video : nec miror : ſed mæreo caſum eiuſmodi, vt tantis tuis miſeriis mea miſeria

subleuentur. nam ad me P. Valerius, homo officiosus, scripsit, id quod ego maximo cum fletu legi, quemadmodum à Vesta ad Tabulam Valeriam ducta esses. hem mea lux, meum desiderium, vnde oēs opem petere solebant, te nunc mea Terentia sic vexari, sic iacere in lacrymis, & sordibus, idq; fieri mea culpa, qui ceteros seruaui, vt nos periremus? Quod de domo scribis, hoc est de area: ego vero tum denique mihi videbor resti tutus, si illa nobis erit restituta. verum haec non sunt in nostra manu. illud doleo, qua impensa facienda est, in eius partem te miseram, & despoliatam venire. quod si conficitur negocium, omnia consequemur. sin eadem nos fortuna premet, etiam ne reliquias tuas misera proijcies: obsecro te mea vita, quod ad sumptum attinet, sine alios, qui possunt, si modo volunt, sustinere: & valetudinem istam infirmam, si me amas, noli vexare. nam mihi ante oculos dies noctesq; versaris: omnes labores te excipere video; timeo, vt sustineas: sed video in te esse omnia. quare vt id, quod speras, & quod agis, consequamur, serui valetudini. Ego, ad quos scribam, nescio, nisi ad eos, qui ad me scribunt, aut ad eos, de quibus ad me vos aliquid scribitis. Longius, quoniam vobis ita placet, non discedam: sed velim, quamsaepissime literas mittatis, praesertim si quid est firmius, quod speremus. Valete mea desideria, valete. Datum ad III non. Oct. Thessalonicae.

doleo eām elusmodi ut meæ miseriæ subleuētur.i.minuātur, tatus miserus tuis, Nā P. Valerius hō officiosissimus, scripsit ad me, id qđ legi cū maximo fletu queadmodū ducta, esses à Vestæ.s.templo aut æde.ad tabulā Valeriā.i.eā, In qua scripta erat lex Valeria de uædēdis bonis ꝓscriptoꝝ, ac ꝓfugoꝝ, ut ea lecta ad uēditionē bonoꝝ cū pellaris. Hē: flētis uox. O Terētia mea; lux mea, desideriū meū.i.à qua. oēs solebāt petere opē.s.auxiliū, qa ꝑ ꝯiuges sæpe ad uiros aditus patefit, te uexari sic.i.dignū mē est, aut ferēdū, aut dijs placitū: Est.n.figuratū,& eleгās Pathos, ut in illo Pecuuiano, qđ in Cæl.cōmiseratione recitatū est. Me seruasse, ut essent, q me pderēt.& sup.te iacere sic in lacrymis,& sordib.& id fieri mea culpa, non qdē peccati, sed negligētiæ, aut meticulositatis, q seruaui ceteros.s.à ꝯiuratione Catil.ut nos piremus manifeste. Alludit ad illud qđ mōcitaui Pecuuianū. Qđ scribis de domo.i.de area, qa uī domus fuisse direpta, sup.soluēda ab hypotheca, aut potius fisco, ego, uero.i.certe uidebor mihi denīq; tū.i.tūc restitutus.i.totus in pristinū statū reductus, si illa erit restituta nobis. Veꝝ hæc nō sunt in manu.i.ptāte nr̄a, qa ut dixi, in manu fisci eraot. Ego doleo illud sup.te miserā & spoliatā.s.boois olbus, uenire sup. in impēsam, q impēsa faciēda est parte eius.i.à reparatione alterius, quā ut opinor Terentia noie dotis sibi uēdicarat. qđ si negociū ꝯficitur.i.si restituimur, oos ꝯsequemur oia.i.ablata. Sin.i.sed si, eadē fortuna pmet, obsecro te.i.quæso à te o uita mea, qđ blāde dī, sed blādius dī græce, iuxta illud Iuuen. Quoties lasciuū iteruenit illud. Ζωὴ καὶ ψυχή.i.uita & aia.s.mea ne.i. ao, tu misera.i.miserāda. Proijcies.i.ultro pdes ēt religas tuas.i.qđ tibi fortunaꝝ relictū est. Si esset, pijcias tūc exponere, ob secro.i.p sacra rogo ne pijcias etc. Qđ.i.quātū attinet ad sumptū.s.faciēdū,& .i.sīl sine.i.pmitte alios, ut Pisonē & fratrē sustinere.s.onus, si mō.i.dūmodo pōt, & nō uexare.i.minimum torquere ualetudinē tuā ifirmā, si amas me. Nā uersaris.i.pōtaris mihi añ oclos, dies & noctes, Ego uideo te excipe.i.ex alijs adsumere oēs labores, timeo ut.i.ue nō sustineas.i.possis sustinere, Sed uideo ola.s.auxilia aut bona nīa esse in te. Quare ut ꝯsequamur id qđ speras,& id qđ agis.i.moliris adſeq, serui.i., iserui ualetudini. Ego nescio ad quos scribā.i.scribere debeā, nisi aut ad eos q scribūt ad me aut eos de quibus eos scribunt aliqd ad me. Ego nō discedā lōgius, qm ita placet uobis. sed uelim sup.ut mittatis lras q sæpissime ptertim siquid est firmius quod speremus. Valete ō desideria mea, ualete. Datum ad III. Nonas Octob. Thessalonicæ. quæ est ciuitas Macedoniæ.

NVBER.

NOLI) excusat se Cic. de breuitate lraꝝ, cum oēs alios tū, uero ad uxorē suā, ad quā dicit, se non posse scribere sine multis lacrymis. Deinde dicit se dolere ꝙ intellexerit eā à qbusdā uexatā esse, cū id fiat culpa ipsi' Cic. Postremo dissuadet ei sumptū in ędificādo, hortaturq; eā, ut ceteris oibus omissis ualetudinē diligenter curet. {Cui}.s.scribēdi plura. {Rescribi}.s. plura uel lōgiores epl̄as. {Præst.}efficere. {Id}ut essetis beatissimæ. {Cohortatus}ut nō desistat ab inceptis. {Eiusmodi}talē.s. {Vt meę m.}i.ut uelis eē misera, ut subleues miserias meas {Officio}q in me bñuolentiā ostēn pstat. {Ad Vestæ}subaudi tur tēplū. sic.n.ponebat antiq. Ad Vestę, ad Veneris, subaudiebatur tēplū. Ter. in Adel. ubi ad Dianæ ueneris. Hor. in ser. Vētū erat ad Vestæ media iā parte diei. {Ad Ta. Va.}nō erat pro uerbiū: ut qdā exponūt: sicut nūc dicimus à pyro ad ficū. Sed tabula pro lege ponit: uñ & tabularia dicebātur auctore Seruio, loca ubi tabulæ figebātur,& interdū actus publici. Maro in Geor. Insanumq; foꝝ & ppli tabularia uidit. Erat igr tabula ualeria lex à Valerio lata de bonis ꝓscriptoꝝ uēdēdis, ut ostēdit Cic.i. orone ꝓ Sex. Rosc. Ad hāc igr tabulā deducta erat Terētia, qa ea lege bona Ci. tanq̄ ꝓscripti cogebanẗ uēdi {Hē} dolētis & igemilcētis. {Vexa.}distrahi male tractari, nā uexor *bā est teste Asconio igētis calamitatis, de quo alibi dixim' qđ Ser.& Gel. sentiāt. {Proijc.}abijcies, alienabis {Reliqas t.}i.qđ tibi reliquū ē. Legēdū est aūt ēt ne religas tuas misera pijcies? {Versaris}es, appares. {Thessalonicę}q ciuitas è Macedoniæ.

Tabula.
Tabularia.
Vexor.
Thessalonica.
ASCEN.

NOli &c. Excusat se de breuitate lraꝝ, cū ad oēs alios tū uero ad uxorē suā, ad quā dicit se nō posse scribere sine mul tis lacrymis. Deinde dicit se dolere, qđ' intellexit eā à qbusdā uexatā esse, cū id fiat culpa sua. Postremo suadet ne sumptū ædificādo faciat, monetq; ut ualetudinem curet. Ordo est: Noli putare me scribere ad quenq̄ epl̄as lōgiores.s.q̄ ad te. aut longiores.i.aliquātulū lōgas. nisi sigs scripsit ad me plura.i.ualde multa. cui puto oportere rescribi.s.à me. Nec.n. habeo, qđ' scribā, nec facio hoc tpe q̄dq̄ difficilius.i.inuitius.s.q̄ scribere. Vero.i.sed non queo scribere ad te,& ad Tulliolā nr̄am.s.filiā lepidulā, sine plurimis lacrymis. Ego.n. uideo uos esse miserrimas, q̄s ego uolui sp esse beatissimas,& debui pstare.i.efficere id.s.ut beatissimæ sitis.& pstitissē, nisi fuissem' tā timidi. Ego amo plurimū Pisonē nr̄m.s.generū, merito eius. Ego cohortatus sum eū p lr̄as ut potui,& egi gr̄as, ut debui. Ego intelligo te hr̄e spē.s. reductionis meæ, i nouis trib. pl.i. pxime creādis. id.s. spei erit firmū, si uolūtas Pōpeij.s. aderit. sed tñ timeo Crassum, etem illi tres Pōpeius, Crassus,& Cęl. tūc principes erāt in senatu: Ego uideo ola fieri qdē.i. certe à te ut de alijs taceam, aut dubitē fortissime & amantissime. nec miror, sed mœreo.i.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

CONqueritur & hac epistola, quod culpa sua & ipse & sui in mœrore sint. deinde ad varia capita literarum vxoris respondet. Postremo dicit se cupere certiorem fieri, quid de sua restitutione agatur.

M. CIC. TERENTIAE, ET TVLLIAE, ET CICERONI SVIS. S. P. D. 3

ACcepi ab Aristocrito tres epistolas, quas ego lacrymis prope deleui. conficior enim mœrore mea Terentia: nec me meae miseriae magis excruciant, quàm tuae, vestraq;. ego aūt hoc miserior sum, quàm tu, quae es miserrima, quòd ipsa calamitas cōmunis est vtriusque nostrum, sed culpa mea propria est. meū fuit officium, vel legatione vitare periculum, vel diligentia, & copijs resistere, vel cadere fortiter. hoc miserius, turpius, indignius nobis nihil fuit. quare cū dolore conficior, tum etiam pudore. pudet enim me, vxori meae optimae, suauissimis liberis virtutem, & diligentiam nō praestitisse. nam mihi ante oculos dies noctesq; versatur squalor vester, & mœror, & infirmitas valetudinis tuae: spes aūt salutis pertenuis ostenditur. inimici sunt multi, inuidi pene oēs. eijcere nos magnū fuit, excludere facile est. sed tamen, quādiu vos eritis in spe, non deficiam; ne oīa mea culpa cecidisse videantur. Vt tuto sim, quod laboras: id mihi nūc facillimū est, quem etiā inimici volunt viuere in tantis miserijs. ego tamen faciam, quae praecipis. Amicis, quibus voluisti, egi gratias: et eas literas Dexippo dedi: meq; de eorum officio scripsi à te

à te certiorem esse factum. Pisonem nostrum mirifico esse studio in nos, & officio, & ego perspicio, & oẽs prædicant. Dij faxint, vt tali genero mihi præsenti tecum simul, ac cum liberis nostris frui liceat. nunc spes reliqua est in nouis tribunis pl. & in primis quidẽ diebus: nam, si inueterarit, actum est. ea re ad te statim Aristocritum misi, vt ad me continuo initia rerum, & rõnem totius negocij posses scribere. etsi Dexippo quoque ita imperaui, statim ut recurreret: et ad fratrẽ misi, vt crebro tabellarios mitteret. nam ego eo nomine Dyrrhachij hoc tempore, vt quamcelerrime, quid agatur, audiam, & sim tuto: ciuitas enim hæc semper à me defensa est. cum inimici nostri venire dicentur, tum in Epirum ibo. Quod scribis, te, si velim, ad me venturam: ego vero, cum sciam magnam partem istius oneris abs te sustineri, te istic esse volo. si perficitis, quod agitis; me ad vos venire oportet. sin autem. sed nihil est opus reliqua scribere. ex primis, aut ad summum secundis literis tuis constituere poterimus, quid nobis faciendũ sit. tu modo ad me, velim, omnia diligentissime perscribas, etsi magis iam rem, quàm literas, debeo expectare. Cura vt valeas: & ita tibi persuadeas, mihi te carius nihil esse, nec unquam fuisse. Vale mea Terentia; quam ego videre videor, itaque debilitor lacrymis. Vale. Pridie cal. Dec. Dyrrhachij.

HVBER.

ACCEPI) Dolet Cic. sicut & superius, quod sit culpa mœroris & doloris suoꝝ & ꝙ ignaue discesserit, cũ potuerit remanere in patria, si uoluisset se inimicis opponere. Deinde qa scripserat Terẽtia se laborare ut Cic. esset in tuto: dicit sibi esse facillimum, qa ẽt inimici sui cupiũt, ut uiuat in his miserijs. Deinde dicit se cupe fieri certiorẽ lr̃is Terent. qd p eã & eius amicos actũ sit de ipsis restõne. {Ab At.) liberto nr̃o. nõ quas scripsit, sed quas attulit à te. {Deleui) cõfeci, destruxi. {Cõficior) ꝯsumor. {Culpa est m.) q̃ sola facit hoiem miserũ. {Legatione) suscipiendo legationẽ aliq̃: cuius ꝑtextu uitabat infamiæ piculũ: ut diximus suꝑ de interfectorib. Cæs. qm̃ ut ostẽdit Liuius: ius legatoꝝ apud oẽs gẽtes sp inuiolatum fuit. {Copijs) facta multitudine armatoꝝ, q me tuerẽtur. {Vel ca.) uel mori. {Fortiter) aiose cũ laude resistẽdo & nõ fugiendo. {Hoc) qđ feci. {Squalor) sordes quæ ex luctu, & mœrore fit. {Inimici) enumerat aliquot cãs, quare spes salutis sit tenuis. {Excludere) tenere extra urbẽ. {Quod) qa. {Viuere) ut maior sit pœna in miserrima uita q̃ in morte. {Dexippo) is erat unus ex domesticis Cic. {Prædicãt) apte dñt. {Faxint) faciãt, qđ notandũ est apud oratorẽ, qm̃ qdã falso dñt tm̃ esse poeticũ. {In pri. di.) in initio magr̃atus eoꝝ. {Si inu.) i. in lõgius deducta sit & facta uetus. {Actũ est) .i. nihil fiet: qa res frigescit, & deleretur. {Eo no.) i. ea cã. {Istius o.) curandi reditus mei. {Istic) Romæ. {Qđ agi.) qđ tractaris & quæritis. s. ut redire possim. {Sin aũt). s. nõ pficitis, aposiopesis est. Sobauditur. n. actũ est de me, uel aliqđ tale. {Ad sum.) i. ad extremũ, qđ uulgo dr̃ ad plus. {Cõstituere) iudicare uel certe deliberare. {Rẽ) impetrationẽ reditus mei. {Videre uid.) ex affectu amoris, q te oculis meis ur̃ subijcere. Virg. illũ abẽs absentẽ auditq; uidetq;. & Ouid. i põto ad uxorẽ. Te loquor abñtẽ, te uox mea noiat unã.

Conficior. Liuius. Squalor. Faxo.

ASCEN.

ASCEN. ETsi. Dicit se libenter scribere, & accipere lr̄as, accusatq; Volumniam neglecti officij. Ordo est. Etsi tp̄a sunt eiusmodi, ut nihil lr̄ar habeam, quod aut expectem à te, aut ipse scribam ad te, tn̄ nescio q̄uo, &.i.sic, ipse.i.ego expecto lr̄as ur̄as .i.ex urbe mittendas, & scribo ad uos, cum habeo, sup. aliquē, qui ferat. Volumnia.s.matrona illa Romana, debuit esse officiosior in te, q̄ fuit, & potuit facere diligentius & cautius id ipsum q̄d fecit, q̄q̄ sunt alia quæ curemus magis, & doleam⁹ magis.s.quam factum priuatum Volūniæ. Quæ.i.alia negocia, conficiunt me.i.ꝯsumunt ita ut ij uoluerunt, q̄ detruserūt .i.uiolenter discedere fecerunt me de sn̄ia mea.i. firmo proposito. Cura ut ualeas. Loquitur de reb⁹ inter se dūtaxat notis.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Excusatoria, cur nihil scribat.

TVLLIVS TERENTIAE SVAE S. D. 17

SI quid haberem, quod ad te scriberem: facerem id & pluribus verbis, & sæpius. nunc, quæ sint negocia, vides. ego autem quo modo sim affectus, ex Lepta, & Trebatio poteris cognoscere. tu fac, ut tuam, & Tulliæ valetudinem cures. Vale.

SI quid haberem,) Dicit Cic. se nihil habere, quod scribat ad Terentiam, eam autem posse intelligere ex Lepta & Trebatio, quomodo ipse sit affectus .i. quomodo habeat, & sit anima & corpore dispositus. HVBER.

SI quid &c. Dicit se nihil hr̄e q̄d scribat ad uxorem, eamq; posse intelligere ex Lepta & Trebatio, q̄uo ipse sit affli̇ctus. Ordo est. Si hr̄em q̄d.i.aliquid q̄d scriberē ad te facerē id.i.scriberē ad te, &.i.sic.plurib. ūbis, &.i.sic sæpius nūc uides q̄ sunt negocia. Aūt.i.sed, tu poteris cognoscere ex Lepta & Trebatio.i.amicis nr̄is, q̄uo ego sim afflictus. Tu fac ut cures ualetudinem tuam & Tulliæ.i.filiæ nostræ. Postquod dictum (ut sæpe admonui) frustra adderetur. ASCEN.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Monitoria est epistola.

TVLLIVS TERENTIAE, ET PATER SVAVISSIMAE FILIAE; CICERO MATRI, ET SORORI S. D. P. 18

CONSIDERANDVM vobis etiam atque etiam animæ meæ diligenter puto, quid faciatis; Romæne sitis, an mecum in aliquo tuto loco. id non solum meum consilium est, sed etiam vestrum. mihi veniunt in mentem hæc; Romæ vos esse tuto posse per Dolabellam; eamq; rem posse nobis adiumento esse, si qua vis, aut si quæ rapinæ fieri cœperint: sed rursus illud me monet, quòd video omnes bonos abesse Roma, & eos mulieres suas secum habere. hæc autem regio, in qua ego sum, nostrorum est tum oppidorum, tum ētiam prædiorum: ut & multum esse mecum, &, cum abieritis, cōmode etiā in nostris prædijs esse possitis. mihi plane non satis constat adhuc, utrū sit melius. vos videte, quid aliæ faciant isto loco fœminæ; & ne, cū velitis, exire non liceat. id velim diligenter etiā atque ēt vobiscū, & cū amicis cōsideretis. Domus ut propugnacula, & ꝓsidium habeat, Philotimo dicetis. Et velim tabellarios instituatis certos, ut quotidie aliquas à vobis literas accipiam. Maxime aūt date operam, ut valeatis, si nos vultis valere. VIII. cal. Feb. Formijs.

CONSIDERANDVM) Eodem est fere argō hæc ep̄la quo illa superior, q̄ incipit.{Vt̄m iam ꝯs.) nisi q̄d in fine monet Cic. Terentiam, ut faciat q̄d domus hēat ꝓpugnacula, si aliqua uis militum in urbe ueneret.{De Dol.)i.auxilio & fauore Dolabellę.{Reglo) Campaniæ.{Etiam atq; ēt) .i.sæpius & diligenter.{Propugnacula) ædificia sunt, siue munimenta aduersos bellum facta, à ꝓpugnādo dicta, Virg. HVBER.

Etiā atq; etiam.

Propugnacula.

Et

Et propugnacula bello tuta parant. {Et pdium).s.habeat ps pugnacula,i quo ipse erat futurus.{Certo) .s.ad hoc electos.

ASCEN. Considerandum &c. Eodem est fere argu quo illa supior, quæ incipit. Vestrum iam psilium, nisi q in fine monet Terentiam,ut curet domus faciendą propugnacula, si quam uim militum imminere intellexerit. Ordo est: Ego o animę meæ Terentia,& Tullia,puto considerandum sup.esse nobis etiā atq ēt.i.frequenter & diligenter qd faciatis.ne.i.an sitis Romæ aut mecū io aliquo loco tuto.Id psilium est non solū meum.i.non incumbit mihi soli,sed ēt uestrum.i.sed incūbit etiam uobis.Hæc ueniunt mihi in mentem uos posse Romæ tutò.i.sub protectione,raro legitur tute pp pronomen, p Dolabellam.s.gnum nrm, & eam rem .s. affinitatem Dolabellæ, posse esse nobis adiumēto,si qua uis.s.militum, aut si quæ rapinæ cœperint fieri. Sed rursus.i.ecōtrario illud monet.i.turbat me,q uideo oēs bonos .i. reip. amatores abesse Roma,& eos hre mulieres.i.uxores suas secum. Hæc aūt regio.s. iuxta Formias in qua ego sum,est nrox tum oppidox .i. quox patronus sum,tum ēt prædiox,ut possitis,&.i.sit esse mecū multum,& cum abieritis esse cōmode in prædijs nostris.Non cō stat.i.non est manifestum adhuc plane mihi, utrum.s.an Romæ manere,an ad me uenire sit melius.Videte uos quid aliæ fœminæ isto loco.i.istius .s.dōnis cuius uos estis faciāt, ut ne non liceat exire cum uelitis.Ego uelim sup.ut psideretis diligenter etiam atq ēt.i.frequenter,uobiscum.i. inter uos & cū amicis,id.s.quod dictum est.Vos dicetis.i.mandabitis Philotimo.s.liberto nostro, ut domus.s.nostra habeat propugnacula.i.defensoria & ut dnt fortalicia,&præsidium.i.custodiā armatox.Et uelim instituatis.i.ut ordinetis,tabellarios.i.literax baiulos,certos.i.non dubiæ fidei,ut accipiam quotidie à uobis aliquas lras. Date aūt maxime.i.præcipue operam,ut ualeatis.i. sospites sitis,si uultis nos ualere. VIII. &c.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Nunciatoria est epistola.

TVLLIVS TERENTIAE SVAE S. D. 19

IN maximis meis doloribus excruciat me valetudo Tulliæ nostræ. de qua, nihil est, quod ad te plura scribam: tibi enim æque magnæ esse certo scio. Quod me propius vultis accedere, video ita esse faciendum: etiam ante fecissem: sed me multa impedierunt, quæ ne nunc quidem expedita sunt. sed à Pomponio expecto literas; quas ad me quamprimum perferendas cures, velim. Da operam vt valeas.

HVBER. IN maximis) Dicit Cicero se grauiter angi ualetudine Tulliæ.Deinde se uenturum propius urbem sicut & Terentia,& alij,sui hortabātur. Aeque) id est, tam, scilicet quàm mihi,quia tu es mater.

ASCEN. IN maximis. Dicit sibi ualetudinem Tulliæ dolori esse, & se propius accessurx.Ordo est.Valetudo .i. mala dispositio Tulliæ nostræ.s.filiæ. excruciat me in maximis doloribus .s. alijs . De qua.s.Tullia,nihil est,q.i.cur.scribam ad te plura . Enim.i.quia,ego scio certo, sup.eam esse tibi curæ æque magnæ,ut.s.mihi. Quòd uultis me accedere propius.ego uideo .i.considero facieodum esse ita, & fecissem iam ante .s. quam monuissetis.sed multa impedierunt me,quæ ne quidem.i.nō etiam nunc sunt expedita.i.(ut dnt)euacuata. Sed ego expecto literas à Pompooio.s.Attico. Quas uelim sup.ut cures pferendas ad me quāprimum.i.ualde cito.Da operā ut ualeas.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Monitoria, vt balneum paret.

TVLLIVS TERENTIAE SVAE S. D. 20

IN Tusculanum nos venturos putamus aut nonis, aut postridie. ibi, fac, vt sint omnia parata: plures enim fortasse nobiscum erunt: et, vt arbitror, diutius ibi commorabimur. labrum si in balneo non est, fac vt sit: item cetera, quæ sunt ad victum, & ad valetudinem necessaria. Vale. V. cal. Oct. de Venusino.

HVBER. IN Tusculanum) Monet Cicero Terentiam,ut omnia habeat parata in Tusculano,cum sit uēturus eò cum alijs multis, & præcipue ut paret balneum. {Plures) .i. multi . {Diutius) plures dies. {Labrum) genus est uasis ad lauandum apti,quasi lauabrum. Virg. Sicut aquæ tremulum labris ubi lumē Athenis Sole repercussum aut radiantis imagine lunæ Omnia peruolitat late loca.Reliquæ quatuor epistolæ sequētes nulla omnino interpretatione egent.Neq;.n.possunt fere faciliotibus aut planioribus uerbis declarari,q sunt scriptæ à Cicerone,& argumentum ex lectione textus facile patet.

Labrum

ASCEN. IN Tusculanum &c. Significat qn in uillam suam Tusculanam uenturus sit ut oia patētur etiam in balneo,sibiq; & comitibus suis dicens. Nos putauimus nos uenturos sup.esse in Tusculanū.i. uillam nostram Tusculanā, aut nonis .s. istius mensis,aut postridie.i.die proxime secuturo.Fac sup.ut oia sint parata ibi.Enim.i.qa plures erunt fortasse nobiscum,& ut arbitror nos cōmorabimur ibi diutius. Si labrū .i.uas lauandis aptum non est in balneo,fac ut sit . Itē fac ut cetera q necessaria ad uictum & ualetudinem sup.fiot. Vale. V.cal.Oct. De Venusino,oppido inter Lucaniam & Apuliā.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Hortatur, vt valetudinem curet.

TVLLIVS TERENTIAE SVAE S. D. 21

SI vales, bene est: ego valeo. Da operam, vt conualescas: quod opus erit, vt res, tempusq; postulat, prouideas, atque administres, & ad me de omnibus rebus quamsæpissime literas mittas. Vale.

ASCEN. SI uales &c.Monet ut saluti consulat,ut omnibus prospiscere possit,& ad se crebras dare literas dicens.Si &c. Da operam ut ꝯualescas,sup.si minus ualet,& sup.ut prouideas & administres quod opus .i. necessariū erit,ut res & tps postulat,& mittas ad me q̄sæpissime literas de omnibus reb⁹.

TVLLIVS TERENTIAE SVAE S. D. 22

SI vales, bene est: ego valeo. Nos quotidie tabellarios vestros expectamus: qui si venerint, fortasse erimus certiores, quid nobis faciendum sit; faciemusq; te statim certiorem. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. cal. Sept.

ASCEN. SI uales &c.Dicit se expectare tabellarios Terentiæ, à qbus quid agendū habeat, noscat & statim rescribat. Ordo est.Si &c. Nos expectamus quotidie tabellarios uestros,qui si uenerint nos erimus certiores fortasse, qa potuissent nihil scripsisse, quid faciendum sit nobis, & faciemus te statim certiorem .s. quid faciendum sit. Vale. &c.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Nunciatoria est epistola.

TVLLIVS TERENTIAE SVAE S. D. 23

SI vales, bene est: ego valeo. Reddita mihi iam tandem sunt à Cæsare literæ, satis liberales: & ipse opinione celerius venturus esse dicitur. cui vtrum obuiam procedam, an hic eum expectem, cum constituero, faciam te certiorem: Tabellarios mihi, velim, quamprimum remittas. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. pridie id. Sext.

ASCEN. **S**I uales &c. A Cæsare se literas accepisse dicit & eum celerrime aduentare, unde dubitat an obuiam eat dicens. Literæ satis liberales redditæ sunt mihi tandem à Cæsare. & ipse dicitur esse uenturus. s. ad urbem celerius opinione .i. quam homines opinentur. Cui cum constituero. i. decreuero, utrum procedam obuiam, an expectem eum hic: faciam te certiorem. Ego uelim mittas mihi tabellarios. s. quos ad te mitto, quamprimum. i. ualde cito. Cura &c.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Nunciatoria, & petitoria.

TVLLIVS TERENTIAE S. D. 24

SI uales, bene est: ego ualeo. Nos neque de Cæsaris aduentu, neque de literis, quas Philotimus habere dicitur, quidquam adhuc certi habemus. si quid erit certi, faciam te statim certiorem. Valetudinem tuam fac ut cures. Vale. III. *id. Sext.*

ASCEN. **S**I uales &c. Dicit se nihil certi habere de Cæsaris aduentu, neque de literis quas Philotimus à Cæsare ad se habere dicebatur. unde uidetur hæc epistola scripta ante proxime præcedentem. Ordo est. Si &c. Nos neque habemus adhuc quidquam certi de aduentu Cæsaris: neque de literis, quas Philotimus. s. libertus noster, dicitur habere .s. à Cæsare. Si quid certi erit i. sup. mihi, faciam te certiorem &c.

M. TVLLII CICERONIS

EPISTOLARVM, AD SENATVM, ET ALIOS,

LIBER DECIMVSQVINTVS.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

NVnciatoria & petitoria est epistola. exponit enim quàm uarij sint rumores timoresque Parthorum aduentus. deinde à senatu maiorem exercitum petit.

M. TVLLIVS M. F. CICERO PRO COS. S. P. D. COS. PRAET. TRIB. PL. S. P. Q. R. 1

S*I uos bene ualetis, bene est: ego quidem ualeo. Etsi non dubie mihi nunciabatur, Parthos transisse Euphratem cũ omnibus fere suis copijs: tamen, quòd arbitrabar à M. Bibulo pro consule certiora de his rebus ad uos scribi posse, statuebam mihi non necesse esse publice scribere ea, quæ de alterius prouincia nunciarentur. postea uero quàm certissimis auctoribus, legatis, nuncijs, literis sum certior factus: uel quòd tanta res erat, uel quòd nondũ audieramus Bibulũ in Syriã uenisse, uel quia administratio huius belli mihi cũ Bibulo pene est cõmunis; quæ ad me delata essent, scribenda ad uos putaui. Regis Antiochi Cõmageni legati primi mihi nũciarunt, Parthorum magnas copias Euphratẽ trãsire cœpisse. quo nuntio allato, cũ essent nõ nulli, qui ei regi minorẽ fidẽ habendã putarent, statui expectandũ esse, si quid certius afferretur. ad* XIII. *cal. Oct. cum exercitũ in Ciliciã ducerẽ, in finibus Lycaoniæ, et Cappadociæ mihi literæ redditæ sunt à Tarcondimoto, qui fidelissimus socius trans Taurũ, amicissimusque populi R. existimatur; Pacorũ, Orodi regis Parthorũ filium, cũ permagno equitatu Parthico trãsisse Euphratẽ, & castra posuisse Tybæ; magnumque tumultũ esse in prouincia Syria excitatũ. eodẽ die ab Iamblicho, phylarcho Arabũ, quem homines opinantur bene sentire, amicumque esse reip. nostræ, literæ de ijsdẽ rebus mihi redditæ sunt. his rebus allatis, etsi intelligebam, socios infirme aĩatos esse, & nouarum rerũ expectatione suspensos: sperabã tamen, eos, ad quos iam accesserã, quique nostram consuetudinẽ, integritatemque perspexerant, amiciores populo R. esse factos; Ciliciam aũt firmiorẽ fore, si æquitatis*

* *alias equitatus nostri.*

nostræ particeps facta esset. & ob eã causam; & ut opprimerentur ij, qui ex Ciliciũ gente in armis essent; & ut hostis is, qui esset in Syria, sciret, exercitũ populi R. nõ modo non cedere, his nũcijs allatis, sed etiã propius accedere: exercitũ ad Taurũ institui ducere. sed si quid apud uos auctoritas mea põderis habet, in ijs præsertim rebus, quas uos audistis, ego pene cerno: magnopere uos & hortor, & moneo, ut his prouincijs, serius uos quidẽ, quàm decuit, sed aliquando tamen cõsulatis. nos quemadmodũ instructos, & quibus præsidijs munitos ad tanti belli opinionẽ miseritis, nõ estis ignari. quod ego negocium, non stultitia occæcatus, sed uerecundia deterritus, non recusaui. neque .n. unquã ullum periculũ tantũ putaui, quod subterfugere mallẽ, quàm uestræ auctoritati obtemperare. hoc aũt tempore res sese sic habet; ut, nisi exercitũ tãtum, quantum ad maximũ bellum mittere soletis, mature in has prouincias miseritis, summũ periculum sit, ne amittenda sint oẽs hæ prouinciæ, quibus uectigalia populi R. continẽtur, quamobrem aũt in hoc prouinciali delectu spem habeatis aliquã, causa nulla est. neque multi sunt: & diffugiũt, qui sunt, metu oblato: &, quod genus hoc militum sit, iudicauit, uir fortissimus, M. Bibulus in Asia: qui, cũ ei permisissetis, delectũ habere noluerit. nã sociorũ auxilia propter acerbitatẽ, atque iniurias imperij nostri aut ita imbecilla sunt, ut nõ multum nos iuuare possint; aut ita alienata à nobis, ut neque expectandũ ab ijs, neque cõmittendum ijs quidquã esse uideatur. Regis Deiotari & uoluntatẽ, & copias, quantæcũque sunt, nostras esse duco. Cappadocia est inanis. reliqui reges, tyrãni neque opibus satis firmi, nec uolũtate sunt. mihi in hac paucitate militũ, aĩus certe nõ deerit: spero, ne consilium quidẽ. quid casurũ sit, incertũ est. utinã saluti nostræ consulere possimus: dignitati certe consulemus. Valete.

HVBER. **S**I uos bene ualetis, bene est: ego quidẽ ualeo. Etsi non) lib. II. & III. aperiuntur argumenta multarum insequentium epistolarum quod illic plenius de proconsulatu Cic. in Cilicia diximus. in hac autẽ epistola dixit quibus rebus adductus sit scribere Rom. de transitu Parthorum, & quàm uarij fuerint de eis rumores.

rumores. Deinde quid egerit intellecto haud dubie transitu Parthoꝝ, ꝯtra quos dicit opꝰ est maiore & firmiore exercitu, q̃ sibi datus sit. Itaq; rogat ut ad se mittatur tantus & ingens exercitus, quantus ad maximum bellum mitti solet. Nulla.n. esse spem in militibus ꝓuincialibus neq; in socijs neq; in regibus finitimis, nisi in Deiotaro rege Armeniæ se aût neq; aio, neq; ꝯsilio defutuꝝ pollicetur. {Pro cõsule) Syriæ. {Publice) ad uos oẽs. {Tanta) tam magna tanti momenti. {Nondũ u.) ut ipse, ad quem ptinebat posset uos reddere certiores. {Pene cõis) qa habemus prouincias finitimas. ita ut non possit agi periculũ de una, qn agatur de alia. Horat. Nam tua res agitur paries cũ ꝓximus ardet, & ipse Cic. lib. II. ad Ca. Salustium de Bibulo sic inqt. Ille aût cum ad Thermum de Parth. bello scriberet ad me lrãm nunq̃ misit, ad quem intelligebat eius belli piculũ ptinere. *Cõmageni.* {Cõmageni) Cõmagena pars est Syriæ. {Minorem fidem hab.) non credendũ. {Lycaoniæ & Capp.) q̃ sunt regiones in Asia finitimæ Ciliciæ, per Cappadociam aũt Cic. proficilcebatur in Ciliciam, ut supra ad Appium. Iter in Ciliciam facio p Cappadociam. {Tarcondimoto) nomen ꝓprium uiri socij & amici P.R. trans Tauꝝ mõtem. {Tybæ) nomen loci in Syria. {Phylarcho) p̃fecto tribuno. {Bñ sent.) bono esse aĩo erga P. R. *Infirme* {Infirme) tenuiter) debilr. {Suspensos) solicitos incertos, qd agerẽt. {Integritatem) innocentiá, iustitiam. {Si esset facta part. nŕæ æqt.) i. si expta esset æqtatẽ meam & integram administrationem, fiunt.n.& fidiores & firmiores ppl'i ex æquo impio, & miti administratione, & gubernatione. {Ex Cil. gente) ex Cilicib.n. qdam sumpserant arma ꝯtra Romanos. {Is host.) ꝓ ij hostes.i. Parthi. {Non ced. his nuncijs).i. non terreri & fugere allatis nuncijs belli. {Sed ꝓp. acc.) sed potius adire ip̃m hostẽ. {Tauꝝ) montẽ. {Si quid põd. hẽt,) ualet. {Aliqñ) tandem. {Instructos) paratos, & munitos reb. bellicis. {Opinionem) famam. {Qđ ego) occurrit obiectioni, quare susceperit id negocium nõ satis instructus, & ex facto suo magnam sibi beneuolentiam ꝯsulum & senatus cõciliat. {Negocium) expeditionẽ aduersus Parthos. {Occæcatus) translatio à corpore ad aĩum. {Vestræ auct.) uestræ dignitati, uel sñiæ. {In has ꝓuinc.) in Ciliciam, Syriam, Cappadociam, & reliquas finitimas regiones. {Hæ oẽs ꝓ.) Asiaticæ quas Parthi inuadere tentant. {Vectigalia P.R. cont.) nã & ipse in orõne ꝓ Põ. impatore eligendo, q̃ inscribitur ꝓ lege Man. postq̃ Asiam tuendã dixit, sic subdit, p̃sertim cum de uestris maximis uectigalibus agatur, nã ceteraꝝ prouinciaꝝ uectigalia quirites tanta sunt: ut ijs ad ipsas ꝓuincias tutandas uix contenti esse possumus. Asia uero tam optima est, & fertilis, ut & ubertate agroꝝ, & uarietate fructuum, & magnitudine pactionis, & multitudine eaꝝ reꝝ, quæ exportantur, facile oibus terris antecellat &c. {Ex hoc d.) ꝓ ex ijs mililib. qui in ꝓuincia deliguntur. {Oblato) facto. {Noluerit) qa sciebat Asiaticos inutilr esse bello. {Imperij nostri).i. nostroꝝ imperatoꝝ, qui male socios tractauerunt: ut ipse in p̃dicta oratione pro Pompeio. Itaq; pp hanc auaritiam imperatorum quantas calamitates quocunq; uentum sit uestri exercitus ferant qs ignorat? paulo post, utrũ plures arbitramini p hosce annos militũ uestroꝝ armis hostium urbes, an hybernis socioꝝ ciuitates esse delatas: neq;.n. põt exercitũ is ꝯtinere imperator, q seip̃m nõ cõtinet. *Inanis* {Inanis) uacua. *Tyranni.* {Tirãni) licet apud antiquos hoc noie reges appellarentur, ut apud Virg. At mihi satis erit dextram tetigisse tyrãni: tñ postea sibi uiolenti regnoꝝ occupatores tyrãni noiari cœperunt. {Neq; uol.) quia non sunt bñ affecti P.R. {Consilium) prudentiam gubernandi. {Casurum) .i. euenturum. {Saluti nŕæ) ut possim incolumis euadere. {Dignitati) quia omnia faciam, q̃ me decebunt.

ASCEN. ETsi non dubie mihi &c. Argm̃ dependet cum epl'is in secundo, & tertio libris habitis, ubi de proconsulatu suo in Cilicia plenius scripsit. In hac aũt dicit quibus rebus adductus sit scribere Romam de transitu Parthorum, & q̃ uarij fuerint de eis rumores, deinde quid egerit p̃specto transitu Parthorum, contra quos cum opus sit maiore exercitu rogat, ut ad se mittatur tantus quanto opus sit ad maximum bellũ cõficiendum, cũ nulla sit spes in ꝓuincialibus, nec in socijs, excepto Deiotaro. p̃scriptio legetur sic, M. T. Cic. Maci Filius ꝓ consul. Salutem plurimam dicit Consulibus, prætori, trib. pl. senatui populoq; Rom. quod additur. Si uos &c. Addendum non est. Ordo est: Etsi nunciabatur mihi non dubie.i. certe, Parthos transisse Euphratem.s. fluuium fere cum oibus copijs suis, alibi tñ dicit, Arabes fuisse in uestitu Parthico, tñ qđ.i. quia ego arbitrabar certiora posse scribi ad uos de his rebꝰ à M. Bibulo ꝓ consule.i. Syriæ, & ita uiciniore, statuebam nõ esse necesse mihi scribere publice.i. ad senatum ea, q̃ nunciarẽtur de prouincia alterius. Postea uero q̃ sum factus certior certissimis auctoribus, legatis, nuncijs, literis, putaui ea, q̃ delata essent ad me, scribenda esse ad uos, uel, qꝛ res erat tanta, ut cum piculo ignoraretur, uel qꝛ nõdum audieramus Bibulum uenisse in Syriá, uel qa administratio huius belli est mihi pene cõis cum Bibulo, quia ꝓximam habebat ꝓuinciam. Legati Cõmageni à loco dicti regis Antiochi nunciauerunt mihi primi magnas copias Parthorum cœpisse transire Euphratem. Quo nuncio allato cum essent nõnulli qui putarẽt minorem.i. non integram fidem hñdam.i. non satis credendum esse ei regi, statui expectandũ esse.s. prius q̃ scriberem, si quid certius afferretur. Literæ sunt redditæ mihi è Cappadocia à Tarcondimoto, qui existimatur fidelissimus socius trãs Taurum.i. eorum qui habitant trans Taurum.s. montem, & amicissimus P.R. redditæ, dico sunt in finibus Lycaoniæ ad XIII. cal. Oct. cum ducerem exercitum in Ciliciam, Paicodẽ.i. nunciantes Parcodem, seu Pacorem filium Orodo ꝓ Orodis, Alij tñ Orodis scribunt, regis Parthorum transisse Euphratem cum permagno.i. ualde magno equitatu Parthico, & posuisse castra Tybæ.i. in eo loco Syriæ, & magnũ tumultũ esse excitatum in prouincia Syria. Literæ de ijsdem rebus.i. de transitu Parthorum sunt redditæ mihi eodem die à Iamblicho phylarcho.i. tribuno, seu præfecto Arabũ, quẽ hoies opinantur bene sentire.s. de nobis, & amicũ esse reip. nostræ. His rebus allatis.i. postq̃ hæ res erant allatæ, & si intelligebã socios.i. Rom. impij esse aĩatos infirme.i. debilr, & suspẽsos.i. dubios in fide, expectatione.i. pp expectationem rerũ nouarum, sperabam tñ eos ad quos ego accesseram iam, quiq;.i. & qui p̃spexerant ꝯsuetudinem nostram.i. cõmercium nostrũ, & integritatem nostram.i. fidei nostræ, factos esse amiciores P. R. Autem.i. sed sperabam sup. Ciliciam.s. prouiuciam fore firmiorẽ, si esset facta particeps eqtatus nostri. Et institui.i. proposui ob eam cãm.s. ut amiciores fierent, & ut ij q ex gẽte Cilicum essent in armis opprimerentur & ut is hostis.s. Parthus qui esset in Syria, sciret exercitũ P.R. non mõ cedere his nuncijs allatis.i. licet hmõi nuncij essent allati, sed ẽt accedere propcius, institui inq̃ ducere exercitum.s. Romanum ad Taurum.s. montem qui prouincias illas dirimit. Sed auctoritas mea habet quid.i. aliquid põderis apud uos presertim in his rebus quas uos audistis, ego pene cerno, & hortor & moneo uos magnopere, ut uos consulatis.i. prospiciatis cõsilio, his prouincijs Syriæ & Ciliciæ, serius quidem quã decuit sed aliqñ.i. tandem. Vos non estis ignari.i. bene scitis quemadmodum miseritis sup. nos instructos & quibus præsidijs munitos. q.d. infirmissimis, ad opinionem.i. ubi esset opinio tãti belli. quod negocium.s. tam arduum ego non recusaui, nõ obcæcatus.i. non ppea qꝛ essem obcæcatus seu occæcatus, sed deterritus uerecundia. Neq;.n. putaui unquam ullum periculum, tantum qꝛ mallem subterfugere, q̃ obtemperare auctoritati uestræ. Autem.i. sed, res habet sese hoc tempore sic; ut nisi miseritis mature.i. cito in has prouincias tantum exercitum quantum soletis mittere ad maximum bellum, summum periculum sit, ne omnes hæ prouinciæ quibus uectigalia.i. pecuniæ quas ex rebus uehendis, & portandis recipere solebant populi Romani continentur, sint amittendæ.i. debeant amitti. Videri solet Cic. quibusdam meticulosior, quod uitium prudentioribus frequens est. Quamobrem causa nulla est, ut habeatis spẽ in hoc delectu prouinciali.i. militibus quos possimus per delectum in prouincijs conscribere, quia sup. milites neq; multi sunt, & qui sunt, diffugiunt metu oblato.i. quia metus est eis à Parthis oblectus, & M. Bibulus uir fortissimus indicauit aut iudicauit in Asia, quod.i. quale sit hoc genus militum, qui cum uos permisissetis ei habere delectum.i. conscribere milites nouos, noluit: supp. habere. Nam auxilia sociorum sunt propter acerbitatem atque iniurias imperij nostri, aut ita imbecilla ut non possent iuuare nos multum, aut alienata à nobis ut neque quidquam uideatur esse expectandum ab ijs, neque committendum ijs. Ego dico.i. iudico uoluntatem & copias Deiotari regis, pro

quo

quo extat Cic. oſo quantæcunq; ſunt, eſſe nſas. i. nobis fauentes. Cappadocia eſt inanis. i. exhauſta militibus & pecunia. Reliqui reges. ſ. iuſti & tyranni. i. incubatores regiæ, neque ſunt ſatis firmi opibus, neq; uoluntate. Animus certe nõ deerit mihi in hac paucitate militum. ſpero ne quidem. i. quod non ẽt conſilium. Incertum eſt quid ſit caſurum. i. euenturũ. Vtinam poſſimus conſulere. i. ɔſilio proſpicere ſaluti noſtræ. nos certe conſulemus. i. proſpiciemus & ſatisfaciemus dignitati. i. honori nſo, hoc eſt nihil faciem' ɔtra dignitatẽ nſam.

PAVLVS MANVT. A Tarcondimoto) Sic hñt uetuſti libri: à quibus, non uideo, cur hoc in loco diſſentiendum ſit: præſertim cum & Dio in fine lib. XLI. & L. Florus initio belli ciuilis, inter Cæſarem, & Pompeium geſti, Tarcondimotum eum appellent. mendoſe enim in Floro, Tarcon Dimotus, duabus uocibus impreſſum eſt, cum in libro manuſcripto una ſit. {Conſuetudinem) Putat legendum eſſe Hieronymus Ferrarius, mãſuetudinem: quod ẽt 243 1 q copijs, dixit, & opibus tenere uix poſſumus, ea mãſuetudine, & ɔtinẽtia teneam'. ad Atticũ 78. Socijs incredibilis uſ & nſa manſuetudo, & abſtinentia.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Longa oratione, quid ſe in prouincia geſtum ſit proſequitur: quoque pacto Ariobarzanem inſidijs liberarit. Pulcherrima eſt epiſtola, & rerum variarum narrationes complectens.

M. TVLLIVS M. F. CICERO PRO
COS. S. D. COS. PRAET.
TRIB. PL. S. P. Q. R. 2

*SI vos bene valetis, bene eſt: ego quidem valeo. Cum pridie cal. Sex. in prouinciam veniſſem; neque maturius, propter itinerum, & nauigationum difficultatem, venire potuiſſem: maxime cõuenire officio meo, reiq; pub. conducerẽ putaui, parare ea, quæ ad exercitum, quæq; ad rem militarem pertinerent. quæ cum eſſent à me cura magis, & diligentia, quàm facultate, & copia, conſtituta; nunciq;, & literæ de bello à Parthis in prouinciam Syriam illato quotidie fere afferrentur: iter mihi faciendũ per Lycaoniam, & per Iſauros, & per Cappadociam arbitratus ſum. erat n. magna ſuſpicio, Parthos, ſi ex Syria, egredi, atque irrũpere in * meam prouinciam conarẽtur, iter eos per Cappadociam, quòd ea maxime pateret, eſſe facturos. itaque cum exercitu per Cappadociæ partem eam, quæ cum Cilicia continens eſt, iter feci: caſtraq; ad Cybiſtra, quod oppidũ eſt ad montẽ Taurum, locaui: vt Artuaſdes, rex Armenius, quocunque aĩo eſſet, ſciret, non procul à ſuis finibus exercitum populi R. eſſe; & Deiotarum, fideliſſimum regem, atque amiciſſimum reip. noſtræ, maxime coniunctum haberem, hoĩem, cuius & conſilio, & opibus adiuuari poſſet reſp. quo cũ in loco caſtra haberẽ; equitatumq; in Ciliciam miſiſſem; vt & meus aduentus ijs ciuitatibus, quæ in ea parte eſſent, nunciatus, firmiores aĩos hoĩum faceret; & ego mature, quid ageretur in Syria, ſcire poſſem. tẽpus eius tridui, quod in ijs caſtris morabar, in magno officio, & neceſſario mihi ponendũ putaui. cum n. veſtra auctoritas interceſſiſſet, vt ego regem Ariobarzanem, Euſeben, & Philoromæum, tuerer; eiusq; regis ſalutem, & incolumitatẽ * regni defenderẽ; regi, regnoq; pſidio eſſem; adiunxiſſetiſq;, ſalutem eius regis populo, ſenatuiq; magna curæ eſſe; quod nullo vnquam de rege decretum eſſet à noſtro ordine: exiſtimaui me iudicium veſtrũ ad regem deferre debere, eiq; præſidium meũ, & fidem, & diligentiam polliceri: vt, quando ſalus ipſius, & incolumitas regni mihi cõmendata eſſet à vobis, diceret, ſi quid vellet. q̃ cum eſſem in conſilio meo cũ regẽ locutus; initio ille orationis ſuæ vobis maximas, vt debuit, deinde etiam mihi gratias egit: quòd ei permagnũ, & perhonorificum videbatur, ſenatui populoq; R. tanta curæ eſſe ſalutẽ ſuam, meq; tanta diligentiam adhibere, vt & mea fides, & cõmendationis veſtræ auctoritas perſpici poſſet. atque ille primo, quod mihi maximæ lætitiæ fuit, ita mecũ locutus eſt, vt, nullas inſidias neque vitæ ſuæ, neque regno, diceret, ſe aut intelligere fieri, aut ẽt ſuſpicari. cũ ei ego gratulatus eſſem, idq; me gaudire dixiſſem, cohortatus, vt recordaretur caſum illũ interitus paterni, & vigilãter ſe tueretur, atque admonitu ſenatus cõſuleret ſaluti ſuæ: tũ à me diſceſsit in oppidũ Cybiſtra. poſtero aũt die cũ Ariarathe fratre ſuo, & cũ paternis amicis maioribus natu ad me in caſtra venit; perturbatusq;, & flens, cũ idem & frater faceret, & amici, meã fidem, veſtrã cõmendationem implorare cœpit. cũ admirarer, quid accidiſſet noui: dixit, ad ſe indicia manifeſtarũ inſidiarũ eſſe delata; q̃ eſſent ante aduentum meum occultata, quòd ij, qui ea patefacere poſſent, propter metũ reticuiſſent: eo aũt tempore pſe mei præſidij cõplures ea, quæ ſcirent, audacter ad ſe detuliſſe: in his amãtiſſimum ſui, ſumma pietate pditum, fratrẽ dicere ea, quæ is me quoque audiente dicebat, ſe ſolicitatum eſſe, vt regnare vellet: id viuo fratre ſuo accidere non potuiſſe: ſe tamen ante illud tẽpus eam rem nunquã in medium propter periculi metũ protuliſſe. q̃ cum eſſet locutus, monui regem, vt oẽm diligentiam ad ſe conſeruandum adhiberet; amicosq; in patris * eius fide, atque iudicio probatos, hortatus ſum, regis ſui vitã, docti caſu acerbiſsimo patris eius, oĩ cura, cuſtodiaq; defenderent. cum rex à me equitatum, cohortesq; de exercitu meo poſtularet: etſi intelligebã veſtro S. C. nõ modo poſſe me id facere, ſed ẽt debere, tamen, cũ reſp. poſtularet propter quotidianos ex Syria nuncios, vt quãprimum exercitum ad Ciliciæ fines adducerẽ; cumq; mihi rex patefactis iam inſidijs nõ egere exercitu populi R. ſed poſſe ſe ſuis opibus defendere videretur; illũ cohortatus ſum, vt in ſua vita cõſeruãda primũ regnare diſceret, à quibus perſpexiſſet ſibi inſidias paratas, in eos vteretur iure regio, pœna afficeret eos, quos neceſſe eſſet; reliquos metu liberaret; pſidio exercitus mei ad eorum, qui in culpa eſſent, timorẽ potius, quàm ad contentionẽ, vteretur: fore aũt, vt oẽs, quando S. C. noſſent, intelligerẽt, me regi, ſi opus eſſet, ex auctoritate veſtra pſidio futurũ. ita cõfirmato illo, ex eo loco caſtra moui, & iter ĩ Ciliciã facere inſtitui; cũ hac opinione è Cappadocia diſcederẽ, vt cõſilio veſtro, caſu incredibili, ac pene diuino regẽ, quem vos honorificentiſsime appellaſſetis nullo poſtulante, quemq; mea fidei cõmendaſſetis, & cuius ſalutẽ magnæ vobis curæ eſſe decreuiſſetis, meus aduẽtus pſentibus inſidijs liberaſſet. quod ad vos a me ſcribi, non alienum putaui: vt intelligeretis ex ijs, quæ pene acciderunt, vos multo ante, ne ea acciderent, prouidiſſe. eoq; vos ſtudioſius feci certiores, quòd in rege Ariobarzane ea mihi ſigna videor virtutis, ingenij, fidei, beneuolentiæq; erga vos perſpexiſſe, vt non ſine cauſa tãtam curam, diligentiamq; in eius vos ſalutem videamini cõtuliſſe. Vale.*

* alias eam.

* alias regnũq;

* alias eius atq;

SI uos bene ualetis, bene eſt: ego quidẽ ualeo. Cum pridie) Facit Cic. certiorem S. P. Q. R. qd' egerit cum primum in Aſiam uenit imperator in Ciliciam proficiſcens, deinde quemadmodum pſidijs ſui exercitus liberauit Ariobarzanem rege Cappadociæ ab inſidijs q̃ illi pabantur cum fuiſſet illius regis ſalus Cic. cõmẽdata. poſtremo Cic. eius regis ingeniũ fidẽ & beneuolentiã erga P. R. ſe perſpexiſſe affirmat, quibus dicit illum meruiſſe ita eſſe P. R. charum. {In puin.) Aſiam. {Cõducere) utile eſſe. {Copia,) quia erant pauca, ut in præcedenti epl'a, mihi in hac paucitate militum certe animus nõ deerit. {Illato) moto. Lycaoniã &c. regiones ſunt in Aſia, ut ſcribunt Ptolem. & Strab. {Pateret,) eſſet patens, & ut ſuę

HVBER.

Cõducere

pra

Cybistra. pra dixit inermis. {Continens}ꝯiuncta. {Cybistra) qđ oppidum est Armeniæ minoris pfectur Cataoniæ. {Deiotaꝝ fid.) sic Lucan. Fidumq; per arma Deiotaꝝ. {Firmiores)fortiores, audaciores. {Eius tr.)eoꝝ triuin dieꝝ. {Offõ)debito & honesto negocio. {Intercessisset) interposita fuisset,uã S. C. fuerat Ariobarzanes cõmendatus Cic. {Euseben,)piũ. {Philoromæum,)amicum Romanoꝝ: nam Rhomæos, Romanus dr. {Præsidio)tutelæ. {De nullo r.)ut eius salus publico decreto, & S.C.cuiq; cõmendaretur,& esset uobis curæ sicut fcm est de

Deferre. Ariobarzane. {Deferre) denunciare ut intelligeret qd de eo, iudicassetis. {Tantam dil.)in offerendo pſidiũ. {Perspici p.) ut posset cognosci quod & ego fideli agerem,& uos ita uellitis. {Auctoritas) uoluntas. {Atq ita) exponit plurib.uerbis quali Ariobarzanes eius oblationem admiserit. {Primo}quia ut uidebim',postea alr cognouit. {Interitus p.) cædis pr̃næ,

Vigilãter ga eius pr̃ fuerat per insidias interfectus. {Vigilanter)diligẽter oibus periculis circũscriptus:nã uigilare translatiue ꝓ diligentem esse ponitur:sicut dormire negligentem esse. Terẽt. Dormiunt,ego pol eos cõmouebo.Iuuen.Sed uigilat ꝓsul,ue

Implorare. xillaq; nr̃a coercet. {Implorare) cum lacrymis petere:de cui' uerbi ꝓprietate plura alio loco diximus. {Propter m.)ne à ꝓditoribus & insidiatoribus si indicassent. {Spe mei p.) à quo uiderent se posse defendi, si quispiam eis qdq minatus esset. {In his)q dixerunt,q̃ scirent. {Ficm f.)l.dixit detulisse. {Solicitatũ)tentatũ,incitatum. {Id non p.a.)f.ut regnaret. {Fre).l. Ariobarzane:ad quem regnũ merito pueniebat. {Propter m. p.)ne si indicasset,interfectus fuisset ab ijs,q eũ solicitauerit. {Probatos)cognitos. {Docti c.) i. q ex casu pr̃is didicerant, quo seruãda esset uita regis sui. {Cohortes)pedites. {Facere) .i.dare ei eqtatum & cohortes & qcunq; essent necessaria ad custodiã salutis eius. {Suis opib.)suis uirib.& facultatib. {Regnare)exercere regnũ. {Iure)ꝓtãte & licentia, qua reges ꝯtra insidiatores & ꝓditores suos uti pñt. {Reliquos)q nõ essent in culpa,cũ ti tacuissent pp metũ. {Liberaret me)faceret ut intelligerẽt nihil sibi mali iminere,& essent sine metu. {Potiꝰ ad t.) potius ad eos terrendũ. {Quàm ad ꝯt.) quã ad dimicationẽ & pugnã. {Vterctur}.i.hortatus sum. {Nullo postul.)ſponte ur̃a. {Non sine cã)pp supra dicta signa,q̃ in eo prospexi,que ur̃r etiam à uobis intelligi cum eum tantæ curæ habetis.

ASCEN. CVm pridie &c. Quidam præpositum hñt salutationem uulgarẽ. Si uos ualetis bene est:ego quidem ualeo. Fascit aũt certiorem S.P.Q.R.quid egerit cum primum in Asiam uenit Impator in Ciliciam proficiscens: Deinde quẽadmodum pſidijs sui exercitus liberauerit Ariobarzanem regẽ Cappadociæ ab insidijs q̃ illi parabantur,cum salus illius regis fuerit sibi cõmendata . Postremo eiusdẽ regis ingeniũ,fidẽ & beneuolentiam erga S.P.Q.R.se pſpexisse affirmat,qbꝰ dicit illũ meruisse,ut P.R.sit carus. Ordo est.Cũ uenissem pdie .i.die quę pcessit cal.Sext.i.primũ diẽ Augusti, & in ꝓuinciã .s.Ciliciã,nec ꝓ potuissem uenire maturius.i.citius,pp difficultatẽ itineꝝ p terras, & nauigationũ p maria, putaui puenire maxime offõ meo, & ꝓducere.i.utile esse reip.parare ea q̃ ptinerent ad exercitum, & ad rem militarẽ . Quæ cum essent & ꝯstituta.i.ordinata & instructa à me magis cura & diligẽtia q̃ facultate & copia,& nunciꝫ & lr̃æ de bello illato à Parthis in ꝓuinciam Syriam afferretur fere quotidie, arbitratus sum iter faciendũ sup.esse mibi p Lycaoniã & p Isauros,& p Cappadociã regiones illas Asiæ. Suspicio.n.magna erat Parthos si conarẽtur egredi ex Syriam,atq̃ irrũpere in ꝓuinciã meã, uidelicet Ciliciam eos facturos esse iter p Cappadociam , qꝰ ea pateret maxime. Erat.n.ut sup dixit,inermis. Itaq; feci iter p eam partem Cappadociæ,q̃ est ꝯtinens.i.se tenens & affinis cum Cilicia,& locaui castra Cybistra , quod oppidum est ad montem Taurum. Cic.fere in appositione magis cõe præponit ut regis Deiotari , montẽ Tauꝝ, prouinciam Syriam &c. non tñ semper, nam seqtur. ut Artuasdes rex Armenius quocunq; animo esset.i.quecuq; animo in nos br̃et,sciret exercitum ppli R. esse non longe à finibus suis,& ut .s. hr̃em Deiotaꝝ regem fidelissimum atq; amicissimum reip.nr̃æ,coniunctum maxime,appositorie hoiem.i.qui est hõ cuius & ꝯsilio & opibus resp.s.Romana, possit iuuari maxime . In quo loco cum hr̃em castra & misissem equitatum in Ciliciam,ut & aduentus meus nunciatus his ciuitatibus quæ essent in ea parte , faceret aios hoium firmiores,& ego possem scire mature.i.cito quid ageretur in Syria putaui, tps eius tridui quod moratbar in his castris ponendũ .i. expendendum in offõ magno & necessario mihi. Cum.n.auctoritas ur̃a intercessisset.i.ꝓ̃r mallet,ut ego tuerer.i.ꝓtegerẽ Ariobarzanẽ Eusebẽ.i.piũ cultorem,& Philoromæũ.i.amicũ Romanoꝝ, græca sunt uocabula & græce scribenda. Nam εὐσεβὴς,dr̃ pius & religiosus: φιλο,amicus & amator,ῥωμαῖος,Romanus.Græce.n.aspiratur ut Rhome.i.Valentia, & defenderẽ salutẽ & incolumitatem , & regnum eius regis,& essem,pſidio.i.custodiæ & protectioni regi,& regno, & sup.cũ adiunxissetis salutem eius regis eẽ ppo senatuiq; R.magnæ curæ qđ ullo.i.non ullo esset decretum unq̃ de ullo rege,ab ordine nr̃o .i. senatorio, existimaui .i.iudicaui me dẽe deferre ad regem.i.indicare regi,iudicium ur̃m & polliceri ei præsidium meũ , & fidem & diligentiã ut qñ.i.qm̃ salꝰ ipsius & incolumitas regni esset cõmẽdata mihi à uobis,diceret sigd uellet. Quæ cũ essem locutus in concilio meo.l.i cœtu meoꝝ,cũ rege illo,.i.rex egit initio orõnis.s.rñsionis suæ uobis ut debuit maximas gr̃as . Deinde egit mihi gr̃as quod uidebatur ei permaguum & phonorificum.i.ualde magnum & ualde honorificum esse,salutem sui & senatui pploq; R.tantæ.i.tam magnæ curæ,& me adhibere tantã diligentiam ut & fides .i. fidelitas mea, & auctoritas uestræ cõmẽdationis,posset perspici. Atq; ille locutus est primo mecum,qđ fuit mihi maximæ lætitiæ, ita ut diceret se nullas .i. non ullas aut nõ intelligere aut ẽt suspicari ullas insidias fieri uitæ suæ,neq; regno sup. suo. Cum essem gratulatus ei,& dixissem me gaudere id.i. pp id cohortatus ut recordaretur illum casum.i. fortuitum euentũm interitus paterni, qui p insidias cæsus erat,& tueretur.i. protegeret se uigilianter,atq; cõsuleret.i.ꝓspiceret saluti suę,admonitu.i.ex admonitione senatus.s.Romani,tum.i.deinde discessit à me in oppidum Cybistra.s.noie,est aũt neutri gñis & pluralis numeri. Autem.i. sed ipse uenit ad me in castra postridie .i. die proxime secuto, cum Ariarathe fratre suo, & cum amicis paternis maioribus natu.i.senioribus. Et perturbatus ac flens cum & frater faceret idem.i.etiam fleret. & amici sup. facerent idem cœpit implorare.i.plorando poscere fidem meam & cõmendationem uestram. Cũ admiraret qđ noui accidisset,dixit indicia.i.manifestamenta insidiaꝝ manifestas .s. tunc non prius esse delata.i,denunciata sibi q̃ essent occulta ante aduentũ meũ,ꝙ ij q̃ possent patefacere,ea reticuissent pp metũ. Aũt.i.sed cõplures detulisse ad se.i. sibi indicasse audacter eo tpe ,ꝓ spe pſidij mei .i.custodiæ & ꝓtectionis meæ,ea q̃ scirent & supp.dixit ftem amantissimũ sui.s.regis ꝓditũ summa pietate dicere in ijs.s.Ister eos q̃ scirẽt detulerat,ea q̃ is dicebat quoq;.i.ẽt,me audiẽte,se esse solicitatũ ut uellet regnare.i.regnũ inuadere,& sup. id nõ potuisse accidere frẽ suo uiuo, se tñ nunq̃ ꝓtulisse eã rẽ in mediũ.i. indicasse fratri añ illud tps , pp metũ periculi qđ imminebat ab ijs q uolebant illum regnare. Quæ cũ esset locutus,monui regẽ ut adhiberet oẽm diligentiã ad ꝯseruandũ se.& hortatꝰ sum amicos pbatos.l.fideles inuẽtos, i fide atq; iudicio pr̃is eiꝰ sup.ut docti,casu acerbissimo.i.p casum acerbissimũ patris eius defenderent oi cura & custodia uitã regis sui. Cũ rex postularet à me equitatũ & cohortes de exercitu meo , etsi intelligebam me non mõ posse, sed ẽt dẽe facere id. S.C. uestro .i. pp S. C. uestrum, tñ cum resp. postularet pp quotidianos nuncios ex Syria.s.de aduentu Parthoꝝ, ut adducerẽ ꝓprium exercitum ad fines Ciliciæ, & cum rex uideretur mihi iam insidijs patefactis non egere exercitu ppli R. sed uideretur posse defendere se suis.i. ꝓprijs opib.i.facultatibus,cohortatus sum illum,disceret regnare primũ in ꝯseruanda uita sua,& uteretur iure regio in eos à quibus pſpexisset insidias paratas sibi,& afficeret,pœna eos quos esset necesse.s.afficere & liberaret reliquos metu. Præsidio &c.& sup.cohortatus sum regẽ,ut uteretur præsidio exercitus mei potius ad timorẽ eoꝝ,q̃ essent in culpa, q̃ ad ꝯtẽtionẽ.i.longã ꝯcertationẽ. Aũt.s.sed,dixi sup.fore.i.futuꝝ,ut oẽs qñ.i.qñquidẽ nossent S. C.s.de pſidio regi ferendo, intelligerent me futuꝝ esse regi pſidio.i.ad pſidium si opus esset,ex auctoritate uestra. Illo.s.rege ꝯfirmato,ita moui castra ex illo loco,& institui facere iter in Ciliciam,cum discederẽ è Cappadocia hac opinione .s.derelicta,ut aduentus meus liberaret insidijs pr̃tib.i. tunc imminẽtib. ꝯsilio uestro.i.pp ꝯsilium uestrũ casu incredibili ac pene,.i.quasi diuinotũ.n.sciebat regẽ insidijs peti regẽ.s. Ariob

Ariobarzanem, quem uos appellassetis honorificentissime, nomine amici socijq; imperij R. quemq; cõmendassetis fidei meæ, & sup. eius salutem uos decreuissetis esse uobis magnę curæ. Quod .i. quam rem ego putaui nõ alienũ sup. esse .i. im pertinẽs scribi .i. si scriberetur à me ad uos, ut intelligeretis ex ijs q̃ acciderunt .i. euenerunt pene .i. quasi, non tñ euenerunt: loquitur aũt de cæde regis Cappadocum, uos prouidisse mul to ante ne ea acciderẽt, & ego feci eo .i. ppea uos certiores stu diosius .i. diligentius q ego uideo mihi perspexisse in rege Ariobarzane ea signa uirtutis ingenij, fidei & beneuolentiæ erga uos, ut uos uideamini contulisse in salutem, eius tantam curam & diligentiam non sine causa.

IOANN. RIVIVS Attend. Libro X V. epist. X I. ubi hodie fere. Vt ego regem Ariobarzanem εὐσεβῆ καὶ φιλορωμαῖον tuerer. quæ qn uera sit lectio, ambiguum haberi, atque in dubium uocari nõ debet.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Catonem certiorem facit, quid de Parthis acceperit. Deinde cur non scri bat, excusat se.

M. CICERO IMP. S. D. M. CATONI. 3

Vm ad me legati missi ab Antiocho Cõ mageno venissent in castra ad Iconium ante × diem III non. Sept. ijq́ mihi nũ ciassent, regis Parthorum filium, quocũ esset nupta regis Armeniorum soror, ad Euphratem cum maximis Parthorum co pijs, multarumq́ præterea gentium ma gna manu venisse, Euphratemq́ iam transire cœpisse, diciq́, Armenium regem in Cappadociam impetum esse facturum: putaui pro nostra necessitudine me hoc ad te scribere oportere. publice propter duas causas nihil scripsi, quòd & ipsum Com magenum legati dicebant ad senatum statim nuncios, literasq́ misisse: & existimabam M. Bibulum pro consule, qui circiter id. Sext. ab Epheso in Syriam nauibus profectus erat, quòd secundos ventos habuisset, iam in prouinciam suã perue nisse: cuius literis omnia certiora perlatum iri ad senatũ pu tabã. Mihi, vt in huiusmodi re, tantoq́ bello, maxima cura est, vt, quæ copijs, & opibus tenere vix possumus, ea mãsuetu dine, & continentia nostra, sociorum fidelitate teneamus. Tu, velim, vt consuesti, nos absentes diligas, & defendas. Vale.

HVBER. CVM ad me) Ad M. Catonem scribit Cic. qd ex legatis Antiochi Cõmagenę intellexerit de bello Parthorum qui iam cœpisse Euphratem transire uidebantur. Deinde q rex Armenioꝝ Cappadociam inuasurus esset, postea excusat se audientis tonibus quare de his reb. nihil publice scripserit, ꝑcipue, quia existimabat M. Bib. Syriæ ꝑtorem omnia perscri ptuꝝ. Postremo dicit se tuituꝝ ꝓuinciam magis mansuetudi ne & ꝯtinentia q̃ uirtutibus armoꝝ, rogatq; Ca. ut se diligat & defendat sicut ꝯsueuit. {Antiocho Cõm.) i. rege Cõmage næ, q, ut supradiximus, est pars Syriæ. {Iconium) oppidũ Ly caoniæ, ubi ego habeba castra. {Quocũ) .i. cui. di. n. mulier nupsit mihi & mecũ. {Multaꝝ g.) uariaꝝ regionũ. {Diciq;) subaudi cũ denũciassent dici. {Quòd & ip.) ꝑma cã. {Opib') uirib. {Mãsuetudine) mãsuete tractãdo & ꝓuinciales & socios nfos. {Cõtinẽtia) modestia ne in cuiusq iniuriã plabar. {Defendas) in seuatu & in ciuitate, si aliq honori uẽo detrahent.

Iconium.

ASCEN. CVm ad me &c. Scribit ad M. Catonẽ qd ex legatis Antiochi intellexerit de Parthis q Euphratẽ transire ferebãtur, atq; alia multa sup eodẽ negocio, ut cum ordine patebit, qui talis est. Cũ legati missi ab Antiocho Cõmageno .i. rege Cõs magenæ, q̃ est pars Syriæ, uenissent ad me, in castra in Iconiũ oppidũ Lycaoniæ. I I I. non. Sept. & ij nunciassent mihi fis liũ regis Parthoꝝ, cũ quo soror regis Armenioꝝ esset nupta, uenisse ad Euphratẽ .f. fluuiũ, cũ maximis copijs Parthoꝝ, & ꝑterea .i. præter Parthos, cũ magna manu multaꝝ gentiũ, & cœpisse iam trãsire Euphratẽ, & nunciassent dici .i. q dicere tue regẽ Armeniũ facturũ esse impetũ in Cappadociã, putaui ꝓ necessitudine nfa oportere me scribere hoc, ad te. Ego nihil scripsi publice .i. ad senatũ q̃ publice legerentur uł tñ publice misisse primas huius libri, sed ut opinoe, post has, qa non ei ordine quo datæ sunt in hoc ope literæ pp duas cas. q legati dicebant, & .i. s. ipm. Cõmagenum .i. Antiochum regẽ mis sisse statim nuncios & lras ad senatum .f. Rom. & sup. qđ exi stimabã M. Bibulum ꝓconsulem .i. habẽtem ptãtem ꝯsularem I Syria, q ꝓfectus erat circiter id. Sextilis .i. Augusti mensis, ut nunc dr, ab Ephesõ oppido Asiæ in Syriã nauib. .i. ꝑ naues, q .i. qa habuisset uẽtos, secũdos puenisse iã in ꝓuinciã suã, cui' lris ego putabã oia platũ iri .i. ꝑferenda esse, certiora .i. euiden tia, ad senatũ. Maximæ curæ est mihi, ut .s. debet esse in re huis iusmodi, & in tanto bello, ut teneamus ea quæ uix possumus tenere copijs .i. multitudine armatoꝝ & opibus .i. potentijs mansuetudine, & cõtinentia .i. abstinentia ab alienis nostra, & fidelitate sociorum, Ego uelim sup. ut tu diligas & defens das nos absentes ut consuesti, pro consueuisti.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Longa hæc epistola & elegantissima Catonem sollicitat & rogat vt honorem illum ornet, & apud Senatum amplificet recensitis prius quæ in Cilicia egerit & confecerit.

M. CICERO IMP. S. D. M. CATONI. 4

*Vmma tua auctoritas fecit, meumq́ perpetuum de tua singulari virtute iudi cium, vt magni mea interesse putarem, & res eas, quas gessissem, tibi notas es se, & non ignorari à te, qua æquitate, & continentia tuerer socios, prouin ciamq́ administrarem: his enim à te co gnitis, arbitrabar, facilius me tibi, quæ vellem, probatu rum. Cum in prouinciam prid. cal. Sext. venissem, & pro pter anni tempus ad exercitum mihi confestim esse eundum viderem; biduum Laodiceæ fui, deinde Apameæ quatri duum, triduum Synnadis, totidem dies Philomeli. quibus in oppidis cum magni conuentus fuissent; multas ciuitates a cerbissimis tributis, & grauissimis vsuris, & falso ære alie no liberaui. eumq́ ante aduentum meum seditione quadam exercitus esset dissipatus, quinque cohortes sine legato, sine tribuno mil. denique etiam sine centurione vllo apud Philo melum consedissent, reliquus exercitus esset in Lycaonia: M. * Annæo legato imperaui, vt eas quinque cohortes ad reli quum exercitum duceret; coactoq́ in vnum locum exercitu, castra in Lycaonia apud Iconium faceret. quod cum ab illo di ligenter esset actum; ego in castra ad VII cal. Sept. veni: cum interea superioribus diebus ex S. C. & euocatorũ firmã manum, & equitatum satis idoneum, & populorum libero rum, regumq́ sociorum auxilia voluntaria comparauissem. interim cũ exercitu lustrato iter in Ciliciam facere cœpissem; cal. Sept. legati à rege Cõmageno ad me missi, pertumultuo se, neque tamen non vere, Parthos in Syriam transisse, nun ciauerunt. quo audito, vehementer sum cõmotus cum de Sy ria, tũ de mea prouincia, de reliqua denique Asia. itaque exercitũ mihi ducendũ per Cappadociã regionẽ eam, qua Cili ciam attingeret, putaui. nã si me in Ciliciam demisissem, Ci liciam quidẽ ipsam propter mõtis Amani naturam facile te nuissem, (duo sunt .n. aditus in Ciliciã ex Syria, quorũ vterq; paruis pſidijs propter angustias intercludi potest: nec est quid quã Cilicia contra Syriam munitius. sed me Cappadocia mo uebat, q̃ patet à Syria, regesq́ habet finitimos, qui, et si sunt amici nobis, tamẽ aperte Parthis inimici esse nõ audent. itaq; in Cappadocia extrema non longe à Tauro apud oppidũ Cybi stra castra feci; vt & Ciliciam tuerer; & Cappadociam te nens, noua finitimorum consilia impedirẽ. interea in hoc tã to motu, tantaq́ expectatione maximi belli, rex Deiotarus, cui non sine causa plurimum semper & meo, & tuo, & se natus iudicio tributum est, vir cum beneuolentia, & fi de erga populum Rom. singulari, tum præsenti magni tudine*

* alias Mãneio

tudine & animi, & consilij, legatos ad me misit, se cum omnibus suis copijs in mea castra esse venturum. cuius ego studio, officioq́ cõmotus, egi ei per literas gratias: idq́ vt maturaret, hortatus sum. cum autem ad Cybistra propter rationem belli quinque dies essem cõmoratus; regem Ariobarzanem, cuius salutem à senatu te auctore cõmendatam habebã, præsentibus insidijs nec opinantem liberaui: neque solum ei saluti fui; sed etiam curaui, vt cũ auctoritate regnaret. Metram, & eum, quem tu diligenter mihi cõmendaras, Athenaeum, importunitate Athenaidis exilio multatos, maxima apud regem auctoritate, gratiaq́ constitui. cumq́ magnum bellum in Cappadocia concitaretur, si Sacerdos armis se, quod facturus putabatur, defenderet, adolescens & equitatu, & peditatu, & pecunia paratus, * & toto, ijs, qui nouari aliquid volebant: perfeci, vt è regno ille discederet; rexq́ sine tumultu, ac sine armis, omni auctoritate aulæ communita, regnum cum dignitate obtineret. interea cognoui multorum literis, atque nuncijs, magnas Parthorum copias, & Arabum ad oppidũ Antiochiam accessisse, magnumq́ eorum equitatum, qui in Ciliciam transisset, ab equitum meorum turmis, & à cohorte prætoria, quæ erat Epiphaneæ præsidij causa, occidione occisum. quare cum viderẽ, à Cappadocia Parthorum copias auersas, non longe à finibus esse Ciliciæ; quàm potui maximis itineribus ad Amanũ exercitũ duxi. quò vt veni; hostem ab Antiochia recessisse, Bibulum Antiochiæ esse cognoui; Deiotarumq́ confestim, iam ad me venientem, cum magno, & firmo equitatu, & peditatu, & cum oĩbus suis copijs, certiorem feci, non videri esse causam, cur abesset à regno; meq́ ad eum, si quid forte noui accidisset, statim literas, nunciosq́ missurum esse. cumq́ eo animo venissem, vt vtrique prouinciæ, si ita tempus ferret, subuenirem: tamẽ id, quod iam ante statuerã vehemẽter interesse vtriusque prouinciæ, pacare Amanum, & perpetuũ hostem ex eo monte tollere, agere perrexi. cumq́ me discedere ab eo monte simulassem, & alias partes Ciliciæ petere, abessemq́ ab Amano iter vnius diei; & castra apud Epiphaneam fecissem: ad IIII id. Oct. cum aduesperasceret, expedito exercitu ita noctu iter feci, vt ad IIII id. Oct. cum lucesceret, in Amanum ascenderem: distributisq́ cohortibus, & auxilijs, cum alijs Quintus frater legatus mecum simul, alijs C. Pontinius legatus, reliquis M. * Anneius, & L. Tullius legati præessent, plerosque nec opinantes oppressimus, qui occisi, captiq́ sunt, interclusi fuga. Eranam autem, quæ fuit non vici instar, sed vrbis, quod erat Amani caput, itemq́ * Sepyram, & Ceminorim, acriter, & diu repugnantibus, Pontinio illam partem Amani tenente, ex antelucano tempore vsque ad horã diei decimam, magna multitudine hostium occisa, cepimus: castellaq́ sex capta: complura incendimus. his rebus ita gestis, castra in radicibus Amani habuimus apud Aras Alexandri quatriduum: & in reliquijs Amani delẽdis, agrisq́ vastandis, quæ pars eius montis meæ prouinciæ est, id tẽpus omne consumpsimus. confectis his rebus, ad oppidum Eleutherocilicum Pindenissum exercitũ adduxi. quod cũ esset altissimo, & munitissimo loco, ab ijsq́ incoleretur, qui ne regibus quidem vnquam paruissent, cũ & fugitiuos reciperent, & Parthorum aduentum acerrime expectarent: ad existimationem imperij pertinere arbitratus sum, comprimere eorũ audaciam; quo facilius etiam cæterorũ animi, qui alieni essent ab imperio nostro, frangerentur. vallo, & fossa circundedi: sex castellis, castrisq́ maximis sepsi: aggere, vineis, turribus oppugnaui: vsusq́ tormentis multis, multis sagittarijs, magno labore meo, sine vlla molestia, sumptúue sociorum, septimo quinquagesimo die rem cõfeci; vt, omnibus partibus vrbis disturbatis, aut incensis, compulsi in potestatem meam peruenirent. His erant finitimi pari scelere, & audacia Tibarani. ab his, Pindenisso capto, obsides accepi. exercitũ in hiberna dimisi. Quintum fratrem negocio præposui; vt in vicis aut captis, aut male pacatis exercitus collocaretur.

** alias extorta ijs, qui*

** alias Mãneius.*

** alias Sephyrã & Commorim.*

Nũc velim tibi sic persuadeas: si de his rebus ad senatum relatum sit, me existimaturum, summam mihi laudem tributam, si tu honorem meum sententia tua comprobaris. idq́, etsi talibus de rebus grauissimos homines & rogare solere, & rogari scio, tamen admonendum potius te à me, quam rogandum, puto. tu es enim is, qui me tuis sententijs sæpissime ornasti; qui oratione, qui prædicatione, qui summis laudibus in senatu, in concionibus ad cælum extulisti; cuius ego semper tanta esse verborũ pondera putaui, vt, vno verbo tuo cum mea laude coniuncto, oĩa consequi me arbitrarer. te denique memini, cum cuidam clarissimo, atque optimo viro supplicationem non decerneres, dicere, te decreturum, si referretur ob eas res, quas consul in vrbe gessisset. tu idem mihi supplicationem decreuisti togato, non, vt multis, rep. bene gesta, sed, vt nemini rep. conseruata. mitto, quòd inuidiam, quod pericula, quòd omnes meas tempestates & subieris, & multo etiam magis, si per me licuisset, subire paratissimus fueris: quòd denique inimicum meum, tuum inimicum putaris: cuius etiam interitum, vt facile intelligerẽ, mihi quantum tribueres, Milonis causa in senatu defendenda approbaris. A me aũt hæc sunt profecta, quæ ego in beneficij loco non pono, sed in veri testimonij, atque iudicij: non vt præstantissimas tuas virtutes tacitus admirarer; (quis enim in te id non facit?) sed in omnibus orationibus, sententijs dicendis, causis agendis, omnibus scriptis, græcis, latinis, omni denique varietate literarum mearum te non modo ijs, quos vidissemus, sed ijs, de quibus audissemus, omnibus anteferrem. Quæres fortasse, quid sit, quòd ego hoc nescio quid gratulationis, & honoris à senatu tanti æstimem. agã iam tecum familiariter, vt est & studijs, & officijs nostris mutuis, & summa amicitia dignum, & necessitudine etiã paterna. Si quisquam fuit vnquam remotus & natura, & magis etiam, vt mihi quidem sentire videor, ratione, atque doctrina ab inani laude, & sermonibus vulgi, ego profecto is sum. testis est consulatus meus: in quo, sicut in reliqua vita, fateor ea me studiose secutum, ex quibus vera gloria nasci posset: ipsam quidem gloriam per se nunquam putaui expetendam. itaque & prouinciam ornatam, & spem non dubiã triumphi neglexi. sacerdotium denique, cum, quemadmodũ te existimare arbitror, non difficillime consequi possem, non appetiui. idem post iniuriam acceptam, quam tu reip. calamitatem semper appellas, meam non modo non calamitatem, sed etiam gloriam, studui quamornatissima senatus, populiq́ R. de me iudicia intercedere. itaque & augur postea fieri uolui, quod antea neglexeram; & eum honorem, qui à senatu tribui rebus bellicis solet, neglectum à me olim, nũc mihi expetendum puto. huic meæ voluntati, in qua inest aliqua vis desiderij ad sanandum vulnus iniuriæ, vt faueas, adiutorq́ sis, quod paulo ante me negaram rogaturum, vehementer te rogo, sed ita, si non ieiunum hoc nescio quid, quod ego gessi, & contemnendum videbitur, sed tale, atque tantũ, vt multi, nequaquam paribus rebus, honores summos à senatu consecuti sint. equidem etiam mihi illud animaduertisse videor; (scis enim, quàm attente te audire soleam) te non tam res gestas, quàm mores, instituta, atque vitam imperatorũ spectare solere in habẽdis, aut nõ habẽdis honoribus. quod si ĩ mea causa cõsiderabis, reperies me exercitu imbecillo cõtra metũ maximi belli firmissimum pſidium habuisse æquitatem,

& continentiam. his ego subsidijs ea sum consecutus, quæ nullis legionibus consequi potuissem: ut ex alienissimis socijs amicissimos, ex infidelissimis firmissimos redderem, animosq́ nouarum rerum expectatione suspensos, ad veteris imperij beneuolentiam traducerem. Sed nimis hæc multa de me, præsertim ad te, à quo vno omnium sociorum querelæ audiuntur. cognosces ex ijs, qui meis institutis se recreatos putant. cumq́ omnes vno prope consensu de me apud te ea, quæ mihi optatissima sunt, prædicabunt, tum duæ maximæ clientelæ tuæ, Cyprus insula, & Cappadocia regnum, tecum de me loquentur: puto etiam regem Deiotarum, qui vni tibi est maxime necessarius. quæ si etiam maiora sunt; & in omnibus seculis pauciores viri reperti sunt, qui suas cupiditates, quàm qui hostium copias, vincerent: est profecto tuum, cum ad res bellicas hæc, quæ rariora, & difficiliora sunt, genera virtutis adiunxeris, ipsas etiam illas res gestas iustiores esse, & maiores, putare. Extremum illud est, vt, quasi diffidens rogationi meæ, philosophiam ad te allegem: qua nec mihi carior vlla vnquam res in vita fuit, nec hominũ generi maius à deis munus vllum est datum. hæc igitur, quæ mihi tecum cõis est, societas studiorum, atque artium nostrarum, quibus à pueritia dediti, ac deuincti, soli propemodum nos philosophiam illam verã, et antiquam, quæ quibusdam ocij esse, ac desidiæ videtur, in forum, atque in rẽp. atque in ipsam aciem pene deduximus; tecũ agit de mea laude, cui negari à Catone fas esse non puto. quamobrem sic tibi persuadeas velim; si mihi tua sñia tributus honos ex meis literis fuerit, me existimaturum, cum auctoritate tua, tum beneuolentia erga me, mihi quod maxime cupierim, cõtigisse. Vale.

HVBER.

SVMMA tua) quæ in pcedentibus epl'is ad consules Senatumq; perscripsit Cic. ea nunc in hac epl'a Catoni, & sil'qbus, ɔsilijs, qbus artibus, quibus opibus maximas res gesserit aduersus Parthos, quæ oppida cepit, q̃ continẽtia & integritate, puinciam & socios retinuerit. Deinde petit ab eo, ut ijs rebus senatui relatis eas ornet Cato sñia sua, et eius honorem cõprobat, quod ut facilius ab eo impetret, cõmemorat, eius in se animum semper liberalissimũ, & multa in se bñficia, ab eo collata, postremo ẽt silitudinem studiorũ cum uterq; phiæ sit deditus, ex quo se, magis Catoni cõmendatum esse deberi ostẽdit. Narrationẽ aũt multarũ rerũ in Cilicia gestarũ uidere licet lib. 2. epistola, quæ incipit. Tu uide ad Cœlium Rufum. hęc uero epl'a licet plixior sit, non magnæ tñ est difficultatis. {Qua æqui. & con.) sicut in fine pręcedentis epl'æ dixit. {Socios no.) fœdere cõiunctos. {Probaturũ) persuasurũ. {Laodiceæ) de nominibus harũ, urbium, qbus in locis singulę sint, diximus lib. 2. & 3. Itaq; ne eadẽ repetentes molesti simus, q uolet, inde sumat quę ad hunc locũ pertinebũt. {Acerbissimis tri.) sic lib. 3. ad Appiũ. Primum cũ ad me, aditũ esset ab ijs, qui dicerent à se intolerabilia tributa exigi, qd habuit iniquitatis me scribere ne facerẽt. {Falso) iniusto, ut in supra dicta epl'a Appameæ, cũ essem militatũ ciuitatũ principes ad me detulerũt sumptus decerni legatis nimis magnos, cũ soluẽdo ciuitates non essent. {Aere al.) debito. {Cõsedissent) cõstitissent. {Castra fac.) teneret exercitũ. {In Ly.) in qua regione est Iconiũ. {Coacto) cõgregato. {Euocatorũ) militum, de quibus alio loco plura diximus ex auctoritate Seruij. {Lustrato nu.) et diligẽter circũspecto. {Prouincia mea) Cilicia. {Demisissem) discedissem. {Paruis pr.) paucis militibus. {Propter an.) qa loca angusta & stricta parua multitudine seruãtur. {Intercludi) impediri. {Patet) ut supra iter eos p Cappadociam, quod ea maxime patet, facturos. {A Syria) à parte Syriæ. {Apte) agentes aliqd cõtra eos, qa timent eorũ impetũ pp uicinitatẽ. {Extrema Cap.) i. in extrema parte Cappadociæ. {Cõsilia) si qd tentarent ɔtra nos {Expectatione) notandũ ẽt de malo expectationẽ dici. {Cui plur. trib.) i. q plurimũ ęstimatus est. {Magnitud. an.) magna fortitudine. {Magnitudine cõ.) sapiẽtia. {Id) s. uenire i castra mea. {Propter r.) ɔpp cãm. {Pñtibus in.) ut sup uisum est. {Neque op.) i. de improuiso pter opinionẽ. {Cũ au.) cũ dignitate.

Expectatio.

{Metrã & Ath.) nõia ppria uirorũ, quos Cato Cic. cõmendauerat, qa exules erãt, quos Cic. in auctoritatẽ & grãm apud regẽ se restituisse scribit. {Multatos) punitos. {Importunitate) accusatione, uel instigatione. {Athenaidis) urbis, sunt q mulierẽ dicãt. {Sacerdos) nõ est ppriũ nomẽ, sed dignitatis, erat aũt sacerdos adolescẽs qdã instructissimus ab exercitu. {Toto) absolute ponitur. i. omni re. {Is dictus est). i. instructus oĩb' rebus pro ijs, q res nouas desiderarẽt. {Cõita) corroborata. {Aulæ) regni, curiæ suæ. {Epiphaneæ) q̃ ciuitas est Ciliciæ. {Occidione oc.) i. occisum, sed maiorẽ hũt emphasim addẽdo occidione, utũtur aũt frequẽtius oratores & historiographi occidione & obsidione, quã occisione obsessione. {Auetlas) Arrotas, hostẽ ab Antiochia recessisse, sic supra lib. 2. Cũ uenissem ad Amanũ, q mõs mihi cũ Bibulo cõis est diuisus aquarũ diuortijs. {Cassio no.) qd' mihi magnæ uoluptati fuit, feliciter ab Antiochia hostẽ reiecerat Bibul', puinciã acceperat. {A re.) s. nõ esse cãm cur discederet à regno, cũ hostes essent relicti. {Vtriq; pr.) Syriæ & Ciliciç. {Pacare) pacificare, reddere qetũ. {Tollere) amouere. {Agere p.) i. ita facere pseueraui. s. amouere hostẽ ex mõte Amano sic i pdicto lib. 2. Interea cũ meis copijs oĩbus uexaui Amanẽses hostes sempiternos, multi occisi, capti, reliq dissipati. {Cũ ad.) cũ ẽeret nox. {Occisi) ut sup diximus. {Nec op.) improuisos. {Castella sex ca.) In 2. lib. eadẽ epist. Castella munita improuiso aduẽtu capta & incẽsa. {Fugeranã) oppidũ in Amano. {Nõ in. ui.) nõ ad silitudinẽ uillę {Anteluc.) i. ante lucẽ, & ortũ solis. {Repugnãtibus) resistẽtib. s. ipsis oppidis, Fugerana, Sepyra, & Cuninori. {Apud Aras Ale.) locus est ubi Alexander uicto Dario Ioui patri & ceteris dijs sacrificauit. Vide supra: 2. lib. ita uictoria iusta imperator appellatus sum, apud illũ, quo loco sæpe, ut ex te audiui, Clitarchus tibi narrauit Dariũ ab Alexãdro esse superatũ. {Eleutherõ) librũ, ita. n. sigñat græce. Est tñ Eleutheros fluuius Syriæ cuius ostiũ est in Pãphilia oñdit Ptolemæus. {Acerrime) ɔstãtissime sine terrore. {Existimationẽ) auctoritatẽ, & honorẽ. {Frãgerẽtur) caderẽt, non pseuerarẽt in audacia. {Vallo & fos.) uide lib. 2. oppugnationẽ h' oppidi in epl'a q̃ incipit. Tu uide, nã hic expugnatũ. {Vsq;) assidue. {Sagittarijs) arciferis. {Distributis) deiectis. {Tibarani) ppli. {Ab his) Tebaranis. {Male pa.) nõ bene getis & amicis P. R. {Nũc ue.) expositis, suis rebus gestis petit nũc Cic. & Ca. eius sniæ auctoritatẽ in oibus his rebus. {Snia) tuo iudicio, tua auctoritate. {Grauissimos) maximæ auctoritatis ne fortasse diceret Ca. leuitatis esse rogare. {Admonẽdũ) in memoriã adducẽdũ. {Ad cœ. ext.) supra mortales me exaltasti. Vir. Vir. Troianæ qbus cœlo te laudibus æquẽ. {Põdera) auctoritatẽ. {Vno) solo. {Nõ de.) non iudicares ɔcedẽdã. {Referretur) pponeretur de decernẽda supplicatione. {Togato) in urbe existẽti. {Bene ge.) pp bella ɔfecta qd' multis ɔtigit. {Bene cõ.) fortitudine & ɔsilijs meis liberata à cõiuraris & pditoribus patriæ, cũ in ɔsulatu meo Catilinæ & reliquorũ insidias & ɔiurationes oppssi. {Vt ne.) sicut nemini alijs decreuisti nunq̃ pp remp. ɔseruatã, qa ego solus id effeci. {Mitto) dimitto, aphæresis. Virg. 1. Aen. Mœstumq; timorẽ Mittite & 11. Mitto ea q̃ circũ pugnãdo pgama passi. {Inuidiã) odiũ eorũ q uirtuti meę inuidebãt & rebus gestis, et ppea me eijciẽdũ curauerũt, intelligit aũt tpa Clodiana, qbus se maxime fauorẽ habuisse dicit à Catone. {Tẽpestates) aduersitates, calamitates, trãslatio. Virg. lib. 11. Aeneid. Parq; p oẽs Tẽpestates. {Idẽ. Quãta p ideo sęuis effusa Mycenis Tẽpestas ierit cãpos. {Si licuisset p me) si permisissent, ut ẽt illas magis subires. {Inimicũ) Clodiũ. {Cuius) Clodij. {Interitũ) cædem. {Approbaris) iure factũ dixeris. i. Clodiũ iure occisum. {A me au.) cõmemorauit Cic. q̃ à Catone in se collata sint, nunc aũt qd ipse erga Catonem fecerit, ne uideatur obijcere, dicit se nõ existimare ea esse beneficio, sed uera testimonia & iudicia sua de Catone. {Admirarer) amarẽ, laudarẽ. {Modo ta.) nõ intra me, ut plerũq; fit, sed publice prædicarem, ut infra dicetur. {Quis) q. d. qlibet ẽt de quo nõ sis bñmeritus. {Nõ facit). i. ut tuas uirtutes tacitus admiretur. {Dicẽdis) in senatu. {Varietate lit. mea.) in pl'ia & libris, quos de discẽdis pceptis ɔscribo {De q. au.) i. q iã mortui essẽt, & fuissẽt ante ætatẽ nrãm. {Quęres) licet artificio utat, tñ apte se gerere dicit, nouerat. n. Catonẽ ab oi ambitione abhorrere, & pluris æstimare bñficia q̃ benefactorũ laudẽ. {Hoc ne.) q. d. hoc paulũ. {Si qs.) ut ostendat Cic. se ɔuenire cũ ingenio Catonis, dicit se maxime esse, qui sit

Athenais. Occidio. Obsidio. Eleutheroi. Acerrime. Existimatio. Tibarani. Tẽpestas. Admiror

alienus à laudibus uulgi.{Rõne)conſideratione,quæ me do
cet ſtultũ eſſe uulgi laudibus niti.{Et doct.)i.phia quæ docet
uirtutẽ ipſam p ſe expetendã eſſe ſine laudibus,quod ſi ẽt ex-
petẽdæ ſint laudes potius quærẽdas à uiris laudatis,ꝗ̃ à uul-
go.{Per ſe)ſua cã,ſed pp uirtutẽ.{Prouinciã) ꝗ erat mihi de-
creta.{Neglexi)ſicut ſupra dixit lib.5.epiſt. 11. ad Q.Metel-
lũ Celerẽ.{Ego ſi hoc d.)me tua cã pternuſiſſe ,puinciam tibi
ipſe leuior uidear eſſe.{Nõ dub.)certã.{Sacerdotiũ)augura-
tũ.{Iniuriã acc.)poſtꝗ̃ ex urbe in exilium eiectus ſum.{Stu-
dui)uolui.{Intercedere)eſſe,fieri.{Quod).ſ.me fieri augurẽ.
{Olim)in ꝯſulatu meo.{Nũc) rebus bene geſtis in prouincia
{Huic meæ)honeſtat Cic.hãc ſuã uolũtatẽ,ꝙ dicit ſe hoc face
re,ut pñtibus honoribus mitigetur aliquãtulum uulnus iniu
riæ olim acceptæ,cui uolũtati rogat Catonẽ ut faueat. {Vul-
nus)dolorẽ,trãſlatio.Virg.Cũ Iuno ęternũ ſeruans ſub pecto
re uulnus.{Pauloante neg.)rogatuꝝ,nam paulo ſupra dixit,
idq́; etſi talibus de rebus grauiſſimos hoies & rogare ſolere ,
& rogari ſcio,tñ admonẽdũ potius te à me,ꝗ̃ rogadum puto.
{Sed ita)extollit Cic.factum ſuũ.Dicit.n.hac cõditione te tñ
rogo,ut mihi faueas: ſi id qđ egi nõ uidebitur tibi paruũ : &
cõtemnendũ.{Non ieiu.) nõ inane, trãſlatio à corpore quod
ieiunũ inane eſt.{Tale)tã glorioſum.{Tñ)tã difficile & ma-
gnũ.{Eqdem ẽt)ſuperius dixit Cic.ꝗbus rõnibus.licet alienꝰ
à laudibus uulgi,debuerit tñ hunc honorẽ quęrere:nũc uero
laudat mores uirtutesq́; ſuas,quas magis à Ca. ſpectari ſolere
aſſerit ꝗ̃ geſta.{Vitã con.)integrã ſine cuiuſꝗ̃ iniuria.{In be
cillo)paruo et infirmo,eſt.n.maxima laus paruo exercitu ma
ximũ bellũ ſuſtinuiſſe & cõfeciſſe,qđ præſidiũ ſuũ dicit fuiſſe
æquitatẽ & ꝯtinentiã.{His præ.)æqtate & continẽtia.{Sum
cõ.)effeci.{Expectatione no.reꝝ) ꝗ.n.expectat mutationem
reꝝ,non põt nõ eſſe aio ſuſpẽſo . {Veteris) aſſueti.{Querelæ
au.) in ſenatu.o.Cato ſocioꝝ oium patronus erat,& quæcun
que patiebãtur inique,ad eũ deferebant.{Recreatos)refectos,
in optimũ ſtatũ reſtitutos.{Meis inſt.)ꝗ̃ in prouincia feci cõ-
tra ea,quæ fecerat Appius ut lib.3.ad Appiũ uiſum eſt.{Clien
telæ).ſ.tuæ nã Cappadocia & Cyprus maxime erãt in tutela
Ca.Cappadocia pp Ariobarzanẽ,Cyprus uero,ꝗ a Ca. P.Clau
dio Pulchro auctore,pp auaritiam Ptolemæi patrui Cleopa-
træ ꝗ in ea inſula regebat , qđ pro eo à piratis redimẽdo tam
exiguã pecuniam miſiſſet,ut piratæ accipe erubeſcerent, miſ-
ſus eſt decreto ſenatus,ut eã inſulam regi auferret, quod cũ in
tellexiſſet Ptolemæus priusꝗ̃ ille aduẽtaſſet,ſeipm interemit .
Cato inſulã accepit,& regis opes uẽdidit omni pecunia in pu
blicũ ærariũ relata,ex illo Cyprus ꝑtoriæ ,puincia fuit, & Ca-
toni cõmendata,ſcribunt Plut. & Strab.Val.ẽt dicit Cato. ex
Cypro redeũti S.P.Q.R.& magiſtratus obuiã fuiſſe . {De me
loq.)ꝗa in eis maxime oſtẽdi uirtutes meas. {Regem Deiot.)
.ſ.locutuꝝ de me.{Neceſſarius)amicus.{Maiora).i.ualde ma
gna.{Pauciores ꝗ ni.fu.cu.)in quo ꝯſiſtit uera uictoria, ut ip
ſe in oratione pro M.Marcel.imitatione Demoſthenis, animũ
uincere,iracũdiam cohibere,uictoriam temperare,aduerſariũ
nobilitate,ingenio,uirtutẽ præſtantem nõ modo extollere ia
centẽ,ſed etiam amplificare eius priſtinam dignitatem.hæc ꝗ
faciat non ego cũ ſummis uiris comparo,ſed ſimillimum deo
iudico.{Hæc ge.uir.)quę in oratione pro Pomp.cõmemorat
innocentiam,temperantiam,fidem,facilitatem,ingenium,hu
manitatem, quæ oia uult Cic. intelligi eſſe in ſe.{Rariora) in
paucioribus reperiuntur.{Allegem) adducam . {Quaſi diff.
meæ ro.) quaſi non confidam rogationem meam apud te ua
lituram,cum tñ confidam.{Qua)phia.{Nec uul.in.mu.) ſi-
quidem ut in Tuſculanis quæſtionibus inquit, phia eſt uirtu
tum indagatrix uitioꝝ expultrix;cui qui pereat , omne tẽpus
uitæ ſuæ ſine moleſtia degat.{Societas) coniunctio. {Artiũ)
liberalium.{Deuincti)aſtricti.{In foꝝ)in cauſas forenſes, ut
In paradoxis oſtendit, tentare uolui poſſent ne proferri in lu
cem.{Deſidiæ) inertiæ.{In ipſem aciem)In certamen ciuile .
{Agit tecum) rogat te . Ordo eſt. Hæc igitur ſocietas ſtudio-
rum atque artium & cetera agit tecum. {De mea laude) pro-
pter meam laudem . {Cui).ſ.ſocietati ſtudiorum & philoſo-
phiæ.{A Catone)q.d.uiro iuſtiſſimo, & eius ſocietatis libera
lium artium profeſſore.{Ex meis).i.ſecundum ea,quæ literis
meis ſcripſi.{Contigiſſe)obueniſſe.datum eſſe .

ASCEN. SVmma tua &c. Scripta ſuperioribus epiſtolis , ad conſules
ſenatumq́; nunc Catoni exponit , & ſimul quo conſilio &
qua arte res maximas aduerſus Parthos geſſerit, & quæ oppi
da ceperit,quæ Catonis oratione ornata uelit,ad argm̃ aũt fa
cit epla 2.lib.incepta. Tu uide &c.Ordo eſt . Sũma auctoritas
tua & perpetuũ iudicium meum de tua ſingulari uirtute fecit,
ut putarem intereſſe.i.in re & utilitate eſſe mea magni.i.mul
tum , &.i.ſimul eas res quas geſſiſſem eſſe notas tibi , & non
ignorari à te qua æqtate & continentia.ſ.appetitus praui,tue
rer.i.defenderẽ ſocios,& adminiſtrarem prouinciam.Enim.i.
quia ego arbitrabar , his cognitis.i.ubi hæc cognoueris , me
probatuꝝ facilius tibi ſup.ea quæ uellem . Cũ ueniſſem in ꝓ-
uinciã pridie Cal.ſext.i.ultima die menſis,qui nunc Iulius dr
& uideretur mihi pp tempus ãnni, quia poſt mediũ erat æſta
tis,eſſe eundũ mihi.i.me debere ire cõſeſtim.i.cum feſtinatio
ne & ſtatim ad exercitũ,fui Laodiceæ.i.in ea urbe, biduum.i.
p duos dies deinde fui Apameę in altera ciuitate ſeu urbe qua
triduum,& fui Synadis(declinatur ergo Synada Synadorum
pluralr,ut in ſecundũ & tertium dicta ex planẽ) triduum , &
fui Philomeli totidẽ dies.i.tres, cum tñ prius nõ tres dies, ſed
triduũ dixerit.Sane,ut ſæpe admonui,Cic. de tpe quãdiu pre
ſertim cõtinuo libentius ſemp in accuſatiuo loquitur,nec po-
tius græco ꝗ̃ latino more. Quibus in oppidis (ergo ſuperio-
ra oia ſunt oppida) cũ fuiſſent magni cõuentus.i.magni cœ
tus hoium,ego liberaui multas ciuitates acerbiſſimis tributis
& grauiſſimis uſuris & ære alieno falſo.i.non uere debito .
Cumq́;.i.& cũ exercitus eſſet diſſipatus ante aduentum meũ
quadã ſeditione,ſup.et quinque cohortes conſediſſent.i.ſedẽ,
cepiſſẽt apud Philomelũ ſine tributo militum , denicꝫ ẽt ſine
ullo Centurione.i.quouis,ut nunc dñt,capitaneo,et reliquus
exercitus eſſet in Lycaonia,ego imperaui Ma.Manneio lega-
to.ſ.meo,ut duceret eas quinque cohortes ad reliquũ exercitũ
& faceret caſtra in Lycaonia apud Iconiũ exercitu coacto.i.
poſtꝗ̃ coegerit & cõgregauerit exercitum in unum locũ.Qđ
cum factũ eſſet diligẽter ab eo ego ueni in caſtra ad VII. Cal.
Septemb.cum ego cõparauiſſem.i.acquiſiuiſſem interea diebꝰ
ſuperioribus.i.ante illũ diem elapſis ex ſenatuſcõſulto.i.iux-
ta decretũ ſenatus & .i.ſimul manũ firmam.i.copias ſatis ma-
gnas euocatoꝝ.ſ.militum,ꝗ ad tempus uocantur ad bellum,
& equitatũ.i.equitum cumulum, ſatis idoneũ.ſ.ad iuſtũ exer
citum, & ad auxilia uolũtaria.i.non coacta à me pploꝝ libe-
roꝝ & regum ſocioꝝ.ſ.Rom.imperij,& ſup.cœpiſſem interim
facere iter i Ciliciam exercitu luſtrato.i.inſpecto,& ut dñt ad
mõſtram educto , legati miſſi ad me à rege Cõmageno.ſ.An-
tiocho nomine,Calendis Septẽbris,nunciauerunt pertumul-
tuoſe.i ,pperantiſſime ut in ſummo tumultu fieri ſolet, neque
tñ non.i.& tñ uere,Parthos trãſiſſe in Syriam . Quo audito,
cõmotus ſum uehementer,tũ.i.pariter de Syria,tum.i.pariter
de ,puincia mea.ſ.Cilicia,denicꝫ de reliqua Aſia.Itacꝫ putaui
exercitũ ducendum ſup.eſſe mihi per eam regionẽ Cappado-
ciæ,quæ attigeret Ciliciam.ſi dimiſiſſem me in Ciliciã, ego ꝗ-
dem tenuiſſem,pro tenerẽ facile ipſam Ciliciam , pp naturam
montis Amani,ꝗ difficulter à Parthis pertranſiretur, ſi præſi-
diũ obſideret . Duo.n.aditus ſunt ex Syria in Ciliciã quorum
utercꝫ poſt itercludi paruis pręſidijs pp anguſtias . Nec ꝗdꝗ̃
eſt munitius.i.magis munitũ & defenſum cõtra Syriam,Cili-
cia.i.quam Cilicia,eſt.n.ablatiui caſus. Sed Cappadocia mo-
uebat me quæ patet.i.apta eſt à Syria.i.ab ea parte qua ſpe-
ctat ad Syriã,& habet reges finitimos qui ẽt ſi ſunt amici no-
bis,tñ non audent eſſe aperte inimici Parthis.Itacꝫ feci caſtra
in Cappadocia extra.i.extrema parte eius, nõ longe à Tauro
.ſ.monte, apud Cybiſtra oppidũ ut ego tuerer.i.protegerẽ Ci
liciam,& tenẽs Cappadociam impedirem noua cõſilia finiti-
moꝝ.ſ.regum de Parthis recipiendis.Interea hoc tanto motu
& tanta expectatione maximi belli,Deiotarus rex cui tributũ
eſt ſemper plurimum non ſine cauſa, iudicio meo & tuo & ſe
natus,appoſitorie uir tum beneuolentia & fide erga pplm R.
ſingulari,tum præſtanti.i.excellenti magnitudine animi , &
conſilij , miſit ad me legatos.ſ.quibus nũciaret ſe uenturũ eſſe
in caſtra mea cum oibus copijs ſuis. Cuius ego cõmotus offi-
cio & ſtudio egi gratias per literas & hortatus ſum ut matu-
raret.i.celerius faceret hoc.Cum aũt eſſem cõmoratus quincꝫ
dies ad Cybiſtra propter rõnem belli,liberaui regem Ariobar
zanem,cuius ſalutem habebam cõmendatam à ſenatu te au-
ctore inſidijs præſentibus.i.inſtantibus,necꝫ opinantem,ne-
que ſolum fui ei ſaluti.i.cauſa ſalutis , ſed etiam curaui ut re-

gnare

gnaret cum auctoritate.i.maiestate regia, aut auctoritate se-
natus,& cōstitui maxima,auctoritate & gratia apud regem,
Metram, & eum Athenæum quem tu cōmendaras mihi dili-
gēter,mulctatos.i.punitos & damnatos importunitate Athe
naidis.s.urbis aut mulieris,sed quia eū Athenæum dicit, puté
Athenæum nō esse proprium, sed patrium nomen quem no-
minare non uoluerit, ciuem uidelicet Athenaidis urbis. Vt
cū magnum bellum cōcitaretur in Cappadocia si sacerdos.s.
regionis maximis forte insidiator compertus defenderet se ar
mis,quod putabatur facturus, appositorie adulescēs paratus
& equitatu,& peditatu,& pecunia & tota.i.omni re, ijs q uo
lebant aliquid nouari.i.nouū regem fieri,perfici ut ille disce-
deret regno & rex obtineret regnum cū dignitate sine tumul
tu,ac sine armis omni auctoritate aulæ.i.regiæ seu curiæ suæ
cōmunita.i.firmis p̄sidijs stabilita.Interea cognoui literis &
nuncijs multoꝝ magnas copias Parthoꝝ Arabum.i.eoꝝ qui
Arabiam habitant,aut potius & Arabū,accessisse ad oppidum
Antiochiam,& magnū equitatum eoꝝ, qui transisset in Cili-
ciam occisum sup.esse occidione.i.suprema cæde ab equitatu
q̄n turmis.i.q erat in turmis coꝝ.s.Cilicum, & à Cohorte præ
toria quæ erat Epiphaneæ.i.in ea urbe Ciliciæ,causa præsidij
.i.custodiæ eius. Quare cū uiderem copias Parthoꝝ auersas
à Cappadocia, esse non longe à finibus Ciliciæ duxi exercitū
ad Amanum.s.montem in cōfinio Ciliciȩ itineribus maximis
q̄.i.quantum potui. Quo.i.ad quē,ut.i.postq̄ ueni, cognoui
hostē recessisse ab Antiochia, & Bibulū.s.proconsulem Syriæ
esse Antiochiæ. Ego feci Deiotaꝝ uenientem iam ad me cum
eqtatu,& peditatu,magno & firmo,& cum oibus copijs suis,
certiorem.i.docui eum nō uideri causam esse cur abesset à re-
gno.s.suo & me missuꝝ esse statim literas & nūcios ad eum,si
forte qd.i.aliquid noui accidisset. Et cum uenissem eo aio.i.
proposito,ut subuenirē utriq; prouinciæ, si tempus.i.oppor-
nitas ferret.i.daret aut pateretur ita.s.fieri,tm̄ perrexi agere qđ
cōstitueram.i.indicauerā iam ante.s.interesse.i.ad utilitatem
esse utriusq; ꝓuinciæ, pacare.i.pacatum & tranqllum redde-
re, Amanum.s.mōtem inter utranq; ꝓuinciam, & tollere ex
eo mōte hostem perpetuū. & cum simulassem discedere ex eo
monte, & petere alis partes Ciliciæ,& abessem ab Amano iter
unius diei & fecissem castra apud Epiphaneam.s.urbem ad.
IIII. Idus Octob.cū aduesperasceret,feci iter noctu exercitu
ita expedito ut ascēderem Amanum ad IIII. Id.Octob.cum
lusceret,et cohortibus.s.& auxilijs distributis.i.assignatis suis
ducibus cū Q.F.sup.meus legatus præesset simul cū alijs. Ca
tius Pontinus præesset alijs, & M.Anneius & L.Tullius lega
ti p̄essent reliquis.s.cohortibus & auxilijs, quos nos oppressi
mus plerosq;.i.cōplures,nec opinantes,q sunt occisi & capti,
reliqui interclusi.i.exitu ꝓhibiti. Aūt.i.sed nos cepimus Era-
nam,quæ nō fuit instar.i.ad magnitudinē uici,sed urbis, qđ
caput.i.p̄cipuum ꝓpugnaculum Amani erat,& item.i.simul
Sepyrā & Ceminorim oppida sup.hostibus pugnātibus acri-
ter & diu & Pōtino tenente illam partem Amani.s.mōtis,ce-
pimus dico multitudine hostium occisa ex tp̄e antelucano.i.
quod ante lucē usq; ad decimam horam diei.i.post ortum so
lis.Et castella.i.aūt dn̄t fortalicia sex sunt capta,& nos incendi
mus.i.cōbussimus complura. His rebus gestis ita.i.tam uicto
riose,nos habuimus quatriduū castra i radicibus.i.pede Ama
ni.s.mōtis apud aras Alexādri.s.magni,q uicto Dario illic Io
ui & ceteris dijs cōstructis aris sacrificauit.hoc aūt dicendo se
tacite Alexandro cōparat, & cōsumpsimus omne id tempus
.s.quatriduū.in reliquijs Amani delēdis,& in agris uastādis.
His rebus cōfectis adduxi exercitū ad Pindenissum oppidum
Eleutheron.i.liberū. Alij legunt Eleuchensilium, alij Eleu-
chencilicū,quoꝝ sup.oppidum cum esset loco altissimo & mu
nitissimo,& incoleretur ab his,q ne quidem.i.saltem regibus
paruissent,cū & simul reciperent fugitiuos,& expectarēt acer
rime.i.audissime aduentū Parthoꝝ,ut cum illis finitimos spo
liarent,arbitratus sum ꝑtinere ad existimationem.i.famam et
maiestatem imperij cōprimere audaciam eoꝝ. Quo.i.etiā ut
animi ceteroꝝ qui essent alieni ab imperio nr̄o, frangerentur
facilius. Ego circūdedi sup.dictum oppidum,uallo.i.muni-
mēto,ex uallis, & fossa sepsi sup.ip̄m sex castellis.i.oppugna
culis,& maximis castris. aggere,uineis,turribus,oppugnaui
sup.ip̄m,usq;.i.assidue multis tormentis multis sagittarijs,&
cōfeci.i.absolui rē septimo & quinquagesimo,die,magno la-
bore meo,sine ulla molestia uel sumptu socioꝝ ut oibus parti
bus urbis disturbatis aut incensis,hostes sup.cōpulsi.i.coacti
uenirent in potestatē meam. Tibareni erant finitimi his, scele
re & audacia pari. Accepi ab his.i.Tibarenis obsides,Pindeni
so capto,dimisi exercitū in hyberna. Præposui Q.F.i.meū ne
gocio ut exercitus collocaretur in uicis captis, aut male.i.nō
pacatis. Nunc uelim o Cato ut sup.persuadeas tibi sic,si relatū
sit ad senatū.i.si consultatio fiat de his rebus,me existimatuꝝ
summā laudem,tributā mihi, si tu cōprobaris honorē meū.i.
mihi decernendū,snia tua. Etsi.i.q̄q̄ ego scio grauissimos ho
mines solere & rogare & rogari talibus.i.pro talib. rebus, tm̄
ego puto te potius monendū à me q̄ rogandū id. Tu.n.es is
q ornasti me sæpissime sentētijs tuis,qui extulisti me ad cœlū,
orōne,p̄dicatione & summis laudibus.i.laudationib' in sena
tu & in ɔcionibus ad pp̄lm.Cuius pōdera uerboꝝ ego putaui
semꝑ esse tāta,ut uno uerbo tuo cōiuncto cū laude mea,arbi-
trarer me ɔsequi oia. Deniq; memini te cū non decerneres cui
dā uiro clarissimo atq; optimo supplicationē, dicere te decre-
tuꝝ si referretur ob eas res quas is ɔsul gessisset in urbe. sunt
q ad Cicer.hoc referūt. Tu idē decreuisti mihi supplicationē.s.
dijs faciendā togato.i.in toga agēti,nō ut multis sup.decerni
solet,rep.bō gesta,sed ut nemini sup.alteri rep.cōseruata. Mit-
to.i.omitto dicere ꝙ subieris.i.tanq̄ onus tuū esse supporta-
ueris,inuidiā meā.i.quā patiebar ob gloriā seruatæ urbis,peri
cula,oēs tempestates meas.i.impetus hoium, aut diuersitates
fortunæ,& ꝙ fueris paratissimus subire ēt multo magis, si lu-
cuisset ꝑ me.i.si ꝑmisissem,deniq; ꝙ putaris ꝓ putaueris ini
micū meū uidelicet Clodiū inimicum tuū, cuius ēt interitū.i.
cædē & necē tu approbaris pro approbaueris,defendēda cā.i.
dū defenderetur cā Milonis in senatu ut intelligerē facile, quā
tū tribueris mihi. Aūt.i.sed,hæc.s.q̄ deinceps dica, sunt ꝓlecta
.i.collata,à me in te.s.q̄ ego nō pono.i.reputo in loco bn̄ficij,
sed sup.in loco ueri testimonij atq; iudicij.s.de te, nō sup.ita
ꝑfecta sunt,ut admirarer.i.laudē cū admiratiōe,tātas p̄statissi
mas uirtutes tuas. Quis,n.nō facit idē? q.d.nemo,& ita ois fa
cit,sed ut anteferrē te in oibus orationibus, sentētijs dicēdis,
causis agēdis,oibus scriptis græcis & latinis, deniq; in oi ua-
rietate.i.diuersitate styli lraꝝ meaꝝ,nō modo ijs quos uidisse
mus,sed sup.ēt ijs de quibus audissemus.tu fortasse, q̄res qd
sit qđ.i.ꝑꝑ qđ ego æstimē tāti,nescio qd gratulationis & ho
noris.i.si in me ɔferatur à senatu. Ego agā iam tecū familiari
ter.s.ut intelligas mētem meā plane, ut dignū est & studijs &
officijs nr̄is mutuis & summa amicitia, & necessitudine pater
na.i.à patre incepta. Si qsq̄ fuit unq̄ remotus nā & magis rō-
ne,ut quidē uideor sentire mihi & doctrina,ab inani laude et
sermonibus uulgi ego sum is,ꝑfecto. Testis est ɔsulatus meus,
in quo fateor me secutū ea studiose sicut in reliqua uita,ex q-
bus uera glīa posset nasci,qdē.i.sed certe nunq̄ putaui ipsam
gloriā expetendā ꝑ se.i.sine respectu bonoꝝ. Itaq; ego negle
xi ꝓuinciā ornatā,quæ erat mihi decreta ut patuit lib.V.ep̄la
secūda ad Metellū Celerē,& spem nō dubiam triūphi.s.ex illa
ꝓuincia reportādi. Deniq; nō appetiui sacerdotiū.s.augurale
cū possem ɔsequi nō difficillime,quemadmodū arbitror te exi
stimare. Idē.s.ego studui.i.uolui aut elaboraui post iniuriā.s.
exilij acceptā.s.à me,quā.s.iniuriā meā, tu appellas semꝑ cala
mitatē Reip. nō modo.i.nō solū calamitatē meam nō interce
dere.i.in mediū adduci,sed ēt uolui glīam meā utpote quā or
natissima iudicia senat' populiq; R.de me itercedere. Ita q̄ uo
lui postea & augur fieri,et puto eū honorem.i.triumphū q so
let,tribui à senatu reb' bellicis,neglectū olim à me expeten-
mihi nūc.s.parta uictoria. Rogo te uehemēter qđ negarā pau
lo ante me rogatuꝝ sup.esse,ut faueas & adiutor sis, huic uo
lūtati meȩ,in qua est aliqua uis desiderij.i.cupiditatis ad sanā
dū uulnus.i.offensionē iniuriæ. Sed ita sup.peto si id,qđ ges-
si,uidebitur nō nescio qd ieiunū.i.aridū & modicū facinus,et
pro.i.cōtemnendū,sed tale atq; tm̄,ut multi assecuti sint à se-
natu,summos honores,reb' nequaq̄ paribus.i.pp res nequaq̄
pares. Equidē.i.ego certe,uideor aiaduertisse ēt illud:scis.n.q̄
attēte solea audire te, te solere spectare in honorib' hn̄dis aut
non hn̄dis,non tā res gestas q̄ uitas atq; mores impatoꝝ,qđ
si cōsiderabis in causa mea,uidebis me habuisse eqtatem & cō
tinētiam firmissimum pręsidiū.i.pro firmissimo p̄sidio,exerci
tu sup.existēte imbecillo cōtra metū maximi belli. Ego conse
cutus sum.i.obtinui his subsidijs.s.eqtate & cōtinentia,quæ

nullis legionibus potuissem cõsequi ut redderẽ.i.efficerẽ ex sociȷs alienissimis,amicissimos,ex infidelissimis, firmissimos.s. in fide,& traducerẽ aios suspensos.i.in dubio uersantes, expectatione.i.pp expectationẽ rer̃ nouar̃ , ad beneuolentia ueteris impiȷ.s.Romani,Sed hęc sup.sũt dicta aut scripta nimis multa de me p̃sertim ad te,à quo uno querelæ oium socior̃ audiũtur tu cognosces ex ȷs q putãt se recreatos.i.refectos & ad ueterẽ amicitiã reductos institutis.i.moribus meis . Cumq;.i.& cũ.s.ita sit q̃ oẽs prædicabãt apud te ꝓpè.i.quasi,uno ꝯsensu, de me ea q̃ sunt optatissima mihi,tũ.i.tunc multo magis,duæ maxime cliẽtelæ tuæ Cyprus insula, & regnũ Cappadociæ loquentur.s.honorifice tecũ de me.Puto ẽt Deiotar̃ regẽ sup.locutur̃ tecũ de me,q est maxime necessarius tibi uni.Quę.s.ab illis dicenda si sunt ẽt maiora.s.q̃ à me dicãtur,& si pauciores uiri reperti sunt oibus seculis,q uincerẽt cupiditates suas , q̃ q .s.uincerẽt copias hostiũ.Profecto tuũ est.i.oſtrũ, cũ adiunxeris ad res bellicas,hæc gña uirtutis.s.æqtatis & cõtinentiæ , q̃ sunt rariora & difficiliora, putare illas ipsas res gestas esse iustiores & maiores.s.q̃ sint.Illud est extremũ.s.suffragiũ,ut q̃ si diffidẽs rogationi meæ allegẽ.i.mittã ad te p̃hiam,q̃ nec ulla res fuit mihi unq̃ charior in uita,nec ullũ munus maius datũ est gñi hoium à dȷs.Hæc igr̃ societas studior̃ q̃ est mihi cõis tecũ atq; societas artiũ bonar̃ qbus nos deuincti ac dediti à pueritia,propemodũ.i.quasi soli deduximus in for̃ atq; Rẽp. atq; pene in ipsam aciẽ.i.ꝯflictum bellicũ,hoc est ad oẽm exercitationem nřam,p̃hiam illam uerã et antiq̃,quæ uĩ quibusdã esse ociȷ ac desidiæ.i.ptinere ad ociũ ac desidiã.ea sup.agit tecũ de laude mea,cui nõ puto fas esse negari.s.qcq̃ à Catone, q̃obrẽ,uelim psuadeas tibi sic,si honos fuerit tribut̃ mihi tua snia.i.p tuã sniam ex lr̃is meis me existimatur̃ cõtigisse mihi qđ cupieri maxime,tũ auctoritate,tũ bñuolẽtia tua erga me.

PAVLVS MANVT.

PRæsentia,magnitudine & animi,& ꝯsiliȷ)Est hæc, ut opinor,h' loci uera lectio:quã ex antiqs exẽplaribus accepimus.qbus in oibus quos quidem ipse uiderim,pñtia,legitur, nõ pæstãti,aut pñti. nos aũt ueter̃ librorũ auctoritatẽ in pluris plurisq; facimus: permulta.n.quæ in ȷs primo intuitu uideatur absurda; post,ubi,diligẽrius animaduerteris,cõmodissime dicta reperiẽtur:ut hoc in loco,q statim,uerbũ illud,pręsentia,qd sibi uellet,aut quo spectaret,nõ perceperunt, uitiosum ceedẽtes,immutaeũt:est.n.ita dictũ,pñtia,magnitudine, & animi,& ꝯsiliȷ,tanquã si dixissent,pñti aio, magno ꝯsilio ; ut præsentiã animi, magnitudinẽ consiliȷ esse uoluerit : quẽadmodum ẽt alibi,pñtem aium,lępissime dixit.etsi ubiq; fere eadem uocẽ imperiti deprauarunt,p̃stantem,nõ pñtem,legẽtes. p̃sentiam quoq; animi dixit in oꝛone pro Milone 119. & Cæsar belli Gallici lib.V.59:{Sacerdos)Quid sacerdos hic significet,Hirtȷ uerbis ostẽdimus:sic.n.scribit de bello Alexandrino lib.III.215:Comana,uetustissimũ , & sanctissimũ in Cappadocia Bellonæ templũ,quod tanta religione colitur,ut sacerdos eius deæ,maiestate,impio,& potentia secũdus à rege cõsensu gentis illius habeatur ; id boi nobilissimo Nicomedi Bithynio adiudicauit.Appianus aũt in fine Mithridatici.Cõmagenis,inqt,Archelaũ sacerdotem p̃fecit,quę dignitas hr̃ regia.Strabo ẽt initio libri XII.idẽ tradit.{Adolescẽs & eqtatu,& peditatu,& pecunia paratus,& toto, ȷs, q nouari aliqd uolebant.)Sunt,quos offendãt hæc lectio.ac fuit,cũ ego quoque corruptũ locum existimarẽ.nunc demẽdo nihil suspicor: dixit.n.& toto.i.& ea re,quæ summa est:deinde exposuit,totũ illud qd sit:ȷs,q nouari aliqd uolebant: à qbus maxime timendũ erat ; q̃ adolescentẽ uel leuibus rõnibus ad bellũ possent impellere.adolescẽs,igitur dixit,& eqtatu,& peditatu, & pecunia paratus,&,quod summũ est,ȷs, q nouari aliquid uolebant.sic ẽt ad Atticũ,80.Est totum,quid cal.Mart.futur̃ sit, pro,est summũ,est maximũ,in eo sunt oia, quid cal.Mart. futur̃ sit.{Tibarani)Forte,Tibareni,de qbus Plutarchus in Lucullo,& Plinius,ubi Temiscyræ regionis gẽtes persequtur : nã Tibaranor̃ mentionẽ nondũ inueni.{Res, quas cõsul in urbe gessisset) In quo ita legatur, uetustũ habet librum magnæ spei adolescẽs Iosephus Teamezinus. Cõsul aũt,id est Cicero: cõmemorantur.n.quæ pro Ciceronis dignitate & dixerat , & fecerat Cato.qs sit aũt is,quẽ clarissimum,atq; optimũ uir̃ appellat,intelligere nõdum potui.Cæsarẽ quidem,ut aliȷ existimãt,non arbitror:quẽ Cicero nunquam optimũ uir̃ uocasset, ad Catonem scribẽs , Cæsaris inimicum , p̃sertim cum tota re epistola eius beneuolentiam quasi aucupari uideatur,quo facilius supplicationem obtineret Catone cõprobante. {Cum hæc te tertia iam epl'a ante oppressit) Aliȷ,ante operis sit , durius oino,& sensu,ut ego existimo, nõ admodum probabili . quid enim: adeo longa est hęc epistola,ut opus uideri possit: nam q̃ illas dictiones,schedam aut literam,epl'ar̃ numero respondere negant:id ego illis cõcedo.sed referri dico ad illam uocem,epistola:ut quasi Cassium reprebendat,qui schedã aut literam nondum dederit,cum epistolas iam tres acceperit. legitur aũt,ut nos impressimus,cum i aliȷs libris manuscriptis , tum in eo,quem habet Vincentius Riccius : qui quidem liber uetustissimus est ; ut græcas dictiones , quæ sunt in uetustis exẽplaribus perquam raro, maiusculis literis scriptis habeat .

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

GRatulatur Ciceroni de rebus à se gestis,& tacite dissuadet, ne triumphum ambiat .

M. CATO M. CICERONI IMP. S.P.D. 5

QVod & resp.me,et nostra amicitia hortatur,libenter facio,ut tuam virtutem, innocentiam , diligentiam , cognitam in maximis rebus domi togati,armati foris pari industria administrare gaudeã. itaque,quod pro meo iudicio facere potui,ut innocentia,consilioq́ tuo defensam prouinciam, seruatum Ariobarzanis cum ipso rege regnum , sociorum renocatam ad studium imperiȷ nostri voluntatem, sententia mea,& decreto laudarem, feci supplicationem decretam ; si tu,qua in re nihil fortuito, sed summa tua ratione, & continentia reip. prouisum est , dȷs immortalibus gratulari nos , quàm tibi referre acceptum,mauis ; gaudeo . quòd si triumphi prærogatiuam putas supplicationem,& idcirco casum potius , quàm te , laudari uis : neque supplicationem sequitur semper triumphus ; & triumpho multo clarius est , senatum iudicare,potius mansuetudine,& innocentia imperatoris prouinciã, quàm vi militum, aut benignitate deorum, retentam, atque conseruatam esse: quod ego mea sententia censebam . atque hæc ego idcirco ad te contra consuetudinem meam pluribus scripsi, ut,quod maxime volo , existimes me laborare , ut tibi persuadeam,me & voluisse de tua maiestate , quod amplissimum sum arbitratus ; &,quod tu maluisti,factum esse gaudere. Vale,& nos dilige , & instituto itinere seueritatem, diligentiamq́ socȷs,& reip. præsta.

HVBER.

QVOD & resp.)rescribit Ca.Cic. se libenter fecisse,quod ille supioribus literis petierat,ut defenderet eius uirtutẽ.innocentia & diligentiã, seq; laudasset quę Cic.egisset,de ꝓuincia seruata,de Ariobarzanis incolumitate , de ꝯfirmata uolũtate socior̃.Deinde suadet Ca. Cic. ut potius cõtentus sit iudicio senatus quàm triũpho pro eis,quę in ꝓuincia egit,ut potius iudicetur eã ꝯseruasse mãsuetudine & innocẽtia quàm copia militũ.Quod resp.hor.)i.cã reip.qa quisq; bonus ciuis tenetur eã tueri,quẽ reip.amatorẽ uiderit.{Virtutẽ)fortitudinẽ,animi magnitudinẽ.{Togati).s.tui.{Domi) in patria , ut in ꝯsulatu tuo,cũ rogatus domi rem tantã fecisti oppressa cõiuratione.{Armati)bellũ gerẽtis.{Foris)in prouincia.{Pari) æquali , qa & tũc domi & nũc foris fortissime & diligẽtissime te egisti.{Cõsilio)sapiẽtia.{Defensam)ab incursu Parthor̃ et Arabũ.{Ad stu.) ad bñuolentiã.{Supplicationẽ) dicit Ca. se gaudere supplicationẽ ei esse decretã,si modo ille uelit potius agẽdas gr̃as dȷs imortalibus q̃ sibi in ea re,quæ nõ fortuitu, sed summa rõne & ꝯtinẽtia eius sit gesta,sin aũt habita supplicatione triũphũ quoq; petit, dissuadetq́;ei Ca. ne hoc faciat. {Qua in r.e.p.)i.in ea re,qua est ꝓuisum à te.{Nihil fo.) nõ, casu,aut temere.{Rõne)prudẽtia & moderatione tua.{Gratulari)gr̃as agere.{Quàm ac.ref.ti.)i.q̃ reddi tibi par,& qđ à te accepimus:tibi referri remuneratione triũphi . Ordo est. Si tu mauis nõ gratulari dȷs imortalibus,i q̃ re nihil est ꝓuisum à rep.

Gratulari

rep. summa tua rōne & continentia, q̃ acceptum referri, tibi. s. mauis, gaudeo supplicationem tibi decretā esse. {Prærogatiuam) præeminētia, præcessiua. {Casum) fortunam, cuius fauore fueris uictor. {Semper) q̄a multis conceditur supplicatio sine triūpho. {Senatū) cuius iudicium est gratissimū. {Vi.) copia. {Benignitate) fauore. {Quod). s. puinciam à te conseruatā potius mansuetudine &c. {Contra con. meā) q̄a soleo esse breuissimus in scribendo. {Laborare) curare. {Maiestate) honore & dignitate. {Amplissimū) dignissimū. {Tu ma.) ut in epl'a sua supiore Cic. sigñauit. {Seueritatē). i. cōtinentiā. {Præsta) exhibe, ōnde. {Instituto iti.) uel incepto itinere per puinciā, uel certe incepta uia. i. eo more, quo cōsueuisti, est. n. & trāslatiue & puerbial'r dictum, Instituto itinere uel institutā uiā perge. Iuu. Vt illā ire uiam pergāt, & eidem incumbere sectæ.

Prærogatiua. *Benignitas.* *Præsta.*

ASCEN. QVod &c. Dicit se diligenter cōmendasse uirtutem Cic. in senatu, dehortatur tñ à petitione triūphi dicens. Ego facio libenter id, quod & Resp. & amicitia nr̄a hortatur me, ut gaudeā uirtutem. i. fortitudinem tuā, innocētiam, diligentiā tuam cognitā in maximis rebus, tuā dicit, togati domi & armati foris. i. in bello, administrare. i. gerere magistratū, cuius est administrare, pari industria. Itaque feci quod potui facere iudicio meo. s. ut laudarē sn̄ia mea & decreto prouinciam. s. Ciliciā, defensam innocentia. s. tua & ɔsilio tuo: Regnū Ariobarzanis. s. Cappadociā. seruatū sup. esse ad studiū impij nr̄i. Gaudeo si tu mauis. i. magis uis, gratulari. i. grato aīo attribuere dijs immortalibus. Quā. s. nos referre acceptum tibi. i. nos existimare accepisse à te supplicationē decretam. s. pro rebus bene gestis à te in qua re nihil sup. cōtigit fortuito. sed puisum est Reip. summa rōne. i. prudentia, & cōtinentia tua quod si putas supplicationē, prærogatiuā. i. quasi præiudicialē causam triumphi, & mauis iccirco casum. i. fortuitum euentū laudari potius q̃ te, neq; triūphus sequitur semper supplicationem, & multo clarius est triumpho senatum iudicare prouinciam retentam atq; conseruatam esse potius mansuetudine, atq; innocentia imperatoris, q̃ ui militum, aut benignitate deo꞉. Quod. i. quā rem ego censebā mea sn̄ia, atq; scripsi iccirco hęc ad te pluribus. s. uerbis contra consuetudinē meam, ut quod uolo maxime existimes, me laborare ut p̄suadeā tibi me & uoluisse de maiestate tua, qd̄ arbitratus sum amplissimū sup. esse, & gaudere factum esse, qd̄ tu maluisti. Vale & dilige nos, & p̄sta socijs & Reip. securitatē & diligentiam, itinere instituto. i. iuxta morē tuum inceptum, aut ubi incepis redire.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

I iucundam sibi Catonis gratulationem fuisse dicit. Petitq; rursus, vt apud senatum sua sententia & voluntate a Catone adiuuetur.

M. CICERO M. CATONI S. D. 6

LAETVS *sum laudari me, inquit Hector, opinor, apud Nauium, abs te pater laudato viro. ea est enim profecto iucunda laus, quæ ab ijs proficiscitur, qui ipsi in laude vixerunt. ego vero, vel gratulatione literarum tuarum, vel testimonij sententiæ dicta, nihil est, quod me non assecutum putem. idq; mihi tum amplissimum, tum gratissimum est, te libenter amicitiæ dedisse, quod liquido veritati dares. &, si non modo vnus, verum etiam multi Catones essent in ciuitate nostra, in qua vnum extitisse mirabile est: quem ego currum, aut quam lauream cum tua laudatione conferrem? nam, ad meum sensum, & ad illud sincerum, ac subtile iudicium, nihil potest esse laudabilius, quàm tua oratio, quæ est ad me perscripta à meis necessarijs. sed causam meæ voluntatis, non enim dicam cupiditatis, exposui tibi superioribus literis: quæ etiam si parum iusta tibi visa est, hanc tamen habet rationem, vt non nimis concupiscendus honos, sed tamen, si deferatur à senatu, minime aspernandus esse videatur. spero aūt illum ordinem pro meis ob remp. susceptis laboribus me nō indignū honore, vsitato præsertim, existimaturum. quod si ita erit; tantum ex te peto, quod amicissime scribis; vt, cum tuo iudicio, quod amplissimū esse arbitraris, mihi tribueris, si id, quod maluero, acciderit, gaudeas. sic enim fecisse te, & sensisse, & scripsisse video: resq; ipsa declarat, tibi illum honorem nostrum supplicationis fuisse iucundum, quòd scribendo affuisti. hæc enim S. C. non ignoro ab amicissimis eius, cuius de honore agitur, scribi solere. Ego, vt spero, te propediem videbo, atque vtinam rep. meliore, quam timeo. Vale.*

HVBER. LAETVS sum) licet Cic. aperte dicat se cōtentū esse laudatione Ca. de rebus suis, putaretq; se oīa assecutum esse, quia Cato p literas gratulatus fuerat supplicationē ei decretam, ut præcedenti epl'a uisum est, & sn̄ia sua eius res gestas & laudes approbauerat, tñ hoc agit, ut Cato det operam, ut ēt triumphum obtineat, quē dicit sperare senatū facile sibi concessu꞉ pp sua merita in rep. {Lætus sum) apud Næuiū in tragœdia introducitur Priamus laudans Hectoris uirtutem, & probitatem, cui Hector, his uerbis rn̄det, lætus &c. sensus est gaudeo ô pater abs te, laudari, q̄ es uir laudatus, ea est. n. ratio lætitiæ suæ, q̄ iucundū sit laudari ab ijs, q̄ ipsi in laude uixerunt, sic ipse supra ad Luceium. Neque. n. sum ita demēs, ut me sempiternæ gloriæ p eum cōmendari uelim, q̄ non ipse quoq; in me cōmendando propriā ingenij gloriam cōsequatur, gratulationem quā fecit Cato in præcedenti epl'a cum dixit supplicationē decretam &c. {Sententiæ di.) à te, ut in prima parte præcedentis epl'æ uisum est. {Amplissimum) honestissimū. {Amicitiæ ded.) i. pro amicitia nr̄a dixisse quod pro ueritate diceres. {Liq̄do) clare, apte. {Et si nō modo) sensus est, & si essent ēt multi Ca. in nr̄a ciuitate, pluris tñ deberem facere laudationem tuam q̃ oēm triumphum, cū uero scis ēm, & id ēt sit mi꞉ quod unus extiteris multo etiā debeo pluris facere. hanc. n. sn̄iam intelligit, cū dicit, in qua unum extitisse mirabile est: intelligit. n. seniorē Ca. eum hic ad quē scribit, fuerit is. q̄ Vticensis post mortē dictus est. {Currum) triumphalem. {Aut lau.) uel de triūpho intelligit ēt per lauream. uel ponit pro uocatione, ut diximus lib. 2. epl'a, quæ incipit. Tu uide laudē quā de me fecisti. ita. n. distinguūtur laus & laudatio, laus de seipso est. laudatio de alio: ut si dicā laudes Cic. ubiq; celebrantur: & laudationes Cic. de Pō. elegantissime sunt: ponitur aūt nonnunquā laus pro laudatione. {Quem) q. d. nullū. {Cōferrem) cōpararem. {Ad meum sen.) i. ad sn̄iam meam. {Sincer꞉) pu꞉, sine pturbatione animi. {Ad il.) intelligit Cic. suum iudicium nō Catonis. i. cū & sincere & subtiliter iudicio nihil &c. Nō. n. dicam cupiditatis. nā uoluntas à rōne proficiscitur, cupiditas uero est appetitus. {Quæ) uoluntas. {Non ut ni.) i. ut honos & triūphus non nimis debeat cōcupisci, sed tñ si deferatur: nō sit respuēdus, hoc. n. rōnis est. {Illum or.) senatoriū. {Honore usi.) triūpho, q̄ solet dari alijs: q̄ etiam plerunq; minora fecerūt q̃ ego. {Quod si ita erit) ut senatus me dignū iudicet. {Tm̄) solūmodo. {Id quod ma.) i. triūphus. {Scribēdo) cum scriberetur. {Hæc ta.) Cuius de hon. agi.) ad quem pertinet honor. {Quām) quia intelligebat initia bello꞉ ciuilium.

Tantum.

ASCEN. LAetus sum. Gratū dicit sibi q̄ à Ca. laudetur, innuit tñ triūphum sperare dicēs, Hector sup. ut opinor inq̄t apud Næuium in tragœdia, ô pater. s. Priame, ego sum lætus. i. gaudeo me laudari abs te uiro laudato. Ea. n. laus est pfecto iucunda quæ pficiscitur ab ijs q̄ ipsi uixerūt in laude. Nihil est qd̄ ego nō putem me assecutū sup. esse. i. obtinuisse, uel gratulatione lr̄a꞉ tua꞉, uel testimonijs sn̄iæ tuæ. Et est mihi tum amplissimū, tum gratissimū, te dedisse libenter amicitiæ. quod dares liquido. i. manifesto iudicio ueritati, hoc est tm̄ amicitiæ causa me laudasse, quantū faceres si ita essem laudandus. Et si non modo unus, ue꞉ multi Catones essent in ciuitate nr̄a in qua unū extitisse. i. emersisse, est mirabile. quem currū. i. triumphalem, aut quā lauream conferrem ego cū laudatione tuā? q. d. nullū & nullam. Nam ad sensum meum & ad illud since꞉ ac subtile iudicium. s. quo creditur in me esse nihil est laudabilius quàm ea oratio tua quæ est pscripta ad me à necessarijs meis. Sed exposui tibi literis superioribus causam uoluntatis meæ, non. n. dicam cupiditatis. Quæ causa etiam ut si uisa sit tibi parum iusta, habet tñ hanc rationem, ut honos uideatur non concupiscendus nimis, sed tñ si deferatur. i. præsentetur à senatu, uideatur non aspernandus esse. Spero aūt illum ordinem. i. senatorium pro laboribus meis susceptis ob Remp. nō existi

existimatur me indignum honore presertim usitato. quod si erit ita, ego peto tm̄ à te, quod scribis amicissime, ut cū tribueris mihi iudicio tuo id quod arbitraris esse amplissimum hoc est uirtute & prudētia laudari, gaudeas, si id maluero.s.si triūphus acciderit, ego.n.uideo.i.intelligo te fecisse et scripsisse et uerius dicam, sensisse sic. Et res ipsa declarat, illum honorem supplicationis nostræ fuisse iucundum tibi, ꝙ.i.eo ꝙ affuisti scribendo.i.dum scriberetur. Ego enim non ignoro hæc senatusconsulta solere scribi ab amicissimus eius de cuius honore agitur. Ego ut spero uidebo te propediem.i.statim, atq; utinam Rep. sup. existente meliore.i.pacatiore quàm timeo, qa bellum ciuile inter Cæsarem & Pompeium audierat excitari.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

ET gratulatur Marcello, quod frater eius consul factus sit, & petit vt operam det, vt illi in prouincia succedatur.

M. CICERO PRO COS. S. D. M. MARCELLO COS. 7

TE & pietatis in tuos, & animi in remp. & clarissimi atque optimi consulatus, C. Marcello consule facto, fructum cepisse, vehementer gaudeo. non dubito, quid pñsentes sentiant. nos quidem longinqui, et à te ipso missi in ultima gentes, ad cœlū mehercule te tollimus verissimis, ac iustissimus laudibus. nam cum te à pueritia tua vnice dilexerim, tuq́ me in omni genere semper amplissimum esse & volueris, & iudicaris: tamen hoc vel tuo facto, vel populi R. de te iudicio multo acrius, vehementiusq́ diligo; maximaq́ lætitia afficior, cum ab hominibus prudentissimis, virisq́ optimis, omnibus dictis, factis, studijs, institutis vel me tui similem esse audio, vel te mei. vnum vero si addis ad præclarissimas res consulatus tui, vt aut mihi succedat quamprimum aliquis, aut ne quid accedat temporis ad id, quod tu mihi & S. C. & lege finisti: omnia me per te consecutum putabo. Cura vt valeas, & me absentem diligas, atque defendas. Quæ mihi de Parthis nunciata sunt; quia non putabam à me etiam nunc scribenda esse publice, propterea ne pro familiaritate quidem nostra volui ad te scribere; ne, cum ad consulem scripsissem, publice viderer scripsisse. Vale.

HVBER. TE & pietatis) Gratulatur Cic. M. Marcel. ꝙ ei⁹ frater cōsul factus esset, ppea ꝙ ipse. M. Marcel. se bene gessisset in cōsulatu, exponit deinde suā inter se beneuolentiā, & eius causas postea uero rogat eum, ut det opam, ꝙ sibi succedatur in ꝓuincia, postremo excusat se, quare nihil ad eū scripserit de ijs, quæ de Parthis nūciabantur. {Pietatis in tuos) qa uisus es & iudicatus pius cū tua causa factum est, ut frater tuus cōsul fieret. {Fructum) uoluptatē, remunerationem. {Præsentes) q sunt Romæ. {A teipso missi) qa s̄nia tua potissimum decretum est, ut in Ciliciā mitteremur. {In ult.) ex affectu dixit, non qd' Cilicia sit in ultimis terris. {In oī gñe) in qualibet re. {Iudicio de te) cū iudicabit dignissimū amplissimo honore. {Vel me tui) .i. uel me imitatorē tui. {Lege) annua in ꝓuincijs.n. Per legē non licebat ꝓconsulē esse ultra annū, ut supra alio loco ostēdit his uerbis ad curationē, et senatusc. & leges defendēdas, eaq; mihi ꝯditio maneat, q̄ ꝓfectus sum. {Finisti) determinasti. {Ad te) q es ꝯsul, & ꝑsone pu. {Ad cō.) q.n. ad ꝯsulem scribit uł scribere publice ad oēs, quia cōsul est persona publica.

Fructus.

ASCEN. TE & pietatis. Gratulatur M. Marcello ob cōsulatum fratris & petit sibi succedi, purgatq; ꝙ nō scripserit, hoc ordine: Ego gaudeo uehemēter te cepisse fructum, et.i. sił, pietatis in.i. erga tuos & animi.i. beneuolētiæ in Remp. & cōsulatus.s. tui optimi, atq; clarissimi, & hoc C. Marcello.l. fratre facto cōsule. Non dubito q̄n pñtes.i. q Romæ sunt, sentiant.s. aut factū tuum aut gaudiū ex eo. Nos quidem longinqui & missi à te.i. tua s̄nia, in ultimas gentes.s. imperij Romani, extollimus sup. te aut factū istud, ad cœlum mehercule uerissimis ac iustissimis laudibus. Nam cū dilexerim te unice à pueritia tua, & tu & uolueris & iudicaris me esse amplissimū semper in omni gñe.s. honorum, tum diligo te multo acrius & uehementius uel hoc facto tuo, uel iudicio populi R. de te, & afficior maxima lætitia cum ego audio ab hoibus prudentissimis, & uiris optimis uel me esse silem tui, uel te meis oibus dictis, factis, studijs, institutis.i. moribus. uero pro sed, si addis ad ꝑclarissimas res ꝯsulatus tui unū.s. ut aut aliquis succedat mihi quamprimū, aut nequid tpis accedat.i. addatur, ad id.s. tps, quod tu finisti.i. ꝯstituisti mihi & senatuscōsulto.s. de nouo decreto & lege.s. antiqua ut annua sit ꝓuincia, putabo me ꝯsecutum oia ꝑ te, cura ut ualeas & diligas me absentē atque defendas. Ego ne quidē pro familiaritate nr̄a uolui ad te scribere ea quæ nūciata sunt mihi de Parthis.s. q Euphratē trāsierunt, qa non putabā ea scribēda esse à me ēt nunc.i. adhuc publice, ne cum scripsissem ad consulem, uiderer scripsisse publice. Erat ergo Marchus adhuc consul, sed Caius designatus.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Officiosa est epist. qua C. Marcello de nouo consulatu gratulatur.

M. CICERO PRO COS. C. MARCELLO COS. DES. S. D. 8

MAXIMA sum lætitia affectus, cum audiui te consulem factum esse: eumq́ honorē tibi deos fortunare volo, atque à te pro tua, parentisq́ tui dignitate administrari. nam cum te semper dilexi, amauiq́, quòd mei amantissimum cognoui in omni varietate rerum mearum: tum, patris tui pluribus beneficijs, vel defensus tristibus temporibus, vel ornatus secūdis, necesse est vt et sim totus uester, & esse debeam: cū presertim matris tuæ, grauissimæ, atque optimæ fœminæ, maiora erga salutē, dignitatemq́ meam studia, quàm erant à muliere postulanda, perspexerim. quapropter à te peto maiorem in modum, vt me absentem diligas, atque defendas. Vale.

HVBER. MAXIMA) Gratulatur Cic. Marcel. ꝙ esset cōsul designatus, optatq; eū feliciter gerere eum magr̄m. petitq; ab eo ut administret eū pro dignitate & sua & patris: narratq; Cic. cām quare hoc optare debeat. Postremo ab eo petit: se absentē diligat & defendat. credo hanc ep̄lam debuisse inscribi C. Marcel. non aūt Marco, ut ꝑcedēs satis declarat. {Volo.) opto. {Fortunare) secūdare, selicē facere. {Propter te d.) ut meretur tua dignitas & p̄ris. {Tristib.) cū multi oppugnabāt, & salutē meā & fortunas. {Absentē) ab urbe, q sum in ꝓuincia.

Volo. Fortunare.

ASCEN. MAxima &c. Gratulatur C. Matcello ꝙ ꝯsul sit designatus. Ordo est. Affectus sum maxima lætitia cū audiui te factū esse cōsulem, & uolo.i. opto deos fortunare.i. secūdare tibi eū honorē, atq; administari à te pro dignitate tua & parētis tui, nam cū.s. ita sit ꝙ dilexi & amaui semp te, tum cognoui sup. te iam amantissimū mei in omni uarietare rer̄ mear̄, tum.i. insup uel defensus cōpluribus beneficijs patris tui tpibus tristibus.i. aduersis, uel ornatus secūdis.i. ꝓsperis.s. tpib⁹. et sum & debeo esse tot⁹ uester.i. tuus, & p̄ris. Presertim cū ꝑspexerim studia matris tuæ fœminæ grauissimæ, atq; optimæ maiora erga salutē & dignitatē meā, q̄ erāt postulāda à muliere. Quapp peto à te ī modū maiorē ut diligas & defendas me abn̄tē.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Gratulatur rursus M. Marcello, quod frater consul factus sit.

M. CICERO PRO COS. M. MARCELLO COLLEGHAE S. D. 9

MARCELLVM tuum consulem factū, teq́ ea lætitia affectum esse, quam maxime optasti, mirum in modum gaudeo; idq́ cum ipsius causa, tum quòd te omnibus secundissimis rebus dignissimum iudico: cuius erga me singularem beneuolentiam vel in labore meo, vel in honore pe

re perspexi: totam denique domum vestram vel salutis, vel dignitatis meæ studiosissimam, cupidissimamq́ cognoui. quare gratum mihi feceris, si uxori tuæ Iuniæ, grauissimæ, atque optimæ fœminæ, meis verbis eris gratulatus. A' te id, quod consuesti, peto, me absentem diligas, atque defendas. Vale.

HVBER.

M ARCELLVM tuum,) Etiam hac ep̃la gratulatur Cic. M. Marcello q̃ eius frater C.Mar. consul factus esset utriusq; causa: & q̃ eius domum semper salutis & dignitatis suæ studiosam cognouit. {Ea quam maxime optasti) sicut & dixit in alia ep̃la, te et pietatis in tuos, & animi in remp. & clarissimi atque optimi consulatus. Caio Marcello consule facto fructum cepisse uehementer gaudeo. {Domum) familiam. {Eris gratulatus) de isto honore uestro.

ASCEN.

M Arcellum. Gratulatus est M. Marcello fratri & C.Marcello cõsuli, nunc aũt gratulatur ut perspicio utriusq; patri dicens. Ego gaudeo mirũ in modum Marcellum tuum. s. filiũ esse factum cõsulem, & te affectum esse ea lætitia quã optasti maxime, idq́; sup. facio, tum. i. pariter causa ipsius. s. C. Marcelli, tum q̃ iudico te dignissimum oibus rebus secũdissimis. i. ꝓsperissimis, te dico, cuius ꝓspexi beneuolentiã singularẽ erga me uel in labore. i. aduersitate, uel i honore meo. deniq; cognoui totã domum u᷑am studiosissimam & cupidissimã uel salutis. s. in labore, uel dignitatis meæ. s. in honore. Quare tu feceris mihi gratũ. si gratulatus eris uerbis meis Iuniæ uxori tuæ fœminæ grauissimæ atq; optimæ. s. de ꝯsulatu filij. Ego peto à te id qđ ꝯsuesti. i. ꝯsuetus es, ut diligas atq; defendas me absentẽ. Quia i supiori dixit se matri ꝯsulis debere, quã nunc ꝯiugẽ dicit, certũ est q̃ patri non fratri gratulatur.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

P Etit à consule, vt honori & dignitati Ciceronis faueat in senatusconsulto, quod petebat Cicero.

M. CICERO IMP. C. MARCELLO
C. F. COS. S. P. D. 10

Q VANDO id accidit, quod mihi maxime fuit optatum, vt omnium Marcellorum, Marcellinorum etiam, (mirificus enim generis, ac nominis vestri fuit erga me semper animus) quando ergo ita accidit, vt omnium vestrum studio tuus consulatus satisfacere posset, in quem mea res gestæ, lausq́, & honor earum potissimum incideret: peto à te id, quod facillimum factu sit, non aspernante, vt confido, senatu; vt quamhonorificentissimum S. C. literis meis recitatis faciendum cures. si mihi tecum minus esset, quàm est cum tuis omnibus, allegarem ad te illos, à quibus intelligis me præcipue diligi. patris tui beneficia in me sunt amplissima. neque.n. saluti meæ, neque honori amicior quisquam dici potest. frater tuus quanti me faciat, semperq́ fecerit, esse hominem, qui ignoret, arbitror neminem. domus tua denique tota me semper omnibus summis officijs prosecuta est. neque vero tu in me diligendo cuiquam concessisti tuorum. quare à te peto maiorem in modum, vt me per te quamornatissimum velis esse, meamq́ & in supplicatione decernenda, & in ceteris rebus existimationem satis tibi esse commendatam putes. Vale.

HVBER.

Q VANDO id) rogat. Cic. C.Marcellũ. consulem designatum, ut qñ accidit h̃re magistratũ, cũ ei prodesse põt: curet senatusc. honorificentissimũ de eo fiat, ut ei faueat, & in supplicatione decernẽda, & in ceteris rebus, quod eũ facere debere multis causis ꝓbat. {Qñ) qm̃. {Marcellorũ & Marc.) erãt hæ duo inter se cognatæ familiæ nobilissimæ. {Qñ ergo rep.) qm̃ erat obscurũ addere & post parẽthesim. {In quẽ) consulatũ. {Incideret) deueniret. i. in quo ꝯsulatu tuo ageretur de rebus meis gestis & honore meo. {Nõ asper.) i. ꝯsentiente, Lis

Incidere :

ptote ut munera nec spreno. {Faciendũ) decernendũ & scribẽdũ de me honorando. {Si esset minus tecũ) .i. minus amicitiæ h̃rẽm tecum quã cum oibus tuis. {Frater M.Marcel.) Concessisti cuicq̃, fuisti inferior quoq̃. {Existimationem) auctoritatẽ.

ASCEN.

C Vm. Rogat ut sibi prosit in honore decernendo, cũ quia consul sit possit, & quia necessarius debeat, dicens. Qñ. i. qm̃ id, quod fuit optatũ mihi maxime, accidit. i. euenit ut consulatus tuus possit satisfaceret studio oium Marcellorũ, & etiã Marcellinorũ, aius. n. nominis ac g̃nis uestri fuit semper mirificus erga me, qñ ergo ita accidit ut cõsulatus tuus posset satisfacere studio, oium u᷑m, In quem. s. consulatũ res meæ gestæ. s. in ꝓuincia sup. inciderant, & laus & honor earũ, incideret potissimũ peto à te id quod sit facillimũ, factu. i. ut fiat senatu, ut confido, non aspernante, ut literis meis recitatis. i. postq̃ erũt recitatę, cures senatuscõsultum. i. decretũ de honore meo, faciendũ. i. ut fiat quamhonorificentissimũ. Si minus. s. necessitudinis & amicitiæ esset mihi tecũ, quam est cum oibus tuis. s. cõsanguineis, allegarẽ. i. intercessores mitterem ad te oẽs à q̃bus intelligis me diligi p̃cipue. Beneficia patris tui sunt amplissima in me i Ego arbitror neminẽ. i. nullum hoiem esse, q ignoret quãti, frater tuus. s. Marcus, me faciat. s. modo. Est. n. p̃ñtis subiunctiui, & fecerit semp. Deniq; tota domus. s. familia tua ꝓsecuta est me semp oibus summis officijs. Neq; uero tu cõcessisti. i. locum dedisti cuiq̃ tuorũ. s. parentũ, in diligẽdo me quare peto à te ut uelis me esse p te. i. tuo decreto quãornatissimũ. i. summis honorib. ut sunt supplicatio & triũphus, et putes existimationem. i. reputationẽ meam esse satis cõmendatam tibi, & in supplicatione decernẽda, & in ceteris rebus.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Agit gratias Marcello, quod in dignitate et ornamẽtis ab illo adiutus sit.

M. CICERO IMP. C. MARCELLO
COS. S. P. D. 11

Q VANTAE tibi curæ meus honos fuerit, & quàm idem extiteris consul in me ornando, & amplificando, qui fueras semper cum parentibus tuis, & cum tota domo; etsi res ipsa loquebatur, cognoui tamen ex meorum omnium literis. itaque nihil est tantum, quod ego non tua causa debeam, facturusq́ sim cum studiose, tum libenter. nam magni interest, cui debeas: debere aũt nemini malui, quàm tibi: cui me cum studia cõmunia, beneficia paterna, tuaq́ iam ante coniunxerant: tum accedit, mea quidem sentẽtia, maximum vinculum, quòd ita remp. geris, atque gessisti, qua mihi carius nihil est, ut, quantum tibi omnes boni debeãt, quo minus tantundem ego vnus debeam, non recusem. quãobrem tibi velim ij sint exitus, quos mereris, & quos fore confido. Ego, si me nauigatio non morabitur, quæ incurrebat in ipsos Etesias, propediem te, vt spero, videbo. Vale.

HVBER.

Q VANTAE) C.Marcel. superiore epistola à Cic. rogatus ut ei faueret i dignitate sua, id fecerat diligentissime. Itaque Cic. fatetur se ei obligatum & pp hanc causam & pp alias, quas enumerat. Postremo dicit se propediem uenturũ, nisi à uentis impedita fuerit nauigatio sua. {Idem) talis. {Res) effectus, quia te fauente decretæ erant mihi supplicationes. {Tantum) tam magnum & difficile. {Ita) tanto consilio & diligentia. {Ii) tales. {Etesias) uentos de quibus diximus libro secundo in epistola, quæ incipit. Non potuit accuratius, In fine.

Res.

Etesia.

ASCEN.

Q Vantæ &c. Fatetur gratum esse officium Marcelli et se illi deuinctum, ac demum dicit se propediem uenturũ, nisi à uẽtis impedita fuerit nauigatio sua. Ordo est: Etsi. i. q̃q̃, res ipsa loquebatur. i. satis declarabat, tñ cognoui ex literis omniũ meorũ, quantæ curæ honos meus fuerit tibi, & q̃. i. quantum, extiteris. i. fueris, aut apparueris idem. i. eiusdem animi in me ornando, & amplificando cõsul. i. cum esses cõsul. Qui. i. qualis fueras semper cum parentibus tuis. Itaque nihil est tm̃. i. tã magnum, quod ego non debeam causa. i. in re tua, & qđ ego

non sim facturus studiose.i.dilligēter ac libenter. Nam interest.i.refert magni.i.multum,cui debeas,aūt.i.sed, ego nemini malui debere, q̃ tibi.cum.s.ita sit,ꝙ studia cōia, & beneficia paterna & tua,coniūxerant me iam ante.i.prius,tum.i.euidētius,quidem.i.certe sn̄ia mea.i.quantum sentio, maximū uinculum accessit.i.additum est necessitudini amoris,ꝙ geris atque gessisti Remp. qua nihil est carius mihi, ita ut non recusem quo minus.i.ut nō ego debeam tibi tm̄ quantum oēs boni. Quāobrem uelim sup.ut hi.i.tales sint tibi exitus.s.cōsulatus tui,quos.i.quales mereris,& cōfido fore.i.futuros. Ego,ut spero, uidebo te ꝓpediem si nauigatio non morabitur.i.tenebit in mora me,quę.s.nauigatio incurrebat in ipsos.Etesias.s, uentos qui à Strabone subsolani.s.Euri dicuntur.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Officiosa est epistola, & petitoria, vt ei succedatur.

M. CICERO IMP. L. PAVLLO
COS. DES. S. D. 12

ETSI mihi nunquam fuit dubium,quin te populus R. pro tuis summis in remp. meritis,& pro amplissima familiæ dignitate, summo studio, cunctis suffragijs consulem facturus esset: tamen incredibili lætitia sum affectus, cum id mihi nunciatum est: eumq́ honorem tibi deos fortunare volo,à teq́ ex tua,maiorumq́ tuorum dignitate administrari. atque vtinam præsens illum diem mihi optatissimum videre potuissem, proq́ tuis amplissimis erga me studijs,atque beneficijs tibi operam meam, studiumq́ nauare. quam mihi facultatem quando hic nec opinatus, & improuisus prouinciæ casus eripuit: tamen, vt te consulem remp. pro tua dignitate gerentem videre possim,magnopere à te peto,ut operam des,efficias,ne quid mihi fiat iniuriæ, néue quid temporis ad meum annuum munus accedat. quod si feceris, magnus ad tua pristina erga me studia cumulus accedet. Vale.

HVBER. ETSI mihi) ostendit Cic. se summa lætitia affectum esse ꝙ Paullū consulem factū intellexit,& optat hunc honorē ei felicem fore. Optat aūt se interfuisse,ut potuisset ei ꝓstare operā suam, Postremo eū rogat,ut det operā ne quid tpis ei ꝓrogetur. {Amplissima familiæ dig.) nam Paulloꝝ familia à multis præclaris uiris nobilissima fuit à Paullo illo Aemilio originem ducens quem Pythagoræ discipulum fuisse arbitrantur. Ex ea familia fuit ille Paullus, qui ad Cānas gloriosissime occubuit,ne tātæ reip.calamitati superesset,& ille q Persen Macedoniæ regem uicit. {Cunctis suff.) i.omnium approbationibus. {Nauare) diligenter præstare. {Hic) quia ꝑ imminentiā belli cōpulsus sum uenire in prouinciam. {Ne quid mihi fiat in.) iniuriam sibi factam existimat: si ultra statutum tp̄s cogatur esse in prouincia. {Munus) officium, proconsulatum.

Paullorū familia. — *Nauare.* — *Munus.*

ASCEN. ETsi &c. Gratulatur Paullo de cōsulatu.dicit se uelle interfuisse honoribus illius,rogans ne quid tpis sibi ꝓrogetur. Ordo est. Etsi nunq̃ fuit dubiū quin P.R.facturus esset summo studio & cunctis suffragijs te consulē pro summis meritis tuis in Remp.et pro amplissima dignitate familiæ tuę.tn̄ ego affectus sum incredibili lætitia cū id nunciatū est mihi,& uolo.i.opto deos fortunare.i.secūdare tibi eum honorem.i.honorificū magistratum,& administrari à te ex dignitate tua.i. s̄m dignitatem tuā & maioꝝ tuoꝝ. Atq̧ utinam ego p̄ns potuissem uidere illū diem.s.comitioꝝ,optatissimum, atq̧ nauare.i.copiose impendere tibi operā meam & studiū.s.meū pro amplissimis studijs tuis erga me, Quam facultatem,qñ.i.qm̄, hic casus.i.fortuitus aditus ꝓuinciæ nec opinatus & improuisus eripuit mihi,tn̄ peto magnopē à te ut des operā,& efficias neq̄d iniuriæ fiat mihi, ne q̄d.i.aliq̄d tpis, accedat.i.addatur ad munus.i.onus meū annuū.i.legitime duntaxat ꝑ annum gerendū,ut possim uidere te cōsulem gerentem Remp. pro dignitate tua. quod si feceris magnus cumulus.i.magnum incremētum, accedet.i.addetur ad pristina studia tua erga me,

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

OFficium suum Paullo approbat, deinde petit ut dignitatem illius promoueat in senatusconsulto approbando.

M. CICERO IMP. L. PAVLLO
COS. S. D. 13

MAXIME mihi fuit optatum, Romæ esse tecum,multas ob causas, sed præcipue, vt & in petendo, & in gerendo consulatu meum tibi debitum studium perspicere posses. ac petitionis quidem tuæ ratio mihi semper fuit explorata: sed tamen nauare operam volebam. in consulatu vero cupio equidem te minus habere negocij: sed moleste fero,me consulem tuum studium adolescentis perspexisse,te meum,cum id ætatis sim, perspicere non posse. sed ita fato nescio quo contigisse arbitror, vt tibi ad me ornandum semper detur facultas, mihi ad remunerandum nihil suppetat præter voluntatem. ornasti consulatum, ornasti reditum meum. incidit meum tēpus rerum gerendarum in ipsum consulatum tuum. itaque, cum & tua summa amplitudo,& dignitas, et meus magnus honos, magnaq́ existimatio postulare videatur, vt à te pluribus uerbis contendam,ac petam, vt quamhonorificentissimum S. C. de meis rebus gestis faciendum cures: non audio vehementer à te contendere; ne aut ipse tuæ perpetuæ consuetudinis erga me oblitus esse videar,aut te oblitum putem. quare, vt te velle arbitror,ita faciam; atque ab eo,quem oēs gentes sciunt de me optime meritum, breuiter petam. si alij consules essent,ad te potissimum Paulle mitterem, vt eos mihi quamamicissimos redderes. nunc cum tua summa potestas, summaq́ auctoritas,notaq́ omnibus nostra necessitudo sit.: vehementer te rogo, vt & quamhonorificentissime cures decernendum de meis rebus gestis,& quamcelerrime. dignas res esse & honore,& gratulatione,cognosces ex ijs literis,quas ad te, & collegam,& senatum publice misi: omniumq́ mearum reliquarum rerum, maximeq́ existimationis meæ procurationem susceptam velim habeas; in primisq́ tibi cura sit, quod abs te superioribus quoque literis petiui,ne mihi tempus prorogetur. Cupio te consulem videre, omniaq́, quæ spero,cum absens, tū etiam præsens te consule assequi. Vale.

HVBER. MAXIME) Dolet Cic.ꝙ non fuerit Rom. quo tpe Paullus petiuit cōsulatū,ut potuisset cū iuuare quemadmodū ab eo adiutus est alīs & in salute & in dignitate, postea uero cōmendat ei honorem suū, ut curet senatusconsultum honorificentissimū de rebus suis gestis decerni, sicut ēt supra scripsit ad Marcel.postremo ne quid tpis sibi prorogetur,sicut,et in superiori epl̄a. {Romę mi.lem.fuit) qa scio te & summa moderatione,& uirtute fretū petiuisse. {Minus ne.) minus laboris. {Sed mo.fe.) sensus est. Doleo quod cū essem consul,adolescēs ꝓstiteris mihi studiū tuū, & nunc ergo iā grauioris ętatis nō potuerim tibi ꝓstare meū. {Nescio quo fa.) nescio quo infortunio,uel fatoꝝ quadā dispōne. {Suppetat) sufficiat,sit. {Præter uo.) excepta uolūtate,q̃ semꝑ est prōptissima. {Cōsuetudinis ꝑpe.) s.me semꝑ ornādi. {Alij) quē tu. {Dignas g.) supplicatione, i.qua gratulemur dijs. Vale.Max.lib.1.cap.1. Prisco ēt instituto opa datur cū aliq̄d cōmendandū precatione,cum exposcēdū uoto,cōsoluendū gratulatione. {Ad co.Ma.) intelligit ad quē supra scripsit. {Procurationē) tutelā,defensionē.

Suppetat.

ASCEN. MAxime &c. Iteꝝ sibi dolere dicit ꝙ nō fuerit Romæ, cum Paullus ꝯsulatū peteret,ut ei auxilio fuisse potuisset. Deinde cōmendat ei honorē suū in senatuscōsulto hn̄do, & demū rogat ne ꝓuincia sibi ꝓrogetur. Ordo est. O Paulle optatum fuit maxime mihi.i.à me, esse te cū Romæ ob multas causas, sed ꝓcipue,ut posses ꝑspicere studiū meum debitū tibi in petēdo & gerendo consulatu.i.dū peteres & gereres consulatum. At ratio.i.ratificatio quidē petitionis tuæ fuit semꝑ explorata mihi,

ta mihi, sed tñ uolebam .i. optabã nauaee operã .l. tibi impendere magnũ auxilium. Veꝝ .i. sed cupio eq dem te hẽre minus negocij .i. difficultatis in consulatu .l. gerendo, sed fero moleste me consulẽ .i. cum essem consul, ꝑspexisse studiũ tuũ .i. diligentẽ fauorẽ in me adolescentis .i. cum esses adhuc adolescẽs, & te non posse ꝑspicere studium meũ .s. in te cũ sim id ætatis .i. ea ætate, hoc est tam senex. Figurate dr̃ id ætatis sicut id genus, pro eius gñis. Sed arbitror contigisse nescio quo fato .i. deoꝝ ordinatione, ita ut facultas detur tibi semꝑ ad ornandum me, & nihil suppetat .i. facultatis sit ad remunerandum ꝑter uoluntatem. Tu ornasti consulatũ meum, ornasti reditũ meum qa meum tp̃s reꝝ gerendaꝝ .i. quo ees gessi .s. ꝑclaras i Cilicia incidit in ip̃m consulatum tuũ. Itaq̧ cum summa amplitudo & dignitas tua, & magnus honos meus & magna existimatio .l. reputatio de me uideatue postulare ut contendam ac petã à te plurimis uerbis, aut cures senatusconsultũ .l. decretum senatũ .i. sup ea re consulti, faciendũ .i. ut fiat, q̃ honorificentissimum de rebus gestis meis, non audeo contẽdere .i. exigere uehemẽtee à te, ne aut ipse .i. egomet uideae oblitus esse, aut putẽ te oblitũ esse ꝑpetuæ consuetudinis tuę eega me. Quare ego faciam ita, ut arbitroe te uelle, atq̧ petã bř ab eo, hoc est à te quem oẽs gentes sciunt meritũ optime de me. Ideo ergo bř, qa quem sp munificum, in uos ꝑspeximus, non opus est multis uerbis urgere. ingeniose ergo, ut sp petit. Si alij essent consules, ò Paule, ego mitterẽ .s. nuncios & lr̃as potissimũ ad te, ut redderes eos q̃ amicissimos mihi. nunc cum summa ptãs & summa auctoritas tua, & necessitudo nr̃a nota sit oibus, rogo te uehementer ut cures decernendũ q̃ honorificentissime de rebus meis gestis & q̃celerrime .i. ualde cito. tu cognosces ees esse dignas & honore & gratulatione ex literis, quas misi publice ad te & collegã .s. consulẽ .s. C. Marc. et ad senatum, & uelim sup. ut hẽas susceptã .i. suscipias ꝓcurationẽ oium reliquaꝝ reꝝ meaꝝ, & maxime .i. ꝑcipue existimationis meę .i. famę meę, ubi meæ uř passiue poni, inest tñ uis possidẽdi q̃dã, & sup. ut curæ sit tibi in ꝑmis qđ petiui, quoq̧ .l. ẽt lr̃is supiorib. abs te ne tp̃s ꝓrogetue .i. extẽdatue mihi .i. administratione ꝓuinciæ meæ. Cupio uidere te ꝯsulẽ & assequi oia te consule tũ abñs .s. supplicationẽ, tum pñs .s. triumphũ.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Respondet ad Cassij cõmendationem & se illũ cupisse uidere antequã in ꝓuinciã iret, dicit: postremo petit, ut operã det ut ei succedatur.

M. CIC. C. CASSIO PRO QVAEST. S. 14

M. FABIVM *quòd mihi amicum tua cõmendatione das, nullum in eo facio quæstum: multi enim anni sunt, cum ille in ære meo est, & à me diligitur propter summam suam humanitatem, & obseruantiam. sed tamen, quòd te ab eo egregie diligi sensi, multo amicior ei sum factus. itaque, quanquã profecerunt literæ tuæ: tamen aliquanto plus cõmendationis apud me habuit aĩus ipsius erga te mihi perspectus, & cognitus. sed de Fabio faciemus studiose, quæ rogas. Tu, multis de causis vellem, me conuenire potuisses: primum, vt te, quem iandiu plurimi facio, tanto interuallo viderẽ: deinde, vt tibi, quod feci per literas, possem præsens gratulari: tum, vt quibus de rebus vellemus, vt tuis, ego meis, inter nos cõmunicaremus: postremo, vt amicitia nostra, quæ summis officijs ab vtroque culta est, sed longis interuallis temporũ interruptã consuetudinẽ habuit, confirmaretur vehementius. id quando non accidit, vtemur bono literarum; & eadem fere absentes, q̃ si coram essemus, consequemur. vnus scilicet ille fructus, qui in te videndo est, percipi literis non potest. alter gratulationis est, is quidem exilior, quàm si tibi, te ipsum intuens, gratularer. sed tamen & feci ante, & facio nunc, tibiq́; cum pro rerum magnitudine, quas gessisti, tum pro opportunitate temporis gratulor, quòd te de prouincia decedentem summa laus, & summa gratia prouinciæ prosecuta est. tertiũ est, vt id, quod de nostris rebus coram cõicassemus inter nos, conficiamus idẽ literis. ego ceterarum rerum causa tibi Romam properãdum magnopere censeo. nam & ea, quæ reliqui, tranquilla de te erant: &, hac tua recenti victoria canta, clarũ aduentum tuum fore intelligo. sed si quæ sunt onera tuorum; si tanta sunt, vt ea sustinere possis; nihil tibi erit lautius, nihil gloriosius. sin maiora; considera, ne in alienissimum tẽpus cadat aduentus tuus. huius rei totum consilium tuũ est. tu .n. * scis, quid sustinere possis. si potes, laudabile, atque populare est: sin plane non potes, absens hoĩum sermones facilius sustinebis. De me aũt idem tecum his ago literis, quod superioribus egi, vt omnes tuos neruos in eo contendas, ne quid mihi ad hanc prouinciam, quam & senatus, & populus annuam esse voluit, temporis prorogetur. hoc à te ita contendo, vt in eo fortunas meas positas putẽ. habes Paullum nostrum nostri cupidissimũ: est Curio: est Furnius. sic velim tuitare, quasi in eo sint mihi oĩa. Extremum illud est de ijs, quæ proposueram, confirmatio nostræ amicitiæ. de qua pluribus verbis nihil opus est. tu puer me appetisti. ego autem semper ornamento te mihi fore duxi. fuisti etiam ꝑsidio tristissimis meis temporibus. accessit post tuum discessum familiaritas mihi cum Bruto tuo maxima. itaque in vestro ingenio, & industria mihi plurimũ & suauitatis, & dignitatis constitutũ puto. id tu vt tuo studio cõfirmes, te vehemẽter rogo, literasq́; ad me & cõtinuo mittas, &, cũ Romã veneris, quã sæpissime. Vale.*

* alias sentis.

HVBER.

M. Fabium) Ante tp̃a belloꝝ ciuilium scripta est hæc ep̃la, cum Cic. Ciliciæ pesset primũ aũt pollicetue se oia studiose factuꝝ ꝓ M. Fabio, quẽ Cassius ei cõmendauerat, sui aũt in eum officij, multas cãs cõmemorat. postea uero enumerat aliquot cãs, q̃bus dicit se optasse potuisse uidere ip̃m Cassium anteq̃ ex ꝓuincia discederet. exponit aũt qđ sentiat de eius aduentu ad urbẽ. Postremo ab eo petit, ut oẽm opam & diligentiam adhibeat, ne qđ tp̃is ad eam ꝓuinciã sibi ꝓrogetur, & cõmemorat Cic. qualdã cãs amicitiæ & bñuolentiæ inter se & Cassiũ qđ, qa. {Nullum in eo f.) qa hunc locũ scio à multis non intelligi, q̃ ita exponunt, nullũ lucrũ facio, qa nõ exigo ab eo pecuniã quã mihi debet, sed hæc uerba lõge alr̃ sonat. est ergo sensus huius clausulæ hic ꝙ cõmendatione tua tradis mihi amicũ M. Fabiũ, nihil lucror, de eo mihi. {Tua c.) dato amico, qa iam multis annis erat meus. tũc.n. lucramue qñ aliqs q non soleret esse amicus datur nobis amicus, sicut cum datur nobis aliqđ, qđ non esset nr̃m, cum .n. datur nobis, qđ erat nr̃m, nihil in eo lucri facimus. {In ære meo est) trãslatio sumpta à numis .i. iam multis annis est meus, & à me ut ita dicam possidetue. {Profecerunt) ualuerunt multum, ut esset, mihi cõmendatus. {Animus ipsius erga te) .i. plus tñ habui cõmendatum ea cã, ꝙ cognoui eũ esse amantissimo in te aio. {Tanto int.) tanto spatio tp̃is, nam iandiu te non uidi. {Deinde) secunda cã. {Gratulari) de uictoria tua & rebus bñ gestis in ꝓuincia, nam supra lib. ij. sic scripsit Cic. ad M. Cœ. Cęs. nr̃ qđ mihi magnæ uoluptati fuit, felicitee Ab Antiochia hostem reiecerat. {Cõicaremus) cõitee & sil̃ colloqueremue. {Postremo) ultimo. {Interruptã) intermissam. Virg. Pendent opa interrupta, minæq́; Muroꝝ ingẽtes. {Id) ut pot ueris me cõuenire. {Bono) cõmodo. {Cõsequemue) cõpaeabimus .s. ꝑ lr̃as. {Scilicet) certe, affirmatiua .n. ꝑticula est. {Fructus) uoluptas. {Alter) fructus. {Exilior) tenuior, mitioe. {Quas g.) reiectus Parthis ab Antiochia, nã q dñt intelligi res gestas à Cas. i Syriã cõtra Dolab. nõ aduertunt historiã ꝑuerti, cũ Cic. ꝑfuerit ꝓuinciæ ante mortẽ Cæs. & qua Cas. egit cõtra Dolab. in Syria fuerint Cæs. iam occiso, ut uisum est lib. xij. {Gratia) beneuolentia. {Conficiamus idem lit.) cõmunicemus per lr̃as de rebus nr̃is. {Quæ re.) s. Romæ .i. qui agebantur Rom. cũ ego discessi.

Scilicet. Fructus

discessi. {Tranquilla de re erant) quieta, qđ non multum de te loquebautur hoies. {Recenti) noua. {Clax) illustrē oibus notū. q.n. aliquis uir in ptiam aduenit magnis reb⁹ gestis, oēs de eo loquuntur. {Si q̄ sunt ou. tuox) .i. si tui quos tecū hēs aliquid ageret, quod tibi sit defendendum. {Sustinere) defendere. {Maiora) q̄ tu sustinere possis. {Alienissimū) incō modissimū. {Cadat) incidat. {Tuum) qua lcis q tibi tuox one ra sint. {Populare) fauorabile. {Non p.) sustinere. {Facilius) si esses Romæ & audiret, intelligim⁹ aūt aliqd minus bū sem fuisse ab ijs, q erant cum Cassio. qđ ei minus bonam famam, apud boies faceret. {Neruos) uires, tractū est ab Eun. Teret. Vbi tu neruos intendas tuos. ex hoc aūt loco Cic. possumus intelligere apud Terent. non esse obscœne intelligendum, ut qdam male sentiunt. {Annuam) administratione unius anni. {Contendo) efflagito. {Fortunas m.) oia mea. {Paullū) ɔsulē quē supra uidim⁹ ēt à Cic. de hac re rogatū. {Curio) ad quē lib. ij. de hac re scripsit epla, q̄ icipit. Sera gratulatio. {De qua) ɔfirmatione nr̄æ amicitię. {Appetisti) spōte optasti amis cū. {Duxi) existimaui. {Ornamēto) honori. {Præsidio) adiumēto. {Tristissimis t.) exilij mei, cū restituerer in ptiam mihi fauisti. {Tuo) tibi sanguine ɔiuncto. {Vestro) tuo, & Bruti. {Continuo) statim ut meas accepis. {Q aŭ ſæp.) mittas lras.

Popularē *Neruos.*

ASCEN. MArcum &c. Scripta est hęc epla à n bella ciuilia cū Cicero Ciliciæ pęsset. Pollicetur itaq; primum se oia studiosissime factux pro M. Fabio sibi à Cass. cōmendato. Exponit etiā quid sentiat de reditu suo in urbem. Postremo ab eo petit ut diligentissime curet ne qd tpis sibi prorogetur. Ordo est. Ego nullum q̄stum .i. lucrum facio in eo q̄ das .i. efficis tua cōmē datione M. Fabium amicū mihi. Multi .n. anni sunt cū .i. post quos ille est in ære meo .i. meus, & diligitur à me pp summā humanitatem & obseruātiam eius .s. in me. Sed tñ factus sum multo amicior ei, q̄ .i. quia diligeris egregie ab eo. Itaq; q̄q̄ lræ tuæ ɔfecerunt, tñ aius ipsius erga te ɔspectus & cognit⁹, habuit plus aliquanto cōmendationis apud me. Sed nos faciemus studiose ea q̄ rogas. de Fabio uellē de multis causis .i. ob multas cās sup. ut tu potuisses ɔuenire .i. adire me. Primū ut uiderē tanto interuallo .i. post tm̄ interuallum te quē facio plurimi iandiu. Deinde ut qđ feci p lras, possem .s. facere pñs, hoc est gratulari tibi, tum .i. tertio loco, ut cōicaremus inter nos de qbus rebus uellē tu supp. cōicares de tuis, & ego supp. cōicarem de meis. Postremo ut amicitia nr̄a q̄ culta est ab utroq; .s. nr̄m, summis officijs, sed habuit ɔsuetudinem interruptam longis interuallis tpis, ɔfirmaretur uehemētius. Q ñ .i. qm id .s. nos ɔuenisse non accidit, utemur bono .i. utilitate lit terax, & ɔsequemur .i. obtinebimus fere eadē abntes, q̄ .s. ɔsecuti essemus, si essemus corā .i. pñtes. Scilicet cur fere dixerim, qa ille unus fructus .i. ea una uoluptas q̄ est in te uidendo, non pōt pcipi lris, aliter .s. fruct⁹ est gratulationis, & is qdē exilior .i. minor est, q̄ si gratularer tibi intuens teipm. Sed tñ & feci antea, & facio nūc, q̄ ɔ .i. gratulor tibi, cū .s. ita sit q̄ ɔ magnitudine rex quas gessisti .s. reijciendo Parthos Antiochia, tum ɔ opportunitate tpis quò summa laus & summa gra ɔuinciæ, ɔsecuta est, te decedentē de ɔuincia. Tertiū est ut idē ɔsciam .i. trāsigam lris, id qđ cōicassemus corā inter nos de reb⁹ nr̄is. Ego censeo ɔperandum esse tibi Romani cū certax, melius q̄ ceterax rex. Nam & ea q̄ reliqui .s. exiens in Ciliciam, erāt tranqlla .i. qeta de te .i. nihil male dicebatur & intelligo aduentū tuū fore tā clax, hac uictoria tua recenti. Sed si qua sunt onera tuox, aut necessariox, aut militū si sup. ea tanta .s. dūtaxat, ut possis sustinere .i. portare ɔtra impetū ppli ea, ɔpe .i. quasi nihil lautius .i. splēdidius aut glosius erit tibi .s. q̄ ea sustinere. sin .i. sed si sup. sunt maiora, quā ut sustinere possis, ɔsidera ne aduētus tuus cadat in tps alienissimum .i. qno pp tuox culpam P. R. sit maxime infensus. Consiliū huius rei est totum tuum. Tu .n. scis quid possis sustinere. si potes sup. sustinere, est laudabile atq; pp̄lare .i. plausibile ppl̄o. Sin plane nō potes .s. sustinere pñs, tu sustinebis facilius abñs sermones hominum. Aūt .i. sed, ego ago de me, tecum his lris idem qđ egi superiorib. ut ɔtendas .i. reuersus, oēs neruos tuos .i. uires in eo, neqd tpis prorogetur .i. addatur mihi ad hanc ɔuinciam quam & senatus & ppls uolunt esse annuam .i. durare annō. Ego ɔtendo .i. exigo à te hoc .s. nō prorogari impium, ut pus tē fortunas meas .i. oēs facultates positas sup. esse in eo. Tu hēs .s. Formiæ, Paullū .s. ɔsulem nr̄m .i. cōem amicū cupidissimum nr̄i. Curio est sup. tibi. Furnius est tibi .i. hēs eos. Ego ue lim enitare in eo sic quasi oia sint in eo. Extremum de ijs quę ɔpoluerā est illud, uidelicet ɔfirmatio amicitiæ nr̄æ, de qua nihil opus est plurib. q̄ bis. Tu pucr .s. es adhuc puer ap petisti, me .i. ɔsuetudinē meā. Ego aūt duxi .i. iudicaui, semp te fore mihi ornamēto, tu fuisti, ēt .i. insup pśidio .i. ptectioni & custodiæ, tpib. meis tristissimis .s. qñ exulaui. Familiaritas mihi maxima cū Bruto tuo .s. ɔpinquo accessit .i. addita est, post discessum tuū .s. in ɔuinciā. Itaq; ego puto pñm & suaui tatis & dignitatis ɔstitutū mihi i Ingenio uro .s. tuo & Bruti, et i industria sup. ura, rogo uehemēter ut tu ɔfirmes .i. stabilias id .i. eā ipē meā, studio .i. fauorabili ānixu tuo, & ut mittas lras ad me, & .i. piter ɔtinuo .s. his lectis, & q̄sp. cū ueneris Romā.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Consilium suum in bellis ciuilibus exponit.

M. CICERO S. D. C. CASSIO 15

ETSI Vterque nostrū spe pacis, & odio ciuilis sanguinis abesse à belli pertinacia voluit: tamen, quādo eius consilij princeps ego fuisse videor, plus fortasse tibi præstare ipse debeo, quàm à te expectare. etsi, vt sæpe soleo mecū recordari, sermo familiaris meus tecum, & item mecū tuus adduxit vtrunque nostrū ad id consilium, vt vno ꝓlio putaremus si non totam causam, at certe nostrum iudiciū definiri conuenire. neque quisquam hanc nostrā sñiam vere vnquam reprehendit, præter eos, qui arbitrantur melius esse deleri oīno remp. quàm imminutam, & debilitatam manere. ego aūt ex interitu eius nullam spem scilicet mihi proponebā; ex reliquijs magnam. sed ea sunt consecuta, vt magis mirū sit accidere illa potuisse, quàm nos non vidisse ea futura, nec, cum hoīes essemus, diuinare potuisse. equidem fateor meam coniecturam hanc fuisse, vt, illo quasi quodam fatali ꝓlio facto, & victores cōmuni saluti consulere vellent, & victi sua. vtrunque aūt positum esse arbitrabar in celeritate victoris. q̄ si fuisset, eandem clementiam experta esset Africa, quam cognouit Asia, quam ēt Achaia, &, vt opinor, ipso legato, ac deprecatore. amissis aūt temporibus, quæ plurimū valent, pśertim in bellis ciuilibus, interpositus annus alios induxit vt victoriam sperarent, alios vt ipsum vinci contemnerent. atque horum malorum oīum culpam fortunā sustinet. quis enim aut Alexandrini belli tantā morā huic bello adiunctum iri aut nescio quem istum Pharnacē Asiæ terrorē illaturum putaret? nos tamen, in consilio pari, casu dissimili vsi sumus. tu .n. eam partem petisti, vt & consilijs interesses, &, quod maxime curam leuat, futura aīo prospicere posses: ego, qui festinaui, vt Cæsarem in Italia viderē, (sic enim arbitrabamur) eumq̄, multis honestissimis viris cōseruatis redeuntem, ad pacem currentem, vt aiunt, incitare, ab illo longissime & absum, & absui, versor aūt in gemitu Italiæ, & in vrbis miserrimis q̄relis: quibus aliquid opis fortasse, ego pro mea, tu pro tua, pro sua quisque parte ferre potuisset, si auctor affuisset. quare velim pro tua erga me perpetua beneuolētia scribas ad me, quid videas, quid sentias, quid expectandū, quid agendū nobis existimes. magni erūt mihi tuæ literæ. atque vtinā primis illis, quas Luceria miseras, paruissē: sine vlla .n. molestia dignitatē meā retinuissem. Vale.

HVBER. ETSI uterq;) Exponit Cic. hac epla, q̄ fnia fuerit sua de exitu bellox ciuilium inter Cæsarem & Pompeium, & quid alij arbitrarentur. Deinde se non potuisse ad Cæsarem uenire quēads modū festinauerat. Itaq; petit à Cassio, ut ad se scribat qd sentiat qd expectādū, qd agēdū putet. {Abesse) discedere. {Pertinacia) perseuerantia. {Belli) ciuilis. {Q ñ) qm. {Princeps)

.{Princeps) primus auctor & suasor, quia ut supra alio loco ui sum est, quidã appellabant Cic. tubam ciuilis belli.{Pęstare) in ꝯsulendo & hortando.{Mecum) intra me, in aio meo.{De Diffiniri. finiri) determinari, utrũ rectum fuerit an nõ.{Vno ꝑlio) uno ꝯflictu, quo posset cognosci, utrũ recte iudicaßemus, an nõ. Imminue {Imminuta) priuatã aliqua parte tuæ dignitatis.{Ego aũt) oñdit suam sciam ꝯtrariã esse supiori, qa melius sit semp. esse iminutã q̃ oĩno deletã, qa si aliqd remaneret, esset aliq̃ spes, si oĩno interijsset, nulla oĩno spes esset.{Ex e.) i. ex aliqua partis Diuinare cula q̃ remaneret de rep.{Diuinare) ꝓdicare futura.{Cum ef. h.) quib. futura oĩo sunt abscondita.{Fatali qu.) quasi fata instituissent.{Cõi f.) parcendo uictis, & seruando oẽs.{Suæ sa.) f. uellent ꝯsulere dissidentes à pertinacia belli.{Vtroq;) q̃ uictores ꝯsulerent saluti cõi, & uicti suæ.{Io c. uict.) si uictor celeriter fecisset.{Quæ celeritas.{Africa).i.ij, qui in Africam se receperunt intelligit Ca. qd ad Iubam se recepat.{Asia & A.) ubi uictis pepcit.{Ipso l. ac dep.).i. ipso uictore legato ac deprecãte ut clementiã eius expiri uellemus.{Interposit' an.) interpositio.n.tpis facit ut mutẽtur opiniones.{Fortuna) q̃ Pharnax ut aduersari omnibus cœptis oĩs & conatib.{Nescio q.) hoc per contẽptum dixit.{Pharnacem) filium Mithridatis, hoc nomen in ex penultimam corripit, cum ceeliqua ꝓducant.{Eam p.) Cæsarianam.{Currentem ad p.) ꝓuerbialr dixit, & translatũ ab equo.i. optime dispositum.{Absum) qa non uenit in Italiam.{Auctor) Cæs. qui põt eius q̃relis mederi.{Magni ex. literæ tuæ).i. magnifaciam literas tuas.{Luceria) urbe.

ASCEN. Etsi uterq; & c. Declarat sniam suam de exitu belloꝝ ciuilium inter Cæs. & Pompeium, & quid alij arbitrarentur. Deinde scribit se non potuisse ad Cæs. uenire quemadmodũ festinauerat. Itaq; petit à Cassio ut ad se scribat quid sentiat, & qd expectãdũ, & quid agendũ putet. Ordo est. Etsi uterq; nẽm uoluit abesse à pertinacia necessaria belli.s. ciuilis ꝯtra Cæs. spe pacis.s. cum Cæsare ineundæ & odio sanguinis.i. effusione sanguinis ciuilis, tñ qñ.i. qm ego uideor fuisse princeps.i. primus & præcipuus auctor eius consilij, ipse.i. ego debeo præstare.i. exhibere, plus q̃ expectare aut expetere à te. Et si ut soleo recordari sæpe mecũ, sermo familiaris meus tecum & tuus item.i. sit mecum adduxit utrũq; usm ad id consiliũ, ut putaremus conuenire.i. decere, si.i. licet non totam cãm. at certe.i. sed saltem iudicium oĩm diffiniri.i. ad alteram, partẽ adduci, uno ꝑlio neq; quisq̃ reprehendit unq̃ uere.i. iuste hãc sniam nãm ꝑtereo sup. eos qui arbitratur melius esse remp. deleri oĩno, q̃ manere.i. in esse imminutam & debilitatã. Ego aũt nullam spem ꝓponebam.i. id est certe mihi ex interitu ei' .i. reip. & ꝓponebam magnã spem ex reliquis sup. eius, si Casto & ceteri uiri ꝑstãtes salui mansissent post mortem Põpeij. Sed ea.s. mala sunt consecuta, ut sit magis mirum illa potuisse accidere, q̃ nos non uidisse ea futura nec potuisse diuinare .i. more dei prouidisse sup. ea, cum essemus hoies. Equidem.i. ego certe fateor meam coniectura fuisse hanc.i. hmõi, ut illo .i. Pharsalico ꝑlio facto q̃si quodã fatali.i. à dijs sic statuto, et .i. si uictores uellent consulere.i. opẽ & fauorẽ ꝑstare cõi saluti, & uicti uellent ꝯsulere suæ.s. saluti. Aũt.i. sed arbitrari.i. arbitrabar utrũq;.s. q' dcm est, esse positũ in celeritate uictoriæ, q̃.s. celeritas si fuisset, hoc est si q̃ uicit uicisse existimatus fuisset, Africa.i. Cato, & reliq qui in Africa bellũ innouauerũt experta esset candẽ clementiã.i. Cæs. quã cognouit Asia, quã etiam Achaia.i. q in illis erãt, & .i. ẽt, ut opinor ipso.s. uictore legato & deꝑcatore.i. fungente offõ legati & deꝑcatoris, hoc est inuitante uictos ut clementiã expocerent. Aũt.i. sed tpib' amissis, & ita nulla celeritate uictoriæ habita, q̃ ualent plm presertim in bellis ciuilib. annus interpositus.s. anteq̃ ageretur de concordia, induxit alios ut sperarent uictoriã, alios ut contẽnerent.i. nihil facerent ipm uinci, fortuna sustinet.i. in se tenet culpam oium hoꝝ maloꝝ. Quis.n. putaret aut tantã morã belli Alexandrini à Cæs. illic gesti adiunctũ iri.i. continuandã esse, huic bello.s. ciuili: aut istũ nescio quem.q.d. contemptibilẽ Pharnacẽ Mithridatis filiũ illaturũ sup. fuisse Asię terrorem.q.d. ẽt nemo. Tñ nos.i. ego & tu usi fumus dissili casu.i. euentu in consilio paci. Tu.n. petisti eam partem ut & .i. sit interesses consilijs, & quod maxime leuat curã, posses ꝓspicere animo futura. Ego qui festinaui ut uiderẽ Cæsarem in Italia (arbitramur.n. sic).s. futuꝝ, & Incitatem eũ redeuntem & currentem, ut aiunt, ad pacem, multis honestissimis uiris, conseruatis, & absum & absui lõgissime ab illo.i. Cæs. Versor aũt in gemitu Italiæ & miserrimis q̃relis urbis, Quibus si aucor.s. Cæs. affuisset, g'sq; potuisset fortasse ferre, aliquid opis .i. auxilij pro sua parte, ego ꝓ mea, tu ꝓ tua. Quare uelim ut scribas ꝓ tua bõuolentia erga me, qd uideas, quid sentias qd existimes nobis expectãdũ, & quid agendum. Lřæ, tuæ erũt mihi magni.i. magnæ æstimationi, atq; utinã paruissem illis primis.i. lřis, quas miseras Luceria ab ea urbe Italiæ, ubi Ste. dicit Mineruę fanum fuisse & Diom. monumẽtum. Em.i. qa si paruissem illis, retinuissem dignitatẽ meã sine ulla molestia.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Iocatur cum Cassio, quod Epicureus factus sit.

M. CICERO C. CASSIO S. P. D. 16

PVTO te iam suppudere, cũ hæc te tertia iam epistola ante oppreßit, quàm tu schedulam, aut literam. sed non urgeo: longiores enim expectabo, uel potius exigam. ego, si semper haberem, cui darem, uel ternas in hora darem: fit enim nescio quid, ut quasi corã adesse uideare, cum scribo aliquid ad te: neque id × κατ' εἰδώλων φαντασίας, ut dicunt tui amici noui, qui putant etiam × διανοητικὰς φαντασίας spectris Catianis excitari. nam, ne te fugiat, Catius × Insuber Epicureus, qui nuper est mortuus, quæ ille Gargettius, etiam ante Democritus, εἴδωλα, hic spectra nominat. his autem spectris etiam si oculi possent feriri, quòd uelis ipsa currunt, animus qui poßit, ego nõ uideo: docebis tu me oportebit, cum saluus ueneris, in mea ne potestate sit spectrum tuum, ut, simul ac mihi collibitum sit de te cogitare, illud occurrat. neque solũ de te, qui mihi hæres in medullis: sed si insulam Britanniam cœpero cogitare, eius × εἴδωλον mihi aduolabit ad pectus? sed hæc posterius: tento enim te, quo animo accipias. si enim stomachabere, & molestè feres, plura dicemus, postulabimusq;, ex qua hæresi ui hominibus armatis deiectus sis, in eam restituare. in hoc interdicto non solet addi, In hoc anno. quare, si iam biennium, aut triennium est, cum uirtuti nuncium remisisti, delinitus illecebris uoluptatis, in integro res nobis erit. quanquam quicum loquor? cum uno fortißimo uiro: qui, postea quam forum attigisti, nihil fecisti, nisi plenißimum amplißima dignitatis. in ista ipsa × αἱρέσει metuo, ne plus neruorum sit, quàm ego putarim, si modo eam tu probas. quid tibi in mentem uenit? inquies. quia nihil habebam aliud, quod scriberem: de rep. enim nihil scribere poßum: neque enim, quod sentio, libet scribere. Vale.

× i. per spẽs uel uisa. × i. intelligentia uisa. × alias insuper. × i. imago. × i. secta.

HVBER. PVTO te) Arguit Cic. Cassium negligentiæ q' ab eo nihil oĩno lřaꝝ accepit, cũ iam tres epřas ad eũ scriplerit, signatq; eũ fem Epicureum & ex snia Epicureoꝝ oñdit se semp hře eius imaginem in pectore, dicit aũt eum posse reduci in priorem sectã. laudattũ quæ à Cassio semp facta sunt. postq̃ cœpit in foro uersari.{Suppudere) erubescere.{Sit op.) s. nři .i. sit facta & scripta.{Aut lřam).i. unicum eřntum, unicã literam, sic.n. hic intelligitur non ꝓ epřa, sicut & lib. I I. ad Caninium Salustium epřa, q̃ incipit. Lřas à te. sic.n. inquit. Ille aũt ad Thermũ de Parth. bello scriberet, ad me lřam ouñq mã sit.{Non urg.) non insto, ut nõc scribas.{Expectabo) postea à te.{Exigã) iure ipso petã, debitas mihi eřsionis cãs.{Ternas) subaudiendũ lřas licet supra non posuerit.{Adesse c.) eẽ añ oculos meos.{Neq; id).s. uidere, mihi adesse corã.{κατὰ) scdm.{εἴδωλα) ideas, uel spẽs, quæ animo nřo repřsentantur, sicut Aristot. in Ethicis disputat, uel.{φαντασίας}.i. fm phantasmata

tasmata, quæ ut scribit Macr. In somnio Scip. à Cic. uisa uocãtur. Quæ qd sint, uide apud Mac. lib. I. Tui a. noui) Epicurei, quoꝝ lecta & opiniones imitaris. {Excitari m.) fieri. {ἐννοήσεις τινάς) intellectiuas. {Spectris) idolis, imaginib. {Catianis) de qbus Catius epicureus plãs tractauit. Hic est de quo Horat. i Serm. mentionẽ facit, uñ & quo Catius. {εἴδωλα) imagines si mulacra. {Hic) Catius. {Spectra) .i. noiauit, & oñdit idẽ esse spectrũ, & idolũ. {Feriri) .i. aspectu simulacroꝝ. {Quòd u.) i. quãtũ uelis. {Ipsa cur.) i. idola. {Qui p.) l. quo possit .i. feriri. {Doceas tu) uocatur Cic. {Illud) spectrũ. {Heres) fixus es. {In m.) intra ossa, medullæ .n. maxime amorem sentiũt, qd' Virg. oñdit dicens. Est mollis flãma medullas. {Sed si int.) l. si et re motissima, sicut est Britãnia, ut & penitus toto diuisos orbe Britannos. {Eius εἴδωλον) .i. eius insulæ forma & simulacrũ. {Ad p.) ad cogitationẽ meã. {Posteri⁹) postea alio tpe. {Quo aio acc.) an irascaris mihi. {Plura) ut maiorẽ cum habeas sto machandi. {Hæresi) secta. Cic. in parad. & Cato in ea est hęre si, q̃ nullum sequr florem orõnis. {Vi hoib. arm.) irrisio est: sponte .n. ꝓcesserat in sectam epicuream à secta stoica & pipa tetica, allusit aũt ad legẽ de ui et ui armata. {Hoc int.) hac ꝓ hibitione ne restituaris in sectam à qua est deuictus ui & ho minib. armatis. {Non solet addi, In hoc anno.) Quia eum sit pscriptio tpis. {Cum) .i. ex quo tpe. {Cum rem. uirt.) i. cũ res nunciasti uirtuti. {Delinitus) demolitus. {Illes cebris) blãditijs. {In) .i. ptãte, poterimus facere ut restituaris, quia nulla erit pscriptio, & ex ꝯsuetudine legum l. h. d. ex qbus ui deiectus ẽ post aliquantulũ tpis in integrum ius hęt neq; pscriptionẽ patitur. {Quanq̃) corripit seipm Cic. qd' hæc Cas sio dicat uiro fortissimo. {Qui cũ) cum quo interrogatio. {Cũ u.) rñsio interrogationis suæ. {In ista ipsa) in ipsa secta epicu rea, quam carpo. {Neruorum) fortitudinis. {Quid tibi in mẽ tem uenit?) interrogatio, quam Cassius facere posset. quid co gitasti ò Cicer. qui hæc scribas. {Quia nihil) rñsio. {Quod) scilicet puto faciendum, & in animo habeo.

Spectrum

Posterius

Hæresis

Delinitus

Illecebræ.

ASCEN.

P Vto &c. Arguit Cassium taciturnitatis, iocaturq; Epicus reum sem dicens: Ego puto te suppudere .i. aliquãtulum pudere, cum hæc tertia epla .s. mea oppssit te, antequã tu sup. miseris schedulã .i. breuiculum scriptũ aut lrãꝝ .i. unũ eñtũ: Sed non urgeo te .i. nolo minus ꝓperes. Expectabo, enim uel potius exigam longiores .s. lras. Si ego hẽm semp cui darẽ, darẽ in horas .i. singulis horis, uel .i. et ternas sup. lras. Eñ .i. ga neścio qd .s. imaginari boni fit .i. ꝯtigit mihi, ut uideare .i. uidearis quasi adesse corã .i. in pñia cum scribo aliqd ad te. Neq; id sup. ꝯtingit κατὰ .i. secundũ, εἴδωλα .i. ideas aut figuras, .i. uel φαντασίας, ut amici tui noui .i. Epicurei dicũt. Qui putãt etiam ἐννοήσεις .i. intellectiuas, excitari spectris .i. imaginib. & idolis Catianis .i. à Catio Epicureo excogitatis, ad c⁹ nomẽ alludens, inqt Horat. Vnde & quo Catius? Nam ne fugiat .i. la teat te Catius insup Epicureus qui nup est mortu⁹, hic noiat spectra q̃ ille Gãgarius Democritus et añ sup. noiauit idola. Aũt .i. sed et si oculi possent feriri .i. pcuti his spectris qd' ipsa spectra curant .i. diuagentur p cellulas phantasiæ, uelis .i. obs tegumẽtis naporosis Hubert. interptatur ut uelis sit uerbũ, & q⁹ nomẽ dicẽs, qd .i. quantũ uelis. Ego nõ uideo .i. nõ intelli go, q .i. quo aius possit .s. sic discurrere. Oportebit sup. ut tu q Epicure⁹ es, doceas me cũ .i. postq̃ ueneris saluus, ne .i. an, spes ctrũ tuũ .i. imago tua sit in ptãtemea, ut sit ac libitũ sit mihi cogitare de te, illud .s. spectrũ occurrat, neq; solũ sup. occurrat de te, q bęret .i. fixus est mihi i medullis, sed si cœpo cogitare Britãnia insulã εἴδωλον .i. spẽs eius aduolabit mihi ad pectus. Sed hæc posterius sup. discutiem⁹, tẽto .n. te quo aĩo accipias. Si .n. stomachabere, & ꝓ .i. feres moleste, nos dicemus plura, & postulabimus .s. à te ut ex qua hæresi .i. secta & ꝓfessione sis deiectus ui sup. hoih. armatis, restituare in eã .s. sectã, hoc ẽ ut q tpe belli ẽ Stoico Epicureus factus es, rursus Stoic⁹ fias. i hoc interdicto .s. ab aliena secta, nõ solet addi particula i hoc anno .s. ut annus detur ad deliberãdũ. Quare si iã bieniũ aut trieniũ est, cũ remisisti, nũciũ uirtuti .i. deseruisti Stoicos q in uirtute summũ bonũ ponũt, delinit⁹ illecebris uoluptatis, in qua Epicurei idẽ collocãt, res erit nobis integro .i. pleni iuris nñ nulla facta pscriptione. ẽq̃ geñ .i. cũ quo loquor? Rñdet, cũ uiro fortissimo, q postea q̃ attigisti foꝝ .s. Rom. nihil fecisti nisi plenissimũ amplissimæ dignitatis. Ego metuo ne plus neruoꝝ .i. uirtum sit in ista ipsa hæresi .s. Epicurea, quàm ego

putaueram, modo si .i. dũmodo tu probas .i. approbas eam. Tu inquies, quid uenit tibi ò Cicero in mentem .i. ut ista scris beres? Respondet. Quia nihil possum supp. aliud scribere. Neque enim libet scribere quod sentio.

Q Vòd uelis ipsa curram) Fuit, cũ de mendo suspicarer: nunc de loci integritate non dubito: cũ & ueteres libri cũ impressis fere oẽs ꝯsentiant, &, currere uelis, Latine atq; usitate dici ꝯstet exẽplis, q patent, abstinebo. Vincentij Riccij liber hoc in loco est deprauat⁹, ab alijs tñ diuersus est: hẽt enim, qd' in his incurrat. Florentini emendarunt, qd' uel i; ipsa occurrunt, quã lectionem etsi laudamus, ut ingeniose excogitatã, nõ tñ sequmur, neq; satis ei ꝯfidendũ credim⁹, cũ à uetustis libris, & quos ipsi habuerũt, discrepet. nã q Germas nos ꝓ, currũt, occurrũt, impssisse dñt: id ego eos fecisse tñ mõ ꝯiectura ductos facile crediderim: nõ .n. hic solũ, sed in religs etiã Ciceronis scripsis multa eos arbitratu suo uideo mutasse.

PAVLVS MANVT.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Exponit, quæ noue in vrbe gerantur.

M. CICERO S. D. C. CASSIO 17

P RAEPOSTEROS habes tabellarios: etsi me quidem non offendunt: sed tamen, cũ à me discedunt, flagitant literas: cum ad me veniunt, nullas afferunt. atque id ipsum facerent cõmodius, si mihi aliquid spatij ad scribendum darent: sed petasati veniunt: comites ad portam expectare dicunt. ergo ignosces. alteras habebis has breues: sed expecta × *πάντα περὶ πάντων. etsi quid ego me tibi purgo, cum tui ad me inanes veniant, ad te cum epistolæ reuertantur? Nos hic, (tamen ad te scribam aliquid) P. Syllam patrem mortuum, habebamus. alij, à latronibus, alij, cruditate, dicebat. populus non curabat: combustum enim esse constabat. hoc tu pro sapientia tua feres æquo aĩo. quanquam* × *πρόσωπον πόλεως amisimus. Cæsarem putabant moleste laturum, verentem ne hasta refrixisset. Mindius Marcellus, & Attius pigmentarius valde gaudebant se aduersarium perdidisse. De Hispania noui nihil, sed expectatio valde magna: rumores tristiores, sed* × *ἀδέσποτοι. Pansa noster paludatus ad III. cal. Ian. profectus est: vt quiuis intelligere posset, id quod tu nuper dubitare cœpisti,* × *τὸ καλὸν δι᾽ αὑτὸ αἱρετὸν esse. nam, quòd multos miserijs leuauit, & quòd se in his malis hominum præbuit, mirabili eum virorum bonorum beneuolentia prosecuta est. Tu quòd adhuc Brundusij moratus es, valde probo, & gaudeo: & mehercule pute te sapienter facturũ, si* × *κενόσπουδος fueris. nobis quidem, qui te amamus, erit gratũ. &, amabo te, cum dabis posthac aliquid domum literarum, mei memineris. ego nunquam quenquam ad te, cum sciam, sine meis literis ire patiar. Vale.*

× .i. oĩa de oĩbus

×.i. faciẽ ciuitatis.

×.i. sine auctore.

×.i. honestũ per se optabile.

×.i. non inanis bõ studij

P RÆPOSTEROS) Conqueritur Cic. de tas bellarijs Cassij, quod ab eo postularent ad Cas sium lras, & nullas ad se deferrent. Deinde nars rat, qd' noui in urbe esse de morte P. Syllæ, & de reb. Hispanij. Postremo laudat Dolab. q se bene gessisset in malis pub. Petitq; à Cæs. ut nõnunq ad se scribat. {Præposteros) faciẽtes oĩa in ꝯtrariũ. Quidã legũt ꝓpropos, qd nõ satis ꝓbo. {Nõ of.) me nõ lædũt. {Afferũt .n. ad me) à te. {Petasati) accincti & apparati ad iter. Nã petasi calciamẽtũ est Mercurij, q de⁹ nimiæ est celeritatis, & alas pedib. q talaria dñr, hẽre dr, ut Virg. & pedib. talaria nectit aurea. {Comites ad p.) uulgares & usitatę excusationes tabellarioꝝ & uiatoꝝ. {Alteras h.) à me lõgiores lras. {Has) nũc mitto. {πάντα περὶ πάντων) omnia de oib. .s. ad te scribenda. {Quid) cur. {Pur go) excuso. {Tui) tabellarij. {Inanes) uacui. sine literis. {Cũ ep. meis) ad te scriptis. {Syllã mor. h.) de hoc Sylla scripsit et Cic. lib. ix. ad Dolab. in epla, q̃ incipit, Nõ sum ausus his ꝯ bis te

HVBER.

Præposteri.

Petasatus

Petasum

Inanis.

te tñ scire uolo uehementer pplm solicitum fuisse de P. Syllæ morte anteq̃ certum sciuerim, nunc q̃rere desierunt q̃no pie: rit. {Cruditate) repletione, crapula. {Cōbustum) cremarū ḟm morem Rom. {πρόσωπον) personā. {πόλεως) ciuitatis, amisim'. {Moleste l.) mortē Syllæ. falluntur q credunt fuisse. L. Syllā Faustum, q ꝯtra Mar. pugnauit, & monarchiam in urbe obtinuit, qm̃ ad ea tpa is non puenerat. {Verentem) timentē. {Ne hasta sua r.) sic in prædicta epl'a unum uereor ne hasta Cæs. refrixerit. {Mindius) noiat quosdam, quos dicit gausos morte Syllæ. Mindius. unus fuit ḟr T. Rust. de quo uidimus lib. V. alter fuit ḟr Mescinij, de quo uisum est lib. xiii. ad Ser. Sulpit. {Pigmentarius) aūt qui pigmenta non facit. ꝯuersum sit cognomen, qd' magis ꝓbo. {Aduersarium) Syllam. {Rumores) nuncij fama. {ἀδεσπότοι) .i. sine dño, sine auctore. {Paludatus). i. paludamento ornatus, est. n. paludamentum uestis ducum & impatoꝝ ut alio loco diximus. Iuuen. Cumq; paludatis ducibus pñte marito Ipsa loq. {Profectus) in Syriam. {τὸ καλὸν) honestum. {δι αὐτὸ) p seipm. {αἱρετὸν) eligibile. {Leuauit) Dolab. {Hoiem) non fortem intelligere debemus, nam dixisset uirum, sed hominem. i. humanum. Terent. homo sum, nihil humani à me alienum puto. {Præbuit) oñdit. {Eum) Dolab. {ἀχρεῖος) inutilis. {πῖλος) pileus, galea. s. te non immisceueris bello. {Cum sciam) qñ sciam, quando ero admonitus.

Pigmētarius.
Paludatus.
Paludamentum.

ASCEN.

PRæposteros. Accusans rursus Cassium taciturnitatis scribit quædā subobscure de morte Decij Syllæ, & statu reip. Ordo est. Tu hēs tabellarios ꝑposteros. i. non suo ordine rem gerentes, & si. i. q̃q̃ non offendunt me, sed tñ cū discedunt à me flagitant. i. imperiose petunt l̄ras, & nullas afferunt eum ueniunt ad me. Atq; facerēt idipm. i. peterent l̄ras cōmodius si darent mihi aliqd spatij ad scribendum, sed ueniūt petasati .i. parati ad iter hñtes petasa. i. calciamēta ad iter apta, q̃ Mercurio addicuntur, dñt comites expectare sup. se ad portam .s. urbis. ergo ignosce has breues. i. ꝙ mitto has tam breues, habebis alteras, sed expecta πάντα, profertur panda. i. oia. περὶ. i. de, πάντων profer pandō. i. oibus: est tñ genitiui casus, q̃a περὶ gtm̃ uult, de abltm̃. Etsi. i. q̃q̃ quid. i. ad qd ego purgo me tibi cū tui ueniant ad me inanes. i. sine l̄ris, & reuertātur ad te cum l̄ris? q. d. stulte, cū neq; scribere neq; purgare me debeā, tm̃ scribam aliquid ad te. Nos habebamus. s. cum hæc scriberemus, hic. s. Romæ Decium Syllam pḟem. i. seniorē mortuū. alij dicebant sup. extinctū latronib. alij cruditate. i. indigestione cibi, ppl's non curabat. s. qua morte pierat. ꝯstabat. n. ꝙ ppl's ꝯtentus erat, combustū esse post mortē. s. Tu feres hoc æquo alo ꝓ sapia tua, hoc est non minus gaudebis: nam gauisurum non dubitat. q̃q̃ amisimus πρόσωπον πόλεως. i. ꝑsonā urbis: hoc est, uñ alij exemplum sumerent. uḟ aūt p Sarcasmō dcm̃. Vñ addit. Putabant. s. pleriq;, Cæs. s. Iulium latuꝝ esse moleste. Verentē ne hasta. i. auctio bonoꝝ ꝓscriptoꝝ, quoꝝ tabellam L. Sylla gentilis huius primus fixit, refrixisset. i. in desuetudinē uenisset mortuo tali patrono. Mindius Marcell' & Attius Pigmentarius gaudebant ualde se ꝑdidisse aduersariū. s. q̃stui suo: nā dū hasta ꝓscriptiōis seruet, neq; Marcello, neq; Pigmētario q̃stus est, quo circa dubitē an Marcellus sit legendū, ut sint noia cerdonū. Nihil noui sup. allatū est de Hispania, sed expecto ualde magna. Rumores sup. diuersi sunt, tristiores sed ἀδεσπότοι. i. sine dño, & certo auctore. Pansa nr̄ .s. amicus profectus est paludatus. s. impiali ueste instructus ad III. cal. Ian. ut quiuis posset itelligere id, qd tu fact' Epicureus cœpisti. i. in cœpisti dudum dubitare. τὸ articulus est, καλὸν honestū, δι αὐτὸ. i. seipso, αἱρετὸν. i. eligibile esse. Nam ꝙ .s. Pansa leuauit. i. deonerauit multos. s. ciues miserijs, & quod ꝓbuit se hoiem. i. humanū in his malis. s. q̃ uictoriam Cæs. secuta sunt, beneuolentia mirabilis bonoꝝ uiroꝝ est ꝓsecuta eū .s. proficiscentem. Ego ualde probo. i. laudo & gaudeo ꝙ tu moratus es adhuc Brundusij & puto mehercule, te factuꝝ sapienter si fueris ἀχρεῖος. i. inutilis, πῖλος. i. pileus, seu galea. i. si ad bellū nō accesseris, qdem. i. certe sup. id erit gratū nobis q amam' te, & amabo te blādiētes dcm̃, cū dabis posthac alij. i. alicui, quid l̄raꝝ, memineris mei, ut. s. ad me quoq; des. Ego nunq̃ patiar quenq̃ ire ad te sine l̄ris meis cū sciā. s. ad te ire.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Excusatoria, & nunciatoria de republica statu, & suo animo.

M. CICERO C. CASSIO S. P. D. 18

LONGIOR *epistola fuisset, nisi eo ipso tempore petita esset à me, cum iam iretur ad te: longior etiam, si* * *φιλόγελων aliquem habuisset: nam* * *σπουδάζειν sine periculo vix possumus. ridere igitur, inquies, possumus. non mehercule facillime. Veruntamen aliam aberrationem a molestijs nullam habemus. Vbi igitur, inquies, philosophia? tua quidem in culina, mea molesta est: pudet enim seruire. itaque facio, me alias res agere; ne conuicium Platonis audiam. De Hispania nihil adhuc certi, nihil oīno noui. Te abesse, mea causa moleste fero; tua, gaudeo. sed flagitat tabellarius. Valebis igitur, meq́, vt a puero fecisti, amabis.*

* *i. gratulum.*
* *i. serio agere.*

HVBER.

LONGIOR) Excusat Cic. breuitatem suarum l̄raꝝ ad Cassium ꝑꝑ celeritatem nuncij. Deinde dicit remp. esse in eo statu, ut sibi non sit ridendum. Postremo se gaudere cā ipsius Cassij, qd' absit à Roma sui aūt cā dolere. {Iam) subito. {φιλόγελων) hilarem, lætum. {σπουδάζειν). i. studiose & serie loq. {Ridere) si non possumus loq, possumus ridere: est aūt interrogatiue legendū. {Non mehercule.) rñsio. {Aberrationē) aliū discessum, separationē. {Tua) qua dicis te capere solitum solatium rebus aduersis. {Et q.) rñsio. {In c.) q. d. abiecta iacet & secreta apud me, & nō audet ire in publicū, utar. n. ea immō i occulto. {Facio me a.) i. fingo me ageī alia q̃ ago. {Cōuiciū) reprēsionē. {Platonis) q reprhēdit eos, q relicta inuestigatiōe ueri se ad negocia ꝯferūt, & ad curā reip. ut ipse in).oft. itaq; uidendū est ne non satis id, qd' apud Platonē in phos dcm̃, ꝙ in ueri inuestigatione uersentur, quodq́; ea, q̃ pleriq; uehementer expectant, de qbus inter se digladiari soleāt, ꝯtēnant, & ꝓ nihilo putent. ꝑꝑea iustos esse. {Mea c.) q̃a careo ꝯsuetudine tua. {Tua g.) quia nō uides q̃ nos uidemus. {Sed flag.) q. d. necesse est facere finē epl'æ, quia tabellarius instāter petit.

Aberrationem.
Conuiciū.

ASCEN.

LOngior. purgat, ꝙ longiorem nō scripserit eplam, dicitq; rēp. in flebili eē statu, uñ gratulatur Cassio ꝙ abest urbe. Ordo est. Epl'a sup. hęc fuisset longior nisi esset petita à me eo tpe cū iretur iam ad te. Lōgior aūt sup. fuisset si habuisset aliquē φιλόγελων. i. hilarē & alacrē sup. scriptorē aut tabellariū. Nā uix possumus σπουδάζειν. i. serio & studiose loq sine piculo. Igr̄ tu inqes nos possumus ridere. Mehercule nō sup. possumus facillime. i. ēt sine piculo: Veruntñ nullā aliam aberrationē. i. diuagationē à molestijs hēmus. Igr̄ tu inqes, ubi sup. est phia? Et quidem aut ea qdem est in culina. i. quoq na molesta. i. rebellis cocis. pudet. n. sup. eā seruitutis, itaq; facio. i. fingo me agere al's res. s. q̃ domesticas aut urbanas, ne audiā ꝯuiciū. i. obiurgationē ꝯtumeliosam Platonis in eos phos, q à ueri inuestigatione ad reꝝ administrationē auertūtur. Ego adhuc nihil oino certi noui de Hispania. Ego fero moleste te abesse. s. ab ea urbe cā mea q̃ mallē talē mecū eē, gaudeo tua. s. cā, q̃a ñ uides q̃s nos miserias. Sed tabellari' flagitat sup. l̄ras. Igr̄ tu ualebis, & amabis me ut fecisti à puero. recte ergo ualebis.

PAVLVS MANVT.

TVa quidem in culina, mea molesta est) Notissimū est ex Epicureoꝝ familia Cassiū fuisse. itaq; p iocū Cicero dicit eius phiam in culina uersari, qd' seqtur. mea molesta est, legit amicissimus meus, mea in palæstra est. ut sit sensus. tua tibi phia uoluptatem suppeditat, mea mihi curas, et labores. culina. n. uoluptatis est, & ocij, palæstra molestiæ, & ꝯtentiones. in libro Vincentij Riccij pro molesta est, legitur modesta est.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Respondet ad duas priores epistolas.

C. CASSIVS S. D. M. CICERONI 19

SI vales, bene est: ego quidē valeo. Non mehercule in hac mea peregrinatione quidquā libentius facio, quàm scribo ad te: videor enim cum præsente loqui, & iocari. nec tamen hoc vsu venit propter spectra Catiana: pro quo tibi proxima

epist

*epistola tot rusticos Stoicos regeram, vt Catiũ Atheniẽ natũ esse dicas. Pansam nostrum secunda voluntate hoĩum paludatum ex vrbe exisse, cum ipsius caus: gaudeo, tũ mehercule ẽt oĩum nostrum: spero enim hoĩes intellecturos, quanto sit oĩbus odio crudelitas, & quanto amori probitas, & clementia; atque ea, quæ maxime mali petant, & concupiscant, ad bonos peruenire. difficile est enim hoĩbus persuadere, * τὸ καλὸν δι' αὐτὸ αἱρετὸν esse: * ἡδονὴν vero, & ἀναλγησίαν virtute, iustitia, & * καλῷ parari, & verum, & probabile est. ipse enim Epicurus, à quo oẽs Catij, & Amafanij, mali verborum interpretes, proficiscuntur, dicit, * οὐκ ἔστιν ἡδέως ζῆν ἄνευ τοῦ καλῶς καὶ δικαίως ζῆν. itaque & Pansa, qui * ἡδονὴν sequitur, virtutem retinet: & ij, qui à nobis * φιλήδονοι vocantur, sunt * φιλόκαλοι, καὶ φιλοδίκαιοι, omnesq́ virtutes & colunt, & retinent. itaque Sylla, cuius iudicium probare debemus, cum dissentire philosophos videret, non quæsiuit, quid bonum esset, & oĩa bona coemit. coemit. cuius ego mortem forti mehercule animo tuli. nec tamen Cæsar diutius nos eũ desiderare patietur: nã habet * damnatos, quos pro illo nobis restituat: nec ipse sectorem desiderabit, cum filium viderit. Nunc vt ad remp. redeam, quid in Hispanijs geratur, rescribe. peream, nisi solicitus sum, ac malo veterem, & clementẽ dominũ habere, quàm nouũ, & crudelẽ experiri. scis, Cneus quàm sit fatuus: scis, quo modo crudelitatem virtutem putet: scis, quàm se semper à nobis derisum putet. vereor, ne nos rusticè gladio velit * ἀντιμυκτηρίσαι. quid fiat, si me diligis, rescribe. hui, quàm velim scire, vtrũ ista solicito aĩo, an soluto, legas: sciam .n. eodem tẽpore, quid me facere oporteat. Ne lõgior sim, vale, et me, vt facis, ama. Si Cæsar vicit, celeriter me expecta.*

** .i. honestũ per se optabile. * .s. voluptatẽ et Ĩ dolentiã. * .i. honesto. * alias, Amafinij * .s. nõ potest iucunde, nisi honeste et modeste, viui. * .i. cupidi voluptatis * .i. cupidi honesti & cupidi iusti. * alias domũ notos * .s. vicissim subsãnare.*

HVBER.

NON mehercule) Rñsiua est hæc epl̃a ad illam, q̃ incipit. Puto iam te suppudere, & ad aliam: Præposteros hẽs tabellarios, in qua Cassius, & se libenter scribere dicit ad Cic. & de reliqs, q̃ à Cic. scripta fuerant, bř rescribit. {Peregrinatione) itinere. {Spectra) simulacra, de q̃bus scripsisti. {Proxima) sequentia. {Regeram) rememorẽ, ꝯtra te allegẽ. {Secunda) ꝓspera quia supra dixit. Mirabilis eum oium uiroꝝ bñuolẽtia prosecuta est. {Oium nřm) .s. cã. {Eam) laudem & gloriam. {τὸ καλὸν) .i. honestum. {δι' αὐτὸ) ꝑ se. {αἱρετὸν) eligibile, quia pauci sunt, q̃ credant honestatem per se appetendam, q̃d Stoici uolũt, & disputat C. in paradoxis. {ἡδονὴν) uoluptatẽ. {Et) .i. ẽt. {ἀναλγησίαν) .i. ẽt ꝑꝑ dignitatem. {Parari) acquiri. {καλῷ} .i. bono & honesto. {Probabile) ꝑsuasibile. {Catij & Amaf.) i. Catius & Amafinus p̃hi, & q̃ eos sequuntur. {οὐκ ἔστιν) nõ est. {ἡδέως) suauiter. {ἄνευ) sine. {τοῦ καλῶς) honeste {καὶ) &. {δικαίως) iuste. {ζῆν.) uiuere. i. ẽt Epicurus, quem Catij & Amafinij mali interp̃tes uerboꝝ sequuntur. Dicit non est suauiter siue honeste & iuste uiuere. {Itaq;) ꝯclo ꝓpõnis. {Qui ἡδονὴν sequitur) q̃ sequitur uoluptatem, & est Epicurus. {φιλήδονοι) .i. uoluptuosi amatores, uoluptatis sunt. {φιλοδίκαιοι) sunt iustitiæ amatores, sicut & Epicurus, quem sequuntur. {Probare) laudare & affirmare ironice. {Dissentire) uarias hr̃e sñias, utpote q̃ alij dicerent honestũ per se eligibile, ut Stoici, alij ut Epicurei uoluptatem ẽt ꝑꝑ dignitatẽ à uiro honeste parari, quia Epicurus uoluit uoluptatẽ ubiq; q̃rendam esse ẽt in uirtutibus ut plane in 1. de Fin. bonoꝝ & maloꝝ, disputatur, & ꝑcipue his uerbis. Istæ .n. uťæ eximiæ pulchræq́; uirtutes, nisi uoluptatem efficerent q̃s eas, aut laudabiles, aut expetẽdas arbitraretur &c. {Coemit) cõparauit, emebat .n. q̃ Cæs. ẽt iniuste subhastabat. unde supra uereor ne hasta Cæs. refrixerit ꝑ illo Sylla mortuo restituet alios malos. {Sectorem) ꝑsecutorem emptionum tuaꝝ, ita .n. sign̄at ſm Festum Pomp. {Ipse) .s. Sylla. l. non deerit Syllæ. qui ꝑsequebatur emptiones suas. {Cum uid. fil.) l. q̃a reliq̃t filium, q̃ ꝑsequetur. {Veterẽ) assuetum. s. Cæs. {Nouum) Pomp. uel Põpeij filium. {Derisum) se ꝯtemptum {ἀντι) ꝯtra, uicissim. {μυκτηρίσαι.) subsannare, deridere, idẽ, ꝟeor, ne sicut putat se à nobis derisum: ita uelit nos gladio uicissim deridere. {Hui) affectũ sign̄at desiderij & dubitationis nõ dolores. {Soluto) libero ab oĩ solicitudine. {Eodem tꝑe) eum sciam an soluto, an solicito aĩo mea legas.

Sector — *Subsannare.* — *Hui.*

ASCEN.

SI uales, bñ est, ego quidẽ &c. Rñdet ad illam, q̃ incipit: Puto iam te & ad illam: Præposteros habes tabellarios, & ad reliquas à Cic. scriptas. Ordo est. Si uales bene est: ego ualeo. Mehercule ego non facio q̃d q̃ libentius in hac peregrinatione mea. i. aberratione ab urbe, qua scribo ad te. uideor .n. loqui, & iocari cũ p̃nte. s. q̃ñ scribo, nec tñ hoc usu uenit. i. ꝯtingit mihi ꝑꝑ spectra. i. idola, & simulacra Catiana. i. quæ Catius finxit de abs̃tib⁹ offerri. ꝓ quo. i. pro qua re, ego regeram. i. uicissim in te adducam epl̃a ꝓxima. i. quã ꝓxime scribam, nõ tñ extat, & forte scripta nunq̃ fuit. tot Stoicos rusticos. i. ineruditos. ut dicas. s. respectu Stoicoꝝ, quos regerã, Catiũ. s. Epicureũ esse natũ Athenis. Ego gaudeo Pãsam nřm exsurrexisse. s. emersisse, postq̃ diu oppressus fuit, paludatum. i. insigni imperatorio ornatũ. secunda. l. plausibili uoluntate hoium, gaudeo inquã, tñ cã ipsius, tum mehercule ẽt cã oium nřm. Spero .n. hoies intellecturos quanto odio crudelitas sit oibus, & quanto amori probitas, & clementia. Atq;, repete intellecturos, ea quæ mali petant maxime: hoc est dignitates, et honores peruenire ad bonos. difficile est .n. persuadere hoib. τὸ articulus est, καλὸν. i. honestum esse. δι' αὐτό. i. per se. αἱρετὸν. i. eligibile, uero. i. sed, & ueꝝ, & probabile est. ἡδονὴν. i. uoluptatem. Et. i. ẽt. ἀναλγησίαν. i. ꝑꝑ dignitatem. Parari. i. acquiri. uirtute, iustitia. καλῷ. i. honesto ipso. Ipse .n. Epicureus, à quo oẽs Catij, & Amafinij. s. Epicurei, mali interpretes uerboꝝ q̃ aľr accipiunt uoluptatem, q̃ Epicurus, ꝓficiscuntur. l. oriũtur. dicit οὐκ. i. non. ἔστιν. i. est. ἡδέως. i. suauiter. ἄνευ. i. sine. τοῦ καλῶς. i. honeste, καὶ. i. & δικαίως. i. iuste. ζῆν. i. uiuere. Itaque & .i. ẽt Pãsa qui sequitur hedonẽ. i. uoluptatẽ. Retinet uirtutem, & ij q̃ uocantur à nobis. s. Stoicis. φιλήδονοι. i. amatores uoluptatis sunt. φιλόκαλοι. i. amatores honesti. καὶ. i. & φιλοδίκαιοι. i. amatores iustitiæ & uolunt & retinent oẽs uirtutes. Itaq; Sylla. s. Decius, cuius iudicium debemus ꝓbare. i. laudare, est aũt ironia, cũ uideret p̃hos dissentire. s. in definitione summi boni, non q̃siuit quid esset bonum. s. summum aut ueꝝ, & coemit. i. sibi emit, oia bona. i. oium proscriptoꝝ diuitias, Cuius mortẽ ego tuli mehercule aio forti, nec tñ Cæsar patietur nos desiderare eũ diutius. Nã hẽt dãnatos. i. malos hoies, quos restituat nobis. i. sufficiat in locũ de mortui. nec ipse. s. Cæs. desiderabit sectorẽ. i. diu carebit sectore. i. uenditore sub hasta, ꝑ auctionẽ cũ uiderit filiũ. s. Syllę p̃ris uestigia seq̃ paratũ. Nũc. s. post iocos ut redeam ad rẽp. rescribe q̃d geratur in Hispanijs. s. à Põpeianis ꝯtra Cæsarianos. Pereã nisi sum solicitus ac malo hr̃e ueterẽ, & clemẽtẽ dñm. s. Cæs. q̃ expiri crudelẽ. Scis Cn. s. Põp. q̃. i. quãtũ sit fatu⁹. i. isipiẽs. scis q̃õ. i. quaľr putet crudelitatẽ esse uirtutẽ. Scis q̃. i. quãtũ. putet sꝑ se derisum à nobis. ꝟeor ne uelit ἀντιμυκτηρίσαι. i. ꝯtra, aut uicissim subsãnare & deridere nos rustice. i. rustico more, gladio, q̃a rustici dũ se rideri sentiũt, gladio ulciscunť iniuriã, uñ dici solet. Nõ eẽ peiorẽ ludũ, q̃ rusticoꝝ. Si tu diligis me, rescribe q̃d fiat Rõę. Hui admirãtis iteriectio, q̃. i. õ q̃tũ ueli scire utrũ legas istas. s. lr̃as ioco scriptas aio solicito, an soluto. s. curis. Scies .n. eo tꝑe. s. quo sciam quo animo sis, quid oporteat me facere, ne sim lõgior. s. in scribendo. Vale & ama me ut facis. Si Cæsar uicit. s. in Hispania, expecta me celeriter, quia illum q̃ Cn. Pompeij filium tolerare maluisset, postea tamen sententiam mutauit.

PAVLVS MANVT.

HΔεῖν uero, & ἀναλγησίαν) Robertus Stephanus Parisiensis hanc uocem, ἀναλγησίαν; ubi legebatur, ἀλυπίαν; in suo libro impresserat. quæ uox sensum cum hr̃et meliorem, q̃ uulgata illa prior ipse item in meo libro septimum abhinc annũ eam impressi, existimans, Robertum, si quid immutasset, id fecisse librorum antiquoꝝ auctoritate testimonioq́; adductũ. alij postea non absurde emendarũt, ἀπονίαν etsi uetusti libri repugnent. unus tamen Vincentij Riccij liber habet, ἀπονίαν. {Habet damnatos, quos pro illo nobis restituat) Lege Pompeia damnatos Cæsar restituerat. eos nunc latenter significat, cum tamen de ijs loqui uideatur, qui ad sectiones faciendas Syllæ mortuo essent surrogandi.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Petit vt Trebonius sæpe ad se scribat.

M. CICERO C. TREBONIO S. D. 20

ORATOREM meum (sic enim inscripsi) Sabino tuo commendaui. natio me hominis impulit, ut ei recte putarem. nisi forte candidatorũ licentia hic quoque usus, hoc subito cognomen arripuit. etsi modestus eius uultus, sermoq́ constans habere quiddã a Curibus uidebatur. sed de Sabino satis. Tu mi Treboni, quando ad amorem meũ aliquantulum discedens addidisti; quo tolerabilius feramus igniculum desiderij tui, crebris nos literis appellato, atque ita, si idem fiet à nobis. quãquã duæ causæ sunt, cur tu frequentior in isto officio esse debeas, quàm nos: primũ, quod olim solebant, qui Romæ erãt, ad prouinciales amicos de rep. scribere: nunc tu nobis scribas oportet: res enim publica istic est: deinde, quòd nos alijs officijs tibi absenti satisfacere possumus; tu nobis, nisi literis, nõ uideo, qua re alia satisfacere possis. sed cetera scribes ad nos postea: nunc hæc primo cupio cognoscere; iter tuũ cuiusmodi sit; ubi Brutum nostrũ uideris; quandiu simul fueris: deinde, cum processeris longius, de bellicis rebus, de toto negocio: ut existimare possimus, quo statu simus. ego tantũ me scire putabo, quantum ex tuis literis habebo cognitum. Cura ut ualeas, meq́ ames amore illo tuo singulari.

HVBER. ORATOREM meum) Primum Cic. dicit se tradidisse oratorem suum cuidam ad Treb. defe rendum, q cupidus uidendi id opus à Cic. postulauerat, deinde rogat, ut ad se crebro scribat, ut facili' ferat, eius abñtiam, qđ' duabus de causis eum facere dře oñdit. Postremo dicit se cupidum fieri certiorem de eius itinere, & de qbusdam alijs rebus, qa ea certissima putabit, q̃ ab eo intelligit. {Oratorẽ) librũ de oratore. {Sic. n. inscr.) qa in eo disputatur de quibus rebus pficiatur uerus orator. {Sabino) qui erat ex Sabinis. {Natio) gens. {Recte) tutò, qa Sabini existimantur uiri boni & fideles. {Candidatoꝝ lic.) candidati dicebantur qui candidis uestib. induti magistratus petebant, hi solebant interdum fidei & auctoritatis comparandæ gr̃a cognomen aliunde sumere, dixit ergo licentia candidatoꝝ. i. qua cãdidati uti solent. {Arripuit) usurpauit. {Etsi) q̃q̃ una. n. pars est. {Quiddam à Curib.) aliquid de ꝓbitate Sabinoꝝ. nam Cures oppidũ est Sabinoꝝ: uñ Numa Pomp. ꝓꝑ probitatis moꝝ iustitiæ & religionis opinionẽ ad imperium Romanum suscipiendum accersitus est. Virg. lib. VI. Quis procul ille autem ramis insignis oliuæ Sacra ferens, nosco crines incanaq; menta Regis Romani primam qui legibus urbem Fundabit. Curibus paruis & paupere terra Missus in imperium magnum. est aũt ornatus dicẽdi modus: hic uĩ hřē aliquid à ciuitate sua. l. uĩ imitari mores suæ ciuitatis. {Discedens add.) quia plerũq; ex abñtia crescit amor. {Quo) ut. {Igniculũ) feruorẽ, trãslatio apta amori. {Desiderij) abñtię Appellato, alloqtor. {Atq; ita) . i. appellato. i. cũ hac ꝯdõne si idẽ ego faciã. {Officio) scribẽdi & lacessendi me lřis. {Nũc) hoc tpe. {Tu) q es in ꝓuincia. {Nobis) q sumus Romę. {Istic) ĩ ꝓuincia, qa ubi Cæs. est, ibi resp. est, qa ubi põtifex, ut nũc dicim', ibi Roma est. {Alijs) quã scribere qa possum' hřē curã reꝝ tuaꝝ. {Als) alr, alijs reb. {Nisi l.) nisi scribẽdo, qa nullũ negociũ mihi ĩ ista ꝓuicia qđ' me cures. {Iter c.) quã facile q̃ sine piculis. {Quãdiu) q̃to tpe. {Sil') cũ Bruto. {Processeris) ꝓgressus fueris. {Tm̃) nõ ultra, nõ pl'. {Illo) hẽt emphasim.

Natio. *Recte.* *Cãdidati* *Cure.* *Quandiu*

ASCEN. ORatorẽ &c. Dicit se dedisse oratorẽ suũ. i. librũ de oratore deferendũ ad Trebon. Deinde rogat, ut ad se crebro scribat, & de eius itinere se doceat, atq; alia q̃dam. q̃ cũ ordine patebũt. Ordo aũt est: Ego cõmẽdaui. i. fide cõmisi, Sabino tuo, familiari aut liberto Oratorẽ meũ. i. librũ de orat. Ego. n. iscripsi. l. nũcupaui caue dicas intitulaui, eũ sic, Natio. i. nãlis inclinatio ex pr̃ia ꝓsumpta, hois. s. Sabini, ubi uiri fideles & mulieres castę fere hñr. impulit. l. induxit me ut putarẽ. s. ut cõmisisse recte, nisi forte quoq;. i. ẽt hic, usus licẽtia cãdidatoꝝ. i. qua abutebãtur cãdidati. i. magistratuũ petitores q ut se cõmẽdatiores facerẽt interdũ alterius gẽtis se mẽtiebãtur, abripuit subito hoc cognomẽ. s. Sabinoꝝ etsi. i. q̃q̃ uultus eius molest', & sermo ꝯstãs. i. nõ uacillãs, uidebatur hřē qddã. i. certa nãm à Curib. urbe Sabinorũ pr̃ia. Numæ regis. Sed satis supp. dcm̃ aut scriptũ sit de Sabino. Tu ò mi Treboni, qñ. i. qm̃, tu discedẽs. s. ab urbe, olim aliquantũ. addidisti incremẽti ad amorẽ meũ. l. in te, quo. i. ut, feramus tolerabilius. l. patientius igniculũ. i. ardorẽ desiderij tui. i. qđ' hẽmus de te, appellato. i. adloquitor aut ꝯuentio sup. me crebris lřis. Itaq; sup. appellato, si idẽ. s. appellare, lřis fiet à nobis, q̃q̃ duæ causæ sunt cur tu debeas esse frequẽtior in isto offõ. s. appellãdi lřis hoc est scribẽdi, q̃ nos. Primũ, qđ' olim ij: sup. q erant Romæ, solebant scribere ad amicos ꝓuinciales. i. q agebant in ꝓuincia aliqua de rep. oportet te scribere nobis. Em̃. i. qa Resp. est istic. s. ubi tu es. Deinde ꝙ nos possumus satisfacere tibi abñti alijs officijs. Tu nisi sup. satisfeceris nobis lřis, hic. i. in hac regione, nõ uideo. i. non intelligo qua alia re possis satisfacere. s. nobis. Sed tu scribis postea ad nos cetera, ego cupio nũc cognoscere primo hæc, cuiusmodi iter tuum sit ad nos, ubi uideris Brutum nr̃m. s. amicũ, q̃diu fueris sil'. s. cum eo. Deinde sup. scribes, cũ ꝓcesseris longius de rebus bellicis sup. & de toto negocio ut possimus existimare. i. iudicare. quo ĩ statu sim'. Ego putabo me scire tm̃ quantũ habeo cognitũ ex lřis tuis. Cura ut ualeas & ames me amore illo tuo singulari. s. quo soles amare tuos.

PAVLVS MANVT. AD amorem meum aliquantulum discedens addidisti) Antea legebatur, aliquantum olim. nos, cum in libris manuscriptis &, aliquantulum olim, &, aliquantum olim, legeremus: aliquantulũ, emendare non dubitauimus. neque enim, ut opinor, habere locum hic potest uox illa, olim; cum ex ipsa epistola, Trebonium non multo ante Roma profectum esse, colligatur. atq; ẽt sensus erit cõmodior, si, aliquãtulũ, q̃ si aliquantũ olim, legas; ut oñdatur, Ciceronis amorẽ erga Treboniũ sũmũ, & maximũ iã fuisse, cui q̃minimũ addi potuerit.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Responsoria est epistola bona tamen ex parte officiosa.

M. CICERO TREBONIO S. P. D. 21

*ET epistolam tuam legi libenter, & librum libentissime. sed tamen in ea uoluptate hunc accepi dolorem, quòd, cũ incendisses cupiditatem meam consuetudinis augendæ nostræ, (nam ad amorẽ quidem nihil poterat accedere) tum discedis à nobis, meq́ tanto desiderio afficis, ut unam mihi consolationem relinquas, fore, ut utriusque nostrum absentis desiderium crebris, & longis epistolis leniatur. quod ego non modo de me tibi spondere possum, sed de te etiam mihi. nullam enim apud me reliquisti dubitationem, quantum me amares. nam, ut illa omittam, quæ ciuitate teste fecisti, cum mecum inimicitias cõmunicasti, cum me concionibus tuis defendisti, cum q̃stor in mea, atque in publica causa consulum partes suscepisti, cum tribuno pl. q̃stor nõ paruisti, cui tuus pſertim collega pareret: ut hæc recentia, quæ meminero semper, obliuiscar; quæ tua solicitudo de me in armis, quæ lætitia in reditu, q̃ cura, qui dolor, cũ ad te curæ, et dolores mei perferrẽtur; Brundusiũ denique te ad me uẽturũ fuisse, nisi subito in Hispaniã missus esses: ut hæc igitur omittam, q̃ mihi tãti æstimanda sunt, quãti uitã æstimo, & salutẽ meã: liber iste, quẽ mihi misisti, quantã habet declarationẽ amoris tui? primũ, quòd tibi facetũ uidetur, quidquid ego dixi: quod alys fortasse non itẽ: deinde, quòd illa siue faceta sunt, * siue sic, fiũt, narrãte te, uenustissima: quin etiã ante, quàm ad me ueniatur, risus oĩs pene cõsumitur. quòd si ĩ his scribẽdis nihil aliud, nisi, quod necesse fuit, de uno me tãdiu cogitauisses: ferreus essẽ, si te nõ amarẽ. cũ uero ea, q̃ scriptura persecutus es, sine sũmo amore cogitare nõ potueris: nõ possũ existimare, plus quẽquã à seipso, quam me à te, amari. cui quidẽ ego amori, utinã ceteris rebus possẽ, amore certe respõdebo: quo tamẽ ipso tibi cõfido futurũ satis. Nũc ad epistolã uenio:*

* alias secus fiunt.

cui

*cui copiose, & suauiter scripta, nihil est, quod multa respondeam. primum enim ego illas Caluo literas misi, non plus, quàm has, quas nunc legis, existimans exituras: aliter enim scribimus, quod eos solos, quibus mittimus; aliter, quod multos lecturos putamus. deinde ingenium eius melioribus extuli laudibus, quàm tu id vere potuisse fieri putas. primũ, quòd ita iudicabam. acute mouebatur: genus quoddam sequebatur; in quo iudicio lapsus, quo valebat, tamen assequebatur, quod probaret. multæ erant, & recõditæ literæ: vis non erat. ad eam igitur adhortabar. in excitando autem, et in acuendo plurimum valet, si laudes eum, quem cohortere. Habes de Caluo iudicium, & consilium meum: consilium, quòd hortandi causa laudaui: iudiciũ, quòd de ingenio eius valde existimaui bene. Reliquum est, tuam profectionem amore prosequar, reditum spe expectem, absentem memoria * colam, omne desiderium literis mittendis, accipiendis leniam. tu velim tua in me studia, & officia multum tecum recordere. quæ cum tibi liceat, mihi nefas sit obliuisci, non modo virum bonum me existimabis, verum etiam te à me amari plurimum iudicabis. Vale.*

* alias colã, cõe.

HVBER. EPISTOLAM tuam) Scripserat Trebonius librum, in quo uehementer laudabat dicta Cic. quem Cic. dicit se libenter legisse, cognouisseq́; ex illo magnum eius erga se amorem. quare ostendit se uehementer obligatum esse eum redamare, quia non solum se amantem cogitauerit, sed & scriptura amorem suum testatus sit, postea uero Cic. rñdet Trebon. de qbusdam lr̃is missis ad Caluũ, quare eũ laudauerit. postremo dicit se omnia amicitiæ signa & officia seruaturũ in eius abñtia à quo Cic. petit, ut sua & studia & officia in ipm Cic. collata multum recordetur. {Librum) quem mihi legendum misisti. {Incendisses) incitasses. {Augendæ) ut frequentius essemus sit q̃ solebamus. {Nam ad am.) parenthesis est. {Desiderio) amore tui. {Leniatur) mitigetur de te tanq̃ amicissimo {Ciuitate) plus est q̃ si dixisset ciuibus testib. {Concionibus) orationibus. {Partes ꝯs.) i. ut faceres quę ad ꝯsules ptinebant pro me. {Tribuno pl.) pcipiẽti ne qspiam de me ageret. {Tu' coll.) qui erat tecum q̃stor. {Solicitudo) cura animi. {De me) pp me, mea causa. {In ar.) cum sum eiectus ex urbe. {Quæ) quam, quãta cum admiratione legendum. q.d. maxima. {Cũ curæ, & dol.) uerẽ.ñ. amici secundis rebus nr̃is, atq; ac nos lætantur, aduersis dolent. {Venturũ) subaudi ut obliuiscar, uel omittam. {Vt hæc igitur om.) repetiuit uerbum pp longam, seriem clausulæ. {Quantam) q.d. maximam. {Quidqd ego dixi) ẽt si minus facetum est. {Non item) .s. ut. {Siue sic, fiũt, narr. te, uenustiss.) multi.n. pp beneuolentiam solent facere sua oĩone aliena dicta multo uenustiora q̃ sint, ad me, ad nomen meum. {De uno me) de me solo. {Ferreus) alienus ab oĩ humanitate, durissim' tanq̃ ex ferro factus. {Cũ uero) argm̃ rõnis, nam si eum amare debemus, qui de nobis bene cogitarit, quanto magis qui de nobis bñ cogitata lr̃is mandarit, qa signum est quod q̃ summo cũ amore scripserit, non sine summo amore cogitare potuerit. {Plus quenq̃ à se ipso) .i. cũ qsque nãliter se maxime amet, & carus sit. {Rñdebo) reddam parem uicem. {Certe) saltem. {Quo) amore. {Epl̃am) tuam. {Caluo) hic poeta fuit. {Non plus,) Ordo est non existimans plus exituras q̃ has, quas nunc legis. i. non existimans quod dient in publicum exire q̃ hæ, quas nunc legis. {Alr̃ em̃) nos tauda snia contra fastidiosos iudices alienoꝝ scriptoꝝ, q æq; uolunt de oĩbus iudicare. {Vere) uero iudicio. {Primũ) adducit rõnes, quare eum maioribus laudibus extulerit, q̃ Trebonius putaret uere efferri posse. {Reconditæ) secretæ, non multis cognitæ. {Vis) snia grauis. {Ad eã uis) in excitando pluri. ualet, si lau. Ouid. Laudataq́; uirtus Crescit, & immẽsum gloria calcar hẽt. {Profectionẽ tuã) tuum iter. i. abñtem, hæc aũt oĩa q̃ cõmemorat, amicus de abñte amico facere debet. {Absentẽ mem. c.) ut ita te in memoriam habeã, qđ abñs uidearis esse pñs. {Tecũ) in aĩo tuo. {Quæ) officia. {Cũ lic. tibi) .s. obliuisci. {Mihi ne. sit) mihi nullo pacto ꝯcedatur obliuisci, qa ut ipse in officijs bñficia is debet cõmemorare q accipit, nõ is, q ꝯtulit, nec acceptoꝝ sine magna rephẽsiõe obliuisci possum'.

Ferreus. Certe. Recõditæ

ASCEN. ET epl̃am etc. Scripserat Trebon. librum in quo uehemẽter laudat dicta Cic. quem Cic. dicit se libenter legisse, cognouisseq́; ex illo magnum eius erga se amorem. Deinde rñdet Trebonio de lr̃is missis ad Caluum, exponẽs quare eũ laudauerit. Ordo aũt est. Ego legi & epl̃am tuam libenter & librũ .s. tuum libentissime. sed tñ ego accepi in ea uoluptate hunc dolorem, ꝙ cũ incendisses cupiditatẽ meã, cõsuetudinis. i. ut dñt ꝯuersationis nr̃æ augendæ. Nam ad amorem quidẽ nihil poterat accedere. i. addi, tum. i. tũc discedis, à nobis, & afficis me tanto desiderio, ut relinquas mihi una sup. dñtaxat ꝯsolationem, fore. i. ꝙ spero futuꝝ, ut desideriũ utriusq; nr̃m utriusq; abñtis leniatur. i. mitigetur & minuatur epl̃is crebris & longis. qđ ego possum non mõ. i. non solũ spondere tibi de me, sed ẽt mihi de te. Tu.n. nullam dubõnem reliq̃sti apud me, quãtum. i. dubitẽ quantũ tu amares me. Nam ut omittã. i. pterea illam q̃ fecisti teste ciuitate. i. cõitate ciuium Rom. cũ. i. qñ, cõicasti mecum inimicitias .i. declarasti te inimicum inimici mei, cum defendisti me ꝯcionibus tuis. i. oĩonibus ad populum cum quæstor suscepisti in causa mea atq; pub. partes .i. offm̃ ꝯsulum, cũ tu quæstor & ita inferioris dignitatis nõ paruisti. i. obediuisti trib. pl. p̃sertim cui collega tuus. i. q tecũ quæstor erat, pareret. Et sup. ut obliuiscar hæc pñtia quæ sup. tñ meminero, & recordabor semper. q̃. i. qualis sup. fuit, solicitudo tua de me in armis. i. cum armatis me defendere uelles, quæ sup. fuit lætitia tua in reditu .s. meo, q̃ cura. i. ne nimis cito redierim, qui. i. qualis dolor, cum curæ, & dolores mei perferrentur ad te, denique. i. demum ut omittam sup. te uenturũ fuisse ad me Brundusium, nisi missus esses subito in Hispaniã, ut igitur omittam hæc, q̃ sunt æstimanda. i. reputanda & appreciãda mihi .i. à me tanti quanti æstimo uitam & salutẽ meam: iste liber quem misisti mihi, quantam declarationem amoris tui habet? q.d. maximam. Primum ꝙ quidqd ego dixi ut tibi facetum. i. uenustum & urbanum, qđ fortasse sup. ut alijs non item. i. non sitr. Deinde ꝙ illa .s. dicta mea siue sunt faceta siue fiunt sic. i. faceta narrante te & uenustissima. Quin etiam antequam ueniatur ad me .s. ut gratuletur mihi ob facetiam, pene omnis risus consumitur, quia te narrante inceptus est. Quòd si nihil aliud cogitauisses, nisi quod fuit necesse in his scribendis sup. cogitare, de me uno tandiu, ego essem ferreus. i. durissimis præcordijs, si non amarẽ te. Cum nõ uero potueris cogitare ea quæ persecutus es scriptura. i. scribendo sine summo amore, non possum existimare, quenq̃ amari plus à seipso q̃ me à te. Cui quidem amori ego utinã possim sup. respondere ceteris respondebo. i. satisfaciam, certe. i. haud dubie, amore. i. redamando te quo ipso. i. amore me ego confido tamen .i. nihilominus futurum .i. factum iri satis tibi. Nunc uenio ad epistolam postquam locutus sum de libro, cui .s. epistolæ, scriptæ .s. à te copiose & suauiter, nihil esse .i. nulla est, urgens causa quod. i. pp quam, ego respondeã multa. Enim. i. quia, primum. i. ut id primo respondeam ego misi illas literas Caluo, existimamus sup. non exituras. i. diuulgãdas plus, q̃ has quas nunc legis. Nos.n. scribimus aliter sup. id, quod putamus eos solos quibus mittimus, supp. ipsum lecturos .s. esse aliter supp. id quod putamus multos lecturos. Deinde ego extuli. i. exaltaui ingenium eius .s. Calui, & melioribus laudibus, q̃ tu putas id potuisse fieri uere. Primum qđ iudicabam ita, ipsa mouebatur acute, & sequebatur quoddã genus, in quo iudicio lapsus. i. errans .s. in eo quo uolebat, assequebatur. i. obtinebat tamen ꝙ probaret. Literæ erant multæ, & reconditæ. i. secretioris scientiæ: Vis .s. mouendi, non erat. Igitur ego adhortabar. n. ad eum, Autem. i. sed, ipse ualet plurimum in excitando & acuendo si laudes. i. si ipse laudes eum quem cohortere. i. quem ipse cohortetur. Tu habes de Caluo .s. poeta iudicium, & consilium meum. Consilium ꝙ laudaui eum causa hortandi, iudicium ꝙ existimaui ualde bene de ingenio eius. Reliquum est: sup. ut prosequar profectionem tuam amore, & ut expectem reditum tuum spe, & colam te absentem memoria, & leniam omne desiderium lr̃is, mittendis & accipiendis. Velim sup. recordare, tecum multũ officia & studia tua in me, quæ .s. studia & officia cum liceat tibi obliuisci, & nefas sit mihi obliuisci, tu nõ modo existimabis me uiꝝ bonũ, uerũ etiã iudicabis te amari plurimũ à me.

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM, AD TIRONEM,

LIBER DECIMVSSEXTVS.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Ex his epistolis animus Ciceronis erga doctos libertos & viros cognoscitur. consulit autem & monet hac epistola Tironem valetudinarium vt valetudinem suam diligenter curet.

TVLLIVS, ET CICERO F. ET Q. Q. TIRONI HVMANISS. ET OPT. S. D. 1

VIDE, QVANTA IN TE SIT *suauitas: duas horas Thyrei fuimus: Xenomenes hospes tam te diligit, quàm si vixerit tecum. is omnia pollicitus est, quæ tibi essent opus: facturum puto. mihi placebat, si firmior esses, ut te Leucadem deportares; vt ibi te plane confirmares. videbis, quid Curio, quid Lysoni, quid medico placeat. Volebam ad te Marionem remittere, quem, cũ meliuscule tibi esset, ad me mitteres: sed cogitaui, vnas literas Marionem afferre posse, me aũt crebras expectare. poteris igitur, & facies, si me diligis, ut quotidie sit Acastus in portu. multi erunt, quibus rectè literas dare possis, qui ad me libenter perferant. equidem Patras euntem neminem prætermittam. ego oẽm spem tui diligenter curandi in Curio habeo. nihil potest illo fieri humanius, nihil nostri amantius. ei te totum trade. malo te paulo post valentẽ, quàm statim imbecillum videre. cura igitur nihil aliud, nisi vt tu valeas: cætera ego curabo. Etiam atque etiam vale. Leucade proficiscens, VII id. Non.*

literas accepi : quod non mirabar : neque enim meas puto ad
te literas tanta hieme perferri . sed da operam, vt valeas : et,
si valebis, cum rectè nauigari poterit,tum nauiges . Cicero
meus in Formiano erat , Terentia , & Tullia Romæ . Cura
vt valeas . IIII cal. Febr. Capua.*

*alias nō.n.honesta le.

HVBER.

QVO in discrimine) Hac epla longe plenius q̃
præcedenti exposuit Cic.belloꝝ ciuilium cau=
sas & tumultū & pericula . Deinde consilia &
sniam suam de ijs bellis,rogatq́; Tironē ne mo
lestiam ullā capiat de ijs rebus , ne impediant
eius ualetudinem,quā hortatur ut diligenter curet . monetq́;
eū postremo qōo nauigare , debeat . nulla ferè difficultas est
in uerbis.{Discrimine) periculo.{Diripiendam) uertendā in
prædam.{Reliquimus)qa fugimus Capuam,ubi sunt Pomp.
exercitus.{In eū l.)in talem statū.{Vt ueni)postq̃ ueni.{Oia
sentire. & d.) hoc ēt testatur Appia. Cic.deconcordia egisse .
{Eos)q boni uiri hñr,notat consules , qui contradicebant o=
mnibus,quæ Cic.cōsulebat.{Ariminū Pi.) urbes sunt Senno
nū in Italia iuxta sinum Adriaticū.has aūt urbes primū occu
pauit Cæsar.Luc.Vicinumq́; minax inuadit Ariminū,& Suet.
Picenū,Vmbriam,Ethruriā occupauit , rōnem aūt affert Ap=
pia.dū de Octauiano loquitur , qa inde erat facilis incursus ,
& inuasio. & Strab.lib.5.cū dicit . Annibalem usum esse hac
uia.{Quàm sa.)s.reliquerimus.{Nihil attinet disp.) qa ꝯstat
& timide,& stulte nos fecisse:sed ut ingt Luc.Danda tñ uenia
est tantoꝝ danda maloꝝ Pōp.fugiente timent.{Eat in Hisp.)
quam erat sortitus eo anno.{Dimittantur)ne habeamus mili
tes in Italia.{Obtigerunt)forte euenerunt.{His) Domitio &
Cōsidio.{Se tradituꝝ Domitio)L.Dom.Cæsari successor nomi
natus fuerat,& is Domitius est quē postea Cæs.Corfinij tn de
ditionem accepit atq; dimisit.{Se uentuꝝ) Romam ad comis
tia cōsularia.{Trinūdinum) nundinæ dies erat ſm Festū fes
riaꝝ quo ppls ad urbem mercandi causa cōueniebat.Macr. in
Saturnal.negat nūdinas fuisse ferias,sed Romanos instituisse
nūdinas & octo quidem diebus in agris rustici opus facerēt:
nono aūt intermisso rure ad mercatū legesq́; accipiendas Ro
mā uenirent:ut scita atq; cōsulta frequentiore pplo referrent,
quæ trinūdino die ꝓposita à singulis atq; uniuersis facile no
tabantur,unde ēt mos tractus: ut leges trinūdino die ꝓmul=
garentur,ea re ēt candidatis usus fuit in comitiū nundinis ue
nire,& in colle cōsistere . unde corā possent ab uniuersis uide
ri,sed hæc oia diligentius & hri cœpta & post abolita postq̃
trinūdino ēt ob multitudinē plebis frequentes adesse cœpe=
runt. Hæc Macrob.signat aūt trinūdinum aliud esse q̃ nundi
nas,licet aperte nō declaret qd sit:puto aūt esse triū dieꝝ spa=
tium ad hñda comitia creandoꝝ magistratuū causa,ut uerba
Macrob.suprapposita signant,& Liu.3.Postq̃ uero comitia de
cēuiris creandis in trinūdinum indicta sunt. Lauren.tñ Valla
legit trinū nundinū quod minus ꝓbo. Quidam ēt accipiunt
nō pro spatio triū dieꝝ,sed pro loco quod tribus in locis uno
die fierēt comitia,probo tñ magis priorē sensum.{Ex ijs loc.)
Arimino,Pisauro &c.{Non ho.)qa uidemur ei parere, cui de
beremus imperare.{Leges im.)nobis à Cæs.& est ratio,quare
pax nō sit honesta.{Quiduis)quod libet ēt minus honestū .
{Sicut su.) in tanta perturbatione reꝝ & metu . {Instare suis
con.)i.si noluerit seruare ꝯditiones quas fecit,ut sup uidimus
& quas nos accepimus.{Sustinere)tueri.{Suis)quas ipse pro
posuit nobis,non aūt nos eis. {Intercludamus) impediamus
opponendo exercitus.{Delectus)factus in Italia.{Gallias)ul
teriorem & citeriorem.{Transpadanos) qui transpadanum

Nundinæ Trinundinæ.

incolunt in Gallia Cisalpina.{Sex le. Hisp.) non suas, sed sibi inimicissimas & aduersarias has legiones postea Cæs.appellatis partibus de rep.inuasit,is aũt præerant Petreus Afranius, & M. Varro.{Si insa.) si qd insane & furiose fecerit cõtra ea, quæ nobiscũ pactus est.{A ter.) à posteriori parte.s.à legionibus,quæ sunt in Hispania,à tergo aũt à latere.& à frõte uocabula,sunt cõmode ad exercitũ translata.{Maximã pl.) maximum dãnum,trãslatio à corpore,qđ plaga.i.pcussione debilitari solet.{Labienus)is unus ex ducibus Cæs.in bello postꝗ̃ uidit Cæs.mouisse bellũ aduersus patriam eũ reliqt & ad Põp. transiuit.{Sceleris)impij & scelerati belli ciuilis,Luc.lusq; datũ sceleri canimus.{Multi)ex ducibus & militibus Cæs. {Facturi)idẽ quod fecit Labienus.{Oræ ma.) regioni uicinæ mari.{A For.ut causa).i.usq; à Formijs.{Quo)quare.{Plus ua.) qa pius obtẽperauit meis exhortationibus, qa uidit me nõ suscepisse aliud maius negociũ contra se, ꝗ̃ ut seruarem illam regionẽ,cui pręerã.{Certis)quibusdã.{Pręfutuꝝ)facient.n.me ducẽ quarũdam legionũ.{Noster)& gener & amicus.{Impediant)molestiæ.n.& solicitudines solẽt uel impedire ualetudinem,uel interdũ renouare morbũ.{A.Var.) is erat Patris ubi ægrotabat Tiro.{Totũ re.)i.oia quæ ad te pertinent.{Recepit)pmisit.{Eo tẽ.)quo primũ Romam adueni, & de triumpho mihi decernẽdo agebã,in quo potuisses mihi pdesse.{Caue)festines.caue ne pperes nimiũ,nam caue negationem bẽt sensu in se inclusam.{Cõmittas) ne facias hoc ut nauiges æger &c.est aũt interdum cõmittere facere cũ errore & rephensione,ut non cõmittam ut me decipias.{Saluus) incolumis. {Quod)neminẽ te uidisse post M.Volusium. {Tãta hyeme) uel tempestate maris,uel ẽt tempore hyemis,q; difficillima est nauigatio. Iuuen.Mense quidem brumæ cum iam mercator Iason Clausus,& armatis obstat casa candida nautis Grandina tollunrur crystallina.{Recte)cõmode & tutò.{In Form.) in agro Formiano.{Romæ) erant cum scripsi has literas.

A tergo — *A latere.* — *A fronte.* — Cõmittere — Saluus. — ASCEN.

QVo etc.Exponit belloꝝ ciuiliũ seminaria dicens.tu potes scire in quo discrimine salus mea & oium bonoꝝ, atque uniuersa resp.uersetur, ex eo q; reliquimus domos nr̃as & patriã ipsam uel diripiendã uel inflãmandam,aduentante.n.Cęsare oẽs,fugerũt. Res est deducta in eũ locum ut nisi qs.i.aliquis deus uel casus aliqs subuenerit nequeamus esse salui. Eg dem.i.ego quidẽ,ut ueni ad urbẽ.s.ex prouincia,nõ destiti & sentire,& dicere, & facere oia quæ pertinerẽt ad concordiã.s. Cæsaris & Põpeij.Sed mirus furor inuaserat.s.discordia aut lege,inarserat,non solũ improbis,sed ẽt ijs qui hñr boni, ut cuperẽt pugnare,me clamãte nihil esse miserius bello ciuili.Itaque cũ Cæsar raperetur quadã amentia,& oblitus nois atque bonoꝝ suoꝝ occupasset,Ariminũ,Pisauꝝ,Anconã,Aretiũ,nos reliqmus urbem.s. Romã,ꝗ̃.i.quantum sapiẽter aut ꝗ̃ fortiter nihil attinet disputare.i.discutere. Quo qdẽ &c. Ordo est. Quidẽ.i.certe. Est tñ expletiua coniũctio plus ad ornatum ꝗ̃ ad sniam faciens,tu uides.i.intelligis,in quo casu nos simus. Conditiones.s.pacis feruntur oino ab illo.s.Cæsare,ut Pompeius.s.cũ imperio,in Hispaniã,& sup.delectus.i.militũ nouoꝝ scriptiones q sunt habiti.i.quę iam sunt factæ,et psidia nr̃a.i. quæ imposuimus urbibus cõtra Cæs.dimittantur, & sup.offert, se traditurũ Domitio Galliã ulteriorem.i.remotiorem ab Italia,& sup.Cõsidio Nouiano Galliam citeriorẽ.i.uiciniorẽ, & quæ citra Alpes est.Enim.i.qa sup.dictæ prouinciæ obtigerunt.s.forte his.s.duobus Domitio & Cõsidio & sup.se uenturũ ad petitionem cõsulatus.Neq;.i.& nõ, & sup.dixit se non uelle rõnem.i.pium respectũ sui.i.de se aut in se hñi se iam absente, & sup.dixit aut obtulit se pñtem petituꝝ trinundinũ.i. spatiũ trium dieꝝ pro nundinis.i.dicẽdis &.i.nunciandis nouis seu legibus seu festis pplo ex agro in urbẽ cõuocato. Nos accepimus cõditiones.s.oblatas à Cæsare sed ita ut remoueat psidia.i.armatos milites ad custodiã locoꝝ fortiũ impositos, ex his locis quæ occupauit,ut senatus possit hñi Romæ, de ijs ipsis cõditionibus.Si ille.s.Cæsar fecerit id.i.amouerit præsidia,spes est pacis. Non.n.leges.i.cõditiones pacis honestæ.i. senatui honorificæ imponũtur.s.à Cæsare quasi iam tũc,dñ o, sed qd uis est melius.i.quęlibet cõditio est melior ꝗ̃ esset sicut sumus.Sin aũt.i.sed si,ille.s.Cæsar noluerit instare.i.inniti cõditionibus suis.s.nõ alr admittendo pacem, bellũ est paratũ, tñ eiusmodi.i.tale aut tã magnum contra Cæsarẽ, quod.i.ꝗ̃le aut quantũ sup.Cæsar nõ possit sustinere, presertim cũ ipse fugerit.i.meticulose discesserit à conditionibus suis tantũmodo .i.eo solũ dato. Vt intercludamus eum.i.ei facultatem præripiamus,ne possit accedere ad urbẽ quod sperabamus posse fieri,habebamus.n.delectus magnos, & putabamus illũ metuere si cœpisset ire ad urbẽ.s.Romam,ne amitteret Gallias.s.ulteriorẽ,& citeriorem, quas ambas habet munitissimas.s.psidijs suis, pter transpadanos.s.eos Gallos q trans padũ incolunt. Et sex legiones.s.Romanoꝝ, & magna auxilia.s.socioꝝ, uñ hñi à tergo.s.Cæsaris.i.ut instẽt illi à tergo ex Hispania,Afranio,& Petreio ducibus,quos tñ Cæsar ad deditionẽ cõpulit,si sup.Cæsar insaniet.i.temere oia audebit, sup. ur posse opprimi,modo.i.dũmodo id fiat urbe.s.salua. Autem.i.sed Cæsar sup.accepit maximã plagam.i.maximũ incõmodum, q; is uidelicet Titus Labienus q habebat summã auctoritatẽ in exercitu illius,noluit esse socius sceleris eius.s.in patriam incepti, sed sup.reliqt illum & est nobiscũ & multi.s.alij boni uiri,dñr facturi esse idem.i.relicturi illũ.Ego præsum.i.ptectioni sum adhuc oræ maritimæ.i.regioni ad mare iacẽti,à Formijs, nullum.i.nõ ullum,nõ uolui suscipe ullum negociũ maius, quo .i.ut literæ & cohortationes meæ ad pacẽ,ualerent plus,apud illũ.s.Cæs. Sin aũt.i.sed si bellũ erit, ego uideo me præ furuꝝ castris & certis.i.quibusdã legionibus.Ego habeo ẽt illã molestiam.i.cruciatũ animi,q; Dolabella noster qa,gener Cic.est apud Cæs.Ego uolui hæc esse nota tibi.quę caue ne pturbent te,& impediant ualetudinẽ tuam.Ego cõmendaui te diligentissime A. Varroni.s.Patris agenti quẽ cognoui cũ.s.ita sit q; amantissimum mei, tum ẽt ualde studiosum tui.i.tibi optime uolẽtem,ut hñet rõnem,&.i.simul ualetudinis tuæ,et nauigationis, & susciperet.i.in custodiam suã assumeret ac tueretur te totũ,quem ego cõfido,facturũ oia.Enim.i.qa,ipse recepit.i.pmisit & locutus est mecũ suauissime. Tu qñ.i.qm non potuisti esse mecũ eo tpe quo ego desideraui maxime operã.i.diligentiã laborẽ & fidelitatem tuã,caue sup.ne festines,aut committas,ut nauiges,aut æger,aut hyeme.Ego nunꝗ̃ putabo te uenisse serò.i.nimis tarde si ueneris saluus.Ego neminẽ uiderã adhuc.s.cũ hęc scriberem q uidisset te posteaꝗ̃ M.Volusius sup.uidit te,à quo accepi literas tuas.quod nõ mirabar. Neq; .n.puto meas lr̃as pferri.i.ad finẽ usq; ferri ad te tãta hyeme .i.tẽpestate pcellosa durãte.Sed da opam ut ualeas,etsi ualebis.i.sanus eris, nauiges tũ.i.tũc,cũ.i.qñ poterit nauigari recte.i.sine piculo Cic.me⁹.s.fili⁹ erat.s.cũ has scriberẽ,i Formiano.s.uilla nr̃a Formiana.Terẽtia.s.uxor, & Tullia.s.filia sup. erãt Romæ.Cura ut ualeas.Datũ sup.è Capua IIII. Cal.Feb.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Hortatoria,& nunciatoria.

TVLLIVS TIRONI S. 12

EGO vero cupio te ad me venire: sed viam timeo. grauissime ægrotasti: inedia,& purgationibus,& vi ipsius morbi consumptus es. graues solent offensiones esse ex grauibus morbis, si qua culpa cõmissa est. iam ad id biduum, quod fueris in via,dum in Cumanum venis, accedent continuo ad reditum dies quinque. ego in Formiano ad III. cal. esse volo. ibi te vt firmum offendam, mi Tiro effice. literulæ meæ, siue nostræ, tui desiderio oblanguerunt. hac tamen epistola,quam Acastus attulit,oculos sursum sustulerũt. Pompeius erat apud me,cum hæc scribebam. hilare, & libenter ei cupienti audire nostra,dixi, sine te omnia mea muta esse. tu musis nostris para vt operas reddas. nostra ad diem dictam fient: docui enim te, fides κἔτυμος quod haberet. fac plane vt valeas. nos ad summum. Vale. XIIII. cal.

κ.i.notationem.

EGO uero) scripserat Tiro se uenturũ ad Cic. si ipse uellet. itaq; rescribit Cic. se cupidum esse, ut Tiro ad se ueniat. sed timet ne ex uia periclitetur,quia oia,quæ malo regimine fiunt ab ijs qui grauiter ægrotauerunt,periculosa sunt,deinde facit eum certiorem se fore in Formiano,dicitq; se Pompeio

VVBER.

peio

Vero. Grauissime. Inedia. Fames.

peio dixisse ola sua mutua esse sine Tirone.{Vero) pôt esse & expletiua & affirmatiua particula.{Viam)periculũ uię.{Grauissime)uehemẽtissime,periculosissime.{Cõsumptus) deliberatus.{Ined.a)fame,sed fames semper est cũ appetitu edendi. Inedia uero ẽt sine appetitu,ut in ęgrotis,unde melius inedia dicetur abstinentia uel impotẽtia comedendi.i.nõ comestio. {Purgationibus)quæ medicinis fiũt.{Vi)magnitudine. {Offensiones)nocumẽta.{Si qua culpa cõmissa est) si q̃d est factũ præter ordinem & regulã medicoꝝ.{Iam ad id)ex his uerbis intelligimus Tironẽ fuisse iam in Italia,cum hæc epl'a scripta est.{Biduũ) spatium duoꝝ dieꝝ.{Accedent) q.d.ad te puto, hoc uelle dicere quod q̃a sit debilitatus: quinque dies ꝯsumet in redeundo.{Inter)quod inueniẽdo duobus diebus cõfecerit.{In Cu.)ad me.{Offendã) inueniã.{Siue nr̃æ) correctio, q̃a habebat Cic. Tironem adiutorẽ studioꝝ suoꝝ.{Oblanguerũt)debilitatæ sunt:sumptũ ab ęgrotantibus:q̃ languere dñr. {Sustulerunt oc.)p̃seuerauit in translatione,nam solent ęgrotãtes oculos multũ tenere demissos uel clausos. dicit igr̃ literas suas recreatas epl'a Tironis ab Acasto allata eleuasse aliquã tulũ oculos,& quodãmodo respirasse.{Apud me)domi.meę. {Nr̃a)res nr̃as.{Muta esse)tacita.i.me nescire loqui. & aliq̃d dicere sine te.{Reddas opas) restituas opas intermissas.i.ut reuertaris ad musas nr̃as.{Nr̃a di.) nr̃a promissa. {Ad diem) quã constitui quæ aũt essent hæc promissa,nõ facile intelligi pôt.quidam dñt fuisse p̃missiones libertatis, sed puto eũ iam fuisse libeꝝ,cũ hæc scripta sunt,licet inferius sit epl'a Q.fratris ad Cicer. gratulatoria de libertate Tironis, hæc aũt promissa puto fuisse de aliqua pecunia ei donãda ꝓ emptione fundi, quẽ ĩfra à Tirone emptũ,uidebim⁹.{ἔτυμον) p̃mptũ.{Nos ad sum.) s.ualeamus.i.optime, ut non possemus melius ualere.

Oblanguere.

ASCEN. EGo &c.Scripserat Tiro se uentuꝝ,modo Cic.id cuperet,ad quod rñdet:Ego uero.i.ueraciter, cupio te uenire ad me. sed timeo uiam.i.onera uiæ.tu ægrotasti grauissime.consumptus.i.exhaustus es inedia.i.abstinẽtia à cibo,& purgationibus,& ui ipsius morbi.offensiones ex grauibus morbis.i.post graues morbos,solẽt esse graues.Si.i.aliqua culpa cõmissa est .s.post morbũ.dies quinq; accedent iam cõtinuo ad reditũ.i. priusq̃ redieris,ad id biduũ quod fueris in uia.dũ.i.donec.ueneris.i.potueris uenire.in Cumanũ.i.in uillam Cumanã.Ego uolo esse in Formiano: sup.usq; ad III. Cal.s.sequentis mensis.effice ò mi Tiro,ut offendã.i.inueniam te ibi firmum.i.ualentẽ.Literulæ meæ, siue nr̃æ.i.cõia studia,oblanguerunt desiderio tui.tñ sustulerũt.i.erexerunt paululũ oculos hac epl'a, quã Acastus attulit.Põpeius erat apud me cũ scribebam hæc, ego dixi ei cupiẽti hilare,& libẽter audire nr̃a.s.scripta.omnia mea esse muta sine te.para ut reddas musis nr̃is operas.i.solitas lucubrationes.Nr̃a dicta.i.promissa. fient ad diem.s.statutũ,docui.n.te quod ἔτυμον.i.interpretamẽtum uerę sig̃nionis haberet fides.de qua in primo offic.dr̃,quod fiat dictum.non ergo legendum ἔτυμον.Fac ut ualeas plane.i.plene.Nos: sup. ualemus ad summum.i.optimam ualetudinem.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Nunciatoria, & hortatoria.

TVLLIVS TIRONI S. 13

AEGYPTA ad me venit prid. id. Apr. is etsi mihi nunciauit te plane febri carere, & belle habere: tamen, quòd negauit te potuisse ad me scribere, curam mihi attulit, & eo magis, quòd Hermia, quem eodem die venire oportuerat, non veneras, incredibili sum solicitudine de tua valetudine: qua si me liberaris, ego te omni cura liberabo. plura scriberem, si iam putarem libenter te legere posse. ingenium tuum, quod ego maximi facio, confer ad te mihi, tibiq́ conseruandum. cura te etiam atque etiam diligenter. Vale. Scripta iam epistola, Hermia venit, accepi tuam epistolam vacillantibus literulis: nec mirum, tam graui morbo. Ego ad te Aegyptam misi, quòd nec inhumanus est, & te visus est mihi diligere; vt is tecum esset; & cum eo coquum, quo vterere. Iterum vale.

HVBER. AEGYPTA) Dicit Cic.ꝙ licet ab Aegypta intellexerit Tironem carere febri, tñ quia intellexit eum nõ potuisse scribere, fuit uehementer solicitus de eius ualetudine,hortatur aũt eum, ut ingenium suũ totum cõferat ad se confirmandũ, deinde dicit se accepisse ab eo epl'am literis uacillantibus scriptam,quod non miratur, quia scit eũ nondum posse hr̃e manum firmam p̃p morbum.{Aegypta)proprium nomen serui {Plane)omnino.{Quòd)quia.{Hermia)p̃prium nomen serui.{Quem op.ue.)q̃ debuerat uenire.{Eodem die.) quo Aegypta uenit.quem existimabam non uenisse, quia p̃p aliquẽ casum tuũ esset retardatus.{Qua sol.)si me liberaris: ut te firmum reddas.{Omni cura)de eo quod tibi promisit. {Libenter)ægrotis.n.aut morbo debilitatis multitudo uerboꝝ solet esse molesta.{Scripta)hæc particula addita est post finẽ eplę, ut patet,quia his scriptis uenerat Hermia,qui attulerat literas à Tirone, sed male scriptas manu p̃p debilitatem morbi uacillante.{Vacillantibus) non firmiter neq; æqualiter scriptis. {Nec mi.)literas tuas fuisse uacillantes. {Inhumanus) durus in seruiendo.{Quo uterere)quem haberes ad usum tuum.

Planè.

ASCEN. AEgypta &c. Dicit se intellexisse Tironem conualuisse,sed quia nihil scripsit,deterius suspicari.Ordo est: Aegypta, propriũ est serui, uenit ad me pridie.i.die p̃cedente Idus Apr. Is etsi nunciauit mihi te carere.i.liberũ esse planè.i.oino, febri & hr̃e belle.i.meliuscule,tñ attulit mihi curam.i.solicitudinẽ, ꝙ negauit te potuisse scribere ad me, & eo.i.tanto magis.s.attulit curam,ꝙ Hermia non uenerat, quem oportuerat uenire eodẽ die.Ego sum incredibili solicitudine de ualetudine tua, qua si liberaris pro liberaueris me, ego liberabo te omni cura.Ego scriberem plura,si putarem te posse legere libẽter.Confer.i.applica ingeniũ tuum,qđ ego facio.i.existimo maximi, ad te ꝯseruandũ mihi,& tibi.Cura te etiam atq; ẽt diligenter.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Nunciatoria, & hortatoria.

TVLLIVS TIRONI S. 14

*ANDRICVS postridie ad me venit, quàm expectaram. itaque habui noctem plenam timoribus, ac miserijs. tuis literis nihilo sum factus certior, quo modo te haberes: sed tamen sum recreatus. ego omni delectatione, literisq́ careo: quas ante, quàm te videro, attingere non possum. Medico mercedis, quantum poscet, promitti iubeto: id * scripsi ad Mummium. Audio te animo angi, & medicum dicere, ex eo te laborare. si me diligis, excita ex somno tuas literas, humanitatemq́, propter quã mihi es carißimus. nunc opus est te animo valere, vt corpore poßis. id cum tua, tum mea causa facias, à te peto. Acastum retine, quo cõmodius tibi ministretur. conserua te mihi. dies promissorum adest: quem etiam repræsentabo, si adueneris. Etiam atque etiam vale. III. id. hora III.*

** alias scripsi Vmmiũ.*

HVBER. ANDRICVS) Quidquid hac epl'a dicit Cic.significat solicitudinẽ suã de ualetudine Tironis,quẽ hortatur ut curet ualere,& retineat Acastum seruũ apud se.{Andricus)seruus.{Venit) à te.{Noctẽ) q̃a timui eum retardatũ esse p̃p aliquẽ morbum tuũ.{Miserijs)solicitudinis.{Nihilo)pro nihil.{Quas)lr̃as.{Poscet)postulabit.{Ex eo) qđ aio angeris.{Laborare)ægrotare.{Excita ex somno l.t.)i.fac ut literæ tuæ q̃ sopitæ fuerũt hactenus p̃p morbũ, iam excitẽtur tanq̃ à somno.{Humanitatẽ)doctrinã.{Vt corpore pos.) s.ualere. {Aio ualere).i.lætum esse, & nulla cura affici. {Ministretur) Inseruiatur.{Promissorum)quæ tibi feci.{Quem)diem.{Repræsentabo) effectu ostendam, quia præstabo promissa.

Nihilo. Humanitas.

ANdricus &c. Amatorie scribit solicitudinem suã de Tirone, dicẽs. Andricus, nomẽ est serui forte ex Andro, ut Aegypta ex Aegypto, uenit ad me postridie.i.die posteriore quã expectarã.i.expectaueram. Itaq; habui noctem plenam timoribus, ac miserijs. Tñ.i.insuper. nihilo.i.in nullo factus sum certior literis.s.quas attulit quõ hẽs te, sed tñ sum recreatus. Ego careo omni delectatione, & literis oibus quas non possũ attingere anteq̃ uidero te. Iubeto.s.tm̃ mercedis promitti.s.ab amicis nr̃is medico quantum poscit. Ego scripsi ad Mumium id.i.ut id faciat. Audio te angi.i.torqueri aio & medicum dicere te laborare.i.ꝙ labores ex eo.s.ꝙ angeris aio. Si diligis me, excita literas tuas.i.præcepta ph̃ica de tolerandis aduersis ex somno.i.sopore obliuionis, & humanitatem.s.tuam, pp quã tu es charissimus mihi. Opus est nũc te ualere aio, ut possis.s. ualere corpore. Peto à te facias id.i.ut ualeas aio. cum.s.ita sit, ꝙ tua causa tum.i.multo magis. mea.s.causa. Retine Acastũ .i.seruum. quo.i.ut ministretur.i.ministerium fiat tibi cõmodius.i.magis cõmode. Conseruate mihi. dies ꝓmissoꝝ.s.de pecunia pro fundo emendo danda adest, q̃ repræsentabo.i.exhibebo, aut sint duæ particulæ quem præsentabo ẽt re.i.effectu ipso si adueneris. Vale etiam atque etiam. Tertio Idus Apr.

TVLLIVS TIRONI S. 15

OMNIA à te data mihi putabo, si te valentem videro. Summa cura expectabam aduentum Menãdri, quem ad te miseram. Cura, si me diligis, vt valeas: & cum te bene confirmaris, ad nos venias. Vale. IIII. id. Apr.

HVBER. OMNIA) Hortatur Cic. Tironem, ut det operã ualere, & cum fuerit bene confirmatus ad se ueniat. {Menandrum) seruum.

ASCEN. OMnia. Idem ferè facit dicens. Ego putabo oia data mihi à te si uidero te ualentẽ. Ego expectabam summa cura aduentum Menandri quem miserã ad te. Cura (si diligis me) ut ualeas, & uenias ad nos. cum.i. postquam confirmaris.i.confirmaueris te. Vale &c.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

LAudat Ciceronem, quod Tironem, hominem doctum et probum, manumiserit.

QVINTVS MARCO FRATRI S. 16

DE Tirone mi Marce, ita te, meumq; Ciceronem, & meam Tulliolam, tuumq; filiũ videam, vt mihi gratissimum fecisti, cũ eum, indignum illa fortuna, nobis amicũ, quàm seruum, esse maluisti. mihi crede, tuis, & illius literis perlectis, exilui gaudio, & tibi & ago gratias, & gratulor. si enim mihi Statij fidelitas est tanta voluptati: quanti esse in isto hæc eadem bona debent, additis literis, sermonibus, humanitate, quæ sunt his ipsis cõmodis potiora? amo te omnibus equidem maximis de causis, verum etiam propter hanc, vel quòd mihi sic, vt debuisti, nunciasti. te totum in literis vidi. Sabini pueris & promisi omnia, & faciam. Vale.

HVBER. DE Tirone) Q.F.Cic.ei gratias agit. gratulatur ꝙ Tironem manumisisset, cuius Tironis fidelitatẽ laudat & doctrinam. Postremo dicit se oia promisisse, præstaturumq; pueris Sabini, quos Cic.ei cõmendauerat. {Ita) ui iurantis est. {Indignum il.fo.) se non dignũ q̃ esset seruus. {Nobis am.) nã seruoꝝ amicitia nunq̃ dr. {Illius) Tironis, q̃bus nũciauit mihi illã liberalitatem tuã. {Exilui) exultaui. {Statij) liberti mei {In isto) Tironi. {Hæc eadem bona) ἀναστροφῆς plurali numero est usus pro singulari, cũ.n. dixisset solã fidelitatem subiũxit hæc eadẽ bona. {Additis) ad fidelitatẽ. {Literis) q̃bus ualet p̃ſm. {Quæ sunt his) .i.doctrina uel suauitate sermonis. {Potiora) maiora. {De) pp. {Propter hãc) de Tirone. {Pueris) seruis. {Et fac.) itelligimus h° Sabini seruos à Cic. fratri fuisse cõmẽdatos.

Exilui.

DE Tirone &c. Gratulatur Q.F.Cic.ꝙ Tironem manumiserit dicens: O mi Marce.s.frater. ita.i.sit, & est precantis utraq; particula, uideam.i. Dij dent, ut uideam.s.incolumes, Te, & Ciceronem meũ.s.nepotem ex te fratre, & Tulliolã meã .s.neptem ex eodẽ, & pro.i.filium tuũ. nisi forte dicamus utrisque Cicer. à Tulliola liberos fuisse, sed q̃a te præmisit mallem de Marci liberis intelligere. ut fecisti mihi gratissimũ de Tirone.i.de manumissione eius cũ maluisti eum indignũ illa fortuna.i.cõditione seruili, esse amicũ nobis, q̃ seruum. Crede mihi. ego exilui.i.extra me, quasi salui gaudio.i.præ gaudio literis tuis, & illius.s.Tironis perle[ctis] & ago gr̃as tibi, & gratulor.s.ẽt tibi. Si.n. fidelitas Stati[j li]berti mei, est mihi tantę uoluptati, quantæ, sup. uoluptati hæc eadem bona.i.fidelitas. debent esse in isto.s.tuo liberto Tirone, additis literis, sermonibus, humanitate, quæ sunt potiora.i.exhibibiliora his ipsis cõmodis, quæ.s.assequimur ex bonis seruis. Ego amo te equidẽ, pro quidem de omnibus maximis causis.i.pp maximas causas, ubi oẽs cum superlatiuo, uerum etiam pp hanc. uel.i.ꝙ nũciasti mihi, ut debuisti. Ego uidi.i.cognoui te totum in literis. Ego & promisi, & faciam pueris.i.seruis Sabini omnia.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Reprehendit Tironem, quod verbo Fideliter improprie vsus sit.

TVLLIVS TIRONI S. 17

VIDEO, quid agas. tuas quoque epistolas, vis, referam in volumina. sed heus tu, qui κανόνα *esse meorum scriptorum soles, unde illud tam* ἄκυρον, *valetudini fideliter inseruiendo? unde in istum locum fideliter venit? cui verbo domicilium est proprium in officio, migrationes in alienũ multæ. nam & doctrina, & domus, & ars, & ager ẽt fidelis dici potest: vt sit, quo modo Theophrasto placet, verecũda tralatio. sed hæc coram. Demetrius venit ad me: quo quidẽ comitatu* ἀφωμίλευσα *satis scis. tu eum videlicet nõ potuisti videre: cras aderit: ui debis igitur: nam ego hinc perendie mane cogito. Valetudo tua me valde solicitat: sed inserui, & fac omnia. tum te mecum esse, tum mihi cumulatißime satisfacere putato. Cuspio quòd operam dedisti, mihi gratum est: valde enim eius causa volo. Vale.*

*.i. regula. *.i. improprium. * alias ἀφωσιωσάμην *.i. dimisi. vana fui.

HVBER. VIDEO) Primũ Cic. arguit Tironem improprietatis cuiusdã uerbi translati, & ostẽdit qualis debeat esse translatio. deinde scribit de quodã Demetrio, quem dicit fore cras apud se ibiq; posse uideri à Tirone. Postremo hortatur eũ ad ualetudinem curandã, & dicit sibi gratũ esse, ꝙ Tiro operam suã Cuspio p̃stiterit. {Video q̃d agas) familiariter iocatur cũ Tirone. {Vis) cupis, non aũt legendum est uix, sed intelligimus Tironẽ fortasse petiuisse à Cicerone, ut ep̃las, quas ad eũ scripsisset, seruaret: ideo Cic. dicit uideo q̃d agas, uis tuas epistolas referri, in uolumina. {Quoq;) etiã sicut meas & alioꝝ doctoꝝ. {Sed heus tu) familiaris appellatio, & reprehensio. {κανόνα) regula, corrector. {Vnde) ex qua rõne ex qua causa.s.est tibi, illud tã. {ἄκυρον) non autenticũ. {Valetudini fidel̃r ins.) hoc est quo improprie usus fuerit Tiro. dixerat.n. seruiendo fideliter ualetudini, cũ fidelitas hoibus tm̃ conueniat. {Fideliter) hęc dictio fideliter. {Vnde) ex qua causa, ex qua rõne. {Veni in istũ locum) cõuenit isti loco, ut dicas inseruiẽdo fideliter ualetudini, quasi ualetudo sit dñ̃a, cui à seruis uel famulis habeat fideliter inseruiri, dr̃ autem quasi sit animal rõnale, cui fides debeatur. {Cui uer.) inuoluitur hic locus ita ab oibus, quorũ scripta uidimus neq; ab ipsis, neq; ab alijs intelligatur, dñ̃.n cui uerbo.s.fidel̃r, domiciliũ est ꝓpriũ.i.familia est propria in officio, q̃a ꝓprie fidelitas dicatur in familia, sed puto hãc esse mẽtem Cic. uerbum, quod hẽt ꝓpriam sedem in sig̃atu suo, habet multas transitiones in alienũ significatum p̃ transitionẽ. & hic est ordo, migrationes multæ in alienũ sunt uerbũ, cui domiciliũ est ꝓpriũ in officio. {Domiciliũ) sedes. {In off.) Domiciliũ

In signi

in significatione sua, quam habet ex propria positione, utputa habena in officio suo propriam hēt sedem, cū de equo dr̄, transitur tñ metaphorice in aliena. Virg. in VI. Sic fatur lacrymans, classiq; immittit habenas. ecce hic de naue dixit habenas. Idem lib. xij. Et totas iratum effundit habenas, hic ad animum transtulit, quod & de freno frequenter legimus. {Migrationes) transitiones p translationem. {In alienum) absolute dixit. i. in alienam significationem. {Nam & doctr.) subdit exēpla ad probationem dicti sui, doctrina, & ars fidelr dr̄. quia nunq̄ deserit hoiem. {Et domus) uel familia, uel certe ipsa domus fidelis dr̄ q̄ in ea tuti simus. {Ager fid.) dr̄, quia reddat acceptum. {Verecunda) modesta, non nimiū licentiosa, quali usus sit interdum Ennius, ut iratū quadrigas, ut montes pascis, & silia. {Sed coram) dicemus. {Quo comitatu) .i. quo Demetrio & eius comitatu, intelligimus. n. eum adduxisse secū alios usus / {ἀπολέλαυκα) sum in loquendo & sermocinando cū eo. {Cogito) nunc. s. discedere. {Perendie) post cras. {Et mecū esse putato) si inseruieris ualetudini. {Operam dedisti) .i. inseruisti: & auxilium præstitisti. {Valde) multum.

Habena — *Migrationes.* — *Perendie* — *Valde*

ASCEN.

Video &c. Iocatur cum Tirone de improprietate uocabuli, fidelr, dicens: Ego uideo. i. intelligo quid agas. i. prætendas. tu uis, sup. ut referam. i. colligam in uolumina. i. libellos. quoq; .i. ēt epl̄as tuas. sed heus tu, qui soles esse κανών. i. regula scriptoꝝ meoꝝ, uñ illud tam ἄκυρον .i. impropriū ualetudini fidelr inseruiendo sic. n. scripserat Tiro. Vñ fidelr .i. istud aduerbium fidelr inseruiendo, uenit in istum locū in officio .i. ut quis dicatur fidelr officio functus non inseruisse cui uerbo. i. parti oronis domicilium propriū. i. propius, usus est ualetudini. multæ migrationes. i. translationes, sup. in alienum. Nam & doctrina, & domus, & ars, & ager pōt ēt dici fidelis, ut sit qūo placet Theophrasto, translatio. s. à proprio ad improprium uerecunda. Sed, supp. disputabimus hæc corā. l. qñ corā erimus. Demetrius uenit ad me. quo quidē comitatu .i. quo comite ἀπολέλαυκα. i. usus sum. tu scis satis & tu non potuisti (ut scripseras) uidere eum, ipse aderit cras. igitur uidebis, sup. eum. Nam ego cogito. s. pficisci hinc perinde. s. pacto crastino die mane. Valetudo tua solicitat me ualde, sed inserui, sup. ei, & fac oia. s. illi ɔducibilia, & putato te tum esse mecum, tū satisfacere mihi cumulatissime. Gratū est mihi, q̄ dedisti operā Cuspio, ego em̄ .s. te et opam dedisse ualde cā eius uolo.

GILBERTI LONGOLII LEMMA.

Hortatoria est epistola.

TVLLIVS TIRONI S. 18

QVID igitur? non sic oportet? equidem censeo sic, addendum etiam, suo. sed, si placet, inuidia vitetur: quam quidem ego sæpe contempsi. Tibi ⁎ *διαφόρησις gaudeo profuisse. si vero etiam Tusculanum; dij boni, quanto mihi illud erit amabilius. sed, si me amas, quod quidem aut facis, aut perbelle simulas, quod tamen in modum procedis, sed, vt est, indulge valetudini tuæ: cui quidem tu adhuc, dum mihi deseruis, seruisti non satis. ea quid postulet, non ignoras,* ⁎ *πέψιν,* ⁎ *ἀλυπίαν, περίπατον σύμμετρον, τέρψιν, εὐλυσίαν κοιλίας. fac bellus reuertare: non modo te, sed etiam Tusculanum nostrum plus amem. Parhedrum excita, vt hortum ipse conducat: sic olitorem ipsum cōmouebis.* ⁎ *heluo nequißimus H-S CIↃ dabat, nullo aprico horto, nullo emissario, nulla maceria, nulla casa. iste nos tanta impensa derideat? calface hominem, vt ego M. Othonem: itaque abutor coronis. De Crabra quid agatur, etsi nunc quidem etiam nimium est aquæ, tamen velim scire. Horologium mittam, & libros, si erit sudum. sed tu nullos ne tecum libellos? an pangis aliquid Sophocleum? fac opus appareat. A. Ligurius, Cæsaris familiaris, mortuus est, bonus homo, & nobis amicus. Te quando expectemus, fac vt sciam. Cura te diligenter. Vale.*

⁎ i. gestationem — ⁎ alias ἀπονίαν. — ⁎ i. concoctionem, hilaritatē, ambulationē modicā, oblectationem, facilitatē alui. — ⁎ alias Helico.

QVID igitur?) Primo Cic. reprobat quandā sniam Tironis de quadam dictione, quam ille negabat ponendam in orone. Deinde eū hortatur ad curam ualetudinis, & exponit q̄dam, quæ ad eam ptineant. Postea uero scribit quædam de quodam iocando. Postremo se ei missurum horologium & libros, si fuerit serenū, & reddit eū certiorem de morte cuiusdam Cæl. familiaris sui. hēt hæc epl̄a multum obscuritatis. {Quid igitur) subaudi dicis. legitur ēt quid agit, sed idē est sensus. {Non sic op.) qdam existimant ɔtrouersiam fuisse de hac dictione sic, quam Tiro dicebat, à Cicerone male collocatam, ut Cic. non dicat. {Se). i. hanc dictionem sic non oportet. s. poni. {Equidē cens.) puto. {Sic ad). i. hanc dictionē ponendam esse. {Etiā suo). i. ligo, & ita insuo & affigo, ut nullo pacto remoueri debeat. hic est fere cōis sensus. sed puto nō de sic dictione, sed alia uel clausula, uel orone intelligendum, ut Cic. dicat. {Non sic op.) s. ut dixi. {Sic add.) l. ut addidi. {Etiā suo). i. ēt hanc dictionem suo censeo addendam, quā fortasse Tiro uolebat tollere ex orone alicuius. {Vtitur inuid.) fugiatur inuidia, quam ɔtrahemus si uolumus omnia fastidiose emendare. {Sæpe) dum malui ueritatem dicere q̄ blandiri. {διαφόρησιν) declamationē. {Etiam Tusc.) s. profuit. Tiro. n. se Tusculanum contulerat, curandæ ualetudinis causa. {Dij b.) exclamatio præ lætitia. {Perbelle) bene. {Quod in) tuum simulare, ut ēt q̄ocunq; est uel quod me ames, uel simules. {Ea) ualetudo. {πέψιν) digestionem πέσσω enim digero. {ἀπονίαν) quietem. {περίπατον) deambulationem. {σύμμετρον) mensuram moderatam. ne sit ad nimiam defatigationē. {τέρψιν) iucunditatem. {εὐλυσίαν) purgationem. {κοιλίας) uentris. {Tusculanum) in quo fueris confirmatus. {Excita) instiga. quantum intelligere possumus habebat Cic. hortum locandum in Tusculano & olitor. qui ante illum conduxerat, uidebatur eum deridere, unde scribit Cic. ad Tironem, ut excitet Parhedrum quendam ad illum ɔducendum, ut ille olitor cōmoueatur, cum intelligat alium esse qui uelit ɔducere, quem nullum credebat. {Olitorem) hortolanum ab olere, olitor dr̄. {Heluo nequissimus) stomachatur Cic. q̄ qui dabat ducenta sestertia pro horto non clauso, non aprico, neq; cōmodo, nunc derideat eum, qui tantam impensam in ipsum hortum contulerit. Elico aut nomen pprium est, aut iniuriose fictum quasi inuersor & inuolutor rerumnā ἑλίσσω uertor, & ἕλιξις reuolutionem signat, non absurde iñ fortasse legeretur heluo. i. gulosus liguritor. {Dabat ducēta sestertia) pro pensione. {Nullo apr. horto). i. cum non hēet hortum apricum. i. soli expositū, uel umbratū nam aprica loca dnr soli exposita, & sole gaudētia, ut Virg. Duceret apricis in collibus una colorem. Idem & apricis statio gratissima mergis. Pers. nr̄a ut floraria possint Aprici meminisse senes. Inde apricari est sole gaudere uel solē captare. {Nullo emiss.) hic unr somniare qui de equo ad generandum reseruato intelligi uolunt, cum hic sensus huic loco non possit accōmodari, licet emissarius id significet, sicut & ɔciliatorem, quoq; furtoꝝ, q̄ à magistratib. uel à dñis committuntur. ſm Asconium Pæd. & Suet. in uita Domitiani, Aretinum Clementem, uix cōsularem à familiaribus emissarijs suis, sed puto nullū nomen poni p aduerbio, ut sit horto nullo aprico pro nō aprico. {Nullo emiss.) p non emissario. i. ex quo non multi fructus emitterentur. {Nulla mac.) i. qui nullam hēet maceriā. est aūt maceria & maceries paries siue murus ex lapidib. Terēt. in Adel. Iube hanc maceriē dirui. {Nulla c.) i. q nullam hēt casam sicut hēt nr̄. {Tanta imp.) quam fecimus in horto nr̄o. {Derideat) dum simulat se nolle ɔducere. {Calface) incende cupiditate ɔducendi, qd̄ feceris, si excitaueris Parhedrum, ut ɔducat. {Vt ego M. Othonē) .s. calfacio. Motho aūt nomē proprium. {Abutor c.) usurpo coronas nō satis intelligo quorsum hoc dicat. {De Cr.) miror uñ tanta inconsideratio, ne dicam ignorantia, sit quibusdam dicentibus abutor coronib. de crabra. i. uerbis asperis & pungentib. primum qd corona cū uerbis hēt, deinde q̄ ɔstructio esset hæc, q̄si liceret dicere utor aculeis de uespis & non potius uespaꝝ, ita dixisset Cic. coronis crabræ & non de crabra, est aūt ut puto nomē aut uiri aut loci. Ordo est: uelim scire q agatur de crabra. etsi etc. {Nimiū aq̄) nimiū pluuiæ. {Horologium) instr̄m quo horę designantur, dicebatur olim solarium, q̄ tm̄ in sole horaꝝ ratio perspiceretur. Sed excogitatum est, ut ēt sine sole uel

Helico — *Aprica* — *Apricari.* — *Emissarius.* — *Maceria.* — *Macerie* — *Horologium* — *Solarium*

uel ipso sonitu denuncientur horæ, erat & horologium ex a- qua quod Clepsydra dr. {Sudum) serenũ post pluuias, quasi subudum ſm Ser. Virg. lib. VIII. Arma inter nubes cœli in regione serena. Per sudum rutilare uident. Festus dicit sudũ quasi sedudum.i. sine udo. Noni⁹ Mar. dicit quasi seminudũ. {Nullos ne te.l.) subaudi attulisti uel habes. {Pangis) cõpo- nis. {Sophocleum) uel tragicum, sicut Sophocles qui scripsit tragœdias, uel certe egregium quale scripsit Sophocles. Virg. in Buc. Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno. {Op⁹) quod pangis à Ligurib. non possum non ridere stultitiã eo- rum, q dñt mortuus est à Ligurib.i. interfectus est à Ligurib. quasi liceret dicere morior à te, itaq; sic intelligitur. {A. Ligu rius) .i. q erat Ligur, ut. n. supra notauimus, usitatissima est hæc oratio. Virgil. Quorum alter Acarnanum, alter ab Arca- dia.i. Arcadicus, & hic est ab Athenis.i. Atheniensis.

Quid igitur. Ridet opinionem Tironis de quadam forma loquendi. adhortans rursus eum ad curam ualetudinis, ac dicens. Quid igitur, sup. ais? Non oportet. s. scribere, aut lo- qui sic. s. ut locutus sum? Eqdem.i. ego qdem. censeo, sup. lo- quendũ esse, addendõ, sup. esse etiam suo.i. illud pronomen, qđ Tiro negarat. sed si placet inuidia.i. offensa alioꝝ uitetur quam. s. inuidiam. ego qdem contempsi.i. uilipendi sępe. gau deo [illegible].i. declamationem profuisse tibi.i. sospitati tuę: Si uero etiam Tusculanum: supp. nr̃m profuerit tibi, Dij boni quanti illud. s. te ex Tusculano nostro conualescere erit mihi: amabilius. Sed si amas me, qđ qdem, aut facis, aut simules p- belle. qđ. s. simulare. procedit in modũ .i. ualde prospere, sed ut.i. qualitercũq; est. indulge.i. usq; ad indulgentiam da ope ram ualetudini tuæ, cui tu qdem adhuc.i. hactenus, dũ deser- uis mihi, non seruiuisti satis. tu non ignoras q̃ ea. s. ualetudo postulet, postulat enim πέψιν.i. digestionem, ἀκοπίαν.i. caren- tiam tristitiæ, περίπατον.i. deambulationem, σύμμετρον.i. mode ratam & cõmensuratam, τρῖψιν.i. delectationẽ, εὐλυσίαν.i. bonã euacuationẽ, κοιλίας.i. uẽtris, aut alui. Fac, sup. ut reuertare bel lus.i. bellule te hñs, ga plus amẽ non modo te, sed etiam Tus- culanũ nr̃m, in quo. s. conualueris. Excita Parhedrũ.i. assesso rem, & proximũ, ut ipse conducat hortum. tu cõmouebis sic holitorem q non uult iusto precio conducere. Parhedrus ille heluo.i. gulosus, aut potius Elico .i. inuersor reꝝ. neqssimus .i. perditissimus. dabat ducenta sestertia, & nullo horto apri- co.i. soli exposito, sup. habito nullo.i. non emissario. s. alicui⁹ rei, aut dicamus patronos interdum cũ possessionibus locare boues aratorios, & emissarios equos.i. ad generationẽ aptos, licet reclament cõmentarij. nulla maceria .i. clausura firma, nulla casa.i. tigurio. Ne is derideat nos tanta impensa. s. in uil lam collata. calface.i. cõmoue usq; ad calorem hominem, ut ego, sup. calfacio M. Othonem uiꝝ illũ. Itaq; abutor coronis quæ uirtuti, non cauillationi debentur. Etsi nunc qdem ni- mium aquæ. s. pluuialis est, tamen uelim scire qd agatur de Crabra. s. lixa. Ego mittã horologiũ & libros si erit sudũ.i. se- renũ tp̃s. Sed tu nullosne sup. apportasti libellos tecũ, an pan gis aliqd Sophocleũ.i. alti cothurni, fac sup. ut op⁹ appareat. A. Ligurius familiaris Cæs. mortuus est, hõ bon⁹, & amic⁹ no bis. Fac ut sciã qñ expectem⁹ te. Cura diligẽter te, sup. & Vale.

TVLLIVS TIRONI S. 19

Expecto tuas literas de multis rebus, te ipsum multo magis. Demetrium redde nostrum, & aliud si quid potes boni. De Aufidiano nomine nihil te hortor: scio ti- bi curæ esse: sed confice. &, si ob eam rem moraris, accipio causam: si te id nõ tenet, aduola. Literas tuas ualde expecto. Vale.

Expecto) Hortatur Ci. Tironẽ, ut ad se scribat, sed multo magis ipse ueniat, nisi forte detinetur cã Aufidñ. {Redde) restitue fac ad nos reuertatur. {Noie) debito (ut sæpius dixim⁹) quantũ. n. ꝯijci mus debebat hic Aufidius Cic. {Cõfice) ꝑfice ut exigas qđ debet. {Ob eã rẽ) ut ꝯficias cũ Aufidio. {Moraris) differs tuũ ad nos aduentũ. {Causam) excusationẽ tuę morę. {Id) hæc res, ut conficies cũ Aufidio. {Aduola) celeriter ueni.

Expecto &c. Hæc epistola est ualde facilis, ideo non indi- get explanatione. Nomine.i. debito Aufidiano.

TVLLIVS TIRONI S. 20

Solicitat, ita uiuam, me tuã mi Ti ro ualetudo: sed confido, si diligentiam, quam instituisti, adhibueris, cito te fir- mum fore. libros compone, * indicem, cũ Metrodoro lubebit; quando eius arbitratu uiuendum est. Cum olitore, ut uide- tur. Tu potes calendis spectare gladiatores, postridie redi- re: & ita censeo. Verum, ut uidebitur. Cura te, si me a- mas, diligenter. Vale.

Solicitat) Affirmat Cic. se ualde angi ua letudine Tironis. Deinde ei multa mandata bre uiter dat. {Ita uiuam) .i. ita mihi uiuere contin gat, ita deus det mihi uitam, iurantis est. {Insti tuisti) cœpisti. {Compone) collige, siꝰ pone, nõ aut intelligendũ est cõpone, fac ex ingenio tuo. {Videlicet) certe. {Cũ) qñ. {Metrodoro) puto esse nomẽ medici, ut dicat. Collige, & para libros tuos cum placuerit medico, ut uenias. {Qñ) qm̃. {Arbitratu eius) .i. iudicio eius, & uoluntate, quia ægroti medicorum arbitratu uiuere debent. {Cũ olit.) q est cõducturus hortũ, subaudi fac. de quo holitore supra usum est in epistola, q̃ incipit: Quid igitur. {Spectare) in urbe. {Gla diatores) ludos gladiatorios. {Vt uidebitur). s. facito.

Solicitat &c. Hęc ep̃la ẽ siĩs supiori, plana & facilis. Olitore .i. ꝯductore hortoꝝ. Gladiatores.i. ludos gladiatorios etc.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Varia Tironi scribit Cicero filius.

CICERO F. TIRONI SVO DVLCISS. S. D. 21

Cum uehementer tabellarios expectarem quotidie, aliquando uenerunt post diem XL & VI, quàm à uobis discesserant: quorum mihi fuit aduentus optatissimus. nam cum maximam cœpissem lætitiam ex humanissimi, & carissimi patris epi- stola: tum uero iucundissimæ tuæ literæ cumulum mihi gaudij attulerunt. itaque me iam non pœnite bat, intercapedinem scribendi fecisse; sed potius lætabar: fructum enim magnum humanitatis tuæ capiebam ex silẽtio mearum literarum. uehementer igitur gaudeo, te meã sine dubitatione accepisse excusationem. Gratos tibi, optatosq́ es- se, qui de me rumores afferuntur, nõ dubito mi dulcissime Ti ro: præstaboq́, & enitar, ut in dies magis magisq́ hæc na- scens de me duplicetur opinio. quare quod polliceris, te bucci- natorem fore existimationis meæ, firmo id, constantiq́ aĩo fa cias licet. tantũ. n. mihi dolorẽ, cruciatumq́ attulerunt erra ta ætatis meæ, ut non solũ aĩus à factis, sed aures quoque à cõmemoratione abhorreant. cuius te solicitudinis, & doloris participẽ fuisse, notũ, exploratumq́ est mihi: nec id mirũ: nã cum oĩa mea causa uelles mihi successa, tum ẽt tua: sociũ. n. te meorum cõmodorum semper esse uolui. quando igitur tum ex me doluisti; nunc ut duplicetur tuũ ex me gaudium, ꝓsta bo. Cratippo me scito, non ut discipulum, sed ut filium, esse coniunctissimũ: nam cum audio illum libenter, tum ẽt eius propriã suauitatẽ uehementer amplector. sum totos dies cum eo, noctisq́ sæpenumero partẽ: exoro. n. ut mecũ quãsæpissime cœnet. hac introducta cõsuetudine, sæpe inscientibus nobis, & cœnãtibus obrepit; sublataq́ seueritate philosophiæ, hu- manissime nobiscum iocatur. quare da operam, ut hunc talẽ,

tam

[margin notes: dra / udum. / ngo. / ASCEN. / HVBER. / Morari. / Causa. / Aduola. / ASCEN. / * alias uideli- cet. / HVBER. / Indicẽ. / ASCEN.]

*tam iucundum, tam excellentem virum videas quāprimum. Nam quid ego de Bruttio dicam? quem nullo tempore à me patiar discedere: cuius cum frugi, seueraq́ est vita, tū etiam iucundißima *conuictio: non est enim seiunctus * iocus à philologia, & quotidiana * συζητήσει. huic ego locum in proximo conduxi, &, vt possum, ex meis angustijs illius susten to tenuitatem. praeterea declamitare graece apud Caßium institui: Latine autem apud Bruttium exerceri volo. vtor familiaribus, & quotidianis conuictoribus, quos secum Mytilenis Cratippus adduxit, hoībus & doctis, & illi probatißimis. multum etiam mecum est Epicrates, princeps Atheniēsium, & Leonides, & horū ceteri similes. * τὰ μὲν οὖν καθ' ἡμᾶς, τάδε. De Gorgia aūt quod mihi scribis, erat quidem ille in quotidiana declamatione vtilis, sed oīa postposui, dūmodo praeceptis patris parerem: * διαρρήδην enim scripserat, vt eum dimitterem statim. tergiuersari nolui; ne mea nimia * σπουδὴ suspicionem ei aliquam importaret. deīnde illud ēt mihi succurrebat, graue esse, me de iudicio patris iudicare. tuum tamen studium, & consilium gratum, acceptumq́ est mihi. Excusationem angustiarum tui tēporis accipio. scio enim, quàm soleas esse occupatus. Emisse te pdium, vehementer gaudeo: feliciterq́ tibi rem istam euenire cupio. hoc loco me tibi gratulari, noli mirari: eodē .n. fere loco tu quoque, emisse te, fecisti me certiorem. habes, vbi deponēdae tibi sint vrbanitates. rusticus Romanus factus es. * cū ego mihi nunc ante oculos tuum iucundißimum conspectum propono, videor videre ementem te rusticas res, cum villico loquētem, in lacinia seruantem ex mensa secūda semina. sed quod ad rem pertinet, me tū tibi defuisse, aeque, ac tu, doleo. sed noli dubitare mi Tiro, quin te subleuaturus sim, si modo fortuna me: praesertim cum sciam, cōmunem nobis emptum esse istū fundum. De mandatis quod tibi curae fuit, est mihi gratū. sed peto à te, vt quācelerrime mihi librarius mittatur, maxime quidē Graecus: multū .n. mihi eripitur operae in exscribēdis hypomnematis. Tu velim ī primis cures, vt valeas; vt vna * συμφιλολογεῖν poßimus. Antherū tibi cōmēdo. Vale.*

* alias cōuictio
* alias locus
*.i. mutua q̄one
*.i. q̄ ad nos quidem spectant, haec sūt.
*.i. aperte.
*.i. contentio.
* alias q̄uo ego
*.i. vnà disputare de literis.

HVBER.

CVM uehementer) Cum esset Cic. filius à p̄re Athenas missus, ut sub Cratippo p̄h̄o, aetatis suae praestantissimo p̄hiae operam daret, mutasset q́; aliquantulum mores, qui añ luxuriosissime uixerat, & p̄sertim, ut scribit Plin. in fine li. xiiij. ebrietati deditus, scripserat Tiro se ei gratulari, q̄ grati optatiq́; rumores de eo Romam afferrentur, & hortatus fuerat, ut reliquum uitae pergeret honeste & studiose agere, se .n. fore p̄conem eius laudum. quare rescribit Cic. adolescens se enixuꝫ, & effectuꝫ, ut fama, q̄ de eo nata est, quotidie magis augeatur, & hortatur Tironem, ut non dubitet eū laudare, se .n. ita mutasse propositū, ut sine magno dolore nō possit aut audire aut meminisse q̄ antea egit, deinde laudat humanitatē & familiaritatē Cratippi erga, se postea uero scribit de alijs p̄ceptoribus, quō eis utatur, & se dimisisse Gorgiam rhetorē licet utilē in declamationibus, ut p̄ris sui uoluntati pareret, q̄ ita p̄ceperat. Postremo & gaudet & gratulatur Tironi, q̄ agrū emisset. polliceturq́; se eū subleuatuꝫ, si modo fortuna eū subleuauerit, petit aūt ab eo, ut mittatur ad se liberarius, q̄ scribat interp̄tationes suoꝫ magroꝫ. {Aliq̄n) tandem. {Cumulum) plenitudinem, ut nihil addi possit. {Intercapedinē) interuallū intermissionē. {Ex sil. m.) ex eo, quia nihil ad te scribebā, quia postea plura scripsisti. {Optatos) iucundos, quales semp optasti. {Rumores) nuncios, famam. {Non d.) quia scio me à te amari. {Praestabo) efficiam. {Nascens) incipiens noua. {Duplicetur) augeatur. Virg. in Buc. Et sol decedens crescentes duplicat umbras. {Opinio) fama, expectatio. {Buccinatorē) tubicinem, p̄conem, à buccina buccinator dicitur. {Existimationis) auctoritatis, opinionis. {Licet) fas est. {Firmo) itrepido, ut non dubites, q̄ faciā te mendacē. {Errata) peccata, q̄ male feci. {Meae aet.) adolescētiae meae anteactae. {Aius à factis abh.) .i. fugiat eam amplius facere. {Abhorreant) alienae sint. {A cōm.) i. non posit audire ea cōmemorari. {Solicitudinis m.) quam capiebam de erratis meis. {Participem) sociū, quia dolebas, sicut ego, p̄p tuum erga me amorem. {Successa) .i. successiue, his .n. participijs utebantur antiq, ut cupio Virg. aduentum p̄ aduenisse. {Tua) cā. {Socium m.) i. uolui semp̄ te h̄re p̄tem oium meaꝫ utilitatum. {Tum) cum uidebas me multū errare. {Vt) tanq̄. {Amplector) assumo cū delectatione. {Totos integ.) sine intermissione. {Partem n.) usq; ad multā noctem cum eo sum. {Exoro) impetro ab eo. {Hac cō. (ut mecū saepe coenet. {Obrepit) tacite & latenter aduenit. Iuuen. Obrepit non intellecta senectus, tractum ab aialibus q̄ pedibus careant, q̄ incessu tacito gradiuntur. {Inscientibus n.) quod est signum magnae familiaritatis. {Sublata) amota. {Grauitate) tanq̄ .n. non sit p̄hs, cuius proprium est esse seueꝫ ita nobiscū iocatur. {Talem) tam suauem. {Nam qd') laudat ēt Brutum à quo magistro utebatur. {Patior) sino, promitto. {Frugi) modestia utilis. {Coniunctio) conuersatio, multi .n. ita sunt seueri, ut eorum coniunctio nullam habeat iucunditatē. {A philol.) i. à studio dicendi. {συζητήσει) .i. conquisitione: ζητῶ inquiro. i. iocus non est c̄tra studium dicendi, & c̄tra inq̄sitionem quotidianam, q̄m post iocum recentiores efficiuntur ad labores. {Huic) Bruto. {In p̄x.) i uicina ubi ego habito. {Ex meis ang.) ex pauca pecunia mea. {Tenuitatem) paupertatē, intelligimus hunc Brutum pauperē fuisse. {Conduxi) mea pecunia. {Vt poss.) p̄ uiribus meis. {Declamitare, exerceri) declamationib. i. thematibus fictis, quid sit declamare & declamatio allo loco supra. {Vtor) dicit se h̄re in conuictu suo quotidiano quosdam quos Cratippus Mytilenis adduxerat Athenas hoies doctos, & quos Cratippus ualde probabat. {Conuictoribus) sodalibus & socijs uictus. {Mytilenis) Lesbo, est enim Mytilene urbs Lesbi. {Multum ēt) dicit se h̄re ēt consuetudinem cum primatibus Atheniensibus & ex quibus tantū duos nominat. {Siles) hoꝫ & principes & optimi. {τὰ μὲν οὖν) quidem igitur. {καθ' ἡμᾶς) per κατὰ ἡμᾶς .i. secundum nos uel de nobis. i. dicta sint. {De Gorg.) rhetore, de hoc scribebat Tiro. Cic. ut eum dimitteret, quia ita placebat p̄ri eius. Itaq; scribit Cic. se eum dimisisse, licet esset utilis ne aduersaretur uolūtati paterne. {Omnia) omnem utilitatem, quam ab eo cōsequi potuissem. {διαρρήδην) .i. aperte, plane. {Tergiuersari) dictū mutare, aduersari, quasi tergum uertere tractum à fugientibus, licet alij alr̄ exponant. {Ne mea nimia σπουδὴ) .i. meū nimium studium sequendi ipsum Gorgiam. {Afferret suspic. p.) quod sequerer ipsum propter aliud, q̄ propter doctrinam, quod faciunt plerunq; dissoluti adolescentes, qui q̄runt magistros non tam propter doctrinam q̄ propter uoluptatem, & q̄ eorum moribus obsequantur secūdum illud diui Pauli, Veniet enim tempus cum sanam doctrinam non audient, sed quęrēt sibi magistros prurientes auribus. {De iudic. p.) qui merito et aetate & usu rerum melius nosse debet quid mihi sit utile: quā ego ipse. {Consilium) quod mihi dedisti de hoc Gorgia. {Angustiarum) breuitatis. scripserat enim Tiro se habere angustū .i. paruum tempus ad scribendum, ipsi Cic. qui respondet se accipere eius excusationem, quia scit ipsum esse occupatissimum in alijs rebus. {Praedium) possessionem. {Noli mirari) me gaudere. {Eodem loco) eclipsis est, quasi dicat, quo loco scis mihi esse gratissimum, aliquid enim erat. propter quod hic Cic. optauerat Tironem emere praedium in eo loco, sed subijcit & dicit. {Habes) quasi dicat, scis causam: fortasse enim habebat Cic. filius illic amicam, aut aliquid tale. {Deponendae) omittendae. {Vrbanitates) ciuitates: more urbis: nam qui ruri uiuit, necesse est, ut rustica tractet. {Quomodo) iocatur Cic. cum Tirone, & dicit uideri se habere eum in conspectu suo & uidere ementem res rusticas, & denique agentem quae ruri fieri solent. {Quomodo) admiratiue. q.d. cum magna delectatione animi. {Res rust.) oua pullos, lac, & caseum, & similia uel plaustrum, uomerē &c. {Villico) rustico cultore agri. Horat. Villice siluarum & mihi me reddentis agelli. {Lacinia) puto esse nomen loci, alij pro ueste intelligi malunt, ut sit uideor uidere te in Lacinia. i. indutum Lacinia: quae est uestis uilis. {Ex secunda mensa) secunda mensa erat apud Rom. pomorum. Mart. lib. V. Mensae munera si uoles secundae, Marcentes tibi porrigentur uuae. Et nomen pira quae ferunt Syroꝫ. {Tum) cum emisti praedium. {Defuisse) non potuisse tibi

Aliquādo
Intercapedo.
Buccinator.
Existimatio.
Errata.
Successa.
Amplector.
Obrepo.
Frugi.
Cōiūctio.
Philologia.
Declamitare.
Conuictores.
Tergiuersari.
Praedium.
Vrbanitates.
Villicus
Lacinia.
Secunda Mensa

bi cõmodare pecuniam. {Aeque ac) tantum quantum tu. {Subleuaturus) adiumento futurus. {Si for.) me subleuauesit. {Communem) ita me sicut pro te. {De mandatis) quæ tibi dederam i scripserat enim Tiro se ea curare, quæ Cic. ei mandauerat. {Librarius) scriptor librorum. {Græcus) qui græce sciat scribere. {Operæ) temporis, laboris. {Eripitur) consumitur. {Hypomnematis) .i. commentarijs & interpretamentis ὑπόμνημα, commentarium. {συμφιλολογεῖν) commentari, conferre, in dicendi studio uersari.

CRN.

CVm &c. Cicero filius à patre Athenas missus, sub Cratippo philosophabaretur, qui mores paulum emendasse dicebatur: nam ebrietati deditus antea fuerat. unde scripserat ad eum Tiro se gratulari famæ de eo sparsæ, & hortari ut pgat, quibus respondens dicit se eius consilio pariturum & alia q̇ ad studia pertineant declarat, dicens: Cum expectarem uehementer quotidie tabellarios .i. tabellarum, seu literarum gerulos, ipsi uenerunt aliquando .i. tandem post diem quadragesimum & sextum, q̃ discesserant à nobis quia miserat eos, aut lege à uobis. quorum aduẽtus fuit mihi optatissimus. nam cũ cepissem .i. accepissem, maximam lætitiam ex ep͞la humanissimi, & carissimi patris sup. mei M. Tullij, tum uero .i. tum multo magis, quasi ad uerum, literæ tuæ iucundissimæ attulerũt mihi cumulum gaudij. Itaq; non pœnitebat iam me fecisse intercapedinem .i. intermissionẽ scribendi sed lætabar potius. Ego .n. capiebam magnum fructum .i. magnam utilitatem ex silentio .i. intermissione literarum mearum. Igitur ut nunc respondeam, ego gaudeo uehementer te accepisse .i. approbasse meam excusationem sine dubitatione ò mi Tiro dulcissime, ego non dubito rumores qui afferuntur de me .i. de moribus meis emendatis, esse tibi gratos, & optatos præstaboq; .i. efficiam, & nitar, ut hæc opinio nascens de me, duplicetur in dies magis, magisq;. Quare quod polliceris te fore .i. futurũ buccinatorem .i. præconem ingentem, & diuulgatorem, existimationis .i. famæ & reputationis meæ. licet .i. licitum est, & tutũ, ut facias id animo firmo, & constanti. Enim .i. quia. errata ætatis meæ .s. transactæ (quia uitiosus semper fuit, & uecors) attulerunt mihi tm̃ .i. tam magnum dolorem & cruciatum ut non solũ aius abhorreat .i. alienus sit, & abominaretur à factis sed aures quoq; .i. ẽt, abhorreant à cõmemoratione .i. recitatione .s. ætatis ante actæ. Cuius solicitudinis, & doloris notum, & exploratum est mihi te fuisse participẽ. Nec id mirum sup. est. Nam cum .s. ita esset, q͞ uelles cã meã .i. pp bonũ meũ oia successa .i. prospere euenisse mihi, cum ẽt, supp. uolebas cã tua .i. pp utilitatem tuam. Volui .n. semper te esse socium commodoꝝ meoꝝ. Igitur q͞ .i. quia, tu doluisti tum .i. tunc, cum pditus essem ex me .i. pp me. ego præstabo .i. efficiam ut gaudium tuum duplicetur ex me. Scito me esse coniunctissimum Cratippo .s. ph͞o, de quo in principio officioꝝ meminit Cic. non ut discipulum, sed ut filium. Nam cum .s. ita sit, q͞ & audio libenter illũ, tum ẽt amplector uehementer eius suauitatem. Ego sum totos dies cum eo, & sæpenumero partem noctis. Exoro enim .i. impetro precib' ut cœnet quam sæpissime mecum. Hac ꝯsuetudine introducta .i. postq̃ ista consuetudo est introducta. ipse obrepit .i. clanculum interuenit nobis inscientibus, & cœnantib. & iocatur .i. ꝯfabulatur nobiscum humanissime, seueritate, ph͞iæ sublata. Quare da operam, ut uideas, q̃primum .i. statim. hunc talem uirum .s. Cratippũ, tam iucundum .s. in re familiari, & tam excellentem in ph͞ia. Nam quid ego dicam de Bruto .s. Marco, Stoicæ sectæ studioso quẽ nullo tp̃e patior discedere à me. Cuius cũ .s. ita sit, q͞ uita frugi .i. parca, & utilitati seruiens. & senera .i. rigida in sequendo uero, & iusto. tum ꝯiunctio est ẽt iucundissima. Enim .i. quia. locus .s. nr̃. nõ est seiunctus .i. separatus à philologia .i. amore studij, uel sermonis. & συζητήσει .i. cõquisitione quotidiana .s. ueri. q.d. non est scurrilis, aut dissolutus iocus nobis. Ego cõduxi huic .s. Bruto locum .s. habitationis, in pximo, & sustẽto tenuitatẽ .i. paupertatem illius .s. Bruti, ex angustijs .s. modicis rebus meis, ut possum. Preterea ego institui .i. incepi, aut ppo sui declamitare .i. frequenter declamare hoc est in themate ficto, & cã non uera, me in oratoria exercere apud Cassium ẽt ciuẽ R. uolo aũt exerceri latine .i. in lingua Lat. apud Brutũ. Ego utor ꝯuictorib. .i. sodalibus, & cõmensalib. quotidianis, & familiarib. sup. ijs, quos Cratippus adduxit secũ Mytilenis .s. cũ rediret ex ea urbe in Lesbo nobili, appositorie hoibus, & doctis, & pbatissimis .i. maxime approbatis, & cõmendatis illi .s. Cratippo. Epicrates princeps Atheniensium est ẽt multum mecum, & Leonides, & ceteri siles horum .i. uiri apprime nobiles, & spectatis moribus. τὰ .i. hæc. μὲν .i. quidem. κατ' .i. secundum. ἡμᾶς .i. nos .i. de nobis sup. dicta sint. De Gorgia aũt, quod scribis mihi, erat quidem ille utilis in quotidiana declamatione .s. facienda, quia egregius est rhetor. sed postposui, sup. eum dũmodo parerẽ p̃ceptis p͞ris, enim .i. q̃a. p͞r scripserat ἀπαξάπαν .i. palã, seu apte, dimitterẽ eum statim. nolui tergiuersari .i. dissimulanter agere. & ad tp̃s illudere cãm, hoc est mandatũ p͞ris. ne σπουδὴ .i. studiũ, & diligentia mea nimia .s. in Gorgiam, aut eius pfessionẽ importaret ei .s. p͞ri aliq̃ suspicionẽ .s. leuitatis. Deinde illud ẽt succurrebat .i. in mentem ueniebat. mihi graue esse me iudicare de iudicio p͞ris. tñ studiũ, & iudicium tuum est mihi gratum, & acceptũ. uꝫ consuluisse ut Gorgiã audiret. Accipio .i. pbo excusationẽ angustiaꝝ tui tp̃is .s. ad scribendum. Scio .n. q̃ .i. quantum. soleas esse occupatus. Gaudeo uehementer te emisse p̃dium .i. possessionẽ in agro. & cupio istã rem .i. hanc emptionẽ euenire tibi feliciter. Noli mirari me gratulari tibi, hoc loco .i. in hac re, tu .n. fecisti me certiorẽ .i. signasti emisse te .i. qđ emeris, teip̃m eodẽ fere loco. q.d. uitã tibi nouã, aut longiorẽ emisti emendo p̃dium illud. Tu .n. hẽs ubi urbanitates .s. tuæ sint deponendæ .i. ad tp̃s exuendæ, ut indulgentius uiuas: Tu Romanus factus es rusticus. Cũ ego ppono nunc mihi añ oculos ꝯspectum tuũ iucundissimũ uideor uidere te ementẽ res rusticas, & loquentẽ cũ uillico .i. custode uillæ. seruantẽ in lacinia .i. ueste laxa, & linea more rusticano, semina .i. reliqas ex secunda mẽsa, q̇ pomoꝝ erat, uñ semina forte ad sationẽ seruabant. sed qđ ptinet ad rẽ, ego doleo æque .i. æqualr̃, ac tu me defuisse tũ .s. cũ emeres tibi, sup. ò mi Tiro noli dubitare, q n sim subleuaturus te .s. ab onere æris alieni, si mõ fortuna me, sup. subleuarit, aut ꝯseruarit, p̃sertim cũ sciam istũ fundum esse emptum cõem nobis .i. ut tecum illic diuersar. Qđ fuit tibi curæ de mãdatis .s. obeũdis, est gratũ mihi. Sed peto ut librarius .i. scriptor librorum, mittatur mihi q̃celerrime, q dem .i. certe, maxime Græc', multũ .n. operæ .i. laboris p͞itæ impendendę, eripitur mihi in hypõnematis .i. cõmẽtarijs, seu dictatis exscribẽdis. Tu uelim cures in p̃mis ut ualeas, ut possim' συμφιλολογεῖν .i. cõmẽtaria, unà .i. pariter. ego cõmẽdo tibi Antheꝝ .s. (ut opīor) tabellariũ.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Præter valetudinis curationem mandat quædam Tironi.

TVLLIVS TIRONI SVO S. 22

SPERO *ex tuis literis tibi melius esse, cupio quidem certe. cui quidem rei omni ratione cura ut inseruias. & caue suspiceris contra voluntatem meam te facere, quòd non sis mecum. mecum es, si te curas. quare malo, te valetudini tuæ seruire, quàm meis oculis, & auribus. etsi enim & audio te, & video libenter: tamen hoc multo erit, si valebis, iucundius. Ego hic cesso, quia ipse nihil scribo lego autem libentißime. tu isthic, si quid librarij mea manu non intelligent, monstrabis. vna omnino interpositio difficilior est, quam ne ipse quidem facile legere soleo; de quadrimo Catone. De triclinio cura, vt facis. Tertia aderit, modo ne Publius rogatus sit. Demetrius iste nunquam omnino Phalereus fuit: sed nunc plane Bilienus est. itaque te do vicariũ. tu eum obseruabis. Etsi, veruntamen, de illis. nosti cetera. sed tamen, si quem cum eo sermonem habueris, scribes ad me, vt mihi nascatur epistolæ argumentum, & vt tuas quamlongißimas literas legam. Cura mi Tiro, vt valeas. hoc mihi gratius facere nihil potes. Vale.*

HVBER.

SPERO) Hortatur Cic. Tironem, ut curet ualetudinem, nec suspicetur se facere cõtra eius uoluntatem, quod non sit cum eo; se enim. licet eum uidere cupiat, cupidiorem tñ esse eius ualetudinis bonæ, q̃ p̃ntiæ. Deinde dat ei quædã mandata

mandata,& de librarijs,qui transcribebant quæ Cic. sua manu scripserat,& de Demetrio,de quo petit se certiorem fieri,cū Tiro cum eo locutus fuerit.{Ex tuis literis)ut mihi scripsisti.{Cupio tibi)melius esse.{Cui rei)ut melius tibi sit.{Meis oc.& au.)i.q̄ à me uideri & audiri, ille.n.seruit oculis alicuius, qui se uidendum præbet.{Cesso) sum ociosus.{Scribo) compono.{Lego)aliena scripta.{Librarij)transcriptores. {Si qd mea m.)f.scriptum.{Vna in.)dicit quare debeat monstrare librarijs, quia Cic. in scriptis quæ manu sua fecerat in ordine uersiculorum, sine linearum faceret quandam interpositionem,quam ēt à seipso difficile legi solere dicit.{Difficilior) is psis librarijs ad intelligendum.{Ne ip.q.) i. ne ego quidem qui scripsi.{De quadr.Cat.)hæc erat illa interpositio,quā difficilem esse dixit,& quia tm̄modo est principium clausulę nō perfectæ,nullus sensus inde elici pōt.{De tricl.) dederat Cic. curam cuiusdam triclinij Tironis, quod se curare scripserat.

Triclinium

Triclinium aūt dī discubitorium.i.locus ubi discumbebant, & cœnabant à tribus lectis,quos sternebāt. Iuuen. Tertia ne uacuo cessaret culcitra lecto.{τρεῖς) tres,κλίνη lectus & mensa.A.Cic.etiam dicitur hic locus conclaue. {Tertia) puto esse nomen proprium.{Phalereus) .i.ex secta Demetrij Phalerei, de quo in officijs mentionem facit. Phalerius aūt tribus erat Athenis,ex qua cognominatus ille Demetrius,φαληρεύς, Bilienus,siue à loco,quod adhuc non memini legere, siue à gloria dicatur.{Bilienus)ꝓstat hoc loco,ad uituperiū dcm̄ esse.{Te do uic.) i. do te ei loco mei,q meas uices geras,& ꝓ me sis apud eum. {De il.) eclipsis. Deest uerbum.f.est uel aliud tale.

Phalerus.

Argumētum

{Quē)aliquem.{Nascatur)detur,euenlat tanq̄ aū nō inuenst. Virg.lib.VIII. Maior res mihi nascitur ordo.{Argm)mā.

ASCEN.

Spero &c.Hortatur rursus ut ualetudinem curet,dicens: Spero .i. spem capio ex līis tuis,melius esse tibi . certe .i. haud dubie cupio.cui rei.i.ut melius tibi sit,curatuerbū est:ut inseruias.& caue sup.ut aut ne suspiceris te facere, contra uolūtatem meam ꝙ non sis mecum, tu es mecum si curas te.i.sanitatem tuā. Quare malo te seruire ualetudini tuæ,q̄ oculis,& auribus meis. Enim.i.q̄a.etsi & audio,& uideo te libenter.tū si ualebis,hoc erit mihi multo iucundius. Ego cesso.i.uacuus sum labore,qa ipse nihil scribo,lego aūt libentissime. Si librarij.i.librorū transcriptores quid.i.aliqd,sup. scriptum mea manu non intelligent.i.nescient legere. tu monstrabis istic.f.ubi es,una oino interpositio.f.clausulæ,aut partis prius omissæ est difficilior oino .f. q̄ ut legatur ab eis,quā ne quidem ipse.i.non ēt egomet soleo legere facile:interpositio est,de quadrimo Catone. Cura de Triclinio.f.parando ut facis. Tertia ꝓpriū est,sed nescias uiri, an mulieris aderit, mō Publius eius inimicus non sit rogatus.f.ad ꝯuiuiū. Iste Demetrius.f.cuius meministi,fuit Demetrius.i.Demetrij filis.sed est nūc plane.i.oino,Bilien⁹.i. Bilieni filis,hoc est ineptus. Itaq do.i.ꝯstituo te uicariū.tu obseruabis eū .f. neqd auferat. Etsi, ueruntū de illis, Aposiopesis.i.reticētia est alicuius clausulæ, quam dicere incepit, perducere tū noluit, addens pro causa. Nosti cetera.i.quæ restant.sed tū si habueris quem.i.aliquem sermonem cū eo .f. Bilieno.scribes ad me.ut argm̄.i.farrago, & mā eplæ.f.scribendæ ad te,nascatur mihi. & ut legam līas tuas q̄longissimas.i.ualde longas. O mi Tiro cura ut ualeas. Tu nihil potes facere mihi gratius hoc.i.q̄ hoc .f.ut ualeas.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Mixta est epistola.

TVLLIVS TIRONI S. 23

*TV uero confice professionem, si potes. etsi hac pecunia ex eo genere est, ut professione non egeat. ueruntamen Balbus ad me scripsit, tanta se epiphora oppressum, ut loqui non possit, Antonius de lege quid egerit. liceat modo rusticari. Ad Bithynicum scripsi. De Seruilio tu uideris, qui senectutem non contemnis. etsi Atticus noster, quia quondam me commoueri * πανικοῖς intellexit, idem semper putat, nec uidet quibus * præsidijs philosophiæ septus sim. et hercle, quod timidus ipse est, * θορυβοποιεῖ. ego tamen Antonij inueteratam sine ulla offensione amicitiam retinere sane uolo, scribamq̄ ad eum, sed non ante, quàm te uidero. nec tamen te auoco à * syngrapha. * γόνυ κνήμης. Cras expecto Leptā: etenim ad cuius rutam pulegio mihi tui sermonis utendum est. Vale.*

** i. panicis terroribus.*
** alias ꝑsidijs septus*
** i. tumultuatur.*
** syngr. cus exp.*
** i. genu tibia.*

TV uero) Quod supra scripsit. Cic.de Aufidiano nomine nihil te hortor.uidetur signare intelligi de pecunia,de qua in hac eplā loquitur de qua scribit Cic. ad Tiroem, ut ꝓfessionem faciat. Deinde signāt Antonium q̄dam contra se decreuisse,se aūt contra omnia præsidijs phię munitū esse. uelle tū Antonij amicitiam retinere,sed ad eū scriptu\. {Tu uero) cum hæc dictio uero in principio orōnis ponitur, aut ironiam continet,aut rōnem,ut hic et supra lib.iiij.ad Ser. Sulpitium. Ego uero Serui uellē,ut scribis,in meo grauissimo casu affuisses,& paulo supra in hoc lib.ad Tironē: ego uero cupio te ad me uenire.{Professionē)ꝓfessionem.Ser.dicit ꝓfiteri ex uoluntate,ꝯfiteri ex necessitate. {Epiphora) ophthalmia,morbo oculo\. Plinius sæpe hoc uerbo utitur ꝑ morbo oculo\:dicit.n.epiphoris oculorum medetur,ex quo cognoscimus morbum esse oculo\,non aūt gutturis, ut quidda male interpretatur, significat ēt interdum græce ἐπιφορά condemnationem.{Oppressum)grauatum.{Vt loqui)coniungendus est totus hic textus sic. Veruntū Balbus ad me scripsit tāta se epiphora oppressum,ut loqui non possit,quid Antonius delegerit.{Liceat)cōcedatur,permittatur.{Modo)tm̄modo: q.d.nihil aliud quæro. Quæ aūt esset hæc lex, non facile scitur.{Tu uideris) .i.tu uideto.{Atticus) Pōponius.{πανικοῖς) repentinis rumorib.{Idem semp putat}.i.putat me semp moueri.{Nec uidet)nec intelligit.{Quibus) qualib⁹, q̄ magnis. {Præsidijs) tractum à militib. {Septus) munitus: quia ph̄ia docet me, qūo debeam omnia mihi improuiso euenientia cōtemnere.θορυβοποιεῖ.i. tumultuatur: rumorem facit,θορυβὸν autem ποιεῖν. {Inueteratam) iam multis anuis inceptam. {Antonij) C.Antonium intelligi puto , cuius fuit collega in consulatu. {Sine ulla off.) sine ulla iniuria. {Ad eum)Antonium. {Añ) citius.{Auoco)amoueo.{A syng.) f. facienda pro cōfessione pecuniæ .i. non tū uolo discedas anteqū facias syngraphā uel accipias syngrapham qua possis pecuniam hēre:est.n.proprie syngrapha conscriptio:maxime de re pecuniaria,ut lib.VII. ad Trebat.eplā,quæ incipit.Et tuis literis,tanq̄.n.syngraphā ad imperatorē attulisses,noo eplam,sic pecunia ablata domū redire ꝑperabas, uulgo dñr līæ, campioniæ ut promutatoriæ, legendum est aūt auoco à syngrapha,non aūt auoco ad syngrapham.{Ad cuius) Leptæ.{Rutam) .i.amaritudinem. {Est utendum pulegio tui serm.) .i.ad cuius sermonis amaritudinem uel acerbitatem est utendum suauitate tui sermonis erat.n.quantū ꝯijcimus,Lepta aliquantulū acerbus. Tiro uero suauis,quas ꝓprietates,significauit per rutam & pulegiū.

Professio. Profiteri. Confiteri. Epiphora

Auoco Syngrapha.

ASCEN.

TV uero &c. Quod supra scripsit Cicero, De Aufidiano noie nihil te hortor, nomē,pro debito accipi solet. Hortatur.nunc ut professionem.i.liberam ꝯfessionem conficiat, q.d.ut corā testib.id eum profiteri faciat, deinde signāt Ant.cuius amicitiam retinere uelit, q̄dam contra se decreuisse,ut cum ordine aperietur,q talis est,Tu uero.i.(qđ dñt)pro uero,& certo,& non opinanter tū, ꝯfice.i.perfice,& effice,ut hēas(si potes)professionē.i.manifestam ꝯfessionē debiti. Etsi .i. tametsi,hæc pecunia .i. hoc debitū,est ex eo gn̄e.i.forma. aut rōne,ut nō egeat professione. Veruntū Balbus scripsit ad me se oppssum tanta epiphora.i.morbo oculo\,ut nō possit loq,i.explicare qd Ant.egerit de lege .f. ferenda, aut antiquā da incertum est q̄ sit lex, & quid de ea cōstituere pararit Ant. quia de ea scripserat Tiro reścribēs ergo ut de re nota breuiorem, q̄ ut possit intelligi ab ijs,q bus res alioqui non constet. Neq id uitium est scribentis. Nō.n.scripsit hanc eplam,ut ab oibus,sed ut ab uno Tirone legeretur,Tiro aūt patroni sui amorem in se patefaceret.id genus oēs ad se datas collegit, atque emisit liceat.i.permittatur. modo.i.solūmodo rusticari. q.d.non curem quid Antonius egerit de lege. Ego scripsi ad Bithynicū.de Seruilio. tu uideris.i.ꝓcedo,aut moneo. ut uideas. Est.n.coniunctiui modi futuri tpis,media breui pronūciandum.tu inq̄.qui non contemnis,imo ueneraris senectutem. Etsi.i.tametsi,Atticus.i.Pomponius,q intellexit quondā me

cõmoueri ..., seu panicis.i.rumoribus repentinis.pu semper idem.i.me semper eodem modo commouendum, uidet.i.non considerat. quibus præsidijs .i. munimentis philosophiæ,ego septus.i.undiq; munitus sim.& Hercule q. i.quia.ipse timidus est ...i.tumultũ facit,seu tumultuatur.Ego tamen nolo sane.i. omnino retinere sine ulla offensione amicitiam Antonij inueteratam .i. uetustate corroboratam.Et scribam ad eum,sed non antequam uidero te,nec tamen auoco.i.auerto te à syngrapha.i.manu scripto, sup.ac cipiendo ab eo.Ego expecto cras Leptam.etenim.i.sed tamẽ eum.ad cuius rutam.i. amaritudinem sermonis utendum est mihi pulegio.i.dulcore sermonis tui.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Mandatoria est epistola.

TVLLIVS TIRONI S. 24

ETSI mane Harpalum miseram: tamẽ, cum haberem, cui recte darem literas, etsi noui nihil erat, ijsdem de rebus volui ad te sæpius scribere: non quin confiderem diligentia tua: sed res me magni tudo mouebat. Mihi prora, & puppis, vt Græcorum prouerbium est, fuit à me tui dimittẽdi, vt rationes nostras explicares. Offilio, & Aurelio vtique satisfiat. à Flamma, si non potes omnẽ, partem aliquam velim extorqueas: in primisq; vt expedita, sit pensio cal. Ian. De attributione conficies. de repræsentatione videbis. De domesticis rebus hactenus. de publicis omnia mihi certa, quid Octauius, quid Antonius; quæ hominum opinio; quid futurum putes. ego vix teneor, quin accurram. sed s. literas tuas expecto. & scito Balbum tum fuisse Aquini, cum tibi est dictum, & postridie Hirtium. puto vtrunque ad aquas. Sed quod egerint *. Dolabellæ procuratores fac vt admoneantur. appellabis etiam Papiam. Vale.

HVBER. ETSI mane) Primum Cic.ostendit necessitate à se dimisisse Tironem, ut eius negocia explicaret,& expediret. Deinde summatim dicit quid ab eo agi uelit. Postremo admonet eum Balbum fuisse Aquini & Hirtium. {Harpalũ) seruum.{ Iisdem de reb.)de quibus alias ad te scripsi.{Quin) quod non.{Prora & puppis).i.plena necessitatis,& rationis atq; urgentissima causa.{Vt Græcorum)cum enim Græci dicere uolunt,totum est mihi in hoc,ut ita faciam. dicunt ,pra & puppis mihi est,quia ex prora & puppi tota nauis significatur.{Tui dimittendi à me),ut tu à me dimittereris. {Explicares)expedires Romæ.{Satisfiat)soluatur id pecuniæ qđ debetur. {A Flãma) ab incendio.i.à periculo,prouerbialiter dictum.{Si non potes).s.retorquere.{Extorqueas)eripias liberes.debebant .n.esse in periculo ad aliqua bona Cic.{Pensio)nostræ domus. {Attributione) quam tibi mandaui, de qua nõ facile est intelligere hactenus.s.dictum sit, hæc enim quæ dixit domestica erat.{De publicis) subaudi fac.{Omnia mihi certa) sint.{Quid Oct.)s.faciat.i.Cæs.Octauianus. {Opinio)existimatio.{Accurram)celeriter ueniam.{Aquini)oppidum est Apuliæ.{Cum)quando.{Postridie) q̃ Balbus fuerat.{Ad aq.S.) locus non longe ab Aquino à balneis ita dictus.{Quod egerint *.)Ordo est. Fac ut admoneantur.s.Hirtius & Balbus,quod egerint procuratores Dolabellæ.

ASCEN. ETsi mane &c. Primũ dicit se necessitate quadam dimisisse Tironem,ut negocia sua explicaret.deinde docet quid ab eo fieri uelit. Postremo dicit Balbum fuisse Aquini, & etiam Hirtium.Ordo est.Etsi.i.quanquam. ego miseram mane Harpalum .s.seruum nostrum ad te.tñ cum hẽm.s.tabellarium, cui darem recte.i.tute.literas.s.ad te.& si nihil erat noui, uolui scribere sæpius ad te de ijsdem rebus.Non quin.i.qui non confiderem diligentiæ tuæ , sed magnitudo rei mouebat me. Prora,& puppis.i.principium,& finis nauis, hoc est tota ratio nauandæ operæ(ut utar prouerbio Græcoꝶ)fuit mihi,tui dimittendi à me,ut explicares .i. ab omni intricatione absolueres,rationes nostras.s.debitoꝶ nostroꝶ. Vtiq;.i.omnino, aut saltem satisfiat Offilio,& Aurelio. Si non potes,sup. extorquere.i.ui eripere à Flamma.i.à perditione,& consumptione manifesta,est translatio ab incendio domus.omnẽ partem.i. supellectilis domesticæ,hoc est rei conseruandæ.Velim supp. ut extorqueas.i.serues,sup.saltem aliquam.s.partem,& sup. uelim in primis.i.præcipue,eo quod,quę præcipue uolumus prima occurrant,ut pensio.s. domus nostræ.i.pecunia,quam quotãnis pendimus pro ea.sit expedita.i.absoluta, & euacuata,cal.Ian. Vt conficias.i.absoluas totum negocium de attributione.i.de eo quod attribuendum scis.Videbis.i.deliberabis,& considerabis.de repñtatione.s.à nobis,aut nobis facta, quid utilitatis habebat. Hactenus,sup.scripsi de reb.domesticis.De publicis,supp. rebus fac ut sint omnia certa mihi,quid speret Octauius,quid Antonius,quæ sup.sit opinio hominũ, quid putes futurum.Ego teneor uix.i.difficulter, quin accurram,i.ad urbem,erat .n. cum hæc scriberet Cic.absens, & Tiro in urbe.Sed expecto literas tuas,per quas omnia sciam,& scito Balbum fuisse Aquini .i. in eo oppido Apuliæ . cum .i. quando,dictum est tibi.& Hirtium,sup.fuisse Aquini postridie,i.die sequenti.ego puto utrũque , sup.nunc esse ad aquas Semas,ubi balnea sunt non longe ab Aquino . Fac,supp.ipsi admoneantur,quid procuratores Dolabellæ egerint. Tu appellabis etiam , scilicet ad consilij consortium Appism.

PAVLVS MANVT. ACcurram.sed s.) In uetustioribus libris scriptum est, sed si. ego arbitror legendum,sed st.quam silentij notam q non agnouere,scripserunt,si.deinde alius cum uideret, si, locum hic hic non posse,fecit,s.id est scilicet. sic etiam in de oratore lib. I I. pro,st, scriptum erat,si.quod mendum V I I. abhinc annum sustulimus . In Plauto etiam , ubi legendum est,st,modo si,modo ast,modo at,uulgo legitur. Terentius quoque in Phormione hac nota usus est: quẽ locus citat Velius longus , grammaticus . {Dolabellæ procuratores fac ut admoneantur.) Verbum,admoneantur, ad pecuniam refertur,quam Dolabella Ciceroni debebat: itaque intulit,appellabis etiam Papiam: quod item creditorum uerbum est.Pro Quintio,7.Cum tibi quotidie potestas hominis fuisset admonendi,uerbum nullum facis: biennio iam confecto fere, appellas. Quod præcedit in antiquo libro Vbaldini scriptum est,seu quod elegerunt: in eo , quem habet Petrus Bembus, quod elegerint.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Hortatur vt sæpe scribat,nec excusatione vtatur.

CICERO F. TIRONI SVO S. 25

ETsi iusta, & idonea vsus es excusatione intermissionis literarum tuarum: tamen, id ne sæpius facias, rogo. nam etsi de rep. rumoribus, & nuncijs certior fio, & de sua in me voluntate semper ad me perscribit pater: tamen de quauis minima re scripta à te ad me epistola semper fuit gratissima. quare cum in primis tuas desiderem literas, noli committere, vt excusatione potius expleas officium scribendi, quàm assiduitate literarum. Vale.

HVBER. ETSI iusta) Excusauerat se Tiro apud Cic. filium qui Athenis erat,se pp angustiam temporum,& magnitudinem negociorũ intermisisse ad eum scribere , quare Cic.primum dicit ei' excusationem iustam et idoneam,sed tñ eum rogat,ut posthac malit satisfacere officio suo scribendo sæpe q̃ se excusando.{Idonea)aperta,nõ absurda.{Id) ut utaris excusatione.{Rumoribus}Fama.{Et nũcijs) qui Roma huc ueniunt. {De uoluntate sua) quid uelit à me fieri. {In primis) præcipue. {Expleas) perficias. {Officium) tuum erga me. {Quàm assiduitate eplaꝶ).i.quam assidue ad me scribendo.

Idonea

ASCEN. ETsi iusta etc. Excusauerat se Tiro apud Cic.filiũ,q Athenis erat,se pp angustiam tempoꝶ,& magnitudinẽ negocioꝶ intermisisse ad eũ scribere,quare Cic. primũ dicit eius excusationem iustã, et idoneã , sed rogat ut malit satisfacere officio suo scribendo,q̃ se excusando. Ordo est. Etsi.i.q̃q̃ usus es iusta,& idonea excusatione intermissionis.i.q ad tempus omiseris dationem liraꝶ tuaꝶ, rogo ne facias id sæpius. Nam etsi .i.quan

.i.quanquam fio certior de rep. rumorib.i. incerto auctore, sermonib.& nuncijs.& pr .s. M. Tullius, perscribit semper ad me de uoluntate.i.beneuolentia tua in me.tñ epistola scripta à te ad me,de quauis re minima.i. quamuis res esset minima, fuit mihi semper gratissima. Quare cum desiderem in primis lras tuas noli cõmittere.i.efficere,ut expleas.i.perficias,et absoluas potius offm scribendi excusatione,q̃ assiduitate lrarũ.

Q. CICERO TIRONI SVO S. D. 26

VERBERAVI *te cogitationis tacito dũtaxat cõuicio, quòd fasciculus alter ad me iam sine tuis literis perlatus est. non potes effugere huius culpæ pœnam te patrono. Marcus est adhibendus: isq́ diu, & multis lucubrationibus commentata* * *oratione, vide, ut probare possit, te non peccasse. plane te rogo, sicut olim matrem nostram facere memini, quæ lagenas, etiam inanes, obsignabat, ne dicerentur inanes aliquæ fuisse, quæ furtim essent exsiccatæ: sic tu, etiam si, quod scribas, non habebis, scribito tamen, ne furtum cessationis quæsiuisse videaris: valde enim mihi semper & vera, & dulcia tuis epistolis nunciantur. Ama nos, & vale.*

* alias scripsi ad Vmminum.

HVBER.

VERBERAVI) Accusat Cic. Tironem negligentiæ, q̃ in fasciculo literarum, qui Roma ad se allatus fuerat, nulla erat omnino epistola Tironis, quare dicit eũ nullam posse adhibere excusationem, aut defensionem, uix́q; eum defendi posse a M.C. patre suo. Itaq; eum hortatur, ut etiam si nõ habet quod scribat, tamen aliquid scribat, quia & uera & iucunda ab eo semper nunciari soleant. {Verberaui) sensus est percussi te tantũmodo tacita contumelia meæ cogitationis, hoc est mecum male de te cogitaui & in animo meo dixi te negligentem. {Tacito) secreto intra me retento. {Duntaxat) tantũmodo. q.d. non etiam conuicio uerborum, sed tantum cogitationis. {Conuicio) contumelia, nam mecum cogitaui ò negligens Tiro. {Fasciculus) literarum multitudo literarũ. {Nõ potes).i. non potes facere, quin puniaris pro hac culpa, si te ipse solus defenderis. quia nunquam poteris uincere, & persuadere te non peccasse, si autẽ uolueris uincere, oportet adhibere te patronum & defensorem tuum patrem meum oratorem acerrimum, qui in difficillimis etiam causis uincere cõsueuit, qui etiam si orationem multum cogitatam ad defensionem tuam afferat, tamen etiã ipse uix probare poterit non te peccasse. {Te patrono) te causam tuam agente. {Adhibendus) assumendus. s. patronus. {Marcus) pater meus, qui propter uim eloquẽtiæ in causis & iudicijs regnare dicitur. {Cõmentata) meditata, præparata. {Lucubrationibus) uigilijs. {Probare) uincere, rationibus obtinere. {Te non peccasse) q̃ nihil ad me scripseris. {Plane te rogo) sensus est, te rogo ut & si non habes quod scribas, tñ aliquid scribas, sicut mater mea olim non solum solebat signare lagœnas plenas, sed etiã uacuas, ne illæ quæ furtim fuissent ebibitæ, uiderentur fuisse uacuæ. mos fuit apud antiquos signare lagœnas, in quibus uinum ponebatur, ne possent euacuari quin cognosceretur signo illo amoto, unde illud satyricum. Et signo læsæ non insanire lagœnę. {Matrem) Terentiam. {Olim) cum eram puer. {Etiam inanes) etiam uacuas non solum plenas. {Furtim) occultæ. {Exsiccatæ) ebibitæ exhaustæ. Iuuen. Tu beneuentani sutoris nomen habentem Siccabis calicem. {Sic) adaptat similitudinem. {Furtum) latebras, sed perseuerat in similitudine, quia dixerat, quæ furtim essent exsiccatæ, ideo dicit furtum cessationis. {Dulcia) iucunda.

Conuiciũ

ASCEN.

VErberaui &c. Accusat Tironem negligentiæ, q̃ inter multas epistolas à Tirone nullam acceperat, quã culpã iocose dicit uix à patre posse orando purgari. Ordo est. Verberaui.i. affeci duntaxat tacito.i. mentali. conuicio .i. exprobatione cogitationis. s. meæ. & alter fasciculus s. literarum ab alijs missarum, perlatus est iam sine literis tuis. Tu non potes effugere pœnam huius culpæ. s. negligentiæ, te patrono.i. defensore, & purgatore. Marcus. s. pater meus. est adhibendus. s. ad defensionem tantæ culpæ. & is. s. Marcus pr, etiam in summo periculo reis auxiliari solitus: sup. adhibendus est oratione cõmentata.i. habens orationem cõmentatam, & præmeditatam multis lucubrationib. uide.i. considera, ut.i. quomodo, supp. Marcus pater possit probare te non peccasse. Ego rogo te plane, sicut memini matrẽ nostram facere olim quæ obsignabat lagœnas.i. uascula uinaria. etiam inanes.i. in quibus nihil erat uini. ne aliquæ. s. lagœnæ dicerentur fuisse inanes, quæ essent exsiccatæ.i. exhaustæ. furtim .i. furtiue. sic tu etiam si non habebis quid scribas, tamen.i. nihilominus scribito, ne uidearis quęsiuisse furtum.i. fictitiam, & quasi furtiuam excusationem cessationis. s. à missione literarum. Enim.i. quia, & uera, & dulcia nunciantur mihi semper epistolis tuis. Ama nos, & uale.

GIBERTI LONGOLII LEMMA.

Narrat quid de consulibus sentiat.

Q. CICERO TIRONI SVO S. P. D. 27

MIRIFICAM *mihi verberationem cessationis epistola dedisti: nam quæ parcius frater perscripserat, verecundia videlicet, & properatione, ea tu sine assentatione, ut erant, ad me scripsisti, & maxime de consulibus des. quos ego penitus noui libidinum, & langoris effœminatissimi animi plenos. qui nisi à gubernaculis recesserint, maximum ab vniuerso naufragio periculum est. incredibile est, quæ ego illos scio oppositis Gallorum castris in æstiuis fecisse: quos ille latro, nisi aliquid firmius fuerit, societate vitiorum deleniet. res est aut tribunicijs, aut priuatis consilijs munienda. nam isti duo vix sunt digni, quibus alteri Cesenam, alteri Cossutianarum tabernarum fundamenta credas. Te, ut dixi, fero oculis. Ego vos ad III. cal. videbo; tuosq́ oculos, etiam si te veniens in medio foro videro, dissuauiabor. Me ama, Vale.*

HVBER.

MIRIFICAM) Cum D. Brutus Mutinæ obsidetur à M. Ant. creati sunt auctore App. lib. 3. Consules anniuersarij Hirtius & Pansa in principio anni, quantum autem ex hac epistola coniicere possumus. Cic. tunc aberat ab urbe: licet App. uideatur significare eum fuisse Romę: de eorũm igitur designatione. Cum Tiro ad Cic. scripsisset. Cic. rescribens se de eis male sentire ostendit, uereriq́; ne à M. Ant. alliciantur in societatem sceleris contra rẽp. quos ostendit uilissimos esse. Postremo dicit quantum Tironem ipsum uidere desideret. {Mirificam) magnam. {Verberationem) percussionem, animi. {Parcius) breuius. {Verecundia) timore. uel quia cum pudebat scribere quæ tu scripsisti. {Videlicet) .s. certe. {Sine ass.) non assentando, sed dicendo uerum. {De cons.) Hirtium & Pansam intelligimus, nisi fortasse agitatum esset absente Cic. de designatione aliorum ꝯsulum q̃ Hirci & Pansæ, de quibus fortasse intelligit nunc Cic. quorum tamen creatio nõ ualuerit, ut sæpe fit, sed tamen facta sit mentio de eis creandis, quod satis est uerisimile, cum Cic. eos non nomine, licet mentionem aliorum consulum illo tempore non inueniam, nisi q̃ post eruptionem Bruti ex Mutina facta est mentio de creãdis consulib. D. Bruto, & Octauio Cæs. loco Hirci, & Pansæ, sed de ijs non est uerisimile Cic. {Intelligere) cum essent amicissimi sui, & ab eo ubiq; maxime & laudati & adiuti, ergo uel Hirtium & Pansam intelligamus: uel, ut diximus, de alijs, quos licet Tiro scripsisset, creatos consules: tñ non ita esset. {Lãgoris) dissidię. {Effœminatissimi) mollissimi, timidissimi, qualem hñt fœminæ. {A gub.) ab administratione reip. & cõsulatus. {Ab uniuerso nauf.) ꝓ uniuersi naufragij.i. submersionis uniuersorũ, sed usus est uerbis similitudinis, quia dixit gubernaculis, quæ sunt nauis, subdit naufragij, quod à naue fracta dr. {Oppositis Gall. cast.) i. cum oppugnarẽt aduersus Gallos & hrent eos oppositos. {Ille latro) M. Ant. quem etiã supra multis in locis latronẽ appellauit. {Aliquid fir.) cũ eis, .i. nisi electi fuerint cũ eis aliq firmiores, q nõ ita facile à rep. alienẽtur. {Deleniet) demulceat, alliciat ad se. {Societate uit.)

Parcius Videlicet.

Naufragium.

Delenire

quia

qu… ſorabunt iiſdem uitijs, quibus ipſe Ant. & ſimilia ſi…ibus gaudent. {Res eſt) ſenſus eſt, eligendi ſunt ad hanc prouinciam aut tribuni aut aliqui priuati, qui conſilijs ſuis prouideant, ne ij nos in naufragium deducant. {Res) creatio iſtorum conſulum, & prouincia eis data. {Eſt munienda) eſt fi…anda, quia ſupra dixit niſi aliquid firmius fuerit. {Conſilijs tr.) auctoritate tribunorum. {Iſti) ad contemptum dixit.

Ceſena. {Ceſenam) paruam & deſertam urbem in Italia in Gallia togata.

Taberna. {Tabernarum) ut alio loco diximus, taberna dicitur omne uile ad habitādum ædificium, quod tabulis clauditur, tabernas igitur coſſutianas locum aliquem ad habitaculum uitæ intelligit coſſutianas à Coſſutio, uel auctore uel domino earum ita appellauit. {Fero oculis) habeo in oculis, & in conſpectu.

Diſſuauiator. {Diſſuauiabor) deoſculabor, licet aliqui dicant diſſuauiari libidinis eſſe, quod Cicero hic cōtra ſentire uidetur. {In medio foro) q.d. in conſpectu omnium, palam. {In hoc) oſtenditur nimium deſiderium Ciceronis uidendi Tironem.

ASCEN. Mirificam mihi &c. Dicit ſe mirifice concuſſum ex literis Tironis, quibus qui cōſules creati erant, … ficabat. loquens ſecundum Commentarios de Hirtio, & Panſa. de quorum fide, & uirtute tunc dubitabat, cum tamen uterque fortiſſime pro repub. caſurus ſit, cæſus ab Antonio Mutinæ, cum D. Brutum obſideret. Hanc autem epiſtolam inſeruiſſe uidetur Tiro, ut ſignificet quam fidem ſibi habuerit frater patroni ſui. Ordo eſt: Tu dediſti mihi mirificam uerberationem .i. incuſſionem uerecundiæ. ceſſationis .i. propter ceſſationem meam, epiſtola .ſ. tua. Nam tu ſcripſiſti ad me ea quæ frater .ſ. M. Tullius Cicero perſcripſerat ad me parcius .i. nimis ſobrie, uidelicet uerecundia, & properatione .i. propter uerecūdiam & properationem ſuam, tu ſcripſiſti inquam ea ſine aſſentatione. ut erant, & maxime de conſulibus deſignatis .i. declaratis in proximum annum. uidelicet Hirtio, & Panſa, quos ego noui penitus plenos libidinum, & languoris .i. corruptionis animi effœminatiſſimi, qui .ſ. conſules, niſi receſſerint à gubernaculis .ſ. reipub. maximum periculum eſt ab uniuerſo naufragio .i. totius reip. Incredibile eſt, quæ ego ſcio illos feciſſe in æſtiuis caſtris Gallorum oppoſitus .i. noſtris. quos ille latro .i. M. Antonius, detinet .i. blande attrahit ſocietate uitiorū niſi aliquid firmius fuerit .ſ. eis obſiſtens. Res eſt munienda .ſ. à periclitatione cōſilijs tribunitijs, aut priuatis .i. alicuius uiri auctoritate præditi, licet ſit priuatus .i. extra omnem magiſtratum poſitus. Nam iſti duo .ſ. conſules deſignati. uix ſunt digni quibus credas .i. ſub fide committas alteri Ceſenam .i. oppidum illud deſertum in Gallia togata, alteri fundamēta Tabernarum Coſſutianarum .i. domiciliorum uiliſſimi cuiuſq; cerdonis. … fero oculis .i. imaginor uidere te ut dixi. Ego uidebo uos ad … t I. cal. ſ. huius menſis. & diſſuauiabor .i. a…anter oſculabor oculos tuos. etiam ſi ego ueniens .ſ. tibi obuiam, uidero te in medio foro. Ama me &c.

PAVLVS MANVT. Quibus alteri Ceſenam,) Locus ſine dubio corruptus. neque enim adeo tum ignobilis, aut obſcura fuit Ceſena, ut, tanquam abiecta res, nominari debuerit. uetus liber Vincentij Riccij ſic habet, quibus geſa, uel quibus ſutianarum tabernarum fundamenta credas. deliberent eruditi, quo modo ſit legendum. Liuius quidem libro I X. de Ceſennia meminit, oppido non admodum celebri: ut fortaſſe non inepte pro, Ceſenam, Ceſenniam, hic legi poſſit. antiquus liber è Cypro, Ceſenam.

F I N I S.

a b, A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii.

Omnes quaterniones. b, & Ii, quinterniones.



VENETIIS,

APVD IOANNEM MARIAM BONELLVM.

M D L V I I.